

~~4-1-~~  
E de la Barba de  
Navio

República de España  
de San Fernando

Num. fo. cap. 2. num. 2

1a  
-  
5742



LIBERI  
**A R B I T R I I**  
**C V M G R A T I Æ D O N I S,**  
D I V I N A P R Æ S C I E N T I A, P R O V I -  
D E N T I A, P R Æ D E S T I N A T I O N E, E T  
R E P R O B A T I O N E, C O N C O R D I A,


5772

*Altera sui parte auctior:*

Doctore Ludouico Molina, primario quondam in Eborensi Aca-  
demia Theologiae Professore & Societate I E S V, auctore.


*Adiecti Indices, rerum alter, alter scriptura locorum,  
auctoris opera prioribus accuratiora.*

*De la Libreria de la Calle de St. ...*



ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA  
Ioachimi Trognæsi.

M. D. XCV.



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA  
CREDO, UM...

n<sup>o</sup> 5772



# AUGUSTISSIMO

*ac Serenissimo Principi Alberto, Austria-  
co, S. R. E. Cardinali, Regni Lusitaniae  
Gubernatori Maximo, Ludovicus Moli-  
nae Societate IESV.*



In nullæ rationes aliæ suppeterent cur hoc tibi opus nuncuparem, Princeps Serenissime, ipsa me libri inscriptio monuisset, nemini quàm tuæ augustissimæ celsitudini conuenientiùs dedicari potuisse. Nam cum in tuo isto animo tanquam in sereno cœlo, ac puro, non solùm virtutum clarissimarum splendor longè lateque pelluceat, sed mirabilis etiam rerum inter se primo aspectu dissidentium concordia suauissimum concentum edat; nemini dubium esse debet, quin hæc tibi nostra de rebus abditissimis explicata Concordia suo quasi iure debeat. Quòd si, vt Pythagoras ille artificiosè magis, atque ad hominum aures permulcendas accommodatiùs, quàm ad veram Philosophiam conuenientiùs dicere solebat, harmonia suauior nulla fingi potest, quàm quæ cœlestium orbium conuersione, ac tonorum inter se certis interuallis rata proportione distantium concentu efficitur:

cuius ita aures absurduerunt, quem non mirificè oblectet is, qui è tuarum virtutum suauitate, & morum peruagata fama, tanquam à cœlestium sphaerarum conuersionibus concentus editur? Etenim in hac summa generis claritate tam inusitata inauditaque modestia; in tanta rerum copia, & affluentia, tam constans assiduaque frugalitas; in hoc quotidiano æstu occupationum, atque in his negotiorum fluctibus, tam solers diuinarum rerum cura, tam vigilans in administratione Reipublicæ providentia, hæc, inquam, tot quasi fidium numerorumque tam concors diuisio, ac tam diuisa concordia, diuini numinis impulsâ motibus, quid ni tuorum vel inuitas etiam & repugnantes ad te voluntates alliciat? Tuorum dico, qui te in ore & oculis ferunt, ac mirifico amore prosequuntur? Quid ni exterâs etiam nationes ad hoc commune orbis terrarum emporium confluentes, admiratione defixas detineat? Quid ni apud extremas mundi oras, gentesque vltimas, audiatur? Sed quid ego tenuitatis meæ oblitus in altum inuehor, & in mari penè immenso, ac minimè portuoso, nauigo, vbi firmiora etiam ingenia periculo exalbescere, linguæ etiam Tullianæ titubare metu potuissent? Aliud tuæ res ingenij flumen, aliam dicendi vim, & copiam, longè nobilioris scribendi characterem requirunt. Vnum tamen illud non possum quin dicam: quantum meâ me tenuitas à tuis laudibus persequendis reuocat, tantum, atque eo ampliùs singularem tuam sapientiam, ac rerum di-

uina.

uinarum cognitionem impellere, vt hæc lucubrationes nostras, quales eæ cunque sint auctoris industria, ipso certè rerum momento, atque argumenti difficultate grauissimas, iure patrocinijs tuas esse, tibi que potissimum deberi non dubitem. Nam quâ poterit Theologiæ studijs non fauere is, qui in tanto fastigio dignitatis, atque in hoc regio administrationis splendore clarissimo, vt re vera est insignibus Theologiæ ornamentis præditus, ita rebus Theologicis insigniter capitur, & delectatur? Iam verò quòd summi de Catholica fide Quæstoris in Lusitaniæ Regno summa cum laude munus obis, non poterit eius tibi operis argumentum non probari vehementer, quod ad Christianæ pietatis defensionem, liberi arbitrij nostri cum diuina præscientia, prædestinatione, & gratia mirabilem consensionem, quam nostra tempestate perditum quidam atque infeliciter nati homines penitus euertere moliuntur, vindicandam, non leuibus meis laboribus, vtinâ aliquo Christianæ Reipublicæ emolumento, pertractatum est. Denique si librorum nuncupationes indices esse solent grati animi, atque acceptorum à magno aliquo Principe beneficiorum non immemoris, ipsa me Societas I E S V, in cuius ordinem sum ascriptus, hortatur, ac iubet, vt quoniam tuis immortalibus beneficijs in referenda gratia par esse non potest, certè in habenda & prædicanda non indiligens videri vehementer optat, hanc grati animi significationem, qualis qualis ea sit, nullo modo prætermittam. Accipe igitur, Princeps Serenissime, placido hilarique

\* 3

larique

lariq̄ue vultu laboris nostri primitias, non intempe-  
 stiuos Academiae Eborensis fructus: qui dum tibi sa-  
 crorum ordinum praesidi ac Catholicae fidei tutori nun-  
 cupantur, quasi in templum ac Domini aras inferun-  
 tur. Nostrum erit, Deum optimum maximum orare &  
 obsecrare, vt te, quem annos florētis aetatis virtute mo-  
 rum, ac consiliorum maturitate superātem suspicimus,  
 augeat in dies, cumuletq̄ue bonis omnibus, ac quā  
 diutissimē ad tuorum communem laetitiā,  
 & gloriam, atque ad amplissima totius  
 Christianae Reipublicae orna-  
 menta conseruet.



## AD LECTOREM.



*V*M in primam partem D. Thomae, quem ve-  
 luti Scholasticae Theologiae Solem ac Principem  
 sequi decernimus, commentarios ex obedientiae  
 praescriptione ordiremur, in eam curam sedulo  
 incumbendum duximus, vt quoniam de diuina  
 praescientia, prouidentia, praedestinationeque esset agendum, cum  
 his arbitrij nostri libertas quo pacto consentiat, quantum inge-  
 nij nostri tenuitas ferret, diuinam in primis faciem Catholica fi-  
 de preferente, explicaremus. At quoniam harum inter se rerum,  
 & cum diuina gratia, aliisque ad bene beateque viuendum praes-  
 idiis, caelesti munere hominum generi concessis, miranda est, ac  
 nunquam satis pro dignitate explicata connexio; vt hoc totum  
 Concordiae corpus suis quasi membris & partibus omnibus com-  
 pactum coagmentatumque absolueremus, non potuimus non multa  
 de gratia, multa de diuinis auxiliis, ac toto iustificationis ope-  
 re, ad haec ipsa pacis foederisque comitia deuocare. Nam vt res  
 vna e difficillimis in toto Theologiae campo (cuius omnes partes  
 excurrere, Deo bene iuuante, parabamus) semel a fundamentis  
 explicata sub vnum mentis aspectum subiiceretur, quid ea dispu-  
 tando contexere fugeremus, quae Deus ipse prauidendo, efficien-  
 do, atque ad suos fines accommodatissimē quaeque promouendo  
 coniunxit? Verum enimvero dum hanc longē lateque patentem,  
 atque in primis opacā syluam ingressi, partim indagādo venan-  
 doque veritatem, partim obstantes hinc inde difficultatum la-  
 queos praecidendo, longius digredimur, quā videretur susceptum  
 commentandi munus postulare, tum demū perfectō opere ac de-  
 cursis



*cursis scribendi spatij, quā in eiusmodi concordia edenda consilij  
 viam iniremus, diu multumq̄ dubitare cœpimus. Nam & pri-  
 mæ partis cōmentarios peregrinis quæstionibus, hoc est, ad aliam  
 Theologiæ partē attinētibus impedire, nullo pacto cōueniebat in-  
 stituto nostro: & diuturni laboris, ac minime, vt speramus, infru-  
 ctuosi operam perdere, multisq̄ impensis conciliatā gratiam re-  
 scindere, id verò hominis non modo parum grati, sed etiam minus  
 vrbani videbatur. Illud igitur optimum factū visum est, vt quæ  
 ad propositæ concordie seriē rationemq̄ intelligendā attinerent,  
 seorsim extra primā partem ederemus, eo tamen ipso iacto fun-  
 damento doctrinæ ac quæstionum D. Thomæ, in quas illa com-  
 mentabamur. Ita enim speramus fore, vt & commentarij in pri-  
 mam partem (quos vnā cum his, si typographi officina vtrinq̄ si-  
 mul opus excudere posset, euulgaremus) magis apti legētibus sint,  
 & expediti; & quæ in hoc opus conijcimus, multò facilius vno  
 quasi fasce connexa, ac rerum inter se coherentium vinculo astri-  
 cta intelligantur. Hæc fuit, Christiane Lector, ratio consilij &  
 instituti mei, cui si quid fortè aliud, hoc vnū certè non defuit, stu-  
 dium bene iuuandi studiosos Theologiæ, atque eos etiā alliciendi,  
 qui hæresum morbis impediti, ac fastidio ab scholari Theologia  
 alienati, quæ offerimus vitæ ac salutis pharmaca breviori poculo  
 propinata horrebunt minus: vtinam etiam hauriant libentiùs!  
 Vnum igitur illud est, quod à te pro tuo candore & humanitate  
 impetrare magnopere velim, dum breue hoc volumen euoluas,  
 paululū mentis iudicium inhibeas, neque priùs de tota re  
 sententiam feras, quàm prima cum medijs, medijs  
 cum postremis conferens, totum opus  
 legendo absolueris.*

# ILLVSTRISSIMO

*ac Reuerendissimo Domino, D. Innocentio  
 Maluasia, Sanctiss. Domini nostri Clementis  
 Octavi apud Belgas Apostolico Nuncio.*



A G N I Regis vox (vir illustrissime). Nec duos  
 mundum Soles, nec duos pati Reges. Transtulere  
 hoc quidam ad hominem, alterum naturæ  
 velut compendiariū mundum, secta duplici:  
 vna, vt liberum homini arbitrium præluere  
 faciat, clarissimum gratiæ lumen extinguit: hoc vt tueatur  
 altera, mentis libertati tenebras offundit. Ita dum duo hæc  
 lumina putant non posse collucere, vim alterutri inferunt.  
 Euenit nimirum illis, quod vulgo Astrologiæ imperito,  
 qui Lunæ facem argenteam obtenebrari existimat, cum vel  
 maximè à Sole illustretur. Nec nupera hæc libertatis cum  
 gratiæ dono rivalitas ac discordia, sed à prisco Patrum æuo.  
 Quò maius studium Ludouico Molinæ adhibendum fuit,  
 vt & vetera recognosceret, noua colligeret, hæc cum illis  
 pariaret. Cuius rei cum libamentū aliquod iam antè dedis-  
 set, nunc demum ita copiosè præstitit, vt hîc Auctoriū mul-  
 torum, laborum & opinionum sit velut quidam cinnus;  
 & qui austerè nimium de gratia, nimium dilutè de animi li-  
 bertate locuti, ad amabilem hîc temperiem reuocentur. At-  
 que ego quidē libare tibi hæc volui, Vir Magne, vt olim sa-  
 crima Libero. Et sanè nescio cui gratiùs, cui tutiùs potuerim.

\*\*

Gratum



Gratum scio D. T. quidquid à Societate Iesu profectum, & auctorem licet non familiaritate, nominis tamen claritudine toti orbi notissimum amplecteris, & ut plantam recognoscis & amas in seminario. Iam verò cuius titulo facilius operi huic fauorem conciliem, adsciscam tutelam? Singula in te magna & illustria, ut non opus sit vniuersis. Taceo Theologiæ, Philosophiæ, I. V. Studium ac scientiam. Taceo domi gesta, & in Vrbe, orbis totius theatro. Vna causæ huic satis dignitas Apostolica, quam omnes mali in illustriss.<sup>ma</sup> D. T. suspiciunt, boni etiam suscipiunt. Illa sanè vera virtus est, cuius laudibus nihil ne hostium quidem defraudat inuidia; quodque mirandum, nec nomen tibi apud eos perit, ut caua saluetur; nec causâ laboras, ut nomini consulatur Habebis igitur hoc opus, Auctoris beneficio, meâ operâ; quam D. T. cum Trognæsis ad Typographiæ illustrationem commendatam esse desidero.

*Illustriss.<sup>ma</sup> D. T. humilis Cliens,  
I. Trognæsius*

Εἰς Συντάξιν τοῦ ΜΩΛΙΝΑ.

Χρῆμα θεόκτιστον πέλει Αὐτεξόριστον ἀνδρῶν,  
 Ο τρίπαλαι ψυχῇ δίδκεν ἀγαθὸν Θεός.  
 Εἰκὼν γὰρ τε Θεοῦ ἀνὴρ, λόγον ὀρθὸν ἔχει·  
 Βούλησιν δὲ ἁμυδις πρόθετος ἐλευθερίῃ.  
 Πῶς τόδε, πῶς βούλησιν ἐλευθερίῃ ἀπολείμω;  
 Βύζει Αἰρέσεως χάσμα διχορρεῖ γέτος.  
 Εἰ μέλλοι Θεὸς προορᾷ τιλωπτος ἀτρεπίε,  
 Τῷ Θεῷ ἀνίσταται οὐδενὸς ἰς δύναμι.  
 Οὐχὶ δέμεις Προορισμὸν ἀκαμπτία καμπάμεν ἄνδρες;  
 Τῷ μή μοι λέξεις αὐτὸν ἐλευθέριον.  
 Ἄλλοι δὲ ἐκ περᾶς πανελευθέρων ἀνδρά μαθόντες  
 (Μὴν γὰρ, ὅπως ἐθέλει, ἀμφότερωσε ἀγεί)  
 Γλώσσαν ἐφωτλίσσαντο κακηγορέοντι βελέμην,  
 Ἡμῶν ἀπροϊδῆ ὀυρανὸς εἶχε Θεόν.  
 Νῆμα ἰσπεῖα σοφώτεροι Αὐτεξόριστον ἀνδρῶν,  
 Πρόγνωσιν τε Θεῷ ἐτυράγγαν οὐκ ὄν.  
 Αὐτὰρ ἀνερμηνευτὸν ἐφημερίοισι βροτοῖσι  
 Ἀμφότερα ζεύγλην ὅπποτε φασί, τυφλοί.  
 Οὐτὰ ἄλλοπρόσαλλον ἔρις περὶ τῶδε ἔγειρε  
 Μῶλον ἐγερσίμοτον, μῶλον ἐγερσίμοτον.  
 Εὐθυκόως καὶ Ἐπιθυμίας νοὸς διμαῖα πῆξεν  
 ΜΩΛΙΝΑΣ δαρσίαν τεύχεσιν ἰδοσφύνης.  
 Οὐκ ἀδεὲς κακὴν γλωσσάσσιδα κοίμισ' ἰδρῆν  
 ΜΩΛΙΝΑΣ ἰσίων μῶλον ἀθλοφορον.  
 Σειρῇ χρυσῆν ἀζευκία ζεῖξεν, ἀερατῶλον  
 Θαῖσι δεχόμενος φέγος Ἐπιθυμίας.

\*\*\*



AD LECTOREM.

CONCORDI numero discordia nitimur ora  
Iungere: discordant sicubi, parce, tuum est.

IDEM.

Res dia, arbitrij neutro acclinata potestas!

Principio hoc anima dat Deus esse decus.

Hinc species Dei homo recta ratione resulget,  
Arque voluntatis liberioris ope.

Quid? tantosne ausim dare libertatis honores?

Bubulat in geminas Heresis acta vias.

Præfagit si certa Deus, quodcumque futuri est,

Ecqua vis contra qua parer ire Deum?

Mentis an aterna consulta inflectere fas est?

Ne mihi ne obrudas sponte moueri homines.

At cui cognitior libertas nostra (videbat

Quo se cunque velint flectere perfaciles)

Linguam armat iaculo: Dominum ignarumque, hominumque

Securum cæli arx ambitiosa premit.

In facta imperium tribuit sapientior illis,

Pérque vias omnes omnia nosse Deum:

Mortali tamen intrata haud mysteria menti

Nec iungenda simul dum duo satur, hebet.

Certamen super hoc dubium variumque coortum est

Fertile sudoris, fertile & ingenij.

Tandem oculo mentis Verum MOLINA receptat,

Doctrinaque Virum mens bene plena facit.

Lingua scutatos, sed non sine Numine, sopit


Errores, pugnam Marte suo dirimens.

Copula inaurata sociavit dissociata,

Luminibus Veri præradiante face.

M. D. I. S. A. C.

APPROBATIO.

GO Frater Bartholomæus Ferreira, sacre Theologie  
Magister, & sanctæ Inquisitionis Deputatus, ac librorum  
Censor, de mandato Serenissimi Principis Alberti, Archi-  
ducis Austriae, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Lusitanie  
generalis Inquisitoris dignissimi, examinavi, quæ potui diligentia,  
hunc librum de Concordia liberi arbitrij cum prædestinatione, ad pri-  
mæ partis D. Thomæ nonnullos articulos, (quæ quidem disputatio  
ex sua natura multis difficultatibus scatet, & Delionatore indi-  
get) Auctore admodum Reuerendo Patre Doctore eruditissimo Lu-  
douico de Molina, ex sacro ordine Societatis IESU, viro in diuinis  
scripturis studiosissimo iuxta & religiosissimo, olim in alma Aca-  
demia Eborensi Theologiæ primario Professore, doctrinæq; D. Tho-  
mæ expositore. In quo opere nihil à me est animaduersum, quod no-  
stræ religioni aduersetur. Imò si quid est in sanctis Conciliis, quod pri-  
ma fronte videatur obscurum & scopulosum, id ipsum dilucidatur,  
& quamplurimi loci sacre scripturæ, tam veteris quàm noui Testa-  
menti, disertissimo stylo expenduntur, & explanantur. Quapropter  
valde dignas arbitror has lucubrationes, quæ in publicam totius Ec-  
clesiæ vtilitatem excudantur.

Frater Bartholomæus  
Ferreira.





# LICENTIA.

VISTA a informação do Padre reuedor pode-se imprimir este  
liuro. Em Lixboa, xxj. de Iunio de 1588.

Paulo            Iorge            Antonio de  
Alfonso.        Sarrão.        Mendoga.

Poder se ha imprimir. A xxix. de Iunio de 1588.  
Christouão de Matos.

---

Hæc Concordia liberi arbitrij cum gratiæ donis, diuina præscientia, prouidentia, prædestinatione, & reprobatione, edita à doctissimo Domino Doctore Ludouico Molina, quondam in Eborensi Academia S. Theologiæ Professore, è Societate I E S V, ab Inquisitione sancta in Hispaniis approbata, iamque denuo ab ipso Auctore recognita & aucta, eaque grauium doctorumque hominum iudicio dictæ Societatis I E S V diligenter examinata ac approbata, nihil in se continens fidei Catholicæ contrarium, quinimo eandem in grauioribus difficultatibus dilucidè enucleans ac explanans, dignissima est que typis mandetur. Datum Antuerpiæ, xviij. calend. Maij, anno M. D. XCV.

*Siluester Pardo, S. Theolog. Licentiatus,  
Cathedr. Ecclesie Antuerpiensis Canonis  
eius, librorumque Censor.*

## SVMMA PRIVILEGII.

PHILIPPI Regis Hispaniarum, &c. Priuilegio concessum est Ioachimo Trognæio, Typographo & Bibliopolæ Antuerpiensi, (postulante R. P. Ioanne David, Rectore Collegij Societatis I E S V Bruxell.) excudere librum cui titulus est, *Concordia liberi arbitrij cum gratiæ donis, &c. Doctore Ludouico Molina, è Societate I E S V, auctore: eiusque auctoritate cautum, ne quis alius illum imprimat, aut alibi impressum in has regiones importet, vel vilo modo distrahat. Qui secus faxit, confiscationis librorum pœna, & aliis latiùs regio diplomate expressis, multabitur. Actum in Concilio Brabantiæ, 27. Iunij, 1595.*

*Signatura*

Houte.



VNIUERSIDAD  
DE SALAMANCA

REPOSICIONES

# CONCORDIA LIBE-

RI ARBITRII CVM GRATIÆ DONIS,

diuina præscientia, prouidentia, prædestinatione, & reprobatione, ad nonnullos primæ partis D. Thomæ articulos.

*Ad 8. articulum questionis 14.*

Vtrum scientia Dei sit causa rerum.

*Scientia Dei est causa rerum, determinata per voluntatem.*



**D**VÆ sunt conclusiones huius articuli. Prior est. Scientia Dei est causa rerum. Posterior est. Nihil ab ea emanat, ac proinde non est causa actu, nisi determinata per voluntatem diuinam, qua statuit Deus ac vult vt aliquid sit. Vtrum autem in Deo, præter scientiam & voluntatem, concedenda sit potentia executrix, qua immediatè res efficiat: quemadmodum in artifice, præter artem & voluntatem, datur potentia alia qua immediatè exequitur opera artis, examinabitur questione 25.

Vtraque conclusio colligitur apertè ex scripturis sacris; prior quidem ex illo Prouerbiorum 3. Dominus sapientia fundauit terram, stabiliiuit cœlos prudentia, sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concreuerunt. Psalm. 103. Quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti. Sapientia 7. Omnium artifex docuit me sapientia. Ierem. 51. Qui preparauit orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cœlos. Posterior verò ex illo ad Ephes. 1. Operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Apocal. 4. Tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. Genes. 1. Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux, &c. Psalm. 32. Ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt; & cum non

alicui alteri mandauerit, qui id exequeretur, planè dictum atque imperium illud non aliud significat, quàm decretum & determinationem diuinæ voluntatis, præuia cognitione, vnde continuo prodierunt.

Deinde ratione probatur vtraque conclusio, quoniam Deus agit per intellectum & voluntatem, vt superius demonstratum est, scientia nimirum ostendente modum operandi, dirigenteque voluntatem, voluntate verò mouente ad executionem: ergo sicut in artifice scientia est causa artefactorum quatenus ostendit modum operandi & dirigit ad opus, voluntas verò quatenus determinat scientiam & mouet ad executionem: ita in Deo sese res habebit.

Hoc loco animaduertendum est, scientiam diuinam, quod ad præsens institutum attinet, duobus modis comparatione creaturarum posse spectari. Vno, quatenus Deus ea cognoscit se posse illas facere, atque hoc aut illo modo esse faciendas, tum vt sint, tum etiam vt accommodatæ sint ad hunc, aut ad illum finem. Scientia diuina hoc modo spectata est naturalis in Deo, & non libera, anteceditque actum ac determinationem liberam voluntatis, qua Deus illas facere tali vel tali tempore decernit. Altero verò modo, quatenus Deus per eam cognoscit creaturas futuras esse tali vel tali tempore. Atque hoc modo spectata non est naturalis in Deo, sed libera, neque antecedit determinationem liberam voluntatis, qua Deus statuit vt sint tali vel tali tem-

*Scientia naturalis in Deo antecedit actum liberum sue voluntatis.*

A

Scientia libera Dei, qua agnoscit contingentia futura, consequitur actum liberum voluntatis, ab eoque pendet. Scientia naturalis Dei est causa rerum, habet quædam rationem, non vero per se libera.

Sciencia libera Dei, qua agnoscit contingentia futura, consequitur actum liberum voluntatis, ab eoque pendet. Scientia naturalis Dei est causa rerum, habet quædam rationem, non vero per se libera.

non esset in Deo, prior cognitio, cum determinatione libera voluntatis, satis esset ut res creata à Deo, emanarent.

Dictum ergo illud Augustini 5. de Trinitate cap. 13. in argumento sed contra citatum; Vniuersas creaturas & spirituales & corporales, non quia sunt, ideo nouit Deus, sed ideo sunt, quia nouit; intelligendum est de cognitione & scientia diuina priori modo spectata Illud verò aliud Origenis super epistolam ad Romanos citatum in primo argumento; Non propterea aliquid erit, quia id scit Deus futurum, sed quia futurum est, ideo scitur à Deo antequam fiat; quoad priorem partem est quidem verissimum: quoniam scientia diuina, qua Deus scit contingens aliquod esse futurum, non est causa rerum, ut ostensum est: quoad posteriorem verò, si sanè intelligatur, falsum non est, ut art. 13 est ostendendum. Interim ex traditis in hoc articulo, illud solùm ante oculos velim habeas, scientiam liberam, qua Deus scit contingentia aliqua esse futura, non esse causam rerum, quod hoc loco à nobis satis aperte ostensum est: multi verò id non attendentes circa præscientiam diuinam de futuris contingentibus periculose admodum hallucinati sunt.

### Ad articulum 13. eiusdem questionis 14.

## De erroribus circa diuinam præscientiam, ac nostrum liberum arbitrium, rerumque contingentiam.

### Disputatio I.



ES est, que non parum negotij hominibus semper faccisit, qua nã ratione libertas arbitrij nostri, rerumque futurarum in vtranque partem contingentia, cum diuina præscientia, prouidentia, prædestinatione, ac reprobatione coherere consentireque possint. Id autem pro nostra tenui parte diuina freti ope explanaturi cum simus, hoc quidem loco circa præscientiam, inferioris verò quæst. 22. & 23. circa prouidentiam, prædestinationem, ac reprobationem, constituen-

dum est ante omnia, in nobis libertatem esse arbitrij, & qualis, ac quanta ea sit, esseque multarum rerum futurarum in vtranque partem contingentiam, & quænam eiusmodi contingentia radix constituenda sit, ut tandem mutuam coherentiam & consensum horum omnium, hoc quidem loco cum diuina præscientia, quæstione verò 22. & 23. cum diuina prouidentia, prædestinatione, ac reprobatione ostendamus atque explanemus.

Quamuis autem D. Thomas inferioris q. 83. de libero arbitrio ex instituto disputet, hoc tamen loco

loco non nihil ea de re differamus oportet: tum quod hos in primam partem commentarios ad eam vique quæstionem non extendemus: tum vel maxime quod opportunus hic locus sit, neque ea, quæ ad hunc locum spectant, plenè cognosci valeant, nisi difficultates aliquot circa nostrum liberum arbitrium prius dissoluatur: reliquas autem de libero arbitrio quæstiones commodius in primam secundæ referuabimus. Boni autem consular lectores, si perstringendo nonnulla de gratia, quantum huic loco satis esse videbitur, miscuerimus: ita enim admirabilis consensio liberi arbitrij cum gratia, præscientia, prouidentia, prædestinatione, ac reprobatione coniuncta est, ut vix vnum sine altero attingi, explanarique possit.

Porrò ea sola ratio in libero arbitrio cum prædictis rebus conciliando probanda, amplectendaque erit, quæ (posita etiam æterna Dei præscientia, prouidentia, & prædestinatione, ac reprobatione, sicut re ipsa actu præexistunt) nulli horum sex præiudicij aliquod afferat. Atque is constituendus erit ante oculos lapis Lydius, per quem examinandum sit, quantum veritatis, vel falsitatis ratio, quam quisque attulerit, contineat. Neque enim minus ex scripturis sanctis (ut videbimus) constat, neque minus firma fide tenendum est, nihil diuina præscientia, prouidentia, prædestinatione, reprobatione, aut gratia impediende, in nobis re ipsa esse libertatem arbitrij, quam ex eisdem scripturis sit manifestum, esse diuinam præscientiam, prouidentiam, ac prædestinationem, necessariamque nobis esse gratiam ad amicitiam cum Deo conciliandam, ac vitam æternam consequendam. In hac autem prima disputatione solum atteremus varios errores, qui circa diuinam præscientiam, libertatemque arbitrij nostri, ac rerum contingentiam hucutque extiterunt.

Error Tullij circa præscientiam & destinationem.

Vt Augustinus 5. de ciuitate Dei cap. 9. refert Marcus Tullius, cum ex vna parte percipere non valeret, qua nam ratione libertas arbitrij, contingentiaque rerum cum immutabili, certaque Dei de futuris contingentibus cognitione coherere posset: ex alia verò parte experimento, tum in seipso, tum in alijs, libertatem arbitrij comperiret, negauit in Deo esse præscientiam futurorum contingentium, vllamque de illis esse posse certam diuinationem. Atque ita, ut Augustinus ibidem ait, dum homines vult facere

liberos, facit sacrilegos: hic autem error disputatione penultima impugnabitur.

Quod ad libertatem arbitrij, rerumque contingentiam atinet, ut Augustinus 5. de Ciuitate Dei cap. 1. & 4. confess. capite 3. refert, error fuit in primis multorum ex ijs mathematicis, qui iudicariæ facultati dediti fuerunt, atque quorundam philosophorum, qui illos sunt secuti, in astris esse vim quandam necessitatē inferentem voluntati humanæ, ut hoc, aut illud velit, omniaque in his rebus inferioribus, in quibus etiam actiones humanas tam studiosas quam vitiosas comprehendunt, necessario euenire, stellarumque sitibus, aspectibus, atque influentijs esse tribuenda. Licet autem cælo & astris, tanquam primæ causæ, tribuerent hanc necessitatē effectuum omnium, a cælo tamē dicebant deriuari ordinem quandam, ac seriem causarum ad minimos vique effectus pertingentium, omnino inuitabilem, & ob eam causam omnia euenire naturali quadam necessitate affirmabant. Porro connexionem hanc atque ordinem causarum, cuius principium & origo astribatur situs cæli & stellarum, appellabatur fatum: naturalemque necessitatē, qua omnia necessario euenire credebant, necessitatē fatalem appellabant. Addebant deinde nonnulli, ut testis est Augustinus 5. de ciuitate Dei capite 1. vim illam astringentem, & connexarum causarum ordinem inde resultantem, non esse ex dispositione atque voluntate Dei, atque ea ratione omnem Dei prouidentiam circa res humanas de medio tollebat. Alij verò dicebant, eam constitutionem atque dispositionem à Deo esse, pendereque à diuina voluntate. Ceterum omnia, eo ipso quod mundus ita constitutus esset, fatali necessitate euenire, atque ad eum effectus omnes, etiam si vitia & peccata essent, tribuenda esse Deo, qui talem rerum dispositionem constituerit. Error hic libertatem tollit arbitrij, omnemque à rebus contingentia: quare manifestè contrarius est fidei Catholicæ, magnamque in Deum blasphemiam euomit; cum eum nostrorum scelerum autorem impudenter constituat.

Vsurpatio fati in hac significatione à Patribus merito & reprehendi & impugnari solet, (vide inter alios beatum Gregorium in homilia Epiphaniæ) & ab Ecclesia condemnatur. Si verò fatum sumeretur pro ordine causarum contingentium atque euitabili, ut subest immutabili cer-

Error mathematicorum & aliorum quorundam, fati libertatem arbitrij auferentium

Fatum quid

*Fatum* in tæque præsciētiae diuinæ, qua Deus, ob eminentiam suæ scientiæ, cognoscit aliquid ex eisdem causis re ipsa euenturum, Deo ipso interdum disponente, aut etiam permittente aliqua, vt id eueniret, tandem eueniat, atque in ea significatione dicitur, vt quis, fato regna his vel illis euenire, sententiam, inquit Augustinus, teneat, linguam corrigat. Neque enim audito nomine fati, id homines intelligunt, sed quod priori loco explicatum est, ideoque nunquam fati nomen erit vsurpandum quin de significatione subiiciat. et distinctio, ne fortè alijs erroris aliqua occasio præbeat. Fatum in hac posteriori significatione admittit Boëtius de consolatione, & D. Thomas inferior quæst. 113. licet admoneat, neque in ea significatione sanctos eo vocabulo vti voluisse.

*A fatali necessitate* Error de fato explicatus ab aliquibus tribuitur Stoicis: si tamen Ludouico Viuis in primum & decimum caput Aug. 5. de Ciuitate Dei credendum est, Plato à fatali necessitate exceptit voluntatem humanam, & ea quæ à libero arbitrio humano pendent: cætera verò fatali necessitati subiecit. Eandemque sententiam secuti sunt Stoici, vt ex Plutarcho & alijs in caput decimum Aug. citatum idem Ludouicus refert. An verò præter liberum arbitrium, & ea quæ à libero arbitrio pendent, aliqua alia à naturali, fataliue necessitate excipienda sint, in quibus proinde ad vtramque partem futuri euentus contingentia reperitur, explicabimus inferius, dum de radice contingentiae erit sermo, partemque affirmantem veram esse ostendemus.

*Patum qui alij hæretici asseruerint, arbitrii, libertatem abstulerunt.* Præter apostatam illum Simonem Magum, qui, vt Beatus Clemens libro 3. recognitionum refert, liberum arbitrium negabat, omniaque fato fieri dicebat, ex hæreticis Bardesanes quidam aut (vt alij volunt) Bardesianus fato etiam conrineri conuersiones hominum asserbat, vt Augustinus de hæresibus hæresi 35. refert: quamuis alij aliud de hoc Bardesane sentire videantur, de qua re vide, si placet, Alfonso à Castro aduersus hæreses, verbo fatum. Priscillianus etiam, auctore Augustino loco citato hæresi 70. asseruit, homines fatalibus quibusdam stellis esse alligatos, atque cum Manichæis, de quibus statim erit sermo, liberum abstulit arbitrium. Plurimi quoque eorum, quos proximè libertatem arbitrii sustulisse referemus, fatum fatalemque necessitatem admittere videntur, si non quæ cælo & stellis sit attributa, quæque inde deriuetur, ceterè in

eo sensu, vt dicant, existente ea constitutione vniuersi, quæ re ipsa est, singulis effectibus designatum esse certum ordinem seriemque causarum adeò indeclinabilem, vt nihil nisi necessitate naturæ eueniat. Dixi plurimos eorum fatalem necessitatem videri admittere; quoniam qui ex eo libertatem arbitrii tollunt quod censeant actus voluntatis nostræ pendere solū à libero influxu Dei, siue naturali, siue supernaturali gratiæ, ita vt nō simul pendeant à nostra libera voluntate, non cogentur fatum astruere, fatalemue necessitatem; cum dicere possint, existente hac constitutione vniuersi, quam habemus, posse quidē res hoc, aut contratio modo euenire, attamen ex solo libero concursu Dei id totum dependere.

*Error de fato damnans.* Error iste de fato damnatus est aduersus Priscillianum in Concilio Bracarensi 1. cap. 9. his verbis. Si quis animas & corpora humana fatalibus stellis credit astringi, sicut Pagani & Priscillianus dixerunt, anathema sit. Et cap. 10. Si qui duodecim signa, id est, sydera quæ Mathematici obseruare solent, per singula animæ vel corporis membra dissipata credunt, & nominibus Patriarcharum ascripta dicunt, vt Priscillianus dixit, anathema sit. Et Leo primus epistola 91. quæ est ad Turibium Auluricensem Episcopum capite 11. eundem errorem ita condemnat. Vndecima, inquit, ipsorum blasphemia est, qua fatalibus stellis & animas hominum, & corpora opinantur astringi, per quam amentiam necesse est, vt homines paganorum erroribus implicati, & fauentia sibi, vt putant, sydera colere, & aduersantia studeant mitigare. Verum ista sectantibus nullus in Ecclesia Catholica locus est. Vide etiam caput 13. eiusdem epistolæ.

*Manichæi qua ratione libertatem arbitrii abstulerint.* Manichæi ea ratione liberum hominis arbitrium abstulerunt, quod negarent in homine vllam esse facultatem qua indifferenter bonum ac malum posset eligere, sed dicebant in eo duas animas esse permixtas. Vnam à Deo bono principio, quam etiam partem quandam substantiæ Dei esse astringebant, qua homo solum bonum, ex necessitate tamen, poterat velle ac operari. Alteram à malo principio, qua solum, atque ex necessitate, poterat operari malum: ex varia verò permixtione harum animarum dicebant proficisci, vt alij alijs deteriores euaderent, atque vt vnus & idem melius vno tempore, quam alio operaretur, prout magis, vel minus erat purgatus à permixtione animæ, quæ à malo prin-

*Augustini error ante quæ ad fidem conuerteretur.* In principio obuenerat, ita Aug. hæresi 46. & alij permulti graues autores. In hoc eodem errore Manichæorum fuit Augustinus, per aliquot annos, antequam ad Catholicam fidem conuerteretur, eò quod causam mali intelligere non valeret, falsisque promissionibus Manichæorum persuasus speraret, se per eos ab omni errore liberandum, atque in veram Dei cognitionem tandem perducendum, vt ipsemet in epistola ad Honoratum testatur. At

*Mali culpa causa, non Deus, sed nostrum arbitrium.* Catholica fide illustratus scripsit aduersus hunc errorem libros de libero arbitrio, in quibus demonstrat esse in homine liberum arbitrium, hominemque ipsum, dum pro sua libertate à recta ratione atque lege Dei deuiat, suoque ad id, ad quod ab autore naturæ collatum non est, abutitur libero arbitrio, esse causam totius mali culpæ, quod sit voluntario, libertatē ad oppositum, neque esse neque intelligi valet. Quare malum culpæ non in autorem naturæ, qui non nisi ad bonum hominibus contulit liberum arbitrium, prohibuitque eis malum, neque in aliquod aliud externum principium, sed in hominem ipsum per suum liberum arbitrium, tanquam in propriam causam, referendum esse præclare ostendit.

*Pelagianorum error.* Error Pelagianorum oriri cœpit tempore Augustini, postquam libros de libero arbitrio aduersus Manichæos & multa alia præclara opera scripserat, vt ipse testatur primo retractationum cap. 9. Erat verò Pelagianorum error veritati ac fidei contrarius, ex altero extremo cum errore Manichæorum pugnant. Pelagius enim & sectatores eius, in iniuriam gratiæ ad salutem nobis necessariæ, plus æquo vires liberi arbitrii extendebant. In primisque asserbant, primum parentem sibi soli peccando nocuisse, omnesque eius posteros nascitales, absque vlla videlicet labe peccati, qualis primus parens ante peccatum à Deo conditus fuit. Asseuerabant deinde, solum liberum arbitrium, absque alio auxilio gratiæ, esse satis, tum ad credenda ea quæ docet fides, ad vitanda omnia peccata, superandas passiones ac vincendas omnes tentationes toto decursu vitæ occurrentes, & ad vitam æternam promerendam: tum etiam ad obtinendam per poenitentiam, comparatam solis liberi arbitrii viribus, veniam peccatorum, si quæ essent iam commissa. Quare ad vitanda peccata, id solum gratiæ Dei tribuebant, quod condiderit nos libero arbitrio

ac facultate non peccandi præditos, quodque legem suam mentibus nostris indiderit, aut etiam externis verbis vel scriptis proposuerit. Comparatione verò peccatorum, quæ à nobis iam commissa essent, tribuebant quidem ipsi gratiæ remissionem ac condonationem talium peccatorum: at eam nos promereri ac consequi per poenitentiam, solis viribus liberi arbitrii elicitam, credebant. Quare solum liberum arbitrium absque alio auxilio gratiæ arbitrabantur esse nobis satis ad salutem, vt testatur tom plerique alij, tum præcipuè Augustinus hæresi 83. & epistola 106. quæ est ad Paulinum, & Patres Concilij Carthaginensis & Mileuitani in epistolis ad Innocentium primum Romano Pontificem, quæ habentur primo tomo Conciliorum ante epistolam 15. & 16. eiusdem Pontificis, & apud Augustinum 2. tomo, epistola 90. & 92. Aduersus hunc errorem scripsit Augustinus librum de natura & gratia.

Solent verò Patres interdū, cum hæresim aliquam expugnare radicibusque euellere conatur, ita omnes vires neruosque in eum finem intendere, vt ad alios errores, qui circa aliqua alia fidei dogmata possunt oriri, nō adeò prospiciant, præsentem duntaxat morbo remedium adhibere conantes. Quare vt ex ijs, quæ Augustinus in libris de libero arbitrio (vt ipsemet primo retractationum cap. 9. & de natura & gratia cap. 27. testatur) aliisque antiquiores Patres vsque ad illa tempora aduersus hæresim Manichæorum de libertate arbitrii scripserant, exiguam interim de auxilio gratiæ, ad actiones liberi arbitrii necessario, mentionem facientes, eò quod ea de re nulla esset controuersia, contendebant Pelagiani, Patres illos in eandem secum sententiā de libero arbitrio cōsensisse: ita ex ijs, quæ Augustinus in libro de natura & gratia ac alibi aduersus Pelagianos de gratia ad salutem necessaria scripserat, monachi quidam occasione sumpserunt vsque adeò gratiam extollendi, vt liberum arbitrium negarent, meritumque nostrum tollerent, dicentes Deum vnicuique fidelium non secundum ipsorum opera, sed secundum solam gratiam, redditurum præmium.

Aduersus hunc errorem Augustinus librum de gratia & libero arbitrio conscripsit, atque epistola 146. quæ est ad Valentinum ita ait. Veniunt ad nos duo iuvenes de vestra congregatione, qui nobis retulerunt monasterium vestrum nonnulla scrij.

nonnulla dissensione turbatis, eò quòd quidam in vobis sic gratiam predicat, vt negent hominis liberum esse arbitriũ. & dicant, quòd in die iudicij nò sit redditurus Deus vnicuique secundum opera eius. Etiam nobis indicauerunt, quòd plures vestrum non ita sentiant, sed liberum arbitrium adiuuari fateantur per Dei gratiam vt recta sapiamus atque faciamus, vt cum venerit Dominus reddere vnicuique secundum opera eius, inueniat opera nostra bona que preparauit Deus vt in illis ambulemus : hoc qui sentiunt, bene sentiunt. Obsecro itaque vos fratres per nomen Domini nostri IESV Christi, vt id ipsum dicatis omnes. Primò enim Dominus noster IESVS Christus, sicut scriptum est in euangelio Ioannis, non venit vt iudicet mundum, sed vt saluet mundum per ipsum. Postea verò, cui scripsit Apostolus Paulus, iudicabit Deus mundum, quando venturus est, sicut tota Ecclesia in Symbolo cõstituit, iudicare viuos & mortuos. Si igitur non est Dei gratia, quomodo saluat mundum? & si non est liberum arbitrium, quomodo iudicet mundum? Proinde liberum (de natura scilicet & gratia) vel epistolam meam, quam feci ad vos supradicti artulerunt, secundum hanc fidem intelligite, vt neque negentis Dei gratiam, neque liberum arbitrium sic defendatis, vt à Dei gratia separatis, tanquam sine illa vel cogitare aliqui, vel agere secundum Deum vlla ratione possimus, quod omnino non possumus. Hæc Augustinus. Lege etiam que in eadem & sequenti epistola sequuntur. Placuit autè hæc referre vt intelligas, quam immerito heretici nostri temporis, errorem proxime relatu amplēdentes atque extendentes, se Augustinum habere patronum atque autorem sui erroris obrendant, vt inserim innumera alia Augustini testimonia, quæ illis retragantur, prætermittam.

*Alius eorum dicit monachorum aper.*  
Ex errore proxime explicato emanauit error ille alius eorundem monachorum : Non esse quam corripendum, quòd non operetur bonum & male agat, sed orandum esse Deum, vt illi largiatur gratiam, qua bene operetur : quandoquidem, vt dicebant, bene operari est à Deo per auxilium gratiæ ; ac proinde si Deus illud det, vtique qui accipit, operabitur bene : verò Deus id non det, non est in potestate eius, qui id à Deo non accipit, bene operari. Aduersus hunc errorem scripsit Augustinus librum de corre-

pione & gratia. Hæc de erroribus circa liberum arbitrium nostrum vsque ad August. tempora. Petrus Abailardus, vt Castrus aduersus hereses verbo libertas, & verbo Futurum contingens refert, asseruit omnia absoluta necessitate rerum euenire, nec Deum ; necdum hominem, posse efficere aliter res, quam faciat. Nicolaus Sande- rus lib. 7. de visibili monar. Eccl. hæc. 146. ex Gabriele Prateolo solum refert illius asseruit, Deum agere ex necessitate naturæ. Fortè inde Castrus colligit vterius, cum negasse etiã libertatem voluntatis humanæ, credens cum Scoto, ex eo quòd Deus constituitur agere ex necessitate naturæ, sequi omnia euenire ex necessitate naturæ, neque vobis libertatem arbitrii inesse, etiam si Deus non alio maiori influxu cõcurreret cum causis secundis, quam sit is, quo re ipsa influit. Quod tamen in sequentibus esse falsum ostendemus.

VVicleffus, vt ex Concilio Constantiensi sess. 8. art. 27. vbi fuit damnatus, constat, asseruit omnia ex necessitate absoluta euenire. In eodem errore fertur, videturque fuisse Ioannes Hus ab eodem Conc. sess. 15. damnatus, quibus cum hereticis sensisse refertur Valla, vt autor est Ruardus Decanus Louaniensis in articulo de libero arbitrio. An verò hi omnes crediderint, Deum agere ex necessitate naturæ, neque potuisse ex æternitate constituere, ac disponere res aliter, quam re ipsa ab eo constitutæ sint, vt Abailardus affirmabat, vel potius crediderint, Deum quidè non agere ex necessitate naturæ, sed potuisse ex æternitate aliter res pro arbitratu disponere, verum ex immutabilitate voluntatis, certitudineque scientiæ diuinæ, ac dispositione ipsa rerum omnia euenire necessitate absoluta, neque esse vllam in rebus contingentiam, non mihi certò constat. Castrus iuxta priorem explicationem refert errorem VVicleffi : ait enim dixisse, voluntatem Dei & actualem creationem eiusdem fuisse mensuræ, neque potuisse Deum aliter facere aut velle res, quam fecerit. Multi verò alij errorem VVicleffi, Ioannis Hus, Vallæ, atque Lutheri, qui tandem hac in re VVicleffum, vt subiungam, est secutus, iuxta posteriorem explicationem interpretantur.

Lutherus primùm asseruit liberum arbitrium, comparatione volitionum internarum, quibus aliquid boni vult, nullam habere efficienciam, sed à solo Deo eas omnes efficienter produci,

*August. qua occasioe libri de correptione & gratia scripsit. Peri A. bailardi error.*

*VVicleffus & quorundam aliorum error.*

*Lutheri de libero arbitrio error.*

produci, voluntatemque humanam, cum bonum appetit, solum se passiuè habere. Verum iam in hac prima parte q. 12. art. 2. ac alibi satis credo demonstraui, actum per quem voluntas aut intellectus velle aut intelligere aliquid dicitur, operationem esse vitale ab ipsismet potentijs vitaliter emanantem, neque posse potentias illas, suppositiuè, ab actibus appetentis aut intelligendi denominari, nisi ab eisdem potentijs efficienter emanent. Quare error hic non solum cum fide Catholica, quatenus per eum Lutherus meritò molitur asserere ab operibus nostris gratia diuina adiuui, sed etiam cum lumine naturali, veraque philosophia pugnat. Adiecit verò Lutherus, voluntatem nihilominus nostrã, quatenus vterius imperat quoad executionem ipsum bonum opus externum, dici cooperari, a diuinitateque in eodem efficiendo habere. Docebat deinde, liberum arbitrium post peccatum, seu ante gratiam, rem esse de solo titulo, qua de re damnatus à Leone 10. Pontifice Maximo ita respõdit: Male dixi quòd liberum arbitrium aut gratiam sit res de solo titulo, sed simpliciter debui dicere, liberum arbitrium esse signum in rebus, seu titulum sine re : quia nulli est in manu sua quippiam cogitare vel mali, vel boni, sed omnia (vt VVicleffus articulus Constantiæ damnatus rectè docet) de necessitate absoluta eueniunt, quod & poëta voluit, quando dixit, certa constant omnia lege. Eò denique dementiae peruenit vt diceret, liberum arbitrium nulli dominium habere in suos actus, malaque opera & peccata non minus esse à Deo quam bona opera : qua in re stultitiã atque impietatem Manichæorum planè superauit, qui peccata ipsa Deo tribuere minimè sunt ausi. Mirandumque valde est, quòd errorem

suum non minus impium, quam stultum, alicui hominum persuadere potuerit. Lege, si placet, inter alios Ruardum in articulo de libero arbitrio, vbi verba Lutheri asserit, & Roffens. in art. 36. Lutheri.

Philippus Melancthon secutus primùm eundem Lutheri errorem, sui que præceptoris mentem magis explicans, asseruerat omnia opera nostra, siue sint indifferencia, vt comedere & bibere, siue bona, vt vocatio ac conuersio Pauli, siue mala, vt adulteriũ Dauidis, esse opera propria Dei, qui ea omnia non permisit. sed potenter efficit in nobis, ita vt non minus proprium opus Dei sit proclitio Iudæ, quam vocatio Pauli. Postea verò turpidinem sui erroris erubescens, inueniensque innumera, quæ ex se sequerentur, absurda, atque Catholicorum tractatibus, potissimum Ioannis Coclei de libero arbitrio, conuictus, suum Lutherique reiecit errorem, asserens libertatem arbitrii, Deumque non esse causam peccati, sed potius ipsum liberum hominis arbitrium, &c. Lege Ruardum vbi supra, qui hæc omnia latè profecquitur, simulque asserit, principes & ciuitates protestantes libertatem arbitrii admisisse.

Caluinus in errore persistit Lutheri, confiteturque philosophos contrarium docere, atque etiam Patres. Verum eò cõsilio Patres id fecisse ait, ne philosophis cachinnos mouerent, si aduersus tam recepam inter eos opinionem contrarium vellent docere. Sed quam frivole & ineptè id dictum sit, quis non videt? Vnum tamen Augustinum excipit, quem falso & impudenter contendit patronum esse sui erroris. Hæc de erroribus ad hæc vsque nostra tempora circa Dei præscientiam, nostrum liberum arbitrium, ac rerum contingentiam.

*Philippi Melancthon error.*

*Caluini error.*

### Quid nomine liberi arbitrii intelligendum sit.

#### Disputatio 2.



*Libertatis res acceptiones.*

**A**NT E omnia constituendũ est, quid nomine liberi arbitrii intelligatur. Libertas duobus modis sumi potest. Vno, vt dicitur à verbo, libero, opponiturq; seruituti : quo pacto dicitur secunde ad Corinth. 3.

Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Ad Rom. 8. Cum serui essetis peccati, liberi facti estis iustitiæ. & ad Rom. 8. Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. De libertate ita sumpta non est nobis hoc loco sermo.

Altero modo sumitur, ut dicitur à verbo, liber: quo pacto adhuc dupliciter usurpatur solet. In primis enim sumi potest, ut opponitur coactioni, quo pacto quodlibet sit, siue fiat naturali necessitate, siue non, dicitur liberè fieri. Hoc modo concedimus, Patrem in diuinis liberè, hoc est non coactè, sed ipsoe generare filium, tamen necessàriò necessitate naturali is à Patre generatur. Libertas hoc modo sumpta non est factus, ut quis liberum dicatur habere arbitrium, quicquid dicant Lutherani, qui ea sola ratione nobis liberum arbitrium esse volùt, quòd sponte actiones humanas operantur. Verum hac ratione non solum in pueris & amentibus, sed etiam in belluis cõcedendus esset vsus liberi arbitrii: cum ipse quoque sponte operentur.

*Libertatem arbitrii qualiter in nobis esse voluit Luthero.*

*Libertatem arbitrii quid.*

Alio verò modo accipi potest, ut opponitur necessitati: quo pacto illud agens liberum dicitur, quòd positis omnibus requisitis ad agendum, potest agere & non agere, aut ita agere vnum, ut contrarium etiam agere possit. Atque ab hac libertate facultas, qua tale agens potest ita operari, dicitur libera. Quoniam verò non ita operatur nisi prauo arbitrio, iudicioq; rationalis, inde est, quòd quatenus ita præxigit iudicium rationis, liberum appellatur arbitrium. Quò sit, ut liberum arbitrium (si alicubi concedendum sit) non sit aliud, quàm voluntas, in qua formaliter sit libertas explicata, prauo iudicio rationis. Agens liberum in hac significatione distinguitur cõtra agens naturale, in cuius potestate non est, agere, & non agere, sed positis omnibus requisitis ad agendum necessàriò agit, & ita agit vnum, ut non possit contrarium efficere.

*Agens liberum & agens naturale quid.*

*Pueri & amentes aliqua est solium liberum.*

Quo loco duo animaduertenda sunt. Primum est, pueros & amentes non solum operari sponte, sed etiam multa efficere liberè, ita ut in ipsorum potestate sit ea efficere, et non efficere, aut etiam efficere contraria, & cum voluntaria diximus prima secunde q. art. 1. Verum ea ex eo neque ad culpam, neque ad meritum eis imputantur, quòd non discernant ratione inter bonum & malum morale, quantum factis est ad culpam aut meritum. Quare liberè aliquem vsum habeant liberi arbitrii, non tamen habent eum, qui ad culpam ac meritum est necessàrius. Atque hic vsus est, quem ut infra decernunt, pueri ut plurimum septimo ætatis suæ anno completo habere dicuntur.

Secundum est, voluntatem non omnes suos actus posse non elicere: etenim voluntas eius, qui Deum intuetur in patria, non potest Deum non diligere, sepe etiam dum sumus in via surrepunt actus, quos voluntas non valuit impedire: atque hinc est ut voluntas non comparatione quorumcumque suorum actuum formatur rationem liberi arbitrii, sed comparatione eorum tantum, quos potest non elicere, in quo libertas quoad exercitium actus cernitur. Quòd si simul possit elicere indifferenter vel hunc, vel contrarium actum cernitur etiam libertas quoad speciem actus, ut vocant, quæ plena & perfectæ libertatis rationem habet.

*Voluntas non comparatione suorum omnium actuum est libera.*

*Libertas quo ad exercitium & quoad speciem actus quid.*

*Dubium primum.*

Circa primum horum interrogatus sum, num quòd pueri ante eum vsum rationis, in quo aliquid ad culpam, aut ad meritum, vel virtutem, eis imputari possit, operari aliqua possunt liberè ita ut in ipsorum potestate sit ea efficere, vel non efficere, aut etiam efficere contraria, proueniat ex eo quòd eorù intellectus, antequam ex parte virium sentientiù sit sufficienter dispositus ad discernendum ac deliberandum inter bonum & malum morale, quantum factis sit, ut volitio, aut nolitio, vel etiam continere actum circa obiectum, eis impuretur ad culpam, meritum, aut virtutem, est sufficienter dispositus, ad deliberandù de obiecto quatenus vtili, aut delectabili, atque ad appetendum diuersas rationes mali, bono vtili ac delectabili oppositas, ac proinde ad representandum rationes eas boni cum indifferentia. Cum enim tunc, neque ab obiecto necessiter voluntas, neque item ab intellectu, quippe qui indifferenter voluntati proponat rationem boni ac mali, itemque boni rationem in continendo actum, quæ sufficientia sanè sunt ad libertatem, utique tunc voluntas indifferenter, atque adeo liberè, poterit velle, aut nolle obiectum, vel etiam continere actum.

*Secundum.*

Simul interrogatus sum, num in adultis esse similiter aliquando possint actus liberi, qui ex eo fiat primò primi, & neque ad culpam, neque ad meritum, aut virtutem imputari valeant, quòd cum aduenit sufficiens dispositio, ac tempus, ad deliberandum de bonitate & malitia delectabili, aut vtili, non tamen ad deliberandù de bonitate ac malitia morali, vel propter obiecti ea in parte difficultatem, vel ob aliquam aliam causam.

Item interrogatus sum, num hoc ipsum euenire


*Tertium.*

in ijs solet, qui à somno ad vigiliam transeunt, neque integrè, neque perfèctè ratione libera, sed eo modo partim libera, & partim ligata, quo per modum habitus est in pueris, & amentibus, ad actus aliquos.

*Ad dubium primum.*

Ad horum primum respondeo. Id vetique (ut hoc loco factis apertè innui) ex eo prouenit, quòd antequam puerorum intellectus ex parte virium sentientiù habeat sufficientem dispositionem ad discernendum inter bonum & malum morale, quantum factis est, ut ipsorum volitio, nolitio, aut continere actum, ad culpam, vel meritum, aut ad virtutem impurentur, habet dispositionem sufficientem ad cognoscendum, quantum factis est, ut voluntas liberè operetur. Cæterum arbitror libertatem esse in voluntate, & non in intellectu, atque ad libertatem volendi, aut nolendi, vel continendi actum non volendo, quando velle possumus, & non nolendo quando possumus nolle, non esse necessariam tantam deliberationem ex parte intellectus, quantum multi necessariam esse existimant, & multò minus imperium intellectus, quo voluntati imperet, ut velit, aut nolit, vel contineat actum: sed ad volendum factis esse notitiam bonitatis alicuius, quæ in obiecto luceat, rei delectabilis, vel vtilis, aut honestæ: ea verò bonitas si tanta non sit, & tam perspicuè cognita, quæ voluntati necessitatem inferat, ut nulla est talis præter Deum clarè visum, integrum est voluntati non elicere actum, tamen regulariter illum elicere, si magna sit, nihilque adsit, quòd ab eo elicendo retrahat: similiter existente notitia alicuius mali, integrum eidem voluntati est nolle ac respicere obiectum, nec tamen necessatur ad nolendum, sed potest non elicere nolitionem continendo actum, licet, quando obiectum est vehemens, regulariter nolitionem eliciet, nisi adsit, quòd aliunde moueat ad illam non elicendam, aut etià ad contristatiù amplectendum propter bonum cum eo cõiunctum. Itaque existentem eadem dispositionem ac notitiam ex parte intellectus, qualis explicata est, potest voluntas sua innata libertate velle, aut nolle, vel neutrum elicere actum, ut ex ijs, quæ 1. 2. q. 9. fuisse docuimus, & ex parte in hac parte, dum nobis de peccato Angelorum est sermo, exposuimus, atque ex propria cuiusque nostrum experientia constat. Ab innata ergo voluntatis libertate prouenit, quòd cum pueri prius habere possint suf-

ficientem notitiam intellectus bonitatis alicuius delectabilis, aut vtilis, obiectum, vel etiam mali oppositi, quàm deliberare sufficienter possint circa bonum ac malum morale, quantum necesse est, ut ipsis volitio, aut nolitio, aut continere actum, ad culpam, meritum, aut virtutem impuretur, multa liberè velle ac nolle possint, antequam eum rationis vsum habeant, qui ad culpam, aut meritum, est necessàrius. Ex eadem innata voluntatis libertate euenit, quòd cum in amentibus notitia maneat bonitatis ac malitiae moralis rerum multarum, verumque iudicium practicum circa illa formet, atque legitimos aliquos discursus circa eadem efficiant, ut experientia testatur, dum interrogati, aut etià non interrogati, multa vera circa res morales respondent, ratiocinantur, ac loquuntur, legitimamque eorum rationem reddunt, multa quoque circa easdem res morales liberè velint, ac nolunt. Quia tamen propter vitium internarum sententiarum perturbationem ac indispotionem integrum ac plenum iudicium rationis non habent, quantum par est, ut liberi eorum actus ad meritum, aut demeritum illis impurentur, inde efficiat, ut neque virtutis, neque vitij rationem habeant, ac proinde ut nec pœna nec præmio propter illos digni sint. Neque reputo improbabile, aliquando prudenter ac circumspectos viros merito dubitare posse, num aliqui eorum in multis sufficientem rationis vsum habeant, ut peccata ac mereantur, atque ut peccata sua confiteantur, impendiq; illis beneficium absolutionis possit. Atque tunc auditis eorum confessionibus, impendi illis absolutio possit, ac deberet, sub conditione, Si capax es absolutionis: non secus ac quando dubitatur, an infans receret natus mortuus sit, vel viuat, sub conditione baptizatur. Si tu es homo, ego te baptizo. In neutro enim horum vllum est periculù, aut vlla irreuerentia sit Sacramento: cum tamen vtrumque prodesse multum possit, si puer viuat, aut ille alius, dum cõiunctur, sit cõpos sui, saltem quoad culpam aliquam, quam confiteatur. Illud obiter circa eandem interrogationem admonerem: Longè dicenda esse liberè continere actum non volèdo, quando velle possumus, aut non nolendo quando nolle possumus, ut liberè velle continere actum, elicendo voluntatis actum, quo continere actum circa aliquod obiectum volumus. Atque ad hoc quidem secundum necesse est præcedat in intellectu notitia alicuius



alicuius bonitatis, quae luceat in eo, quod actus efficiatur: quandoquidem debet id esse voluntatis actu voluntatis: volitio autem in nullam rem tendere potest nisi sub ratione boni. Ad illud vero primum necesse non est representari intellectui sub boni ratione coniunctum actum; quippe cum voluntas circa id nullum elicere debeat actum: sed satis est, quando representatur aliquod obiectum sub ratione boni, potestque voluntas illud velle, non esse tantam bonitatem illius evidenter cognitam, quae voluntati ad eum actum elicendum necessitatem inferat: eo enim ipso in potestate voluntatis est non elicere eum actum, ac proinde liberè eum continere. Satis similiter est, quando voluntati obiectum aliquod representatur sub ratione mali, potestque voluntas illud nolle, non necessitari ad illud nolendum: eo enim ipso in potestate ipsius est, non elicere eum nolendi actum, ac proinde liberè illum continere.

Ad secundum, quod interrogatur, respondeo. Esse posse in adultis actus liberos, non solum nec semiplenè deliberatos, quod ad genus moris attinet (qui soli primò primi appellantur) aut eantùm semiplenè deliberatos, sed etiam plenè deliberatos, qui propter ignorantiam inuincibilem, aut inadvertentiam inculpabilè, à culpa excusentur, cum tamè alioquin essent culpabiles, ac proinde qui boni sint moraliter, ac meritorij, si ab existente in gratia eliciantur. Ut si quis circa rem obscuram, atque ex se illicitam, bona fide consultisque viris doctis, conlebrat contractum bono aliquo sine, quem iustum arbitretur. Aut si oblitus inculpabiliter esse diem ieiunij, cibum bono sine atque temperatè sumat.

Quod ad tertium attinet, ex ijs, quae in me sum expertus, arbitror, actus à transcurrentibus à somno in vigiliam illicitos, interim dum rationis usus perfectè non est solutus, torpore quodam membra ac sensus internos occupare, membrorumque morum impedire, omnino carere culpa propter defectu perfecti tunc usus rationis, idque siue illi intuitu solum rei delectabilis sine ulla noticia boni aut mali moralis, siue pungente simul scrupulo, quod id sit malum contra legem Dei, elicit sint, ut soleat saepe in timoratis exenire ob consuetudinem Deum, culpamque in similibus eventibus timendi. Carere autem eos actus culpa vel ex co liquet, quod si ipsi, qui in obiecta malè se modo affectu consenserunt,

deuenerunt postea ad perfectum rationis usum ac libertatem, certi omnino sunt, si in statu, ad quem deuenerunt, tunc fuissent, nullo modo in id fuisse consenturos. Pungit verò, quando ad perfectam vigiliam deuenerunt, scrupulus ne forte Deum ostenderit, quod propter innatam voluntati libertatem, attracti delectatione, aut quauis alia passione, sponte consenserint, ac timeant ne forte in ipsorum potestate tunc fuerit non consentire, sed cohibere actum ac passionem.

Hoc loco est obseruandum discrimen non leue, maximeque ante mentis oculos in re, de qua disputamus, habendum circa modum, quo pueri, amentes, atque dormientes ad perfectum rationis usum deuenerunt. Pueri enim cum sine ulla rerum noticia in hunc mundum deuenerint, nimiaque humiditate impeditos habeant sensus, internos praesertim, paulatim calore naturae humiditatem consumente, consolidanteque membra, nervos, atque organa sensuum, deuenerunt in meliorem ac inchoantem sensuum usum subministrantium intellectui species ac notitias rerum: experientiaque, atque aliorum doctrina, ac educatione, comparant paulatim tantam boni ac mali moralis notitiam, quae illis sufficiat, ut ipsorum actus rationis virtutes ac vitij fortiantur, dignique; ob illos sint laude ac vituperio, penaque & praemio. Neque enim quaecunque notitia boni ac mali moralis sufficit in pueris, ut dicantur usum rationis perfectum habere, sed certa: neque simul comparant perfectum rationis usum circa omnia obiecta, sed citius circa peruia & facilia, & tardius circa abstracta ac difficilia, praesertim si circa ea non doceantur. Quo fit ut multum, ad citius usum perfectum rationis acquirendum, efficiat inuata cuiusque complexio, atque etiam educatio: neque subito in pueris adueniat noticia tota boni ac mali moralis ad id necessaria, sed paulatim, temporisque progressu: tametsi, quod noticia circa aliquod obiectum, aut obiecta, iam comparata sufficiens ad id fit, in indiuisibili consistat, Deo quidem noto, nobis verò omnino occulto dum in tenebricoso huius corporis ergastulo vitam ducimus. Amentes autem quamuis ante amentiam notitiam sufficientem boni ac mali moralis, perfectumque rationis usum obtinuerint, quia tamen huius morbo habent organa sensuum interiorum, nimiaque ariditate ac prauis humoribus capere insecum, paulatim etiam ad perfectum usum rationis

*Discrimè notandum.*

tionis deuenerunt, prout organa, vel medicamentis adhibitis, vel natura ipsa morbum expellente ac consumente, paulatim etiam ad suam naturalem dispositionem reducantur. Quo fit ut incertum nobis sit non solum indiuisibile punctum, sed etiam vicinum illi tempus, in quo dicendi sint ad perfectum rationis deuensisse usum, ut de pueris dicebamus. Fit etiam, ut certum nobis non sit, utrum simul ad perfectum rationis usum deuenerint coparatione omnium obiectorum, quorum ante amentiam eum habebant; an verò prius quorundam illorum perfectum usum consequantur, postea verò aliorum. Dormientes autem, quoniam ante somnum perfectum usum rationis habebant, speciesque omnes ad eum necessarias in memoria cōseruant, solumque; rationis usum sunt priuari, cerebri humiditate opplere vias, quibus sensuum spiritus in sensuum organa deriuantur, ut ea ratione humanum corpus melius reficiatur, ac instauretur, subito à somno ad vigiliam, perfectumque rationis usum solent regulariter transire, ut experientia ipsa testatur, spiritibus sensuum subito erumpentibus, atque occupantibus organa sensuum. Aliquando tamen dilabi solet pars modica spirituum sensiuorum manebit vijs repletis humoribus; hi verò spiritus insomnia efficiunt, eo notitijs dilucidioribus quo plures spiritus dilabuntur, minusque oppletae sunt vijs humoribus, & quo humores

mentis impuri sunt. Atque aliquando tametsi raro tot spirituum copia dilabatur ac erumpit, & tam perspicua notitia inferiorum fuerit, modicis humoribus vigiliam perfectam impediens, torporemque praedictum in membris & organis sensuum, tam interiorum quam exteriorum, efficientibus, ut perturbare facile possint, tum eo modo effectum, tum eundem met quando iam ad perfectam vigiliam transiuit, nam quae ita circa venerat, appetitum vindictae, aut aliam passionem acciderunt, ad culpam ipsi imputari debeant: cum tamen status ille non sit perfecti usus liberi arbitrij, atque adeo illa omnino careat culpa. Non tamen propter haec negare intendimus, in eo, qui de proximo ad vigiliam transiuit, esse posse actus liberos malos in se, qui propter inadvertentiam ad malum morale defectumque; deliberationis circa illud, vel omnino, vel cenè à lethali culpa excusentur, ut de omnibus perfectum usum rationis habentibus in responsione ad dubium praecedens dictum est. Non item ob eandem doctrinam improbare intendimus laudabilem bonam mentium usum, quae cum timeant culpam, ubi culpa non est, de huiusmodi rebus ad cautela consistuntur. Sed quid ea de re sentiamus, quidque confessarij de eiusmodi rebus iudicare debeant, exponimus.

**De quadruplici humanae naturae, eiusdemque liberi arbitrij statu, & quod ad supernaturalia etiam opera humana libertas se extendat.**

*Disputatio tertia.*



**V**ANVIS naturae doctrinaeque ordo postulare videbatur, explicata quaestione de natura & nomine liberi arbitrij, prius illud esse demonstraremus: quia tamè commodius id fieri, si coram omnium, quae tota hac Concordia dicenda sunt, illud veluti fundamentum & basim posuerimus prius, qualibus nempe vitibus ad

naturalia ac supernaturalia opera praedicta à viris Catholicis constituantur; id ante omnia nonnullis disputationibus exequemur. Illis vero hanc tertiam praemittimus, in qua status quatuor, secundum quos humana natura perspicuitatis gratia spectari solet, viciisque arbitrij, notitia contineantur expendi, declarantur.

Primus est, status naturae humanae in partibus naturalibus, sine peccato, & sine graua, ac sine

*Nature humanae quadruplices status primus. Homo in partibus naturalibus est: iustus quodlibet est.*

villo alio dono supernaturali. Hunc statum nunquam homo habuit, neque unquam habebit: Philosophi tamē naturales in eo crediderunt hominem fuisse conditum, neque aliud sine lumine divinae revelationis intelligere poterunt. Homini ita spectato, ut naturalis est vis intelligendi ac volendi facultas, quae rationem sequitur: ita naturalis est pars sensus, quae irascibilem, & concupiscibilem complectitur, ut in hac prima parte, q. 2. art. 3. ratione 4. ostendimus. Quae ratione ei naturales sunt motus virium sentientium, qui cum ratione pugnant, voluntatemque sollicitant, inclinant, ac pertrahere conantur ad id, quod turpe & contra rectam rationem est. Naturales eidem etiam sunt defectus omnes, qui constitutionem corporis, propter vires sentientes, à natura collata, ut eadem ratione quarta explicatum est, necessarii consequuntur, nempe fames, sitis, fatigatio, aduersa valetudinis, mors, &c. Atque haec omnia in causa sunt, ut solus homo, qui quasi duabus naturis inter se contrariis collat, à sine naturali secundum portionem superiorē sibi proprio, hoc est, ab operatione secundum rectam rationem, quam sapissimē deniet, maximaque cum difficultate illam exerceat, corpore nimirum, quod corrumpitur, portionem superiorem aggrauante, vitibusque sentientibus in contrariam partem eam sollicitantibus atque allicientibus; cum tamen exterius res naturales non solum suos fines ut plurimum assequantur, sed etiam promptē & inuiter in eos ferantur.

Secundus status est, in quo re ipsa primus parens ante peccatum fuit constitutus, qui innocentiae status appellatur. Cum enim Deus in Adamo totum genus humanum, ab eo per generationem propagandum, in finem supernaturalis condiderit, nempe in claram sui visionem ac fruitionem, volueritque, ut homines ad eum finem per propria merita eidem fini congruentia peruenirent, ut sic finis adeptus in maiorem ipsorum laudem ac honorem cederet, contulit primo parenti pro se, ac posteris suis non solum principia, quibus vita aeterna possent promereri, nempe fidem, gratiam, caritatem, & alias supernaturales virtutes, sed etiam dono iustitiae originalis (sic nuncupatae, quod ad posterius propagatione esset transfundenda) ita vires sentientes compescuit, ut aduersus rationem non moueretur, bellumque illi nullum inferret, eodem-

que dono atque sua assistentia corpus à fatigatione, morbis, alsique ærumnis omnino immune reddidit, ut homo ita ab innata vitium sentientium rebellionē, molestiaque corporis liberatus, promptē summaque cum facilitate viam mandatorum omnium posset currere, vitam aeternam promereri, & ad eam ita per propria merita (quae quatenus à donis gratis homini collatis prouenirent, simul essent dona Dei) peruenire, ut & homo premio, laude atque honore esset dignus, & tandem omnia in laudem atque honorem ipsius conditoris, à quo velut à fonte emanarunt, cederent ac redundarent.

De hoc verò iustitiae statu, siue rectitudine primi hominis, loquitur Salomon Ecclesiastes 7. cum ait: Fecit Deus hominem rectum, &c. & liber Ecclesiastici, dum cap. 17. habetur: Deus de terra creauit hominem, & secundum imaginem suam fecit illum, & secundum se veltiuit illum virtute. Quam etiam rectitudinem totam aperte docent Concilium Arausicum, & Tridentinum sess. 5. in decreto de peccato originali, dum definiunt, primum parentem amississe per peccatum sanctitatem & iustitiam, in qua constitutus fuerat, fuisseque totum secundum corpus & animam in deterius commutatum. Addit praeterea Concilium Tridentinum, non solum mortem, & penas corporis in omne genus humanum transfudisse Adamo, sed etiā peccatum, sanctitatemque & iustitiam & sibi, & posteris suis amississe. Manere tamen ait in renatis concupiscentiam, vel fomitem relictum ad agonem, & cumulatus meritum. Rationes alias non contemnendas, quare expeditissimum fuerit, ut per Christum generi humano non fuerint in hac vita ea omnia restituta, quae illi in statu innocentiae fuerunt collata, reddidimus tertia parte, q. 1. art. 2.

Tertius status est hominis post peccatum, ante gratiam tamen gratum facientem recuperatam. Cum enim dona status innocentiae ea lege Adamo, & posteris tradiderit Deus, ut cum primū ille peccaret, toti generi humano omnino ea amitteret, atque propter rationes quas tertia parte loco citato cōfecimus, merito constituerit Deus, non prius reconciliare sibi genus humanum, quam pro delictis illius sibi esset satisfactum; neque illi iterum impetiri dona in finem supernaturalem, nisi aliquis id promere-

*Tertius status hominis post peccatum ante gratiam.*

retur, vtique eo ipso, quod primus parens peccauit, totum genus humanum ab eo propagandum donis omnibus supernaturalibus iuste fuit spoliatum, destitutaque sunt vires naturales eo vigore, quem à iustitia originali & ab alijs donis supernaturalibus erant receperat. At vires naturales tales secundum se manserunt, quales illas essemus habituri, si in puris naturalibus ad finem tantum naturalem à principio cōditis fuisset. Peccatum namque primi parentis solum in gratuitis nobis nocuit, & ob id naturalia in nobis, & in Angelis, post peccatum integra remanserunt, quaha essent suapte natura si nullo dono supernaturali fuissent affecta, ut D. Thomas prima parte, q. 95. art. 1. docet. Itaque hoc solum interest inter naturam humanam post peccatum ante illa dona gratiae, & eandem, si in puris naturalibus fuisset condita, quod exclusio à gloria, cōsentia gratiae, iustitiae originalis, & aliorum donorum supernaturalium, habent proprie rationem priuationis, comparatione naturae post peccatum, eo quod opposita dona, vel certe ius ad illa, fuerit illi in Adamo collatum; comparatione verò naturae, in puris naturalibus spectatae, minime: eo quod nullum omnino ius habuisset ad eadem dona. Quare natura humana post peccatum recte dicitur spoliata donis supernaturalibus quae habebat in Adamo: condita verò in puris naturalibus non diceretur spoliata eisdem donis, cum ea nunquam antea habuisset. Indē etiam facile intelligitur tam, negationes proximē cōmemoratas, quam defectus, qui indē sunt secuti, nempe rebellionem passionum, mortem, & ceteras corporis ærumnas, habere quidem proprie ac verē rationem poenae comparatione naturae humanae post peccatum, non verò comparatione eiusdem naturae, si in puris naturalibus esset condita.

*Iustitia originalis gratiae, & aliorum donorum cōsentia cōmunitate, & vera panna in natura lapsa, sicut in condita in solis naturalibus.*

Quia ergo genus humanū post peccati indiguit redēprore, cuius meritis ab eo liberaretur, conferenturque iterū illi media gratiae ad finem supernaturalē: & qua ratione dictū est, expeditissimum fuisse, ut in statu innocentiae ita hominibus cōferrentur media gratiae, ut nihilominus ipsi proprijs meritis, quae simul essēt dona Dei, peruenirent ad prēmii maius, vel minus, prout plus vel minus cooperasti vellent cum diuina gratia; eadem quoque ratione non minus expeditum fuit, ut res simili modo fieret per redemptorem post peccatum; simulque ratio postulabat, ut adulti

post gratiam culpa amissam, non nisi cum labore, cooperantesque cum diuino auxilio ad gratiam atque amicitiam diuinam redirent (quorū omnium tertia parte loco citato ratio reddita est, inde est, quod post peccatum duos hominis status constitua mus, qui dicuntur naturae lapsae, & felici videlicet statu innocentiae. Vnus est, de quo modō agimus, nempe ante gratiam gratū facientem recuperatam, qui tertius est illorum quatuor, quos explicamus. Alter verò est post gratiam gratum facientem recuperatam, qui quartus est, & postremus.

Porrò in tertio statu spectare possumus hominē, vel ante omnia omnino dona gratiae, ut se habent infideles, quando primò vocantur ad fidem & gratiam; vel postquam habent aliqua dona gratiae, ut fidem & spem, acceduntque ad recuperandam gratiam gratum facientem, quam per peccatum amiserunt; quo pacto se habuit Adamus per peccatum, & multi fideles, qui quotidie per peccata, quae neque cum fide neque cum spe pugnant, gratiam amittunt.

Illud verò animaduertendum est, iustitiam originale præcisè consideratam à gratia & virtutibus theologis, solum inferuisse ad sanandum eos defectus, qui naturae humanae erant innati & proprii, atque adeo licet naturae humanae tribueret vigorem, ut sine villo defectu posset exequi omnia, quae ad finem naturalem erant accommodata: non tamen ut illa eo modo efficeret, ut transcendenter limites operum naturalium, accommodataque essent fini supernaturali. Hinc effectum est, ut comparatione naturae humanae interdum tam iustitia ipsa, quam vigor, quem ex praesentia illius voluntas, & aliae vires in statu innocentiae consequebantur, inter naturalia hominis computeur, licet sit donum simpliciter supernaturale: dona verò quae vterius hominem disponebat in finem supernaturalem, appellentur gratuita. Atque hinc emanauit dictum illud, hominē per peccatum spoliatum esse gratuitis, & vulneratum fuisse in naturalibus, liberamque arbitrium per peccatum non fuisse quidem extinctum, ac fuisse peccatum non fuisse quidem immutatum; fuit autem naturae & inclinatum, immutatumque fuit se libertatem illius, ut Concilium Tridentinum, sess. 6. cap. 1. & Arausicum canone primo affirmant. Loquuntur namque cōparatione videri magis liberam arbitrium habebat in statu innocentiae ex praesentia iustitiae originalis; non verò

*Statum quartum.*

*Iustitia originalis præcisè a gratia & virtutibus theologis, solum inferuisse ad sanandum eos defectus naturae innatos, iustitia originalis eodem modo spectata, quae ratione inferre dona naturalis interueniens.*



comparatione vicium, quas habuisset, si homo in puris naturalibus esset conditus.

Illud etiam, antequam vires arbitrij humani in singulis statibus expendamus, summam atque in genere est obseruandum. Patrum sententiam esse, eamque orthodoxam, voluntatem humanam, non solum comparatione actuum sibi connaturalium, quibus limites naturæ non excedunt, esse supra naturam ad eam sensum liberam, quod in potestate ipsius est eos exercere, aut non exercere, aut etiã circa idem obiectum exercere indifferentem actum volendi, aut nolendi, prout maluerit; sed etiam circa actus suos supernaturales, qui sine auxilio Dei esse non possunt, esse ita liberam, quod in potestate ipsius est, cooperari, aut non cooperari cum auxilio diuino, vel etiam elicere actum repugnantem. Quare huiusmodi actus supernaturales, siue sint ex eorum numero, qui iustificacionem adulti antec-

Voluntas etiam comparatione suorum actuum sibi per se naturalium rationem liberi arbitrij habet.

dunt & ad illam disponunt, siue ex ijs, qui iustificacionem sequuntur, meritorijq; iam sunt incrementi gratiæ & vitæ æternæ, vtique quemadmodum ab auxilio supernaturali, diuinæ gratiæ pendunt vt sint, sic quoq; pendunt à liberijssimè sortitur rationem liberi arbitrij, non solum comparatione volitionum indifferentium ex suo genere, quales sunt volitiones plantandi vineas, ac edificandi domos, & earum, quæ malæ sunt, & à fine naturali, aut etiam supernaturali deuiant, vt sunt volitiones vitiorum, atque etiam earum, quæ bonæ sunt, fini tamen naturali duntaxat commensurata, quales sunt volitiones virtutum moralium: sed etiam comparatione volitionum supernaturalium supernaturali fini accommodatarum: id quod concilium Tridentinum sess. 5. præsertim a canone 4. definit, & in sequentibus fiet manifestum.

ralis, possumus cum communi auxilio Dei elicere vnum, aut alterum actum fidei, spei, aut caritatis supernaturalis, elicereque vnum, aut alterum opus meritorium, licet diu totam legem, propter rebellionem virium sentientium, & debilitatem corporis, ac molestiam, implere non possimus, vt præter alios affirmat Sotus tertio de natura & gratiæ cap. 4. cum ergo in Adamo nulla esset tunc debilitas, molestia, aut rebellio, consequens profecto est, vt cum communi auxilio Dei poterit operari suam salutem, vitamque æternam promereri.

Plenissimam habebant libertatem ad declinandum omnia, quibus a naturali & supernaturali fine poterant auereri.

Quare primi parentes in statu innocentie plenissimam libertatem habebant, tum ad declinandam ea omnia, quibus à fine tam naturali, quam supernaturali auereri poterant, tum etiam ad ea omnia executioni mandanda, quæ ad vtrumque finem assequendum essent necessaria. Vnde Augustinus de corrept. & grat. cap. 10. & duobus sequentibus plenissimam eos habuisse libertatem affirmat, accepisseq; gratiam & auxilium, non quidem quo non potuerint non perseverare in gratia; id enim ad statum sempiternæ felicitatis spectat, sed quo potuerint perseverare, & non perseverare: per solum verò eorum liberum arbitrium stetit, quominus id opere implerent. Eandem quoque plenitudinem libertatis affirmat eos accepisse Hypognost. lib. 3. in principio ipse, aut quicumq; alius eius operis est autor.

Obiectio.

Obijciunt nobis aliqui fortasse cap. 19. provincialis concilij secundi Arausicani, quod ita habet. Natura humana, etiam si in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullo modo se ipsam, creatore suo non adiuuante, seruaret: vnde cum sine gratia Dei salutem non possit custodire, quam accepit, quo modo sine Dei gratia poterit reparare, quod perdidit? Ex qua definitione constare videtur, primos parentes ad vitanda lethalia peccata, sine quibus salutem quam acceperant non amitterent, atque adeo ad perseverandum in originali iustitia, & gratia, eguisse superaddito auxilio particulari gratiæ, præter iustitiã originalem, donaque habitualia gratiæ ac virtutum theologialium: quemadmodum post gratiam habitualẽ amissam indiget peculiaris auxilio ad eam recuperandam.

D. Thom. prima secunda q. 109. art. 2. 3. & 4. affirmat, vt homo naturæ integræ naturali dilectione Deum super omnia diligeret, seruaretque præcepta omnia naturalia, etiam quæ sub

ueniali culpa obligant, atq; adeo ab omni peccato abstineret, nullo gratuito Dei auxilio, sed solo vniuersali, quo cum omni causa secunda cooperatur, indignis. Articulo verò 8. eiusdem questionis eguisse ait auxilio Dei in bono conseruantis, quo subtrahito, inquit, etiam ipsa natura in nihilum decideret. Nemine autem humani auxilij non aliquid videtur intelligere, quàm influxum vniuersalem quo cuncta in esse conseruat, à quo rationes, effectusque omnes causarum secundarum quando in reum natura existunt pendunt; de quo dicitur inferius cum de concursu Dei vniuersali sermo erit. Difficultatem verò ex capite 19. concilij Arausicani nunc propositam, neque solutam, neque à quoquam in medijs productã, hæcenus me legitime meminisse.

Solutio autem, veraque illius capituli intelligentia inde elucebit, si duo quædam ante mentis oculos habeamus. Primum est, Pelagianos, vt disp. 1. dictum est, costabatq; magis ex sequentibus, asseruisse, solas vires naturales arbitrij nostri præcisè spectatas à quocumque auxilio & dono Dei superaddito, esse satis, tum ad conseruandã amicitiam cum Deo, tum etiam ad illam redintegrandam, recuperandamque per penitentiam, postquam per peccatum esset amissa. Secundum verò, Patres (vt ex dicendis in progressu huius operis erit manifestum) dum aduersus huiusmodi Pelagianorum errores loquebatur, quippiamue definebant, nomine auxilij gratiæ, id omne intellexisse, quod superadditum viribus arbitrij nostri, has adiuuat vt non succumbant, & vt supernaturalia opera exerceant, siue id esset habitus supernaturalis influens cum potentia, siue motio & influxus sine habitu. Atque id totum comprehendebat nomine gratiæ, qua aduersus Pelagianos dicebant arbitrium nostrum, vitas suas vires naturales, indigere.

Hoc iacto fundamento, dicendum est, Patres concilij Arausicani eo in capite hæc potissimum conclusionem aduersus Pelagianos intendisse definire. Homo salutem spiritualem amissam recuperare non potest suis viribus sine gratia, hoc est, sine Dei supernaturali adiutorio, modo paulo antè explicato. Vt verò eam definirent, præmiserunt. Natura humana, etiam si in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullo modo se ipsam (suis scilicet solis viribus naturalibus, vt Pelagianus dicebant) creatore suo non adiuuante (saltem per influxum habituum ne-

Quousque vires liberi arbitrij in statu innocentie se extenderint. Disputatio 4.



Vt à secundo eorum statum qui disputatione præcedente explicati sunt, ordiamur, Communis est D. Thom. 1. 2. q. 109. art. 2. 3. 4. & 8. atque art. 10. ad tertium, & doctorum sententia, in statu innocentie ratione iustitiæ originalis, quæ vires sentientes coarcebat ne bellum aduersus rationem mouerent, quæque in causa erat ne corpus fatigaretur, vltimæque molestiam sustineret in executione operum virtutum, atque in parendo recte rationi & legi Dei, hominem per suum liberum arbitrium, cum solo concursu generali Dei, potuisse absque alio auxilio speciali implere, etiam ad longissimum tempus, totam legem quoad substantiam actus, quæ ad nihil supernaturale obligaret, atq; adeo potuisse se continere ab omni peccato, tam veniali, quam lethali, per quodcumque tempus, licet longissimum. Cuius enim ea omnia sine labore & ædicio, seminaq; cum facilitate prestare posset, acque vitas alias remunerationes haberet præter eas quæ terminis iustitiæ, & præter tantum

Homines in statu innocentie esse solo concursu Dei generalis implere poterat, & legem poterat.

appetitur excellentiæ ac laudis quoad voluntatem & intellectum, quæ omnia in tanta tranquillitate passionis, tamq; præclaris donis præditus, facile poterat superare, vtique nihil erat, quominus totam legem ad longissimum quodcumque tempus suo libero arbitrio posset seruare, continereque se ab omni peccato lethali & veniali.

Communis præterea sententia doctorum est, hominem in eodem statu per dona supernaturalia fidei, spei, caritatis, ac gratiæ potuisse cum communi auxilio Dei operari suam salutem, vitamque æternam promereri, absq; alijs auxilijs specialibus. Cum enim eiusmodi habitus accommodati sint ad eliciendum cum viribus naturalibus, & communi Dei influxu, actus ad quos ordinantur, nullaque esset difficultas in Adamo, vel in illis eliciendis, vel in continuandis & multiplicandis eisdem actibus, vtique cum communi auxilio Dei poterat operari suam salutem, vitamque æternam promereri.

Quod ex eo confirmatur, quoniam nos, comparato habitu fidei, spei, aut caritatis supernaturalis

cū habitibus fidei, spei, & caritatis, & communi Dei auxilio operari poterant suam salutem.

scilicet originalis, gratia, & theologalium virtutum) seruetur. Vnde cum sine gratia Dei (solum scilicet influxu suorum virtutum naturalium) salutem non possit custodire, quam accepit: quomodo sine Dei gratia (solum scilicet suis viribus) poterit recuperare quod perdidit? Quare nemo potest ex cuiusmodi definitione colligere, primos parentes in innocentia statu ad vitanda lethalia peccata, perseverandumque in gratia, & quibus auxilio particulari superaddito habitibus iustitiae originalis, gratia, theologaliumque virtutum.

Consonat haec sententia Augusti, de natura & grat. c. 48. dum ait, Naturam humanam in presenti statu egere ad non peccandum, perseverandumque sine lethali culpa, adiutorio medicinae Salvatoris. Sanè medicina Salvatoris habitualem gratiam, qua sanamur, includit, ac proinde in adiutorio illo influxum habitualis gratiae comprehendit.

Et de corrept. & grat. c. 11. & 12. procul dubio nomine adiutorij cum quo Adam in statu innocentiae perseverare potuit sine peccato, non aliud intellexit, quam dona habitualia iustitiae originalis gratiae, & theologalium virtutum, a liorumque habituum supernaturalium, per quae & continebatur pars inferior ne bellum adversus rationem moueret, & totus homo in naturale & supernaturale bonum per eiusmodi habitualia dona propendebat, facileque viam mandatorum poterat currere, resistereque; illi ipsi tentationi, cui succubuit. Vnde cap. 11. citato ait, Istam gratiam non habuit homo primus, quam nunquam velle esse malus: sed sanè habuit, in qua si permanere vellet, nunquam malus esset, & sine qua, etiam cum libero arbitrio, bonus esse non posset: sed cum tamen liberum arbitrium deserere posset. Neque ipsum ergo Deus esse voluit sine sua gratia, quam reliquit in eius libero arbitrio; quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum autem (supernaturale intellige, de quo est sermo) nihil est, nisi adiuvetur ab omnipotenti bono: quod adiutorium si homo ille per liberum non deseruisset arbitrium, semper esset bonus: sed deservit, & deservit est. Tale quippe erat adiutorium, quod desereret cum vellet, & in quo permaneret, si vellet; non quo fieret et non vellet. Haec prima est gratia quae dicitur esse primo Adam. Haec sententia ibi Augustinus.

Et cap. 12. ait. Primo itaque homini, qui in eo bono, quo factus fuerat reus, acceperat

posse non peccare, posse non mori, posse ipsum bonum non deserere, datum est adiutorium perseverantiae, non quo fieret, ut perseveraret, sed sine quo liberum arbitrium perseverare non posset. Et infra. Ut perseverare vel non perseverare in eius relinqueretur arbitrio, tales vires eius habebat voluntas, quae sine illo iurata instituta peccato, & nihil illi ex seipsa concupiscentiabiliter resistebat, ut dignè tantae bonitati, & bene vivendi facultati, perseverandi concomitaretur arbitrium. Ecce, per eadem habitualia dona per quae interna bella erant sublata, ad bonumque propendebat, ait Adamum in innocentiae statu consecutum fuisse arbitrium, facultatemque perseverandi, si vellet.

Et D. Thom. prima secundae q. 109. art. 10. ad tertium, hoc ipsum cum Augustino locis citatis vult esse donum quod Adamus accepit, per quod perseverare potuit. Atque iuxta ea, quae ex ipso paulò ante retulimus, proculdubio est dicendum, id ex D. Thomae sententia sufficere ut diu vitare posset, etiam omne veniale peccatum, nedum lethale, atque adeò ut perseverare posset in gratia. Nò tamè existimes, sicut Adamo sufficiens fuit ad perseverandum in gratia habituale donum iustitiae originalis & gratiae; ita, ex D. Thomae sententia, satis esse nobis ad perseverandum in gratia ipsum habituale donum gratiae gratum faciens, quod, dum à peccato resurgimus, accipimus. Neque enim id Divus Thomas docet, neque est par utrobique ratio: cum primi parentes vires illas habuerint non tam à gratia gratum faciente, quam à dono iustitiae originalis, quae partè continebat inferiorem ne bellum adversus superiorem moueret. Ac sententia contrarium definit concilium Tridentinum sessione 6. can. 22. nempe nos ad perseverandum in gratia, ultra ipsum habituale gratiae donum, indigere quotidiano Dei auxilio superaddito, quod Deus nunquam iustis denegat quantum satis est, ut, si velint, in gratia perseverent, ut suo loco videbimus.

Quando autem Augustinus de corrept. & gratia, & cum eo D. Thom. loco citato asserunt, plus homines accepisse per Christi donum, quatenus multi acceperunt non solum id quo perseverare poterant, si vellet, sed etiam ut re ipsa perseverarent, quam fuerit quod accepit Adam, nempe donum quo perseverare potuit, non tamè perseveravit; in primis id intelligunt ex parte

ex parte effectus, quia maiorem effectum habuit gratia Christi in adultis, qui usque ad finem vitae perseveraverunt (cooperante tamen ad perseverandum libero ipsorum met arbitrio) quam habuisset gratia Adamo collata, per quam, ex Adami defectu non volentis cum ea cooperari, non perseveravit. Non tamen negant, neque negare possunt, gratiam Adamo collatam, si per arbitrium Adami non steterit, potuisse re ipsa habere vtrumque effectum, solaque culpa Adami illum non habuisse. Quòd si Adamus, ut potuit, perseverasset, certè secundus effectus, hoc est, perseverantia ipsa in gratia, se ipsum ab omni lethali culpa continendo, non fuisset ex solis viribus Adami, sed praecipue ex cooperatione Dei per habitualia dona quae ad perseverandum illi contulerat, per solumque Adamum stetit quo minus haberet eum effectum, ad quem, dependenter tamen ab ipsius arbitrio, fuerant eidem collata. Admonet verò optimè D. Tho. in responsione ad tertium citata, multò facilius homines in statu innocentiae potuisse per suum arbitrium perseverare cum equali gratia, quam possimus modò. Atque hinc elicere

possimus secundum modum exponendi doctrinam D. Augustini & D. Thomae de qua agimus, nempe ut intelligatur etiam ex parte ipsius met gratiae, & non solum ex parte effectus. Etenim cum iustitia originalis, ea ex parte qua sensualitatem continebat ut adversus rationem bellaret, quodammodo compingitur inter naturalia, ut d' separatione precedente dictum est, sanè longè maior est grava quae per Christum data fuit martyribus, per quam non solum perseverare poterunt, sed re ipsa diuturnò fortissimè; pro Christo bellò superaverunt quam fuerit gratia Adamo collata, per quam licet perseverare potuerit, in summa tamè tranquillitate levi admodum temptatione superatus est. Etenim longè maiora auxilia gratia necessaria fuerunt martyribus, ut Laurentio, ac Vincentio, ad victorias adeò insignes, carnis mundo & diabolo tam acriter oppugnantibus, reportandas, quam fuerint Adamo ad perseverandum sine peccato in tam solici & tranquillo statu. Atque hoc est quod August. de corrept. & grat. locis citatis & vult & aperte docet.

### Quid extra statum innocentiae possit liberum arbitrium cum solo Dei concursu generali circa actiones singulas, quae finem naturalem non transcendunt.

#### Disputatio 5.

*Conclusio.* Homo cum solo concursu Dei generali efficere potest si opus bonum movet e. quod naturali finis non vero supernaturalis sit accommodatum.



T ad vires liberi arbitrij in homine, siue in putis naturalibus, siue post naturam lapsam spectato accedamus, sit haec conclusio. Cum solo concursu generali Dei absque alio dono vel auxilio gratiae, potest homo efficere opus bonum morale, quod fini naturali hominis accommodatum, atque comparatione illius sit vere bonum, ac virtutis opus: non tamen quod fini supernaturali sit accommodatum, quodque comparatione illius bonum simpliciter, ac virtutis opus dici queat. Posterior pars dilucida fiet disputatione sequenti: prior vero communis est scholasticorum, si modo Gregorium Ariminense, & Capreolum, paucosque alios excipias,

qui existimant neque ad id liberum arbitrium habere vires in statu naturae lapsae siue speciali auxilio Dei. Est etiam doctrina Patrum consentanea, quicquid nonnulli dicant.

Ea verò probari potest, quoniam in homine est lumen naturale ad cognoscendum, quod honestum, decens, & consentaneum naturae rationi sit, ut experientia ipsa testatur patetque ex Psalmo 4 ubi cum Propheta praemisisset, Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? subiungit, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, quia scilicet ad tui imaginem ordinati sumus, quò quid bonum, atque honestum sit, cognoscimus, imò quia id ratione cognoscimus, denotatio à reparatione culpa est atque peccatum, quo est a ratione carenti puri & appetitè duntaxat ratione carenti puri & appetitè duntaxat

saepe aliquid committunt; quod inter bonum & malum morale discernere nequeant: cum ergo in multis bonis, vt in honore parentibus exhibendo, in elemosyna pauperi ex cōmiseratione tribuenda, in soluendo debito coniugali, & in plerūq; alijs, quæ ad alias virtutes morales pertinent, non tantum difficultatis experiamur, quin id voluntate amplecti, excusationēq; mandare facillē possimus; consequens est, vt similia bona moralia solo concursu Dei generali, virtutūque naturalibus liberi nostri arbitrii non solum velle, sed etiam efficere possimus. Mirum namque esset, quod ad agendum honestē, tanquam in finem naturalem, essent conditi, nullum tamen actum honestum virtutibus proprijs, solum velle. Sed etiam efficere possimus. Mirum namque esset, quod ad agendum honestē, tanquam in finem naturalem, essent conditi, nullum tamen actum honestum virtutibus proprijs, solum velle. Sed etiam efficere possimus.

Verum respondet Gregorius. Vt eiusmodi opera sint bona moralia, necessarium esse, vt in Deum tanquam in vltimum finem referantur: quod tamen, vt ait, sine speciali auxilio Dei homo praeitate non potest. Nihilominus cum vnaquaeque virtus ex suo proprio obiecto, atque sine immediato bonitate moralem sibi propriam vendicat, sicut etiam distinctionem à quacunque alia virtute, non verò ex relatione per virtutem superiorē ad finem superiorē, quis non videat necessariā non esse talē relationē, vt actus aliquis bonitate morale virtutis verbi gratia misericordiae, aut iustitiae cōsequatur, sed satis esse, quod virtute ad Deum referatur? quo pacto quemadmodū bona cuncta sapientiae naturae, atque ex praeordinatione diuina sunt propter vltimum finem; ita eo ipso quod secundum se sunt voluta, sunt virtute voluta propter vltimū finem. Adde, cum Deus lumine naturali cognoscatur esse prima causa, & vltimus finis omnium rerū, vt ex Paulo ad Rom. 1. constat, liberū arbitrium ex virtutibus suis naturalibus, solo cōcursu Dei generali referre posse huiusmodi actus in Deū ita cognitiui: quod satis erit, vt tales actus sint boni moraliter comparatione finis naturalis.

Confirmatur eadem conclusio ex illo ad Romanos 2. Cum gentes, quae legem non habent (scriptam scilicet) naturaliter, quae legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex; qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Ecce, Paulus naturaliter, hoc est, ex solis virtutibus naturae, ait gentes interdum efficere, quae legis naturalis sunt, quae planē sunt bona moralia fini naturali accommodata.

Conclusionem nostram apertē affirmat Augustinus seu alius eius operis autor, Hypogis. lib. 3. vbi cum docuisset primū parentē in statu innocentiae habuisse plenam libertatem, etiam ad bonum supernaturale, vitamq; aeternā promerendam & consequendam; hanc autem libertatem ad bonum sibi & nobis perdidisse; per Christūmque nos consequi auxilia & dona gratiae vt huiusmodi bonum facere possimus, ita concludit. Esse fatemur liberum arbitrium in omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum, quae ad Deum pertinent, sine Deo, aut inchoare, aut certē peragere: sed tantum in operibus vitae praesentis tam bonis, quam etiam malis. Bonis dico, quae de bono naturae oriuntur; id est, velle laborare in agro; velle manducare, & bibere; velle habere amicum; velle habere indumenta; velle fabricare domum; vxorē velle ducere, pecora nutrire, artem discere diuersarum rerum bonarum, velle quicquid bonum ad praesentem pertinet vitam; quae omnia non sine gubernaculo diuino subsistunt, imò ex ipso, & per ipsum sunt, vel esse ceperunt: malis dico, vt velle idola colere, velle homicidium, &c. Haec enim ille. Cum autem non neget hominem per liberum arbitrium sine speciali auxilio gratiae posse velle comedere, quantum resecta ratio dicitur, & prout dicitur resecta ratio, imò id apertē confiteatur: quandoquidem quando comestio limites rationis transgredetur, inter mala esset computanda; planē confiteretur sine auxilio gratiae posse à nobis exerceri hoc opus temperantiae, & alia opera moraliter bona fini naturali solum accommodata, maximē cum dicat liberū arbitrium sine gratia posse velle quicquid bonum ad praesentē pertinet vitā, solumq; excludat bonum, quod ad Deum (vt finis scilicet est supernaturalis) pertinet, quod planē bonum supernaturale esse debet, aut certē per bonum aliquod supernaturale ad ordinē bonorum supernaturalium eleuatum. Eandem conclusionem apertius adhuc affirmat idē August. lib. de spiritu & litera cap. 28. iunctis praecedentibus & sequentibus, vbi licet ostēdat, nos per gratiam Christi iustificari, efficereq; bona opera, & neque per legem naturalem, neq; per scriptam esse iustitiam, ait tamen per peccatum non vsque adeo extinctam esse imaginē Dei in nobis, quin, etiam dum in peccato sumus & malē viuimus, possimus efficere bona aliqua opera iuxta testimo-

nium ad Rom. 2. supra citatum. Vnde ait. Sicut non impediunt à vita aeterna iusti quaedam peccata venialia, sine quibus haec vita non ducitur; sic ad salutem aeternā nihil profunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillimē vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur. In eandē conclu-

sionem videtur inclinare concilium Trid. sess. 6. canone 1. vbi satis innuit, esse posse bona opera moralia, quae fiant per solam vim naturae humanae, vel per legis doctrinam: cum definiat; illa non satis esse ad iustificationem, absque diuina per IESVM Christum gratia.

Vtrum liberum arbitrium cum solo concursu Dei generali aliquid possit quod ad supernaturalem finem conducatur. Disputatio 6.

**D**isputatio praecedente dictum est de virtutibus arbitrii nostri cum solo concursu Dei generali ad actiones bonas moraliter, quae finem naturalem non transcendunt, idque siue in puris naturalibus, siue in statu naturae lapsae consideretur. Quod verò ad actiones atinet quae ad finem supernaturalem, tanquam illi in suo ordine & gradu proportionatae, conducunt, sit sequens conclusio.

*Conclusio. Liberum arbitrium sine speciali auxilio aut dono supernaturali Deo, nihil potest fini supernaturali quoquo modo commensuratum. Redemptoris necessitates.*

Liberum nostrum arbitrium cum solo concursu Dei generali nihil efficere potest, non solum quod vitam aeternam, aut gratiae incrementum promeratur, sed neque quod, tanquam ordinem ad finem naturalem transcendens, commensuratum cum fine supernaturali aliquo modo sit, etiam tanquam remota dispositio ad gratiam, tam ex parte voluntatis, quam intellectus: sed ad id omne indiget auxilio & ope supernaturali, vel per influxū Dei immediatū, vel per habitū supernaturalem ad eam rem collatū. Quare cum post peccatum primorū parentū staterit Deus nihil horum, quae ordinis sunt supernaturalis, atque ad finem supernaturalem peculiariter ordinatur, conferre hominibus, nisi meritis Christi, necessarius fuit nobis Christus, tanquam redemptor, vt haec omnia nobis conferrentur, possemusque coram Deo sempiternam felicitatem promereri.

Conclusio est de fide directo pugnantem cum errore Pelagij, quam plurimis in locis demonstrat Augustin. ex scripturis sanctis aduersus Pelagianos, contendens primū parentē per peccatum amississe toti generi humano omne bonum ordinis supernaturalis, & ob id libertatē operandi quicquid, tanquam transcendēs limites boni na-

turalis, ad finem spectaret supernaturalem, etiam si sit dispositio remota, nisi dono aut auxilio supernaturali Dei ad id adiuuaretur; quemadmodum adiuuatur auxilijs & donis, quae nobis per Christum conferuntur.

Duo verò sunt propositae conclusionis fundamenta. Primum est, purē naturalia non habere commensurationē & accommodatiōē ad sempiternam felicitatem; & ob eam causam Deum ad illam exegisse, tam in Angelis quam in hominibus, media supernaturalem, cum ex parte intellectus, tum ex parte voluntatis, quae proinde ex suis tantum virtutibus nullo modo poterunt habere, sed ex dono & auxilio Dei. Quo posito fundamento nouissimū est, liberū arbitriū, non solum si spectetur in homine condito in puris naturalibus; aut in statu naturae lapsae; sed etiam si spectetur in Adamo cum sola iustitia originali praecedente à gratia & omni alio dono supernaturali, aut in Angelo condito in puris naturalibus cum solo concursu generali, nihil omnino eorum, de quibus sermo est, posse efficere. Cuius ratio est, quoniam liberum arbitrium: ita spectatum nihil potest, quod limites operationis ac res naturalis transcendat: ea autē, de quibus conclusio agit, res sunt supernaturales. Quare prior pars conclusio: propositae vera est, intellecta tam de Angelo in puris naturalibus conditis, quam de Adamo condito cum sola iustitia originali absque gratia & alijs donis supernaturalibus. Licet enim iustitia originalis donū esset supernaturale, quia iustitia originalis condita, vt vires nostras tenentes cohiberet, nosque ab interitu, morbis, membrorū defatigatione, ceterisque huius vitae miserijs immunescerederet, vt sine vlla difficultate, & prout quantumuis temporis spatium contineret.

*Primum corollarium fundamētum. Naturalia commensurationem non habent ad sempiternam felicitatem.*

*Etiam in Angelo in puris naturalibus, & habent cum sola iustitia originali absque gratia & alijs donis.*

finere se posset homo in officio, sanè nō tribue-  
bat vires ad faciendū opus aliquod, quod vires  
naturę excederet, sed solum ad perseverandū in sine  
vltio defectu in bono naturali rectę rationi con-  
sistano. Vnde August. in Enchiridion cap. 105.  
ait, Quamvis sine gratia neq; tunc (in statu scilicet  
inuententia) vltimū meritū esse potuisset

Secundum fundamentū ē est, Deum tam An-  
gelis, quā in primo parenti cōtulisse dona & me-  
dia supernaturalia, quibus vitā eternā per suum  
liberū arbitrium posuerunt vltimū promereri,  
vt pro ratione meritorū cuiusq; ad maiorem  
vel in maiore beatitudine promouerentur, do nōq;  
iustitię originalis ita corroborasse debilitatem  
hominū in aeternam ad perseverandū in operatione  
secundū rationē, vt pendē parem Angelis ea in  
parte eum effecit: at verō Angelis ita dona &  
media a supernaturalia ad vitam eternam promo-  
vendam cōtulisse, vt qui sua culpa semel ea amit-  
terent, nunquā amplius possent eadem recupera-  
re: primo autē parenti, & in illo posteris, ta hęc  
ipsa donauit, vt si peccando ea amitteret, nun-  
quam demēps posset ea recuperare, nisi per me-  
rita alicuius, qui ex condigno pro peccatis gene-  
ris humani satisfaceret, & dona illa coram Deo  
verē ac propriē promereretur.

Cū Pelagius ā primo fundamentō discesserit,  
dum arbitratū est solas vires naturales liberi ar-  
bitrii satis esse, tum ad promerendā vitam eter-  
nam, tum etiā ad obtinendā, & impetrandā per  
penitentiam veniā peccatorū, si quæ homo sua  
culpa commisisset, necessariū illi etiā fuit ā se-  
cundo fundamentō atq; ā tota cōclusionē pro-  
posita discedere, affererēq; nullū fuisse peccatum  
quod origine traduceretur ad posterōs, Ada-  
mūq; similit̄ fuisse mortuū, si nō peccasset,  
& Christū non redemptorem generis humani,  
sed doctōrē solum ac legislatorē extitisse, satisq;  
esse vires naturales liberi arbitrii, tum ad creden-  
dum, vt oportet ad salutē, omnia quę per Chri-  
stum & alios ā Deo nobis reuelat: sunt, tum  
etiā ad implendā ea omnia, quę nobis precepta  
sunt, & ad sperandas ac vincēdas turbarēnes: &  
difficultates omnes quę nobis impedimento  
esse solent ne eum sanē assequamur, tum deniq;  
ad obtinendā vitam eternā: quæ omnia plane  
scripturas sacras, & fidem Catholicā magna ex  
parte euerunt, vt Augustinus, aliq; patres varijs  
in locis late præclarēq; demonstrant. Quia verō  
iustitiam nostrā hoc loco non est de his disle-

tere, cū alibi suas proprias habeant sedes, sed  
solum ex ijs ea perstringere, quæ necessaria vi-  
dentur vt ostendamus, quā bene liberū arbi-  
trium, gratia, præscientia, providentia, prædesti-  
natio ac reprobatio inter se cōcordent, satis erit  
si priorē partē cōclusionis propositę defini-  
tionibus Ecclesię comprobemus, maxime quia  
Lutherani, aduersus quos potissimū libertatē  
arbitrii nostri demonstrare molimur, facillē totā  
cōclusionem propositam aduersus Pelagiano  
nobis concedent.

In concilio igitur Trident. sess. 6. can. 1. ita ha-  
betur, Siquis dixerit, hominē suis operibus, quæ  
vel per naturā humanā, vel per legis doctrinam  
fieri, absque diuina, vel per IESVM Christū gra-  
tia posse iustificari coram Deo, anathema sit. Et  
can. 3. Si quis dixerit sine præueniente Spiritus  
sancti inspiratione atque adiutorio, hominē cre-  
dere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut  
oportet vt ei iustificationis gratia cōteratur ana-  
thema sit. Et in concilio Arausicano cap. 5 & se-  
quentibus, etiā ipsum initiū fidei definitur &  
ostenditur esse non posse absque speciali auxilio  
Dei, vt interim alias definitiones omittamus.

Cum autē in scripturis sanctis & in concilijs  
ordinandē sit sermo de operibus nostris, vt ad fi-  
nem supernaturalē cōducunt, ad quem instrue-  
re, effingereq; nos intendunt, nō verō vt condu-  
cunt præciū ad finem naturālē (ea enim consi-  
deratio operū nostrorū ad philosophos morales  
potius spectat) vtique quando docent, opera ali-  
qua peculiarit̄ fieri non posse ā nobis absq; spe-  
ciali auxilio aut dono Dei, id intelligendū esse  
volunt, modō ita fiant, vt in suo ordine & gradu  
sini supernaturali deseruiāt, ad eumq; propor-  
tionem habeant; ac proinde apud eos sermo est  
de operibus, quæ cōclusionē nostra continentur.  
Reliquorum nanque operum, quæ ā libero  
arbitrio emanant, nulla habetur ratio, quod ad  
finem supernaturalē attingerent. Imō, vt in articu-  
lum 36. Lutheri rectē docet Rosensis, aliquan-  
do ea sola opera aliquid in scripturis dici solent  
ac putantur, quæ vitæ eternæ meritoria sunt  
reliqua verō, esto ope supernaturali fiant, nihil  
dicuntur, aut reputantur. Vnde Ioannis 15. ait  
Christus; Ego sum vitis, vos palmites; qui ma-  
net in me, & ego in eo, hic fiet fructū multum,  
quia sine me nihil potestis facere; quod fructus  
scilicet meritū ad vitam eternam rationem  
habeat. & primā ad Corinth. 13. Si linguis ho-

*Opera quæ  
scriptura  
& cōcilia  
affirmant,  
fieri non  
posse sine  
speciali  
auxilio  
Dei, quæ  
sine.*

minum loquar & Angelorū, & si habuerō pro-  
phetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnē  
scientiam, & si habuerō omnē fidē, ita vt mon-  
tes transferam, caritatem autem non habuerō,  
nihil sum.

*Virtutē ac  
bonū quod  
sola repu-  
tat Augu-  
stinus.*

Hinc Augustinus interdum nullū reputat bonū  
ac virtutē si coniunctā non habeat carita-  
tem, quæ forma est virtutum cōparatione finis  
supernaturalis: interdum verō nullum reputat  
bonum si ad Deū, finemque supernaturalem non  
pertineat, aut cum eo non sit in suo ordine &  
gradu commensurātū. De gratia enim & libero  
arbitrio cap. 18. ait. Quicquid se putauerit homo  
facere bene, si fiat sine caritate, nullo modo sit  
bene. & lib. 4. aduersus Iulianum cap. 3. cōcen-  
dit, opera infidelium nō esse veras virtutes, non  
solum quod sæpē extrema aliqua vitia, quæ cum  
medio virtutis aliquā habent similitudinē, laudi  
eis tribuebantur, vt pertinacia, quasi esset con-  
stantia; & temeritas, ac si esset fortitudo, & quod  
medium virtutis adiectione sinistri finis infectū  
in vitium cōuertebant: sed etiam quod nihil ha-  
beat simpliciter rationem virtutis, quæ meritum  
aliquod habeat apud Deum, nisi per fidē & ca-  
ritatem in vltimū finem supernaturalem referat.  
Vnde ad finem capitis cōcludit, nos illud di-  
cere bonū opus hominū, quod ad æternum Dei  
regnum perducit, neq; eum modi opus posse esse  
sine Dei gratia, quæ datur per vnū mediatorum  
Dei & hominū. Et Hypog. lib. 3. c. 4. vt suprà re-  
tulimus, ait; Essē fatemur liberū arbitrium om-  
nibus hominibus, habens quidē iudicium ratio-  
nis, non per quod sit idoneū, quæ ad Deum per-  
tinent, sine Deo aut iuchoare, aut certē perage-  
re, sed tantum in operibus vitæ præsentis tam  
bonis, quā malis. & c. s. subiūgit; Vitiatō  
ergo libero arbitrio, totus homo est vitiatus, per  
quod absq; adiutorio gratiæ quod Deo placeat,  
nec valet incipere, neque perficere sufficit. & c.  
10. Est (inquit) liberū arbitriū in homine, quod  
quisquis esse negauerit, Catholicus non est: &  
quisquis sic esse dixerit, quod sine Deo bonum  
opus, id est, quod ad eius sanctū propositū per-  
tinet, nec incipere nec perficere potest, Catholi-  
cus est. Atque eiusmodi opus epist. 146. in testi-  
monio disputatione 1. relato appellauit opus  
secundū Deum. Deniq; Augustinus iuxta scri-  
pturas sanctas, atq; vt Theologus, nomine ope-  
ris boni illud solum intelligit, quod vel vitę eter-

næ meritum cōtinet, vel certē fini supernaturali  
in suo ordine & gradu sit accommodatū, atque  
adeo quod sit ex numero eorum bonorum, de  
quibus in nostra cōclusionē est semē; eaq;ne  
bona sunt, quæ interdū appellat opera secundū  
Deum, interdū verō dicit ad sanctū eius propo-  
situm pertinere, inter quæ computantur fides, &  
ea quæ ad gratiam gratum faciendū disponunt:  
atque ita inter alios intelligunt, & interpretantur  
Augustinum Sotus primo de natura & gra-  
tia capite 21. & Ruardus Decanus Louanenſis  
in articulo de libero arbitrio, fol. 289.

Quia Augustinus sciemens bene hoc modo,  
cernensque facultatem ac libertatē, quam primū  
parentes in statu innocentię ratione supernatu-  
ralium donorū, quæ acceperant, ad id exercen-  
dum habebāt, simulq; considerans per pecca-  
tum, quemadmodum supernaturalia dona, sic  
etiā, facultatē & liberatē illud exercendi fuisse  
amissā, nisi dona per Christū restituerentur,  
arbitriūq; supernaturaliter adiungetur, docuit  
per peccatū amissā fuisse libertatē ad bonum,  
fuisseq; per Christū instauratā, vt inferius mul-  
tis eiusdem patris cōstantis testimonijs ostende-  
mus. Cū tamen manifestū sit, tum ex testimo-  
nijs disputatione præcedēte relatis, tum ex alijs,  
quæ in progressu huius operis referemus, Augu-  
stinum non negasse in nostro arbitrio super-  
naturalibus bonis per peccatū spoliato, quin po-  
tius apertissimē affirmasse libertatē ad ea mora-  
lia bona, quæ sunt naturalē non transcendēnt.

De eisdem quoque operibus intelligēda sunt  
pleraque alia scripturę testimonia, cuiusmodi est  
illud primæ ad Corinth. 12. Nemo potest dice-  
re, Dominus IESVS, nisi in Spiritu sancto. &  
illud 2 ad Cor. 3. Non quod sufficientes simus  
cogitare aliquid ā nobis, quasi ex nobis, sed suf-  
ficientia nostra ex Deo est. Neque enim Paulus  
negat, etiā infideles cum solo concursu gene-  
rali Dei posse proficere nomen IESVS, aut  
habere cogitationem aliquo modo bonam; sed  
solum docere intendit, neminem absque specia-  
li auxilio ac dono Dei posse per verā fidem in-  
uocare Dominū IESVM, illumq; confiteri,  
aut cogitare aliquid, quod in suo ordine & gra-  
du ad finem supernaturalem conferat. Porro  
Concilia huic etiā consonare doctrinæ, statim  
erit manifestum.

Utrum liberum arbitrium cum solo concursu Dei generali elicere possit assensum fidei quoad solam actus substantiam, seu merè naturalem. *Disputatio 7.*

**R**

Ecclianter explicanda sunt vires liberi arbitrii quoad actus, qui ad iustificationem infidelis adulti sunt necessarii, nempe credendi, sperandi, diligendi ac poenitendi; sigillatimque circa eorum vnumquemque; examinandum est, quid liberum arbitrium quoad illius substantiam possit, hoc est, ut producat merè naturalis, non qualis ad iustificationem est necessarius; & quid cooperetur ac possit, ut supernaturalis & qualis ad iustificationem oportet eliciatur, quibusque; diuini auxilijs ad id indigeat. Ne verò circa singulos actus eadè repetantur, in disputationibus, quas de credendi actu conficiemus, dum quippiã alijs etiã actibus cõmune occurrerit, ad eos sermonè extēdemus.

Rebus fidei, ut tã quã venetis quo-annue actus assentiamur, necesse est doceatur esse reuelata.

Ut ergo ab actu credendi; ordiamur, dubium in primis non est, præsertim si sermo sit de ijs, in quorum cognitione solo lumine naturali non possumus deuenire, qualia sunt Deū esse trinum in personis, Christū esse Deum, & similia, necesse esse ea prius nobis credenda proponi, quàm eisdem assentiamur. Dubium etiã non est, si tanquam rebus à Deo reuelatis assentiri eisdem debeamus, in quorū cognitione solo lumine naturali possumus peruenire, cuiusmodi sunt hæc, Deum esse, esse vnum, &c. egere nos doctrina qua addiscamus prius ea à Deo esse reuelata: neque enim id solo lumine naturali valemus assequi. Vnde Paulus ad Rom. 10. Quomodo credet ei, quem non audierunt? quomodo autē audient sine prædicante? & infra. Ergo fides ex auditu. Quod itaq; disputamus est, Utrum propositis & explicatis ijs quæ credenda sunt, adhibitis insuper argumentis, quæ afferri solent, ut homines merito sibi persuadeant, ea reuelata esse à Deo, & iusta credi, & denique accedente externa vocatione ad fidem per concionatores, aliosq; Ecclesiæ ministros, Utrum, in quã, sit in facultate liberi arbitrii cum solo concursu generali Dei, rebus propositis assentiri tanquam à Deo reuelatis, actu tamen qui sit merè naturalis, quique ex parte intellectus non sit satis ad iustificationem: an verò interna vocatio, mēdis illustratio, & at-

tractio per auxiliū supernaturale, de quibus disputatione sequenti erit sermo, ita necessaria sunt ad assentiendū ijs, quæ ad fide spectant, ut non solum actu supernaturali, qualis ex parte intellectus ad iustificationem requiritur, eis assentiri non possimus, sed ne actu quidem merè naturali assensum ipsis præstare valeamus?

Pars affirmas quæst. propositæ semper mihi vera visa fuit cum doctoribus inferius citandis. Adducor in primis, quia experientia ipsa testatur, quãdo sunt rationes & argumeta, quæ rem aliquã reddunt credibile, hoc est, dignã cui propter tales rationes & argumenta assensus præbeatur, in facultate liberi arbitrii esse suū assensum præbere, voluntate imperatè, captiuatèq; intellectum ad eiusmodi assensum: sed ea, quæ fide tenentur, ex miraculis in eorū confirmatione factis, ex vaticinio cõplurim prophetarū, nouique ac veteris testamenti cõsensione, atque ex multis alijs, quæ suo loco exponemus, nimis credibilia facta sunt, ut Propheta ait, ad eò v à culpa lethali non sint excusandi, qui auditis ijs, quæ fides docet, post adductas rationes, quæ afferri solent ad persuadendū à Deo esse reuelata, assensum non præbuerint: ergo in facultate liberi arbitrii est cum solo concursu generali actu merè naturali illis tunc assensum præbere.

Confirmatur ex illo Ioan. 5. Opera, quæ ego facio, testimoniū perhibēt de me. & cap. 10. Et si mihi non vultis credere, operibus credite. & cap. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatū non haberēt, nunc autē excusationē non habent de peccato suo, & iustus. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberēt; ergo saltem qui Christū audierunt, & miracula illius viderunt, potuerunt cum solo concursu generali Dei assensum præbere doctrinæ Christi, quæ ex tot miraculis mirum in modum credibilis effecta est, atque ea ratione peccatum incredulitatis vitare potuerunt.

Secundò. Iudæi hodie assentiuntur ijs omnibus, quæ ex fide Catholica credebant veteres Iudæi ante aduentū Christi, cum tamē longè difficilius assentiuntur eisdè rebus hoc tempore, cum

*Pars affirmas explicatur.*

videant Messie aduentū toto penè orbe diuulgatum ac creditū, se verò post Hierosolymitani templi excidium, sine propheta, sine sacerdote, sine sacrificio, sine lege, tum à Deo, tum ab omnibus nationibus despectos, & ludibrio habitos per tot penè secula, quot à Christi Domini passione hucusque effluerunt; quàm fore eisdem Iudæis ante aduentū Christi, dum nihil de Messie aduentu erat auditū, nihilque eorum, quæ de tempore Messie erant prædicta, videbāt impletum. At non solum ridiculū, sed etiam impium esset affirmare, perfidos Iudæos peculiari Dei auxiliò adiutos assentiri hodie ijs, quibus prius Iudæi ante Christi aduentū assentiebantur: cum ergo iuxta Augustinū aut quemuis alium eius libri autorē, Hypog. lib. 3. in fine, & alios Patres, imò & iuxta Concilium Trident. sess. 6 cap. 2. & sequentibus, eadem sit fides Ecclesiæ tempore legis scriptæ & gratiæ, neque minus tempore legis scriptæ credere, ut oportet ad salutem, esset donum Dei, quàm modò; consequens profectò est, ut licet neque tunc poterint, neque modò possumus assentiri ijs quæ docet fides, ut oportet ad salutē, sine speciali auxilio Dei, nihilominus & tunc poterint, & possumus modò assentiri illis eisdem rebus actu merè naturali, minimeq; idoneo ad salutem, qui cum solo concursu generali Dei ex viribus liberi arbitrii eliciatur.

Possumus idem cõfirmare, quoniã eadem est fides, quæ post Adami peccatū fuit in lege naturæ, in lege scripta & gratiæ, tamen vno tempore fuerit magis aucta quoad numerū credendorum explicite, quàm alio; neque dicendū est actum credendi, ut ad salutē oportet, quem fideles legis naturæ eliciebant, non fuisse supernaturalem; Deique donū, atque ad eò de eorum numero quos concilia negant viribus arbitrii elici posse absque speciali auxilio Dei: nemo autem dixerit in principio legis naturæ, quando nullæ adhuc erant scetæ, homines, qui de nouo nascebantur, à suis parentibus doctos vnū esse Deum omnium cõditorem, remuneratoremq; inquitentium se, & pauca alia quæ tunc erant de fide, non potuisse solis suis viribus eis quo ad actus substantiã assentiri, conformareq; se in ea existimatione cum reliquo hominum cœtu, qui tunc erat in orbe, tamen, nisi à Deo particulariter adiuuarentur, actum supernaturalem non elicerent, qualis ad salutem est necessarius.

Tertiò. Qui cum pertinacia errat circa vnum

articulum fidei, amittit fidem supernaturalem, quæ reliquos omnes credebat, neque deinceps elicit actum supernaturalem fidei, sed naturalem circa reliquos articulos, in quibus non errat: cum ergo experientia constat hæreticos, amissa fide, assentiri reliquis rebus quæ sunt de fide, tanquam Dei reuelationibus; neque credendū sit, eos peculiari Dei auxiliò, quoties eliciunt assensum, adiuuari, sit, ut ex viribus liberi arbitrii, soloque concursu Dei generali assentiri possimus actu merè naturali ijs quæ fide Catholica continentur.

Quartò. Lutherani, aut alij hæretici, adducere possunt hominē ethnicum vt amplectatur ipsorum scetã, & tanquã Dei reuelationibus assentiat omnibus, quibus ipsi assentiuntur, in quibus ponimus præcipuos articulos fidei cõncreti, & errores aliquos non minus difficiles credendi, quàm ea, quæ ad fidē pertinent: cum ergo ad assensum, quem hic ethnicus eliciet, sit satis concursus generalis Dei (neque enim credendū est, eum supernaturaliter ad talē actū adiuuari) sit, ut ad assensum merè naturalem eorū, quæ sub fidē cadunt, sit etiam satis generalis Dei concursus.

Quintò. Longè difficilius ij, qui iudicio & ingenio pollēt, mysterio Trinitatis, Incarnationis, atque Eucharistiæ assentiuntur, quàm rudes, qui leuibus suasionibus, autoritatèq; aliorū potius, quàm iudicio & ratione adducuntur ad credendum, assentiantur in genere omnibus ijs quæ fides credenda proponit, paucis quibusdam pro captu eorum duntaxat explicatis; vnde, cæteris paribus, magis merentur apud Deum viri docti & ingeniosi, cum assentiuntur ijs, quæ ad fidem pertinent, quàm rudes & imperiti: sed is hæreticus, qui circa illa tria mysteria non errat, assentitur tam ipsis, quàm cæteris suis erroribus actu merè naturali, cum solo cõcursu Dei generali, sibi persuadens tria illa mysteria esse Dei reuelationes: ergo qui tardi & rudes ingenio, vixque percipientes quæ dicuntur, suasionibus atque autoritate aliorū accedunt ad fidē, vtiq; vt diuinitus adiuti eliciunt assensum eorū, quæ fides habet, qualis necessarius est ad salutem, ita eisdè suasionibus, autoritatèq; aliorū moti, cum solo cõcursu generali Dei assensum merè naturalem de eisdem obiectis possent elicere: quandoquidem non aliunde negari potest facultas liberi arbitrii ad eiusmodi actum merè naturalem, quàm ex difficultate ipsius.

Sextò. Demus puerū non baptizatū inter so-

los Christianos educari, diligenterq; motū & fidei documentis imbui, nihilq; vnquam audire de contrario aliquo enote, & Deū in super statueri non aliter cum eo cōcurrere, quā solo cōcursu generali: tunc quis affirmare audeat, assensum non praxbiturū ijs, quae ad fidē pertinere cognoscit, aut aliorum hominū, quā Catholicorum cum quibus degit, regulā credendi secuturum? Quare cum eiusmodi assensum eliciat ex solis viribus liberi arbitrij cum cōcursu Dei generali, dicendū erit, vires esse in libero arbitrio ad eliciendū, cum solo cōcursu generali Dei, assensum merē naturālē circa ea, quae ad fidem spectāt, qui quidem ad iustificationem minime sit satis.

Accedit in confirmationē nostrae sententiae, quia Concil. Trident. sess. 6. can. 7. dum inquit, Siquis dixerit, sine frequēte Spiritus sancti inspiratione, atq; eius adiutorio, hominē credere, sperare, diligere aut penitere posse, sicut oportet ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit, manifestē innuit, eiusmodi actus merē naturales, ac proinde non ut oportet ad iustificationem; elici posse viribus liberi arbitrij cum solo Dei cōcursu generali: aut saltem non obscurē innuit, sine vilo periculo id affirmari posse. Idem apertē innuit Concilium Arauscanum dum cap. 6. ait, ut credamus, velimus, vel hęc omnia, sicut oportet, agere valeamus, & cap. 7. Siquis per naturę vigore bonum aliquod, quod ad salutem pertineat vitę aeternę, cogitare, &c. & cap. 23. Per peccatum primi hominis ita inclinatum & attenuatū fuisse liberū arbitrium, ut nullus postea, aut diligere Deum, sicut oportuit, aut credere in Deū, aut operari propter Deum, quod bonum est, possit. Quare Concil. solū negat, fieri posse eiusmodi opera per solum vigore naturę, absq; speciali auxilio & dono Dei, ut oportet ad iustificationē aut meritum, aut ita, ut pertineant ad salutē vitę aeternę: non verō quoad substantiā actus, atq; intra limites actuum merē naturāliū, qui ad salutē vitę aeternę minime conferant. Vnde Micaëda in sua summa Concilii. c. post caput 7. citatū hęc quę sequuntur subiungit. Recēditores, inquit, nō nulli theologū interpretantur hęc duo loca (caput videlicet illud, & præcedens) de auxilio Dei generali, sine quo nihil omnino valerent facere, nec, opus aliquod naturę, magis legitimum est, quod hic sentitur à Concilio, & Pontifice, ut hic nō negetur opera naturę, sed quę pertinent ad salutem vitę aeternę. Hęc ille.

Nostram sententiam, præter Mirandam, sequuntur Caietanus prima secundę q. 109. articulo 1. & 4. Scotus in tertio d. 23. quæstione 1. Gabriel eadem d. quæstione 2. conclusionē 1. Almain. q. 3. conclus. 4. Duran. in 2. dist. 28. q. 1. Capreol. in 3. d. 24. q. 1. ad primū & quartū Scoti contra 2. conclusionē. Palud. in quarto d. 14. q. 2. Sorus 2. de natura & gratia c. 8. & alij. D. Thom. etiā secunda secundę q. 5. art. 3. in corpore articuli, & in responsione ad primū affirmat, hæreticum, errantē circa vnum articulū, habere assensum merē naturālē circa alios, circa quos non errat, qui nihil aliud est, inquit, quā quadam opinio elicitā ex proprio iudicio atq; voluntate, & non ex habitu fidei supernaturali: vbi nō negat, nec salua veritate negare potest, hæreticū eo assensu & opinione persuadere sibi posse articulos circa quos non errat, non solūm veros esse, sed etiā reuelatos à Deo; cum ea tantū ratione credat illos esse veros, quia sibi persuadere reuelatos esse à Deo, ut ibidē latius ostendimus; cum ergo additio vnius articuli supra reliquos omnes, modicū aut nihil addat difficultatis, sanē qua ratione D. Thomas concedit, amissō habitu fidei propter hæresim circa vnum articulum, esse vires in libero arbitrio ad eliciendum cum solo cōcursu generali Dei assensum merē naturalem & opinatiū circa reliquos omnes, cōcedere tenetur, esse etiā vires ad assentiendū simili modo illi eidem articulo cum reliquis, facta hypothesi quod Deus ad talē assensum solū cōcurrere velit cōcursu generali. Neq; nos alium assensum intendimus hoc loco probare posse elici viribus liberi arbitrij & cōcursu generali Dei circa ea, quę ad fidē pertinent, quā opinione fidem hęc humanam, quę actus sit merē naturalis ex proprio spiritu humano, & viribus humanis elicitus, distinctusq; specie à Christiano assensu, qui circa eadem obiecta per appulsū Spiritus sancti, Spiritumq; fidei infusa elicitur.

Illā ergo loca Ioan. 6. Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille, & infra, Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit illū, (est autem sermo de aduentu per fidem, ut ex antecedentibus & consequentibus patet) Mat. 16. Caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est. item Pauli secundę ad Cor. 2. Non quod simus iustificētes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed iusticiā nostra ex Deo est, & primę ad Cor. 12.

Nemo

Nemo potest dicere Dominus IESVS, nisi in Spiritu sancto, intelligētia sunt de assensu, & cōfessione fidei, ac inuocatione Christi, qualis necessaria est ad iustificationem & salutem.

Illud tamen animaduertendū est, licet auxiliū supernaturalē gratiā non sit simpliciter necessarium, ut liberum arbitrium assentiatur actu merē naturali ijs, quę fides docet, sed solum ut assentiatur prout oportet ad salutem; nihilominus quā sapissimē non solum conferre, ut assensum eliciatur qualis oportet, sed etiam ut simpliciter eliciatur: cō quod liberum arbitriū neq; supernaturalē, neque naturalem assensum tūc eliceret, nisi diuinitus illustraretur intellectus, & supernaturaliter voluntas excitaretur; alliceretur, ac suauiter ad assensum traheretur. Atque id maximē euenire solet in prima vocatione adulti ad fidem, quando iudicio ducitur ad credendum, des. tendiq; sunt inueterati errores, neque simul inducitur ad credēdum ex affectu aliquo seculari, vel placendi alteri, vel timore offen-

dendi, vel spe quippiam consequendi, vel vitandi damnum temporale. Cui enim homines afficiantur parum ad spiritualia, assensusq; mysteriorū fidei difficilis sit propter eorū sublimitatem, pristiniq; errores difficile deserantur, si nullus secularis affectus simul interueniat & alliciat, difficile sola prædicatione Euangelij & explanatione rationum, quę afferri solent ad credendum, inducuntur infideles, tū ad expēndendum quę proponuntur, tum ad præbēdum illis assensum, etiam si vtrumque sit in eorū potestate. Quapropter quā sapissimē, qui cōsentunt Euangelio, neque actu supernaturali, neque naturali illi assentirentur, nisi prius diuina gratia illustrarentur & excitarentur. Vnde Actorum 16. de Lydia purpuraria dicitur: Cuius Dominus aperuit cor intendere ijs, quę dicebantur à Paulo. Atque hoc etiam inuauit simul scripura sacra, quę docet, fidem donum Dei esse, ad eamque homines tractū & appulsū Spiritus sancti perducit.

Quibus supernaturalibus subsidijs liberum arbitrium indigeat ad eliciendum credendi actum qualis ad iustificationem est necessarius.

### Disputatio 8.



**D**ICENDVM nunc est de credendi actu, qualis ad iustificationem exigitur, quibus videlicet subsidijs quantum presens disputatio postulat) arbitrium nostrum ad eum eliciendū indigeat, & quousque cooperetur. Exactior namque auxiliorum omnium, quę ad adultū iustificationem necessaria sunt, explanatio, & qua ratione cum eiusmodi arbitrij libertate cōsentiant, inferius suo loco tradetur.

Ad eiusmodi itaque actum concurrat necessē est particulare auxilium gratię præuenientis atque excitantis, non solum ex parte intellectus, sed etiam ex parte voluntatis, ut secunda secundę q. 4. art. 2. & plenius q. 6. art. 1. ostendimus. Propositis namque & explicatis homini adulto

pro capto ipsius ijs, quę ad fidem pertinent, vti que ut talem assensum præbeat, qualis ad salutem necessarius est, opus est, ut saltem naturę ordine præcedat illustratio supernaturalis in intellectu, & motio, seu affectio similiter supernaturalis ad illis assensum præbendum ex parte voluntatis: quæ duo in vna vocatione Dei appellantur, illi que mediātib; ut mox subiungā, dicitur Deus trahere credentes ad fidem. Deinde sequitur liberum imperium voluntatis, quo adultus imperat intellectui, ut assentiatur: vti modo verō præbetur assensus, qui fides nuncupari solet. Atque his duobus actibus dicitur adultus liberē accedere ad fidem. Quoniam ergo ad illos actus (ut supernaturalis sint, & quales oportet ad salutem) necessariō insinuat cooperaturque vocatione diuina, dicitur Deus, dum sunt, trahere

credentes ad fidem: neque enim antequam actus illi fiant trahuntur credentes, sed solum vocatione interna alliciuntur & inuitantur ad credendum. Quia verò iidem actus emanant à libero arbitrio (sine cuius concursu prorsus non essent) quatenus consensum præbet vocationi diuinæ, dicitur adultus in fide actibus accedere ad fidem. Quare neque tractio & vocatio diuina tollunt libertatem arbitrij, neque liberum arbitrium sine attractione & vocatione diuina possit eos actus elicere, ad fidem accedere. \* Prædictos actus (maximè si baptismus accedat) consequitur tanquam dispositionem vltimam infusio habitus fidei supernaturalis, qui à solo Deo est, & in intellectu residet, adiunctumque habet alium habitum infusum voluntati, per quem ipsa imperat assensum fidei, vt secunda secundæ locis citatis ostendimus.

Consonant his omnibus verba illa ex libro de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 21. Manet ad quærendam salutem arbitrij, libertas, id est, rationalis voluntas, sed admonente prius Deo, & inuitante ad salutem, vt vel eligat, vel sequatur, vel agat occasione salutis, hoc est, inspiratione Dei: vt autem cõsequatur quod elegit, vel quod sequitur, vel quod occasione agit, Dei esse, liberè confitemur. Initium ergo salutis nostræ Deo miserante habemus: vt acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est: vt adipiscamur, quod acquiescendo admonitioni cupimus (iustificationem videlicet ipsam, habitusue, ex quibus coalescit) diuini est maneris: vt non labamur in adepto salutis munere, sollicitudinis nostræ est, & cælestis pariter adiutorij: vt labamur, potestatis nostræ est, & ignauie. Sicut ergo initium salutis nostræ Deo miserante, & inspirante, habere nos credimus; ita arbitrium naturæ nostræ sequax esse diuinæ inspirationis, liberè confitemur. Igitur vt nō labamur à bono vel naturæ, vel meriti, sollicitudinis nostræ est, & cælestis pariter adiutorij: vt labamur, potestatis nostræ & ignauie. Hæc ibi. Eadem repetuntur de spiritu & anima cap. 48. quicumque fuerit autor eius libri.

Porro habitus fidei infusus, spiritus fidei inhabitans solet ab aliquibus appellari, eoque fideles, quocies postea volunt, eliciunt cum solo concursu generali Dei actum fidei supernaturalem. Quod idem, eadem quoque ratione dicendum est de spe. Quare si fidelis peccato lethali ali-

quo, quod neque fidei, neque spei repugnet, gratiam amittat, indiget quidem ad suam iustificationem auxilio particulari, quo vel ex Dei dilectione de peccatis doleat, vt oportet, quo pacto sine sacramento iustificabitur, vel saltem vt ex timore seruili doleat etiam, sicut oportet, accedereque sacramento iustitiam consequatur: at vt ex fide atque spe in Deum ita doleat, non indiget alio auxilio particulari præter concursum habituum fidei & spei, qui in eo remanserunt, quoniam tamen peculiari auxilio ad credendum, ac sperandum indiget is, qui, dum primò ad fidem accedit, iustificatur: eò quod nondum habitus illos supernaturales habeat. Atque de huiusmodi iustificatione, quæ fit dum quis primò accedit ad fidem, potissimum sermo est in Concilio Tridentino sess. 6.

Quod ergo ad eliciendum primum assensum eorum, quæ fides tenet, talem, qualis ad salutem opus est, præquiratur diuina vocatio, quæ auxilium illud duplex supra explicatum completitur, docet satis aperte Cõcilium Trid. sess. 6. Etenim cap. 5. sic ait: Declarat præterea ipsius iustificationis exordium in adultis à Dei per Christum I E S V M præueniente gratia sumendum esse, hoc est, ab eius vocatione, qua, nullis eorum existentibus meritis, vocantur, vt qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitantem atque adiuuantem gratiã ad conuertendum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratiæ liberè assentiendo & cooperando disponantur, vt ita, tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil agat inspirationem illam recipiens, quippe qui illam & abiicere potest, neque tamen sine gratiã Dei mouere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit. Vnde in sacris literis cum dicitur; Cõuertimini ad me, & ego conuertar ad vos; libertatis nostræ admonemur: cum respondemus; Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur; Dei nos gratia præueniri confitemur. Hæc Conciliū. Et cap. 6. subiungit. Disponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia & adiuti, fidem ex auditu cõcipientes, liberè mouentur in Deum, credentes vera esse, quæ diuinitus reuelata & promissa sunt, &c. Et canone 3. Si quis dixerit sine præueniente Spiritus sancti inspiratione atque adiutorio, hominem credere, sicut oportet, &c. Ecce, vocatio diuina, de qua loquitur Cõcilium, per intellectum planè est, consonatque illud Christi

*Inspiratio ad intellectum pertinent. Gratia præueniens atque excitiua ad fidem qua. Voluntas indiget etiã præueniente gratia ad fidem qua in ea recipiatur.*

Christi Ioã. 6. Omnis, qui audit à Patre & didicit, venit ad me. Vbi sermo est de aduëtu per fidem: illuminatio item atque inspiratio, de qua in eo est sermo, & quam gratia præueniens, atque excitans complectitur, ad intellectum pertinent. Cum verò voluntas non minus præueniente gratia indigeat, quã intellectus, à liberoque imperio ipsius pendeat, quòd intellectus assensum præbeat iis, quæ ad fidem spectant, profectò non minus peculiari motu præuenitur, atque allicitur voluntas, vt imperet assensum fidei. Eiusmodi autem motum innuunt verba illa concilij Trid. cap. 5. Tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem: nomine enim, cordis, non nudus intellectus, sed voluntas potissimum intelligitur: & illa cap. 6. dum excitari diuina gratia & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum. Idem constat apertius ex Concilio Arausicano 2. cap. 5. vbi ita habetur. Siquis, sicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipsius credulitatis affectum, quo in eum credimus, qui iustificat impiũ, non per gratiæ donum, id est, per inspirationem Spiritus sancti corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem naturaliter nobis inesse dicit, Apostolicis dogmatibus aduersarius probatur, beato Paulo dicente: Cõfidimus, quia qui cœpit in vobis opus bonũ, perficiet. & Vobis datum est pro Christo, nō solum vt credatis. & Gratia salui facti estis per fidem, nō ex vobis, Dei enim donum est. Ecce, affectum credulitatis dicit Concilium Arausicanum conferri à Deo. Et Augustinus de prædestinatione Sanctõrum cap. 5. & 1. Retractionum cap. 23. ac alibi docet, Credere, aut non credere, in arbitrio esse voluntatis humane, sed in electis preparari voluntatem humanam à Domino, vt credat: quare ad fidem etiam pertinet illud: Quid habes, quod non accepisti? Quia ergo habitus fidei infusus non præcedit primum actum credendi, sicut oportet: ad salutem, quin potius per primum actum credendi disponimur ad infusionem habitus, inde est, quòd gratia præueniens primum actum non sit donum habituale, sed illustratio intellectus, & motio, atque affectio voluntatis per auxilia particularia, quæ cessant elicitò primo actu credendi. Postquam verò habitus est infusus, is, cum concursu generali Dei, satis est, ad eliciendos actus credendi supernaturales, nisi supernaturali accommodatos: quanuis negadum non sit, per illustrationes &

*Gratia præueniens ad credendum, nō habitus, sed illustratio intellectus & motio ac affectio voluntatis per auxilia particularia.*

*Vocatio ad fidem illa illuminatio & in-*

auxilia particularia collata per dona Spiritus sancti, sapientiæ, intellectus, consilij, pietatis, & timoris, &c. multum adiuuari habitum fidei, & ceterarum virtutum supernaturalium, ad eliciendos suos actus feruentiores, & præstantiores.

Hic etiam breuiter recolendum est id quod latius secunda secundæ, q. 4. art. 2. dicebamus. Sicut imperando actus alios intellectus, quando oportet, atque vt oportet, cõparamus in voluntate habitum virtutis moralis ad similes actus imperandos, qui studiositas dicitur: ita etiã, esto Deus nullum habitum supernaturalem infunderet voluntati ad imperandum actus fidei supernaturales, compararet voluntas habitum ad eodem promptè imperandum: præsertim cum in imperandis actibus fidei supernaturales plus difficultatis insit, quàm in imperandis aliis actibus intellectus. Quia tamen maximè congruũ est, vt sicut Deus diuinitus euehit intellectum ad eliciendum assensum fidei, ita eleuet supernaturaliter voluntatem ad imperandum eundem assensum, consequens est, vt quemadmodum euehit voluntatem per particulare auxiliũ vt primũ fidei assensum imperet, ita dum intellectui infundit fidem, infundat etiã voluntati habitum supernaturalem, ad fidei assensum deinceps imperandos. Neque is est habitus caritatis, vt quidam obiiciebat caritatis habitum sufficere. Tum quia caritas solum inclinatur ad diligendum Deum: hic verò habitus supernaturalis constituitur ad imperandum assensum fidei, sicut spes ad eliciendum actum sperandi. Tum etiã quia labente Christiano homine in eã culpã lethalem quæ cum fide nō pugnet, amittit caritatem: & nihilominus indiget ex parte voluntatis eiusmodi habitu supernaturali, qui præuenienti gratiæ per auxilia particularia, qua voluntas eius, dum ad fidem primò perductus est, fuit mota, respondeat, eamque suppleat, vt quotiescunque talis Christianus voluerit, fidei assensum imperet.

Ex dictis ita facile intelligi poterit, quoniam sit necessitas constituendi habitum fidei supernaturalem, esto homo ex suis naturalibus assentiri possit reuelatis actu merè naturali. Neque enim, vt secunda secundæ q. 6. art. 1. dicebamus, ob eam causam necessariò ponendus est, vt intellectus facile assentiat, contra intellectus duritiam, & discretè, contra intellectus errores, vt Durandus in secundo d. 28. q. 1. multi que alij affirmarunt: neque item vt actus assentiendi

*Fidei habitus cur conuenit exigat voluntatis habitum supernaturalem.*

*Fidei habitus supernaturalis, esto homo ex suis naturalibus assentiri possit reuelatis actu merè naturali. Neque enim, vt secunda secundæ q. 6. art. 1. dicebamus, ob eam causam necessariò ponendus est, vt intellectus facile assentiat, contra intellectus duritiam, & discretè, contra intellectus errores, vt Durandus in secundo d. 28. q. 1. multi que alij affirmarunt: neque item vt actus assentiendi*





Deus, utpote minus ineptum, & minus indignum ad dona Dei recipienda. Experientiaque ipsa compertum est, multo plures ex iis, qui recta, quam ex iis, qui similitra intentione ad Evangelium audiendum accedunt; & quod audius, synceriorique animo veritatem cognoscere volunt, eo plures à Deo & vocari ad fidem, & illuminari.

*Gratia praeueniens ad penitentiam, quantum ab arbitrio eius qui iustificatur & ministris Ecclesiae pendens.*

Quod hac & praecedente disputatione dictum est de interna vocatione ad fidem, intelligendum est etiam de excitatione interna fidelis ad poenitentiam per gratiam praeuenientem, imò & illustrationibus & auxiliis quibus iustificari à Deo adiuvantur, tum ut maiora spiritus incrementa percipiant, tum ne tentationibus succumbant. Pendere enim quam maxime à ministris & conatu Ecclesiae, atque à libero cuiusque arbitrio, quo liberè ad audiendas conciones, ad lectionem scripturarum sacrarum, ad orationem ac meditationem rerum spiritualium, aut ad sacramentalem confessionem ex precepto Ecclesiae singulis annis, aut sapius ex laudabili consuetudine liberè faciendam, accedit, & ab aliis similibus. Ex his enim omnibus excitati solent cogitationes pia, & supernaturales ex concursu habitus fidei, vel simul Deo per illustrationem atque auxilium particulare influente, quibus grauitas & ingratitude peccatorum, pericula ac damna, quae nobis attulerunt, expendantur. Dum vero similibus cogitationibus excitatur voluntas, quasi inserere se solet Deus, infundereque affectum amoris, aut timoris supernaturalis, quibus praeuenit, allicit, & quasi inuitat voluntatem ad contritionem, aut attonionem quae cum sacramento sit facienda, aut ventura impetranda. Accedente vero libero consensu, cooperationeque voluntatis, quae ex aliquo illorum affectuum insuit in dolorem & poenitentiam, quod Deum ita offenderit, datur contritio aut attonio supernaturalis, quae & est à Deo influente in eum dolorem per affectum immisissum gratiamque praeuenientem, tanquam per principium efficiens, & à libero arbitrio liberè cooperante atque influente ad eandem dolorem, eo modo quo disputatione praecedente explicatum est, affectum fidei supernaturalis esse simul efficiens à Deo per vocationem internam ac gratiam praeuenientem, & à libero arbitrio liberè etiam obediens, seu cooperante eundem affectum.

*Contritio est attonio ad Deum & liberè arbitrio simul efficiens.*

amoris supernaturalis, pendet à ministris & conatu Ecclesiae, atque à libero arbitrio eius in quo excitatur, iuxta ea quae paulò antè explicata sunt de cogitationibus necessariis vel quis interioris vocetur ad fidem, carens gratia praeueniens voluntatem peccatoris ad attonionem, vel contritionem, pendet ab eisdem ministris conatuque Ecclesiae, atque à libero arbitrio eius cui conferretur. Etenim quantum Deus illam non conferat propter ea quae antecedunt, sed merè gratis, nihilominus, nisi illa antecedant, conferre eam non solet. Quare licet alius sit literalis sensus illorum verborum regij vatis Psalmo 17. Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris: sanè quod primo aspectu sonant, verissimè est, quadratque in re proposita, Verbis enim atque exemplis aliorum mirum in modum adiuvamur, ut cogitationes sanctae in nobis excitentur, quibus Deus se inserat, & adiuuemur, tum ut ad gratiam gratum facientem venemur, Deoque cooperante ad eam disponamur: tum etià ut in ea iam adepta crescamus & promoveamur.

Ut quae hac disputatione dicta sunt quasi in epilogum redigamus, eaque scripturae ac sanctorum testimoniiis roboremus, illud ex dictis in primis constat. Licet initium fidei, quae radix & fundamentum est iustificationis, à Deo sit nullis praecedentibus nostris meritis, sed potius demeritis, reliquaque, quae initium fidei sequuntur ordinisque sunt supernaturalis, à Deo sint, nihilque proinde habeat iustus, quo à peccatore, imò ab infideli discernatur, de quo ita gloriari possit quasi illud non acceperit, atque adeo Deus autor sit, ut vitæ nostrae spiritualis, ita etiam incrementi ipsius: eo tamen modo sua sapientia leges, quibus vitam spiritualem atque eius incrementum conferret, accommodasse, ut sicut per gratiam hominis naturam ex se liberam perficeret, ita etiam ante receptionem gratiae, & in ipsa gratiae receptione, ac postea in augmento illius, suum locum libero relinqueret arbitrio, quatenus ita ipse autor esset omnium bonorum, omniaque ei accepta referrentur, ut nihilominus libero arbitrio propria industria & laus seruaretur. Imò post peccatum actuale cuiusque, Deus ita nostram cooperationem, industriam atque laborem, & liberum cuiusque arbitrium ad iustificationem exigit, ut Bernardus sermone de

*Leges ordinariae quibus dona gratiae conferret, ita Deus statuit, ut arbitrio suum locum relinqueret.*

eo, quod legitur in Iob, In sex tribulationibus, & cetera, dixerit, Quod in nobis minus est, ipse supplet, modicum tamè illud, quodcunque nostrum est, non patitur referuari. Atque praedicta omnia exigere videtur Deus à peccatore illis verbis Zachariae 1. Convertimini ad me, & convertar ad vos. Unde Augustinus, sermone 13 de verbis Apostoli, exponens illa verba, Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, id est, ut iustos nos faciat, ait: Eris opus Dei, non solum quia homo es, sed etiam quia iustus es: melius est enim iustum esse, quam te hominem esse. Si hominè te fecit Deus, & iustum tu te facis, melius aliquid facis, quam fecit Deus: sed sine te fecit te Deus, non enim adhibuisti aliquè consensum ut te faceret Deus: qui ergo fecit te sine te, non te iustificat sine te: ergo fecit te scientè, iustificat volentem. Illud deinde constat, ita Deum voluisse esse

gratiae autorem, incrementique illius, ut regimini atque conati Ecclesiae suum locum relinquere, ut ea ratione, & qui plantant, & qui rigant, & qui seminant, & qui metunt, mercedem accipiant, & simul gaudeant, fructumque congregent in vitam aeternam. Unde Paulus inter dona, quae à Christo ascendente in altum ad Ephesios 4 hominibus collata fuisse affirmat, sequentia enumerat. Quosdam quidem dedit Apostolos; quosdam autè Prophetas; alios vero Evangelistas; alios autè pastores, & doctores ad summationem sanctorum, in opus ministerij in aedificationem corporis Christi, ut veritatem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram cuiusque membri, augmentum corporis facit, in aedificationem sui in caritate.

An facienti ex suis naturalibus, quod in se est, semper Deus conferat sufficientia auxilia ad fidem, & iustificationem: an verò propter grauia peccata interdum ea aliquibus deneget?

Disputatio 10.

*Gratia praeueniens auxiliis conferret Deus semper conati ex suis naturalibus efficiere quod in se est.*



LLVD etiam ijs, quae duabus praecedentibus disputationibus diximus, addendum est, quotiescunque liberum arbitrium ex suis viribus naturalibus conatur, praestitio est ad conandum totum id, quod ex se se potest, tam circa ea, quae fides habet, addiscenda & amplectenda, quam circa dolorem de peccatis ac iustificationem, à Deo conferri gratiam praeuenientem, auxiliam quibus id faciat ut oportet ad salutem: non quidem quasi eo conatu dignum efficiatur talibus auxilijs, vllaque ratione ea promeratur; sed quonia id obtinuit nobis Christus ob suam meritam, atque inter leges quas tam ipse, quam Pater aeternus statuerunt de auxilijs & donis, quae nobis Christus promeruit, merè gratis conferendis, vna, eaque rationi maxime consentanea fuit,

ut quoties ex nostris viribus naturalibus conaremur facere, quod in nobis est, praesto nobis essent auxilia gratiae, quibus ea, ut oportet ad salutem, efficeremus, ut ea ratione, dum effluens in via, semper in manu liberi arbitrij nostri posita esset salus nostra, per nosque ipsos staret, quod ad Deum non conuerteremur. Quare sicut Deus semper praesto est per concursum generalem libero arbitrio, ut naturaliter velit, aut nolit, prout placuerit, ita praesto illi est per auxilium gratiae sufficientis, ut quoties ex suis viribus naturalibus aggredi voluerit opus aliquod ex ijs, quae ad iustificationem spectant, illud exequatur prout ad salutem oportet: saepe etiam liberum arbitrij quasi sopitum ac torpens excitat & pulsat, longeque maioribus auxilijs adiuvat: quamuis alia ex parte magnam cernatur difficultatem. Nam per concursum generalem praesto est Deus libero

bero arbitrio ad naturalia, lege quasi naturali ordinata, qua agēibus omnibus statuit nō denegare talem concitium. At verō libero arbitrio praesto adest per auxilium gratiae saluē sufficiens, ob merita Christi, qui vt verus redēptor id nobis promeruit atque obtinuit, eamque legem subueniendi hominibus cum Patre constituit: quod planē satis innunt multa scriptura loca. Ioan. enim 1. dicitur: Dedit eis potestatem [Christus scilicet suo aduentu] filios Dei fieri. Quod, vt Roffensis in art. 36. Lutheri recte adnotauit, intelligendū non est de ijs, qui per gratiam facti filii sunt, dignitatemq; possidēt, sed de ijs, qui ad eam non dū perueniunt. His enim ceteris facta est potestas vt filij Dei fiat, quatenus, si quantum in se est, conentur, praesto illis adest Deus, vt fidem & gratiam conueniat, neque desiderio suo fraudentur: quare ea ratione in potestate eorum est vt filij Dei fiant. Primae item ad Timotheum 2. Vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē Dei venire. Quod si conantibus ex suis naturalibus, facientibusq; quod in se est, vel vt fidem amplectantur, vel vt de peccatis doleant, Deus nō est semper praesto per auxilia & gratiam praenientem, vt actus sint quales ad salutem oportet, quoniam ratione veniunt, Deum velle omnes homines saluos fieri: eaq; ratione acceptum corā eo esse, vt obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones pro omnibus hominibus fiant, vt eo loco Paulus docet. Vnde Ambrosius: Vult omnes homines saluos fieri, sed si accedat ad eum: non enim sic vult, vt noles saluentur, sed vult illos saluari, si & ipsi velint: nam vtique qui legem omnibus dedit, nullum excepit a salute. Quaedam alia addit in hanc sententiam. Et Occumenius in eandem locum: Si ergo Deus vult, quare nō fit, quod vult? Non fit, quia illi noluit: nihil enim ex necessitate facit ipse nobis Deus. D. Thomas etiam tertio contra gentes cap. 139. Deus, quantum in se est, paratus est omnibus gratiam dare: vult enim omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, comparatque Deum soli, quantum ex se est, lumen conferre omnibus parato. Ezechiel. 18. Nunquid voluntatis meae est mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur a viis suis & viuat? et infra: Projicite a vobis omnes prauitates vestras, in quibus praeparati estis, & facite vobis cor nouum & spi-

ritum nouum: & quare moriemini? quia nolo mortē morientis, dicit Dominus Deus, reuertimini & viuite. Profecto haec omnia apertissime ostendunt, Deum semper paratum esse ad opitulandum, at per nos ipsos semper stare quod ad Deum non conuertamur, idemque & gratiam non consequamur. Apocal. 3. Stet ad ostium & pulsato &c. Planē sine vlla intermissione ad ostium cordis stat, paratus semper conatus nostros adiuuare, desideransque ingressum: non tamē sine intermissione pulsato specialibus auxiliis, sed saepe, non solum quando se apta occasio offert, sed etiam quando torpens ac pigrum liberum nostrum prospicit arbitrium. Mitto pleraque alia loca scripturae.

De quibusdam insignibus peccatoribus, qui ob sua scelera in scripturis sanctis leguntur a Deo obdurati, excacati, traditi in reprobum sensum, ac in desideria cordis sui, vel derelicti, dubium est, an Deus illis omnino denegat supernaturale auxilium, vt quicquid ex naturalibus conetur, aut faciant, conuertit nō possint ad Deum.

Partem affirmantem asserere videtur Augustinus in libro expositionis quarundam propositionum ex epist. ad Rom. in illa verba propositionis 62. Obduratum est cor Pharaonis. Vbi ita ait. Obduratum est cor Pharaonis, vt tamen euidentibus signis non moueretur. Quod ergo tunc Pharaon non obtemperabat praecipis Dei, iam de supplicio veniebat. Non autem quicquam potest dicere, obdurationem illā cordis immerito accidisse Pharaoni, sed iudicio Dei retribuentis incredulitati eius debitam poenam. Non ergo hoc illi imputabatur, quod tunc non obtemperauerit, quandoquidem obdurato corde obtemperare non poterat, sed quia dignum se praebuit, cui cor obduraretur priori infidelitate. Sicut enim in ijs, quos elegit Deus, non opera, sed fides inchoat meritum, vt per munus Dei bene operentur, sic & ijs, quos damnat, infidelitas & impietas inchoat poenae meritum, vt per ipsam poenam etiam male operentur. Haec August. In eadem sententia est Roffensis in art. 36. Lutheri, & quidam alij quos Ruardus in art. de libero arbitrio citat.

Semper tamen vera mihi visa est contraria sententia, quae cum aliorum Patrum doctrina magis congruit, eamque aliis in locis sequitur idem Augustinus, & communis cōsensu videntur asseuerare, quotquot absoluit affirmant, facientem omnino.

Insignibus peccatoribus an omnino denegetur auxilium.

Partem affirmantem qui asseruerint.

cienti quod in se est, Deum nunquam negare gratiam, pluribusque eam veram esse contendit Sotus primo de natura & gratia cap. 15. & 18. Ruardus verō vbi supra neutram improbabilem iudicat.

Haec ergo propositione continetur. Deus nunquam peccatori, quantumuis scelerato, denegat auxilium, quo licet peruersi difficile corrigantur, si tamen, dum sui quisque copiosus est, vltimūque habet liberi arbitrij, efficere velit totū quod potest, iustificabitur: per subtractionem verō maiorum auxiliorum dicuntur peccatores obdurari, excacari, tradidi desiderij cordis sui, ac derelinqui, despiciūque a Deo, eō magis, quō magis auxilia subtrahuntur, atque in poenam suorum delictorum in grauiorē tentationes, atque occasiones peccandi deuenire, iuste permittuntur: Deus tamen non obdurat, aut obcecatur, duriciam aut caecitatem apponēdo, sed quia propriam duriciam, caecitatem, ac difficultatem peccatoris per auxilia ac dona sua non aufert.

Vnde de praedestinatione & gratia cap. 4. toto 7. operum Aug. illud, quem vult induat, non ita intelligendum est, ait autor illius libri, quasi Deus in homine, ipsam, quae non esset, duriciam cordis operetur: induratur enim Deus dicitur eum, quem mollire noluerit. Sic etiam excacare dicitur eum, quem illuminare noluerit. Et in libro de essentia diuinitatis ait Aug. Indurare dicitur Deus quorundam maliorum corda, sicut de Pharaone scriptum est, nō quod omnipotens Deus per potentiam suam corda eorum induret, quod est impij ita credere, sed exigentibus eorum culpis, cum duritia cordis, quā ipsi sibi mala perpetrando nutriunt, non aufert, quasi eos induret, quia iusto iudicio indurati sunt. Haec August. Idem affirmat Epistola 105. ad Xistum, & lib. 1. ad Simplicianum q. 2. & plerisque aliis in locis. Idem Hier in Epist. ad Hedibiam q. 10 & 11. & Gregorius in lib. 1. Moralium cap. 5. in illa verba, Si includerit hominem, nullus est, qui aperiat, & hom. 11. in Ezechieliam.

Hanc sententiā mihi persuadeo, primō quoniam testimonia scripturae supra citata, quae affirmant Deum velle omnes homines saluos fieri, non velle mortem peccatoris, stare ad ostium, & dedisse eis potestatem filios Dei fieri, vniuersim prolata sunt, nullaque excipiunt: ergo nemo in hac vita erit excipiendus. Quamuis enim Deus iuste in poenam delictorum aggrauet ali-

quando manum specialiora auxilia subtrahendo, & grauiora mala, & occasiones maioris ruinae, prout peccata commenerunt, permittendo; semper tamen, dum peccator est in via, poniturque meritis Christi, vtque vt deemerit, forsederitq; amplius, Deo id ipsum in poenam permittente, in manu eius positum est: ita etiā relinere a peccatis, atque mereri, Deo ipso, quātum laus est, ob merita Christi putulante: nec enim procliuor dicendus est ad puniendum, quā ad miserendum Deus. Quin imō vellet, si per peccatorem non staret, eum iurare, & vt cum ope diuina talem se praebere, a quo tam grauius puniendo manum suam coerceret, idque totum Christus copiosa sua redemptione, ac meritis, quae infinito interuallo demerita nostra superat, nobis promeruit & impetravit, Vnde Christus Mat. 11. Venite ad me, inquit, omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, vbi nullum prorsus peccatorem excipit. Incredibile nanque videtur, & indignū infinita Dei clementia asserere, eum qui ita mundum dilexit, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat, sic propter multitudinē ac grauitatem criminū aliquid, dum in hac vita est, atque a participatione meritorū Christi minimē exclusus, clausisse viscera misericordiae suae, vt constitueret, quicquid talis peccator ex suis naturalibus facere atteretur, nunquam se opelaturum vt a peccatis resurgeret. Preterea eo dato, concedendum esset, miserum illū hominē, antequam per egressum ex hac vita atque exclusionē a regno caelestis, habitu spei supernaturalis (si fidelis esset) vnā cū fide ipsa spoliaretur, carere omni spe vitae aeternae: quod tamen nulla ratione videtur cōcedendum de homine in via constituto. Item nō tantopere vituperanda esset desperatio Iudae, & blasphemia illa Cain Genes. 4. Maior est iniquitas mea, quā vt veniam merear, si aliqua scelera sint propter quae Deus in hac vita statuit denegare omne auxilium, quo homo ad poenitentiam possit adduci ac veniam consequi. Merito ergo Diuus Thomas 3. par. quest. 86. art. 1. affirmat, errorem esse credere, vllum posse dari peccatum quod per poenitentiam non possit deleri: quoniam, inquit, id liberati arbitrij nostri, gratiae, benignitati, ac misericordiae Dei, & efficaciae passionis Christi derogat. Vnde Hieronymus in illud Amos quinto. Super tribus sceleribus Moab, &c. Sola, inquit, impoenitentia est

est in causa, cur Deus iniquis non pareat. Et Chrylóstomus homil. 23. ex viginti septem in varia loca Math. late docet, poenitentiam cum Dei adiutorio in nostra esse potestatem, nec esse ullam malitiam, quae poenitentiam non dissoluatur. Imò hoc ipsum, quod D. Thomas aequè hi duo patres affirmant, aperte videtur definitum in Concilio Lateran. cap. Firmiter de his. Trinit. & fide Catholica his verbis. Et si post susceptionem baptismi quinquà prolapsus fuerit in peccatum, per veram potestatem poenitentiam reparari.

Moncor secundò, quoniam Pharaò, etià post induratum cor, in libera potestate sua habebat populum dimittere, ut satis aperte scriptura innuit, lethaliusque peccabat, quod populum iuxta præceptum Domini nò dimitteret, atque in poenam delictorum, quae ea ratione accumulabat, poenae etià multiplicatae fuerunt, ad interfectionem usque primogenitorum, subuersionemque ipsius Pharaonis cum exercitu suo. Exodi enim 7. cap. statim ante primū signum virgae in columbum verite, dixit Deus. Indurabo cor eius, & multiplicabo signa & ostenta mea. Facto quo e signo dicitur, Induratum est cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut præceperat Dominus. Et inferius ante comminationem aliorum flagellorum dicitur, Nisi dimiseris populum, hac aut illa plaga te percussis, quasi in potestate illius esset dimittere populum, ideoque esset noua plaga percussus, quod populum nò vellet dimittere. Et additur, Indurauit Pharaò cor suum, quasi ipse se ipsum indurauerit: Deus autè non aliter eum indurauit, quam quod nò tribuerit illi ea auxilia sine quibus præuidebat Pharaonè ex sua nequitia non dimissurum populum, cum tamè posset. Et cap. 9. Pharaonè obiurgando quod populum nollet dimittere, ex persona Dei ait Moyses. Adhuc retines populum meum, & nò vis eum dimittere? En pluiam, &c. Atque in eodè cap. Pharaò ait, Peccati etià nunc Dominus iustus, & ego & populus meus impij. Et paulò inferius, non Pharaò, qui mentiri & decipi poterat, sed scriptura ipsa dicit, Videns autè Pharaò quod cessasset pluuia & grando & tonitrua, auxit peccatum & ingratum est cor eius & seruoit illius, & induratum nimis; nec dimisit filios Israel, sicut præceperat Dominus. Quid clarius ad probandum, Pharaonè, postquam induratum habebat cor, peccasse quod populum non dimitteret, in potestateque proinde illius fuisse tunc dimittere eum,

vt Deus precipiebat? Et cap. 10. ex persona Dei dicitur illi, Vique quò non vis subici mihi? Dimitte populum meum: si autem resistis & non vis dimittere eum, Ecce ego inducam cras locustam, & car. quae planè verba & obiurgationes aperte innuunt, in potestate Pharaonis ruc fuisse dimittere populum, peccasseque quòd eum non dimitteret, caque de causa flagellari. Dicentibusque seruis Pharaonis, Vique quòd patiemur hoc scandalum? Dimitte homines vt sacrificent Deo tuo, nonne vides quòd perierit Aegyptus? concessit facultatem, vt vini soli pergerent ad sacrificandum. Et infra ait Pharaò, Peccavi in Dominum Deum vestrum: sed nunc dimitte peccatum meum etiam hac vice, &c. Constat ergo per obdurationem illam non fuisse sublatam facultatem à Pharaone, faciendi id, circa quod obdurato persistebat corde, potuisseque duritiam illà vincere, si vellet, per ipsumque stetit quòd eam te ipsa non vicerit, id quod Origenes tertio Peniarcho cap. 1. docet, lateque ostendit.

De Iudæis etiam, de quibus Isaias & dicitur, *Iudaeorum obduratio qualis.* Exceca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudet, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum, constat credere potuisse, si vellet; & quòd noluerint credere, peccasse lethalius: quod sanè sine facultate ad credendum nulla ratione esse potuit, eò quòd peccatum esse, & voluntarium non esse, pugnantia omnino sint. Mat. etià 11. dicitur, Vt tibi Corozain, vt tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone facta essent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissus erit in die iudicii, quam vobis. Vbi manifestè innuitur peccatum lethale Iudaeorum, quòd in Christum credere noluerint. Et Ioà. 15. Si nò venissem, & locutus non fuisset eis, peccatum non haberent. Sepe alibi Christus peccati arguit populum illum, quòd noluerint credere, & neque ea de re est dubitandum. Hic enitè est populus de quo, quòd in Christum credere noluerint, Paulus ad Romanos 10. exponit illud Isaias 65. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi; quòd sine peccato esse non potuit. Et primò ad Thessalonicensis 2. de eisdem Iudæis ait, Qui & Dominum occiderunt I. E. S. V. M., & Prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & om-

nibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui, vt saluae fiant, vt impleant peccata sua semper: peruenit enim ira Dei super illos usque in finem. Atque de eodè populo ait Christus Math. 23. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluitis? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta; in poenam scilicet tanti delicti.

Quando ergo Ioannis 12 dicitur; Propterea non poterant credere, quia iterum dicit Isaias, Excecauit oculos eorum, &c. sermo est de impotentia, quae ortum habet ex necessitate conscientiae; quatenus existente vaticinio illo, fieri non poterat vt crederent: eò quòd si illi credituri fuissent, vt re vera poterant, Deus id præcisiuisset, neque prædixisset oppositum per Isaiam: non verò de impotentia, quae ortum habeat ex necessitate consequentis, quasi in potestate eorum non esset, etiam existente vaticinio illo, credere, si vellet. Vnde Augustinus tractatu 53. in Ioannem edisserens verba illa ait, Non poterant credere, quia hoc Isaias propheta prædixerat: hoc autem propheta prædixit, quia Deus hoc futurum esse præcisiu. Quare autem non poterant, si à me quaeratur, citò respondeo, quia volebant: malam quippe eorum voluntatè præuidit Deus, & per prophetam prænuuciauit ille, cui abscondi futura non possunt. Illud idem quod Ioannes eo loco docuit, clarius expressit Christus Mat. 13. his verbis. Ideo in parabolis loquor eis: quia videtes nò vident, & audientes nò audiunt, neque intelligunt, vt adimpleatur in eis propheta Isaias dicentis. Auditus audietis, & nò intelligetis; & videntes videbitis, & nò videbitis: in crassatum est enim cor populi huius, & auribus grauitè audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quado videat oculis, & auribus audiant, & corde intelligat, & conuertantur: & sanem eos. Quibus verbis Christus Dominus Iudæis culpa tribuendum esse significat, quòd auribus grauitè audierint, & oculos suos clauserint, ob eamque causam illis auxilia illa magis specialia denegauerit, sine quibus eos non credituros præuidebat: semper tamen illis praeiuit ea auxilia, quibus cum credere possent, si vellet: imò verò adeo efficacia fuerunt, vt alij, non ita prauè affecti, summa cum facilitate credidissent, poenitentiamque egissent, vt de Tyriis & Sidonis Christus affirmat.

Quia ergo eos ipsos peccatores, qui in scrip-

turis sanctis leguntur obdurati & excecati à Deo, ex eisdem scripturis constat, lethalius peccasse non adimplendo ea, circa quae leguntur obdurati & excecati; manifestum est, Deum nou denegasse eis auxilia, sine quibus nulla ratione obedire possent: alioquin nulla ratione eis imputaretur ad culpam, quòd Deo tunc non obediret, vt Augustinus cõcedit. Porro quòd antea commiserint crimina aliqua, in quorum poenam iuste à Deo sint indurati ac obcecati, id planè non efficit, vt, quae post indurationem & obcecationem committunt, peccata sint, illisque ad culpam imputentur, si iam tunc nulla ratione ea vitare possunt, vt prima secundae de ebrio & aliis similibus late ostendimus: quare si aliqua fuit culpa, vtique tota fuit in ea ipsa priori causa & radice: vnde hi posteriores effectus euenerunt, quando is, qui eorum causam liberè præbuit, animaduertere debebat tales effectus inde posse sequi: in appositione igitur ipsa cause tunc, tota ratio culpae consistit, quae postea neque augetur, neque minuitur, siue sequantur effectus, quos in nostra potestate iam non est impedire, siue nulli sequantur.

Ad illud verò de Antiocho 2. Mach. 9. Orabat hic iscelestus Deum, à quo non esset misericordia cõsecutus, Respondit D. Thomas 3. p. loco citato, causam fuisse, quoniam non habebat veram poenitentiam propter Deum, sed dolebat solum propter grauitatem morbi, optans ab eo liberari. Adde, quòd neque damna omnia, quae iniuste dederat, secum decreuerat resarcire: quòd tamen ad veram poenitentiam erat illi necessarium. Possimus denique locum illum ita interpretari, Orabat Deum, pro salute videlicet obtinenda, à quo consecutus non erat eam misericordiam, nempe sanitatem corporis, quam postulabat.

Ad dictum verò Augustini contra nostram sententiam dicendum est, multa ex his, quae in expositione illius propositionis docuit, nepe fidem esse ex nobis, illamque esse principium meritòrum, & infidelitatem de meritòrum, retractasse primò libro Retractionum cap. 23. & de prædestinatione sanctorum cap. 3. neque dictum illud esse recipiendum, cum ex scripturis ostensum sit, inobedientiam Pharaonis post obdurationem, imputatam illi fuisse ad culpam, & in eius potestate fuisse tunc obedire Deo, si vellet. Quod idem August. satis aperte postea docuit de prædestinatione

natione & gratia cap. 6. si Aug. eius libri fuit autor, ubi ait: Qui pie querens aliquid, desiderat invenire, illum locum eiusdem scripturae (Exodi scilicet) relegat, ubi primo Moysi in rubo ignis apparuit, & ibi inveniet hoc totum, quod indurasse Deus cor Pharaonis praemitit, non ad operationem De, sed ad praescientiam pertinere: loquens enim Dominus de rubo sic dicit: Ego autem scio, quod non dimittet vos Pharaon rex Aegypti, nisi per manum magna: sed extendens manum meam, percutiam Aegyptios in omnibus mirabilibus quae faciam, & postea dimittet vos. Haec prima vox Dei est, qua futuram voluntatem Pharaonis, sicut praevidebat, indicabat. Postquam inter ipsos miraculorum imbres dixisse legitur, Ego autem indurabo cor Pharaonis, ne dimittat populum. Vbi iam aperte intelligitur, primam interesse sententiam: quid est enim

indurabo cor, nisi non emolliam? Haec autor alius libri. Et cap. 14, ait: An forte, si pie de Deo, sicut expedit, sentiamus, etiam Pharaoni datam misericordiam reperimus? patientiam enim Dei valere ei debuit ad salutem, qua differens iustum, meritumque supplicium, miraculorum verbera denfabat. Numquid non potuit, sicut flagellis cedens expulit populum, ita miraculis credens Deum tantae virtutis agnoscere? Et cap. 15. conferens Pharaonem cum Nabuchodonosor, cum ostendisset, pares eos fuisse in multis, ait: Quid ergo fines eorum fecit esse diversos, nisi quod unus manum Dei sentiens, in recordatione propriae iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnavit arbitrio? Legito Augustinum q. 24. in Exodum, quo loco idem sentit.

In fidelitatis peccatum posse incurri etiam dum gratia praeveniens liberum arbitrium non tangit.

Disputatio 11.

Peccati, qui non advenit Evangelium, nec se sentientes in terribis vocatos illud non amplectuntur.

**H**actenus dictis patet, quid dicendum sit ad dubium illud; Si nullus cedere valet, nisi gratia Dei praeveniatur, atque interiori a Deo vocetur, consequens erit illos, quibus Evangelium promulgatur, & gratia Dei non praeveniuntur, neque se sentiunt interiori vocatos, non peccare lethali ter si fidem non recipiant. Dicendum nanque est eos lethali ter peccare, non solum si, dum gratia praeveniuntur & interiori vocantur, vocacioni non consentiant fidem amplectendo, assensumque illius eliciendo, sed etiam si, antequam gratia praeveniatur, sua nequitia Evangelio contradicant, aut attendere non velint ad ea quae proponuntur, resque tanti momenti, ex quibus pendere ipsorum, ceterorumque hominum salutem edocentur, expendere non velint, ut veritate comperant, scilicet ex suis naturalibus viribus consentiant

Evangelicae doctrinae assentiri: ad quae omnia cum solo concursu Dei generali libertatem arbitrii habet, ut haec explicatum est. Quod si ea sincero animo expedere vellent, ut tenerentur, utique gratia divina, interim dum docerentur, illaque expenderent, praevenerentur, etiam antequam ex suis naturalibus, eo modo quo possunt, conarentur elicere assensum. Cumque Deus sua scientia praevideat, quinam ex iis, qui audituri sunt Evangelium, conaturi sint ex suis naturalibus ad assensum eliciendum ut tenerentur, & qui non; sane ut a peccato non excusentur, qui assensum fidei supernaturalem non eliquerint, satis est, Deum suo auxilio & gratia praesto esse ad praeveniendum in eodem instanti quoscunque praeviderit ex suis naturalibus ad assensum conaturos. ut ita non quidem tempore, sed natura praevienti, tale eliciant fidei assensum, qualis necessarius est ad salutem.

Num

Num a sola praeveniens gratia proveniat, quod est duobus alter conuertatur, & alter non?

Disputatio 12.


Fidei cur quidam ad dicentium Evangelium recipiant, alij non.



**H**actenus etiam patet, quid dicendum sit ad illam quaestionem, unde non proveniat, quod ex iis, qui audiunt Evangelium, conspiciuntque eadem miracula in confirmationem illius effecta, quidam conuertantur & amplectantur fidem, alij vero minime. Dicendum nanque est, id non provenire praecise ex eo, quod illi, qui conuertuntur, praeveniatur a Deo gratia & vocatione interna; alij vero non. Licet enim nemo credere possit, ut ad salutem oportet, nisi praeveniatur gratia divina, nihilominus auxilium gratiae non est sola & integra causa, quod fidei assentiat: quod quidem de fide est, eum, qui praevenerit gratia & vocatur ad fidem, posse per suum liberum arbitrium non consentire & non converti, ut in Concilio Trid. sess. 6. cap. 5. & canone 4. definitum est. Quare si fieri potest, ut duorum, qui aequali auxilio interiori a Deo vocantur, unus pro libertate sui arbitrii conuertatur, & alter in infidelitate permaneat. Saepè etiam accidit, ut cum quo auxilio unus non conuertatur, alius conuertatur: id quod satis aperte docuit Christus Dominus: ex ea collatione incolarum Bethsaida & Corozain cum Tyrjjs & Sidonijs. Imò fieri potest, ut aliquis praevenerit & vocatus longè maiori auxilio pro sua libertate non conuertatur, & alius eum longè minori conuertatur. Saepè enim Deus vocat, & peccatores renunt, despiciuntque omne consilium Dei. Neminem enim Deus, vim necessitatemque inferendo, consuevit ad se adducere, sed sponte sua ac voluntate quisque adducitur. Unde Hiero. in epist. ad Hedibiam quaest. 11. ad eandem quaestionem respondens ait: Quia homines suo arbitrio relictus sunt: neque enim boni necessitate faciunt, sed voluntate, ut credentes coronam accipiant, increduli supplicii mancipentur: ideo odor nostris, qui per se bonus est, virtute eorum & vitio qui suscipiunt siue non suscipiunt, in vitam transit aut mortem, ut qui crediderint, salvi fiant; qui vero non crediderint, periant. Et lib. 13. com. in cap. 49. Isaia, Dei,

Vocacionis aequali auxilio fieri potest, ut unus conuertatur, & alius non.

inquit, vocare est, & nostrum credere: nec statim, si nos non credimus, impossibilis Deus est, sed potentiam suam nostro arbitrio derelinquit, ut insti voluntas praemium consequatur: quia ergo voluerunt per me in te credere, iudicium meum apud te est, quod omnia fecerim, quae eis facere debui, dicens in Evangelio: Ego te clarificavi super terram, opere completo quod dedisti mihi ut facerem. Haec Hiero. Et Aug. li. 83. quaestionum q. 68. Ad eam illam magnam, inquit, neque omnes, qui vocati sunt, venire voluerunt, neque illi, qui venerunt, venire possent nisi vocarentur. Itaque neque illi debent sibi tribuere, qui venerunt; quia vocati venerunt: neque illi, qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, sed tantum sibi: quoniam, ut veniret, vocati erant in libera voluntate. Qui vocatus non venit, sicut non habuit meritum, ut vocaretur, sic inchoat meritum supplicij, cum vocatus venire neglexerit. Et 12. de civitate Dei cap. 6. docet. Si duo, aequales per omnia in omnibus conspiciant eandem mulierem pulchram, euenire posse à sola libertate arbitrii virtutisque, ut unus consentiat in peccatum eam concupiscendo, alter non item. Eademque est ratio de eodem modo affectis, aequaliterque à Deo ad fidem vocatis: pro sola namque eorum libertate potest enenire, ut unus amplectatur fidem, alter vero eandem contemnat. Quo fit, ut non soli gratia praevienti tribuendum sit, quod ex audientibus Evangelium quidam conuertantur, quidam non conuertantur: sed suus etiam locus relinquendus sit libero arbitrio cuiusque, à quo praesto existente auxilio gratia pender, quod peccator conuertatur, aut non conuertatur: & ob id conuersio laudi ipsius peccatori tribuitur; imò etiam in meritum vitae aeternae eidem credit, si simul in gratia reponatur. Adde etiam quod, quanvis nullum omnino meritum antecedit auxilium gratia praeveniens, attamen quod peccator apertus reddatur, ut iuxta leges à Deo constitutas, illud recipiat, multum pender à libero arbitrio eius, qui illud est recepturus, & à conatu Ecclesiae, ministro rumque illius, ut disputacione 9. explicatum est.



Quare conuersio ad fidem, non in solum influxum gratiæ præuenientis referenda est, sed etiam in liberum arbitrium, & in externa auxilia, circumstantiasq; externas. Idem quoq; dicitur de conuersione peccatoris iam fidelis ad penitentiam. Neque Augustinus de prædestinatione sanctorum cap. 6. 8. & 9. & D. Thom. secunda secundæ q. 6. art. 2. interrogati quicquam horum negarent: nisi enim attentè legantur, solum contendunt aduersus Pelagianos, voluntque, ut nullum omnino meritum nostrum præcedat gratiam, qua ad fidem, aut penitentiam præuenimus, ac vocamur; sed ut ex sola misericordia ac liberalitate diuina ea nobis conferatur. Iuxta ea quæ his disputationibus, necnon quarta & sexta dicta sunt, intelligendus est Augustinus epistola 107. ad Vitaleam Carthaginensem.

Neque est cur quisquam aduersus hæc tenus dicta nobis obijciat illud Ioann. 6. Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me, quasi ex uocatione & motione Dei ita pendeat accessus ad Christum per fidem, ut & qui non uocatur, uenire nequeat; & qui uocatur, licet sponte ueniat, ita tamè accedat, ut in ipsius potestate non sit tunc non uenire. Hoc namq; postremum proculdubio fidei Catholice, definitionisq; Ecclesie, tñ alibi, tum in Conc. Trid. sess. 6. cap. 5. & can. 4. ut sepe dictum est, repugnat, ac libertatem arbitrii in momento consensus uocationi, & motioni diuinæ, accessusq; per credendi actum ad Christum, protinus euertit, neq; enim ad rationem liberatis satis est spontaneum, quod & bestis cõuenit, & Lutherani cõtra fidem Catholicam contendunt esse solum in operibus nostris, unde sanè nihil uirtutis aut uitæ, ac proinde nec laude aut uituperio, premioq; aut pena digni potest pronenire; sed uicinis exigitur, ut qui ita operatur, possit in eodem tẽporis momento nõ operari, & in se proposita requiritur, ut qui consentit uocationi diuinæ, cooperandõue cū auxiliis gratiæ elicit actum credendi qualem oportet, simulq; per eundẽ actum à patre tractus uenit ad Christum, possit in eodem tẽporis momento non consentire, atque adeo non cooperari, ad Christumq; per fidem non uenire.

Sensus autem uerborum Christi hic est. Præmiserat, Nemo potest uenire ad me (per fidem) utique, quæ per caritatem operatur, de qua ibi erat sermo) nisi pater, qui misit me, traxerit eum, auxiliis uide licet præuenientis gratiæ, atque eo ipso,

qui trahitur, cooperatẽ. Ut uerò id probaret, adduxit testimonium, quod de tẽpore aduersus Messiam ac legis gratiæ habetur, tum in aliis prophetis, tum præsertim Isaia 54. Est, inquit Christus, scriptum in prophetis, Erunt omnes docibiles Dei, id est, docti à Deo, ut traheret Syriacus interpretes, habeturq; apertè in Isaia. Quo in loco lecto est de filiis futuris Ecclesiæ per fidem quæ per caritatem operatur, ut legenti Isaiana erit perspicuum. Quare neque in hoc Euangelij loco, neque in illo Isaia, sermo est de omnibus uniuersim hominibus, sed de illis tantum, qui mēbra Christi, partesq; Ecclesiæ per fidem erant futuri. Quia uerò fidem hanc habere non possunt ex suis uirtutibus, sed illustrati, uocati, ac interius docti prius à Deo per auxilia gratiæ præuenientis ac excitantis, iuxta eos modos quos disputationibus præcedentibus explicauimus, idcirco qui fidem recipiunt, ad Christumq; per eam ueniunt, dicuntur uenire docti à Deo. Atque hoc est, quod cõtinuò explicat Christus dicens: Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, uenit ad me, quasi diceret, & nullus alius, quoniã id omnino est necessariũ ut ad me ueniat. Vnde non intendit Christus docere, eiusmodi hominẽ, qui ita audiuit, ac didicit à patre, nõ uenire ad Christum per credendi actum propria libertate, quasi in instanti, in quo actum credendi elicit, & uenit ad Christum, in sua potestate situm non habeat, cõtinere influxum liberi arbitrii in talentum actum, efficereq; ut nõ sit, ac proinde ad Christum non uenire: id namq; non dubito quin sit fidei Catholice cõtrariũ, arbitriq; libertatem ad credendi actum de medio tollat. Neq; item docere intendit Christus, credere in ipsum fide Catholica, ita esse opus Dei, ut simul in eo ipso instanti, in quo sit, non sit opus liberum ipsius credentis, pendens, ut sit, à libero eiusdẽ influxu: sicut etiam præcipue pendet ab influxu & cooperatione patris per auxilia gratiæ. Quin potius, quatenus ille actus liberẽ sit ab ipso credente per influxum, quẽ tunc potest continere, est accessus liber ipsius credentis ad Christum, opusq; uirtutis eiusdem credentis laude dignum: quatenus uerò est præcipue à Deo, est Dei opus supernaturale, per quod pater æternus sua misericordia simul trahit credentem ad Christum, seruansq; illi integrẽ suam inuicem libertatem cooperatur cū eo liberum illum ad Christum accessum, qui uerè est opus uirtutis. At sanè Christus

stus ipse illo eodem capite satis apertè docuerat, credere in ipsum simul esse opus Dei, & liberũ ipsorum credentium, à libero eorundem influxu dependens. Dixerat enim: Amen amen dico uobis, quæritis me, non quia uidistis signa (quæ scilicet feci quando vos uinque panibus, ac duobus piscibus paui, & expleui) idq; illis permoti incendatis ad quod adhibita uobis sunt, sed quia manducaistis ex panibus, & saturati estis. Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam. Quasi diceret, quærite & operamini ea, quibus uitã æternã habeatis. Quæ sanè non ab ipsis exigeret, neq; ad illa præstanda eos incitaret, nisi etiam ab ipsorum arbitrio penderent. Dixerunt ad eum: Quid faciemus, ut operemur opera Dei? Respondit I E S U S & dixit eis: Hoc est opus Dei (a quo scilicet pendet cætera, quibus uitã æternam assequamini) ut credatis in eum, quem misit ille. Ecce, licet de hoc eodẽ opere, & tunc doceat, & postea probet ac explicet esse opus patris æterni, neq; sine interna ope & auxilio patris præstari posse, prius tamen satis apertè docuerat, esse simul liberũ ipsorum credentium opus, eaq; ratione, tanquam in ipsorum potestate cū Dei adiutorio positum, ab eis illud exegit, ad illudq; prout in ipsorum erat potestate, præstandum eos inuitauit.

Ne quem uerò, quæ in eodem capite sequuntur, uerba perturbent, exponenda à nobis sunt. Cum Christus (ut caput illud intueti facile patebit) sermonem cum Iudeis conferret, tum de Eucharistia mysterio, tum de accessu ad Christum ipsum per fidẽ uiam, quæ, conseruata usque ad extremum uitæ spiritum, uitã æternam tribuit, eferuimq; ac situm in sempiternum ratione uitæ æternæ, quæ propter eam præstatur, extinguit, in eoque toto progressu ostendere intendat, aduentu ad ipsum per fidẽ uiam ita ab arbitrio eorũ, qui accedunt, pẽdere, ut nihilominus sit donũ atq; opus Dei, occasione sumpta à mentione, quam fecerant Iudei de mamma panis uitæ, qui uenit ad me, non eferuet, & qui credit in me, non sitiet in æternũ. Sed dixi uobis quia & uidistis me, & nõ credidistis. Protinusq; subiungit uerba quæ dixi esse à nobis explicanda nequem turbaret: eis autem docet, accessum ad Christum per fidem uiam, esse Dei donum, dicens. Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet; & cum qui uenit ad me, non eiciam foras, quia

descendi de celo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatẽ eius qui misit me. Hæc est enim (sẽt potius, ut alij textus habent) Hæc est autem uoluntas eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est enim uoluntas patris mei, qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum (permanenter fide uia usq; ad uitæ terminũ) enim est, qui non secundum præsentem iustitiã solum, sed simpliciter datur Christo à patre) habeat uitã æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Est autem animaduertendum, quod cum accessus adulti ad Christum per fidem uia sit patris æterni donum per internam illustrationem, uocationem, & cooperationem cum illius arbitrio, sanè quicunque ad Christum accedit, datus Christo misericorditer à patre accedit, ac proinde ualeat hæc consequentia; accedit quis ad Christum, ergo datus à patre misericorditer per auxilia gratiæ accedit. Sicut autem accessus adulti ad Christum per fidem uia (ut esse fidei dogma est ostensum) simul pendet, præcipue quidẽ ab auxiliis gratiæ, quibus, dum credit, misericorditer ac fauauerit, sed liberẽ à patre trahitur ad Christum, & minus præcipue à libero ipsius adulti in eundem credendi actum influxu, quem, nihil impedientibus auxiliis gratiæ, potest continere, ac proinde efficere ut actus credendi, accessusq; ad Christum per fidẽ non sit: sic etiam quod adultus aliquis rationẽ dati Christo à patre habeat, positum quidem est in auxiliis gratiæ, quæ, præuidendo illum pro sua libertate eis accessurum per fidẽ ad Christum, misericorditer ipsi dare statuit, in æternãq; uoluntate ea misericorditer illi conferendi: at sicut, si Deus nõ prouideret illum pro sua libertate ita esse cooperaturum ut crederet & ad Christum perueniret, uoluntas conferendi illi ex sua parte ea auxilia, collatioq; actualis eorundem auxiliorum, non haberet rationem dandi illum. Christo: ira nisi ipse adultus eodẽ pacto pro sua libertate esset cooperaturus, sanè eadem uoluntas, & collatio auxiliorum, rationem non haberet dandi illi Christo. Neque enim quia Deus prouidit illum cū eis auxiliis liberẽ cooperaturum actum credendi, accessumue per eum ad Christum, idcirco adultus eum actum est cooperaturus, sed è contrario, quia in illum pro sua libertate est cooperaturus, cū pro eadem libertate possit in eum nõ influere, ad Christumq;

Accessus ad Christum per fidem per donum Dei.

non accedere, Deus altitudine & eminentia sui intellectus, iuxta id quod rei contingentia, libertasque ad utrumlibet adulti habet, id prævidit, ut suo loco in sequentibus ostendemus.

Quod itaque contendimus est, nihil impedientibus auxilijs quibus adultus aliquis ideo datur Christo, quia illis mediantibus re ipsa sua libertate ad Christum fide viva devenire, nihilque impediende voluntate æterna eadē illi conferendi, in potestate eiusdem adulti esse ad Christum non devenire; neque à sola quantitate & qualitate eiusmodi auxiliorum pendere, quod talis adultus ad Christum accedat, rationemque habeat dati Christo à patre æterno, sed simul etiam à libera cooperatione eiusdem adulti, quia semper integrum illi manet accedere, aut non accedere, eaq; de causa accessus virtuti ac laudi, non accessus verò vitio & vituperio illi tribuitur, suntque hæc notissima ex doctrina Christi Matth. 11. Etenim cum quibus auxilijs habitatores Corozain & Bethsaida ad Christum non accesserunt, rationemque datorum Christo à patre æterno non habuerunt, eò quod pro sua libertate & nequitia ad Christum accedere noluerunt, quod Christus ibidem illis exprobat, cum eisdem pro eadem arbitrii libertate accessissent, rationemque datorum Christo per viam fidem habuissent Tyrj & Sidonij: utrumque enim apertissime eo in loco docet Christus. Quare licet Deus dona sua gratiæ prævenientis, excitantis, & cooperantis ad accessum ad Christum, non distribuat pro qualitate vsus liberi arbitrii & cooperationis adulti præviſe, sed pro sua tantum voluntate; quod tamen adultus cum his vel illis auxilijs hæc, & nunc ad Christum accedat, rationemque dati Christo à patre æterno habeat, pendens est à libera cooperatione arbitrii ipsius, quam innatam habet, & quam, eo ipso quod viator est, exigit sibi relinquere, ut virtus ac vitij, meriti & demeriti, laudis & vituperij, præmij ac supplicij capax sit. Quia ergo, quod adultus aliquis rationem habeat dati Christo à patre, pendens est ex eo, quod ipse iam pro sua libertate sit cooperaturus vi gratiæ auxilijs, quibus à patre prævenitur, excitatur, vocatur, & adiuatur, ad Christum perveniat, idque patet æterna altitudine & eminentia sui intellectus prævidetur, sanè licet muti o valeat consequentia accedere quispian fide viva ad Christum, ut

go misericorditer est illi datus à patre æterno, & datus est Christo à patre æterno, ergo ad Christum accedit: antecesserit tamen huius posterioris consequentia non tollit libertatem adulti ad consequens: quoniam sicut consequens à libero influxu adulti in actum credendi pædet; ita ratio antecesserit ab eodem libero influxu futuro, à Deoque altitudine sui intellectus præviſo, est dependens, ut explicatum est, patebitque ex iis quæ in sequentibus dicentur.

Christus itaque toto progressu illius capitis à nobis hæctenus explicato, ut nos humiles, agnitores beneficiorum, gratosque erga Deum redderet, atque ut non nostris viribus superbe innixi, sed sub potenti manu Dei, à quo tantopere in initio progressuque toto iustificacionis nostræ pendemus, humiliati spem nostram in ipso collocamus, quotidianis precibus ad eum confugiētes, docere intendit, fidē, accessumque per eam ad ipsum, donum esse æterni patris ab illo per illuminationem internam, vocationem & cooperationem præcipue pendens: non tamen negare intendit, eandem fidem, & accessum minus præcipue ita à libero nostro influxu pendere, ut in quo instanti credimus & accedimus, in potestate nostra sit continere eundē influxum, efficereque ut credendi actus, accessusque per eū ad ipsum omnino non sit: quin potius ex innumerus alijs scripturæ testimonijs, definitionibus Ecclesiæ, & ex ipsomet progressu eiusdem capitis, ut ostensum est, pendere constar. Idcirco nanque in eo ipso progressu Iudæos ad eundem accessum invitabat, illosque arguebat, quod visis tot signis ad fidem accedere nolent, neque id ab eo quaererent, ad quod eadem signa illis erant exhibitā.

Non iniuria fortasse aliquis, ut exponat illi locum, Omnis qui audivit à Patre & didicit, venit ad me, dicit: Audire à patre & discere, includere consensum liberi arbitrii adulti quo operatur actum credendi & venit ad Christum, quasi idem omnino sint audire à patre & discere, ac tractum à patre venire ad Christum: quo pacto dubium non est, omnem omnino, qui audit à patre & discit, venire ad Christum, quia nec prius, nec aliud est audire à patre & discere, quam venire ad Christum. Neque tunc vlla esse potest difficultas, an vnum horum libertatem arbitrii circa alterum impediatur. Rem verò hanc totam in hunc modum explicabit.

Sicut

Sicut audire corporis, seu sensus externi, quempiam loquentē, dicit actum vitale auditus, quo loquens sermo ad eundem auditum perveniens percipitur: ita audire cordis, libertate arbitrii, est assensum præbere illustrationi ac vocationi diuinæ circa ea quæ sunt fidei, atque adeo est elicere assensum fidei imperio voluntatis influxuque intellectus, cooperatæ illustratione & vocatione diuina. Et ut res magis in aperto sit, est illud audire de quo Christus saepe in Evangelio ait, Qui habet aures audiendi, audiat: habere nanq; audiendi aures, est arbitriū nostrum auxilijs gratiæ, expulsiōneq; pravi affectionis ad ea quæ docentur & inspirantur, esse præparatum, audire verò est consentire & obedire, actumque credendi, Deo cooperante, elicere, ut ex verbis Evangelij cuique est manifestū. Et quoniam eiusmodi audire in nostra, Deo cooperante, est potestate, ideo toties Christus illud à nobis in Evangelio exigit. Qui prædicto modo Evangelij testimonij, de quo loquimur, exponendum non immeritò censuerit, addet. Discere à patre, licet illustrationem & inspirationē patris internam supponat, esse tamen actum ipsius adulti, quo, consensum illustrationi ac inspirationi diuinæ per suam arbitriū adhibendo, à patre liberè elicit: discere nanque proculdubio actum significat adfiscens, posita magistri doctrina. Ac sanè verba illa Christi, hoc modo exposita, Christi instituto mirè inseruiunt. Ut enim probaret, neminem posse ad se venire, nisi tractum à patre, attulit testimonium illud Isaiæ, Erunt omnes docibiles Dei, seu docti à Deo, ea videlicet ipsa scientia, quæ filij futuri erant Ecclesiæ, percutnitiq; erant ad Christum: & hoc explicat Christus dicens, Omnis qui audivit à patre, & didicit, venit ad me, eò sanè ipso quod audivit, & paruit eius inspirationi & vocationi, didicitque ab eo, absque aliquo alio actu quo accedat.

Possumus confirmare hanc expositionem, quoniam Deum illustrare, atque inspirare, est sponsi vocem sonare in auribus sponsæ, eamque excitare, iuxta illud Santic. 2. Vox dilecti mei, & insit: En dilectus loquitur mihi, ac sponsa ipsa est quæ audit, consentit ac obsequitur, iuxta illud, Audiam, (ego ipse) quid loquatur in me Dominus Deus, Sámuelq; 1. Reg. 2. Loquere, ait, Domine: quia audiverunt tuus. Atq; eiusmodi audire sponsa, est currere post sponsum, in odorem vnguentorū illius, quæ vnguentū illustratio-

nibus, inspirationibus, alijsque auxilijs spargit, fragrantq; in interiori sponsæ, hoc est, in intellectu & voluntate, quæ sunt arbitriū, quo in sponsum tendit ac currit, ab ipso ea ratione post se suavitè attracta, tan sè expositionē cōfirmat illud Iōan. 3. Spiritus ubi vult spirat, & vocē eius audis: sic est omnis quinquies est ex spiritu. Proculdubio, qui ex spiritu nascitur, consentiendo per propriū arbitriū inspirationi & vocationi diuinæ nascitur: eiusmodiq; consentienti appellatur audire, & obedire voci spiritus spirantis. quæ in eius interioribus auribus sonat, qui nascitur ex spiritu.

Illud potestatis in hac disputatione addiderim nostram sententiā esse (ut ex iis quæ hæctenus dicta sunt intelligitur facile, & ex sequentibus in hoc opere erit magis manifestū) nullum omnino dari, non solum actum, sed neque rationem formalem actus nostri liberi arbitrii ex iis, qui ad credendum, sperandum, diligendum ac penitendum ut ad salutem oportet, & denique ex iis qui ad iustificacionē tanquam dispositiones commensurate proximæ vel remotæ sunt necessarij, qui à solo libero arbitrio eliciantur, elicire possint, sed ad omnem talem actum, ad omnemque rationem formalem illius concurrere per principaliter Deum, influereque & cooperari per auxiliā gratiæ; ex eiusmodiq; influxu tam eos, quam rationes formales eorum habere, quod supernaturales sunt, & quod in suo ordine & gradu proximè vel remotè disponant commensurate ad iustificacionem. Atque hinc est, quod iuxta doctrinam Pauli, nullum eiusmodi actum, nullamque illius rationem formalem habeat is, qui iustificatur, ipsum ab eo, qui non iustificatur, discernentem, quam nos accepit supernaturaliter à Deo, atque adeo de qua gloriari possit quasi eam non accepit. Cum hoc tamen sit id quod salva fide Catholica negari non potest, nempe, ad eiusmodi omnes actus necessariam esse cooperationem, liberumque influxum arbitrii nostri, sine quo influxus non erunt, & per quem verè sunt actus emanantes efficaciter à libero nostro arbitrio, suntque opera virtutis laude digna, quin & vita æterna, si in eodem temporis momento gratia informetur, essentque digna augmento gratiæ & gloriæ, si caritas & gratia præexistens, elicerenturque proinde ab homine prius, saltem natura, grato Deo. De eo nanque, qui hoc modo operatur, ait Christus Iōā. 12. Signis mihi ministraverit, honoris

Nullus liberi arbitrii actus ad iustificationem necessarius, nullaque illius ratio formalis est, que non sit supernaturaliter præcipue à Deo.

honorificabit eam pater meus. Et Paulus de se ipso sic operante ait, Plus omnibus laboravi. non ego (solus scilicet) sed gratia Dei mecum. Propter eiusmodique actus reposita est corona iustitiae, laudis & honoris, quam reddet Dominus in illa die iustus iudex. Quare esto iustus de eiusmodi actibus, ea ex parte qua liberè quidem, sed partialiter partialitate causae, & non effectus, ab ipso emanarunt, gloriaretur, praecipue tamen gloriam & honorem in Deum referendo, à quo principaliter & tanquam ab origine prima fluxerunt, sanè non esset insipiens, sed verum diceret: quoniam non gloriaretur de actu, ratione aliqua formali actus quasi eam non acceperit, quod Paulus prohibet ac reprehendit, sed de sola cooperatione libera per suam arbitrium ad illam. Verùm tamen tanta est infinitas nostra dum in hac lacrymarum valle commoratur, ut nec sic quidem expediat gloriari, sed potius humiliari ac parere sub oculis Dei iudicis, veretique omnia opera nostra, atque in solum gratiae auctoris gloriam & honorem referre.

*Confessus liber: arbitrii Dei vocanti quid.* Est tamen obsecrandum, cooperatione nostram, influxumque arbitrii nostri in eiusmodi actus, neque esse rem aliam. neque ratione aliam formalem, quam ipsosmet actus, qui, spectati praecise ut emanant à libero arbitrio tanquam à parte minus principali vnius integræ eorum efficietis causae, dicuntur influxus liberi arbitrii, cooperatio liberi arbitrii cum auxilijs gratiae, & consensus liberi arbitrii quo Deo consentit ad illos excitanti, mouenti, & cooperanti: spectati verò praecise quatenus sunt à Deo efficienter, à quo habent ut supernaturales sint, & quales ad salutem sunt necessarii, dicuntur influxus, & cooperatio Dei cum libero nostro ad eosdem actus arbitrio: in se tamen nullus effectus, nullaque actio, aut ratio formalis actionis vel effectus est, quae sit à libero arbitrio, & non simul ac praecipue sit à Deo cooperante & coadiuvante, quin potius totus effectus, totaque actio, totalitate ut vocat effectus, & est à Deo, & ab arbitrio nostro, tanquam à duabus partibus vnius integræ causae, tam actionis quam effectus: non secus ac quando

duo agentia mouent mobile aliquod, quod neutrum eo influxu, quo actu influit, illud moueret nisi cooperante alio, vnumque illorum agentium magis ac principaliter intuit quam aliud. Quemadmodum enim tunc nihil est in eo motu, quod non sit ab vno quoque illorum mouentium, sed partialiter partialitate causae, & non effectus, quia totus effectus est ab illo, sed cooperante simul alio, influxusque maior vnius illorum mouentium in eum motum non est aliud, quam motus ipse spectatus ut praecise ab illo maiori vi emanat, sed cooperante simul alio; & influxus minor alterius mouentium non est aliud, quam idem ipse motus spectatus praecise ut minori vi ab eo emanat, sed coadiuvante plus altero: ita res habet in proposito. Quo fit, ut quando cum Concilio Tridentino dicimus, arbitrium nostrum liberè consentire Deo mouenti, excitanti, & cooperanti ad eiusmodi supernaturales actus, vel (quod idem est) influere in illos, & cooperari ad illos, non excludamus adiutorium & cooperationem diuinam, quin potius illam praesupponamus: sed explicamus solum modum, quo, Deo simul cooperante, arbitrium nostrum liberè in eosdem actus influat ac cooperetur, comparando praecise eosdem actus cum arbitrio nostro, quatenus est partialis, minusque principalis efficiens causa eorundem actuum. Eodemque modo spectamus vsum liberi arbitrii nostri ad eosdem actus. Atque in hunc modum in posterum accipiantur quae à nobis his de rebus dicuntur. Licet enim conabimur semper cautè loqui, superfluum tamen ac molestum esset, haec eadem in singulis propositionibus inculcare. Multique ex ijs, qui nos diligunt, & quibus nostra probantur, vitio nobis aliquando vertunt, quòd dum plus iusto cauti esse volumus, nosque explicare satagimus, obscuram molestamque orationem reddamus. Aliquid tamen parcendum est, in explicandis praesertim adeo sublimibus & abditis mysterijs, & de quibus tanta semper fuit cōtroversia, ac sunt quae diuino adiutorio freti, in hoc opere tradere intendimus.

Questionis 14. Art. 13. Disp. 13. 43  
De spe, & cur necesse non sit seorsim à contritione de dilectione Dei agere. Disputatio 13.



De spe & alijs actibus, qui vera fidem ad iustificationem adulti concurrunt, necesse non erit dicere modò, quibus auxilijs gratiae praeueniens & excitans euehatur ad supernaturalem esse, quale ad iustificationem est necessarium. Tum quia ex ijs, quae de fide, & permixtum de contritione & attritione disputationibus praecedentibus dicta sunt, id facile intelligitur: tum praecipue, quoniam, ut disputatione octaua dictum est, id copiose & exactè inferius suo loco est explicandum.

*Spei actus, quoad solam substantiam, elicere potest homo cum solo concursu generali Dei.*

De spe, quod ad actus substantiam attinet, non erit opus, post ea quae de fide dicta sunt, longam disputationem texere. Quis enim facile concedat, praesistente in intellectu assensu, quo reuelatis assentimur, in facultate liberi arbitrii cum solo concursu generali Dei esse, elicere actum, non quidem supernaturalem, & qualis ad salutem est necessarius, sed merè naturalem sperandi à Deo, quae ab eo reuelata ac promissa sunt nobis, atque adeò qui dicatur spes, non quidem Christiana, sed quoad substantiam actus. Etenim in eo actu non plus difficultatis est, quam in actu assentiendi reuelatis, imò mul-

to minus. Praesistente namque actu, quo assentimur vera esse quae promittuntur, facilius circa ea ex nostris viribus elicere possumus actum sperandi, quam primum actum, quo, tum eadem, tum pleraque alia, vera esse nobis persuademus. Quòd si, ut Concil. Trident. sess. 6. cap. 9. affirmat, in haereticis & schismaticis esse potest, & nostra tempestate est fiducia, qua centò & sine dubitatione existimant remissa sibi esse peccata, quasi, qui hoc non credit, intrepidèque sibi persuadet, de promissis, deque mortis & resurrectionis Christi efficacia dubitet (quam tamen nemo dicit supernaturalem Dei auxilio eos elicere) quanto maiori ratione concedendum est, solis liberi nostri arbitrii viribus & concursu Dei generali elici posse actum spei, non Christianae, sed merè naturalem? Adde, Iudaeos & haereticos idem à Deo sperare, quod nos speramus: cum tamè nemo dicere possit, supernaturaliter à Deo adiuuari eos ut id sperent. Iam verò de dilectione Dei non est quod seorsim à contritione differamus: cum contritio eam includat. Quare ex ijs, quae disputatione septima explicanda proposuimus, solum superest examinandum, quod quaestione sequenti proponitur.

Vtrum liberum arbitrium cum solo concursu generali attritionem ac contritionem, quoad solam actus substantiam, elicere valeat. Disputatio 14.

¶ Disputationem hanc, quò dilucidior sit, ac ne tedium longitudine generet, in aliquot membra partiemur.

¶ Communem scholasticorum sententiam ad affirmantem partem accedere. Membrum I



Negari non potest, complurimum esse scholasticorum sententiam, liberum nostrum arbitrium cum solo concursu generali Dei elicere posse non solum actum attritionis naturalem, id est, dolorem de pecca-

tis ex Dei timore cum proposito amplius non peccandi lethaliter, sed etiam actum contritionis naturalem, qui idem propositum non peccandi amplius lethaliter includit. Eam nauque affirmant Sotus in 4. dist. 17. q. 2. art. 5. & 2. de natura & gratia sub finem cap. 14. ubi addit, Existentem

Existenti in peccato lethali posse ex suis vicibus naturalibus elicere, quoad substantiā actus, quemcumque actum, quem is valet elicere, qui in gratia est constitutus. Idemque affirmat primo de natura & gratia cap. 22. Capus item in relectione de poenit. fol. 121. iuxta editionem Salmanticensis anni 1550. cam tamen appellat attritionem ex amore naturali Dei super omnia, solis verbis ab alijs differens, Caietanus q. 1. de contritione, Scotus in 4. dist. 14. q. 2. Gabriel in 3. d. 27. q. 1. & in 4. distinct. 14. q. 1. art. 2. conclusionē 5. & art. 3. dubio 2. cum Ochamo & Petro de Aliaco, quos citat, Marf. in quarto q. 10. art. 1. parte 2. Palud. in 4. d. 14. q. 2. & Rich. eadem d. articulo 4. q. 1.

In eadem sententia est Divus Thomas in quarto d. 17. q. 2. art. 1. quaestiuicula prima ad sextum, quem eo consilio postremum inter eos, qui hanc sententiam aperte docent, commemorato, quod eius verba & doctrina sint paulo accuratius expendenda. Is loco citato in hunc modum scribit. Ad sextum, inquit, dicendum, quod contritio est à solo Deo quantum ad formam, qua informatur: sed quantum ad substantiam actus est ex libero arbitrio, & à Deo, qui operatur in omnibus operibus & naturae, & voluntatis. Ecce, non aliter arbitrat D. Thomas Deum concurrere cum voluntate humana, liberōe arbitrio ad eliciendam contritionem, quoad substantiam actus, quam concurrat cum agentibus naturalibus ad opera naturalia: constat autem ex doctrina Divi Thomae, & communi omnium sententia, Deum cum agentibus naturalibus ad opera naturalia concurrere solo concursu generali. Illud praeerea meminisse oportet, ex sententia Divi Thomae formam contritionis esse caritatem supernaturalem & gratiam, à qua dolor de peccatis meritis est inter aeternas, & à qua idem dolor efficienter emanat: eoque caritatis influxu efficitur supernaturale primum, non vero per aliud auxilium supernaturale primum. Id quod aperte docet, tum prima secunda q. 11. art. 8. & alia saepe, tum etiam in quarto art. 2. cap. 3. quaestiuicula 3. Atque inde tertia illa quaestiuicula in corpore, & in responsionibus ad argumenta vult: ideo actum attritionis, hoc est, dolorem de peccatis sine caritate supernaturali & gratia, fieri nō posse contritionem, ita ut idē actus numero uno tempore sit attritio, & alio sequenti contritio, quā peccatum

adventum caritatis supernaturalis, qua informatur & efficitur contritio, sortitur novam speciem actus distinctam à praecedente: eo quod praecedens actus attritionis esset naturalis, adveniente autem caritate, & insuete cum libero arbitrio in illum, efficitur actus supernaturalis qui contritio dicitur: actus autē naturalis & supernaturalis esse nequeunt eiusdem speciei, ac proinde nec idem numero. Atque hoc plane est quod docet aperte in responsione ad tertium eiusdem quaestiuiculae: ubi actum à libero arbitrio cum solo concursu Dei generali profectum, atque adeo naturalem, appellat attritionem; adveniente autem caritate supernaturali & gratia, actum supernaturalem, qui (conante eodem modo ex parte sua libero arbitrio) resultat, appellat contritionem, affirmatque esse speciem distinctam à praecedente: eo quod supernaturalis sit ex concursu influxive caritatis in illum in genere causae efficientis. Quia in quaestione, si recte res expendatur, ferē nunquam distinguit attritionem à contritione, quod contritio sit dolor de peccatis ex amore Dei, & attritio ex timore; sed ex eo, quod unus actus sit naturalis, alius verò supernaturalis ex influxu caritatis supernaturalis. Iuxta quem loquendi modum. Causa doloris de peccatis propter Deum, ex solo amore naturali profectum, appellat attritionem. Vnde in secundo argumento sed contra, eiusdem quaestiuiculae tertiae in confirmatione opinionis, quam in corpore quaestiuiculae amplectitur, arguetur Divus Thomas in hunc modum. Naturalia non sunt gratuita: sed naturale dicitur quod est ante gratiam, & sic attritio inter naturalia computatur: ergo non potest fieri contritio, cum sit gratuitum bonum. Dixi, Divum Thomam in ea quaestione 2. ferē nunquam distinguere attritionem à contritione, quod contritio sit dolor de peccatis ex amore Dei, & attritio ex timore: quoniam in primo argumento sed contra eiusdem quaestiuiculae 3. caritate meminit etiam illius speciei attritionis, quae ex timore servilis proficitur: argumentatur enim in hunc modum. Quorum principia sunt diversa omnino, eorum non potest fieri unum, id quod est alterum: sed attritionis principium est timor servilis, contritionis autem timor filialis: ergo attritio fieri non potest contritio. In eadem dist. & q. art. 2. quaestiuicula 6. in corpore haec verba scribit D. Thomas. Ad sextam quaestionem dicendum, quod contri-

tritio potest dupliciter considerari, scilicet quantum ad sui principium, & quantum ad terminum: dico principium contritionis, cogitationem qua quis cogitat de peccato & dolet, & si non dolore contritionis, saltem dolore attritionis: terminus autem contritionis est, quando dolor ille iam gratia informatur. Haec tenet D. Thomas. Ex quibus omnibus luce clarius est manifestum, D. Thomam eo loco cum communi aliorum doctorum sententia consentire. Nec tertia p. quicquam scripsit, quod huic doctrinae restageatur.

Eandem sententiam innuit D. Bonaventura in 4. d. 17. art. 2. q. 3. Eandem quoque innuit Vega super Concilium Tridentinum lib. 6. capit. 33. dum affirmat, esse saepe in haereticis, & alijs infidelibus actum, quo in genere volunt Deo in omnibus placere, in nulloque displicere, atque eodem hoc ipsum statuunt in posterum praestare: eo tamen actu, ait, eos in gratia non reponi; eo quod non excusentur per ignorantiam à culpa lethali suorum errorum. Quare proculdubio censet, vitibus naturae esse posse actum, quo quis in genere doleat de peccatis, quae in Deum committit, & quo in genere statuat, eum amplius lethaler non offendere: imò verò quo quasi habitualiter simul paratus sit relinquere peccatum & errorem, in quo ob ignorantiam, quam tamen vincere valeat, persistit, modo ei constaret id peccatum esse, Deoque displicere. Idem profus docet Victoria in relect. de potest. Eccles. q. 2. n. 9. de contritione differens.

Denique neminem haecenus me legisse meminisse, ex doctoribus Soto & Cano antiquioribus, qui huic communi opinioni adhaerent, modo Maiorem in quarto d. 14. q. 1. excipias, qui ex eo capite anceps est, an contritio sine speciali auxilio Dei elici valeat, quod cum Gregorio Ariminensi in eam partem propendat, quae astruit, actum moraliter bonum elici non posse absque speciali auxilio Dei; contritio autem, quae dispositio ultima est ad gratiam, esse debeat actus moraliter bonus. At forte neque Maior, neque Gregorius, neque Capreolus:

negabunt, elici posse quoad substantiam actus, dummodo aliqua careat circumstantia necessaria, ut sit actus bonus moralis. In eo tamen nonnulli ex doctoribus citatis, qui communem hanc doctrinam sententia affirmant, vehementer errant, meritoque ab alijs reprehenduntur, quod credant, dolorem ex solis naturalibus elicitum sufficientem esse dispositionem ad gratiae infusionem: cum tamen contrarium colligatur ex scripturis sanctis, definitumque sit in Concilio Tridentino sess. 6. cap. 5. & can. 3.

Ratio verò, quae communi doctorum sententiae patrocinatur, haec est. Quia, praesistente maxime lumine fidei, quo agnoscamus Deum conditorem nostrum, innumerataeque & maxima beneficia, tum naturae, tum gratiae, quae in nos contulit usque ad proprii sanguinis in cruce effusionem, quo insuper cognoscimus iustis sempiternam felicitatem, impis verò ignem sempiternum, extremamque miseriam esse propositam; lethale autem peccatum tam extremum esse malum, adeoque divinam maiestatem offendere, ut vel unum sit satis, ut qui illud commiserit, nisi de eo doleat, statuatque, nihil tale deinceps committere, supremam amittat felicitatem in extremamque incidat miseriam: proculdubio tam potens est hae cogitatio, ad excitandam & perimendam voluntatem, ut liberum arbitrium eius qui haec sibi persuaserit, atque proprio acunine, aut alterius suggestionem & hortatu rem: attentè consideraverit, cum solo concursu generali Dei elicere valeat, intuitu quidem extremorum malorum, in quae alias incidet, dolorem seu detestationem suorum scelerum cum proposito cavendi in posterum omnia peccata lethalia, in quo consistit attritio quoad substantiam actus; intuitu verò bonitatis ac beneficiorum Dei, similem detestationem ac propositum, in quibus posita est ratio contritionis, quoad substantiam actus, insufficientem ad salutem; eo quod peculiari impulsu Spiritus sancti excitata non sit, nec effecta. Ex his etiā quae mox addemus, corroborabitur haec completum scholasticorum sententia.



**Contraria sententia, eiusque fundamenta explicantur. *Membrum 2.****Contraria sententia.*

**N**ON desunt huic temporibus, qui periculosam, quin & erroti proximam, celebrè hanc scholasticorum sententiã arbitrentur, etiam si sermo esset de viro Catholico, qui in eo esset lethali peccato, quod neque fidei, neque spei aduersaretur, de quo sermo est in ratione proximè confecta. Ad hoc afferendum sequenti inuitantur fundamenta.

*Fundamentum illud.* Propositum in genere non peccandi deinceps lethali, quod ad rationem attritionis aut contritionis quoad substantiam actus requiritur, esse debet propositum efficax, quod planè inter opera difficilia computari debet: homo autem in statu naturæ lapsæ nihil difficile sine speciali auxilio Dei potest efficere: quare licet ad propositum inefficax satis sit concursus Dei generalis, ad efficax tamen omnino est necessarium auxilium Dei speciale.

*Sotus ad hoc dicitur pro eadem sententia.* Arbitrantur verò Sotum huius esse sententiæ, eò quòd primo de natura & gratia cap. 22. dicitur, sicut Adam in statu innocentia cum solo concursu Dei generali poterat diu implere omnia præcepta: ita cum eodem solo concursu potuisse vnico actu se & omnia sua verè referre in Deum: de homine verò naturæ lapsæ subiungat, sicut cum solo concursu generali Dei non potest diu seruire omnia præcepta, quin aliquod transgrediat, ita neque cum eodem concursu posse vnico actu mentis verè referre se in Deum: quippe cum sine speciali auxilio Dei non possit non incidere in lethalem culpam, quæ contra Dei sit amicitiam. Idem inferius reperit, nos videlicet cum eodem concursu non posse legitimè referre omnia in Deum.

*Bartholomæus Medina ad art. tertium quaest. 109. prima secunda D. Thomæ videtur esse in hac sententia.* In primis nanque, cum Diuus Thomas eo articulo doceat, hominem in statu naturæ integræ non indignis auxiliis peculiaribus ad diligendum Deum naturaliter super omnia, hominem verò in statu naturæ lapsæ eo ad id egere, Bartholomæus Medina merito interpretatur Diuum Thomam, vt in-

telligatur de dilectione, quæ includit obseruationem omnium mandatorum quæ ad legem naturalem, finemque hominis naturalem spectant; idque non ad breue aliquod tempus, sed ad longum, per totamque periodum viæ à peccato quo quisque diligere incipit. Haud enim secus de dilectione naturali Dei super omnia loquendum est, quàm de supernaturali: iuxta morè autem loquendi scripturarum sanctarum, ea est supernaturalis dilectio Dei super omnia ad vitam æternam consequendam necessaria, quæ includit obseruationem mandatorum omnium vsque ad finem viæ. Id quod satis constat ex illo Ioannis 1. 4. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum. Et infra, Si quis diligit me, sermonem meum seruet. Ad Romanos 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. Et commemoratis mandatis, quæ ad proximi dilectionem spectant, addit; Et si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et concludit; Plenitudo ergo legis est dilectio. 1. Ioannis 2. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc ventus non est: qui autè seruat verbum eius, in hoc caritas Dei perfecta est. Et cap. 5. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata eius faciamus: hæc est enim caritas Dei, vt mandata eius custodiamus. Eodem modo interpretantur D. Thom. Caietanus (tametsi subobscurè) ad eundem articulum, Sotus de natura & gratia locis citatis, & alij discipuli Diui Thomæ. A: sanè eam esse mentem Diui Thomæ eo loco, constat ex ratione, quam reddit, cur homo in statu naturæ lapsæ diligere nequeat naturali dilectione Deum super omnia absque speciali auxilio Dei, vt poterat in statu naturæ integræ. Quoniam, inquit, deficit ab illa dilectione secundum appetitum voluntatis rationalis, qua, propter corruptionem naturæ, sequitur bonum priuatum, nisi sanètur per gratiam: voluntatem autem sequi bonum priuatum contra legem Dei affirmat D.

Thomas

*gis obseruationem mandatorum omnium naturalium.*

Thomas esse, non diligere Deum super omnia ea dilectione, quæ obseruationem mandatorum Dei naturalium includit. Cum verò constet voluntatem, quoties bonum priuatum contra legem Dei sequitur, liberè illud eligere, eaque ratione peccare dum à dilectione Dei super omnia desinit, integritatemque illi suæ naturæ relicto esse, non eligere quodcumque priuatum bonum in particulari sibi oblatum; sane Diuus Thomas loquitur de dilectione naturali Dei super omnia, quæ includit obseruationem mandatorum Dei, non in vno aut altero temporis momento, sed ad longum tempus, vt prædicti doctores cum interpretantur.

Deinde Bartholomæus Medina, arbitrans se consentaneè loqui ad hanc doctrinam D. Thomæ, distinguit loco citato duplicem actum dilectionis Dei. Vnum, quo quis velit Deo placere in omnibus & super omnia voluntate inefficaci & imbecilla, quæ appellari consuevit velleitas, & explicatur his verbis, Vellem in omnibus & super omnia Deo placere. Alterum verò, quo quis vult Deo placere in omnibus & super omnia voluntate absoluta & efficaci, quæ proinde coniunctam habet impletionem omnium mandatorum. Prætermissa verò dilectione Dei supernaturali, quam constat viribus solis naturæ sine concursu Dei speciali elici non posse, de dilectione Dei naturali, quod attingit ad actus substantiam, affirmare videtur, priorem quidem actum voluntatis, qui solùm est quadam velleitas placendi Deo in omnibus & super omnia, seruandique proinde mandata omnia naturalia, elici posse viribus naturæ sine concursu speciali Dei; posteriore verò, qui voluntas est absoluta & efficax seruandi omnia mandata, elici nulla ratione posse absque speciali Dei auxilio. Cum verò contritio, & attritio, quoad actus substantiam, includant propositum seu voluntatem seruandi in posterum omnia mandata; neque sufficiat propositum illud esse velleitatem quandam, sed necessaria sit voluntas determinata & absoluta, qua peccator omnino statuat non peccare deinceps lethali, negari profectò non potest, Bartholomæum

Medinam in ea fuisse sententiã. Quin ex dictis videtur constare, non minus periculosum, errorique proximum esse, asserere contritionem aut attritionem elici posse quoad actus substantiam absque speciali auxilio Dei, quàm asserere, voluntatem naturalem absolutam & efficacem placendi Deo in omnibus & super omnia elici posse ex solis viribus naturæ absque speciali auxilio Dei.

In confirmationem eiusdem sententiæ adducitur definitio illa Concilij Trid. sess. 14. cap. 4. quæ ita habet, Illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ, declarat, non solum non facere hominè hypocritam & magis peccatorem, verum etiã donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum, & adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo poenitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat: & quamuis sine sacramento poenitentia per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat, tamen cum ad Dei gratiam in sacramento poenitentia impetrandam disponit. Hoc enim timore vtiliter concussi Niniuite, ad Ionæ predicationem plenã tenoribus poenitentia egerunt, & misericordiam à Domino impetrauerunt. Quamobrem falsò quidã calumniantur Catholicos scriptores, quasi tradiderint sacramentum poenitentia, absque bono motu suscipientium, gratiam conferre: quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit: sed & falsò docent, contritionem esse extortam & coactam, non liberam & voluntariam. Hæc Concilium. Ex quibus hoc possumus conficere argumentum. Concilium definit attritionem, quæ ex consideratione turpitudinis peccatorum, vel ex gehennæ poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, esse donum Dei, & Spiritus sancti impulsum: ergo censet voluntatem, ac propositum deinceps non peccandi, nulla ratione posse esse, etiã quoad substantiam actus, nisi ex impulsu & auxilio particulari Spiritus sancti.

*Aduersarij Concilij Trid. sess. 14. cap. 4.*

Inter dilectionem Dei efficacem, & velleitatem, concedendam esse dilectionem absolutam inefficacem.

*Membrum 3.*



**D**ILECTIO in primis ponendum est, iuxta doctrinam D. Thomae membro precedente relatum, literisque sacris valde consentaneam, quam doctores communiter amplectuntur, efficacem dilectionem Dei super omnia habere coniunctam observatione eorum mandatorum, quorum violatio cum Dei caritate pugnat. Haec verò duplicem esse, ynam, quae dicitur efficax Dei dilectio super omnia per comparationem ad finem supernaturalem, ac proinde includit observationem mandatorum qualis ad finem supernaturalem exigitur, utpote quae actus fidei, spei, & caritatis supernaturalis includat, atque omnium, tam affirmantium, quam negantium praeceptorum legis naturalis transgressionem excludat, pro tempore & loco, quo sub lethali culpa obligant. Atque de hac observatione mandatorum dixit Christus Math. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et Ioannis 14. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est, qui diligit me. De ea denique dilectione intelligenda sunt caetera scripturae testimonia membro precedente relata. Alteram verò esse, quae efficax Dei dilectio dicitur per comparationem ad finem tantum naturalem, solumque exigit notitiam Dei naturalem, & observationem pro loco & tempore eorum praeceptorum legis metè naturalis, quae obligant suo culpa lethali.

*Dilectio Dei efficax quae duplex.*

*Homines status in nocentis solo concursu generali potuerit efficax dilegere Deum naturali & dilectio esse.*

citato docuit. Ad haec, potuisse per dona supernaturalia fidei, spei, & caritatis eisdem insuper colata, seruire absque alio speciali auxilio Dei mandata omnia prout ad finem supernaturalem ea seruari necesse est, atque adeo potuisse diligere Deum super omnia efficaci dilectione per comparationem ad eundem finem: id quod etiam disputatione quae a ostensum fuit. At verò homines naturae lapsae sine speciali auxilio Dei seruire diu non posse totam legem naturalem, quae sub culpa lethali obligat, ac proinde nec posse diligere Deum efficaci dilectione naturali, absque eodem speciali auxilio: id quod & D. Thomas articulo 3. citato docuit, & inferius suo loco ostendetur ad fidei dogmata pertinere. Quin illud addendum est, homines naturae lapsae, neque postquam in gratia gratum faciente sunt constituti, posse absque speciali auxilio Dei seruire diu totam legem, etiam naturalem sub lethali culpa obligantem, ac proinde, ut Deum diligant super omnia ea efficaci dilectione de qua loquimur, ultra gratiam gratum facientem, donumque iustificationis, indigere peculiari Dei auxilio, quod à lethali peccatis praeseruentur, ut suo loco est ostendendum, aperteque colligitur ex illa Ecclesiae definitione in Concilio Tridentino Eccles. canon. 21. Si quis dixerit iustificatum, vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia (atque adeo sine lethali peccato) perseverare posse, aut cum eo non posse, anathema sit.

*Homines natura naturalem, quae sub culpa lethali obligat, ac proinde nec posse diligere Deum efficaci dilectione naturali, absque eodem speciali auxilio: id quod & D. Thomas articulo 3. citato docuit, & inferius suo loco ostendetur ad fidei dogmata pertinere. Quin illud addendum est, homines naturae lapsae, neque postquam in gratia gratum faciente sunt constituti, posse absque speciali auxilio Dei seruire diu totam legem, etiam naturalem sub lethali culpa obligantem, ac proinde, ut Deum diligant super omnia ea efficaci dilectione de qua loquimur, ultra gratiam gratum facientem, donumque iustificationis, indigere peculiari Dei auxilio, quod à lethali peccatis praeseruentur, ut suo loco est ostendendum, aperteque colligitur ex illa Ecclesiae definitione in Concilio Tridentino Eccles. canon. 21. Si quis dixerit iustificatum, vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia (atque adeo sine lethali peccato) perseverare posse, aut cum eo non posse, anathema sit.*

*Auxilium particulare quo homo natura lapsae indiget ut efficiat Deum diligere Deum naturali & dilectio esse.*

Ponendum est tertio, auxilium particulare, quo homines naturae lapsae indigent ut Deum efficiat super omnia diligant, vel per comparationem ad solum finem naturalem seruando legem totam metè naturalem quae sub culpa lethali obligat, vel etiam per comparationem ad finem supernaturalem seruando eandem legem ex gratia & insuper per accepta supernaturalia, esse longè diuersum ab auxilio quo iustificationis reponantur in gratia, quod in re de qua disputamus, magis est attendendum. Etenim cum de fide sit, iustificatum sine auxilio seruat,

auxilio Dei superaddito perseverare non posse in accepta iustitia, atque adeo seruire non posse legem totam quae sub lethali peccato obligat; aperte constat, ut mandata seruet, Deumque proinde efficaciter diligat, praeter iustitiam ipsam, gratiamque gratum facientem, & auxilia quibus ad eam peruenit, indigere nouo auxilio superaddito. Cuius rei haec est ratio. Quoniam auxilia gratiae praeventis, excitantis ac cooperantis ad iustificationem, ea peracta, cessant: quamvis autem habitus caritatis & gratiae ad bonum inclinent, amissa tamen iustitia originali, dissolutaque parte inferiori per peccatum, tanta manet infirmitas in natura humana ad legem totam impleendam, & tam parua est illa inclinatio habitus caritatis & gratiae comparatione virium, quibus ad id natura nostra indiget, ut nisi sapius, pro ratione tot occasione occurrentium, quotidiano peculiarique auxilio Deus subueniat, nunc remouendo tentationes & occasiones, nunc compingendo hostem, nunc alijs varijs modis vires suppeditando, praesua debilitate, si non in vno, certe in alio, aut alijs eventibus tandem succumbat, ac miserè in peccatum, liberè tamen, prolabitur.

Vnde Celestinus primus sua prima epistola decretali cap. 6. ait, Neminem, etiam baptismatis gratia renouatum, idoneum esse ad superaudas diaboli insidias, & ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adiutorium Dei perseverantiam bonae conversationis acceperit. Innocentius etiam primus in epistola ad Concil. Carthaginiense, & in epist. ad Concil. Mileuitanum, quae sunt 25. & 26. inter suas decretales, idem auxilium quotidianum appellat: constat autem eiusmodi quotidianum auxilium longè diuersum esse ab auxilio quo homo ad iustitiam perducitur atque in gratia reponitur. Iam verò si adultus iustificatus quotidiano auxilio indiget, ut naturalem legem impleat, Deumque efficaciter diligat, quanto magis eo ad id ipsum indigebit is, qui nondum fuerit in gratia constitutus!

*Dilectio Dei efficax non est simpliciter.*

Quarto ponendum est, cum efficax Dei dilectio, de qua loquimur, siue sit per comparationem ad finem supernaturalem, siue ad solum naturalem, includat mandatorum observationem, non esse positam in solo simplici actu, quo quis ex Dei affectu & amore statuat ea omnia seruire,

sed pendere, saltem tanquam à conditione sine qua actus ille non fortietur rationem dilectionis efficacis Dei super omnia, ab actuali observatione mandatorum, impletionem eius, quod eo actu, propositoque, statutum est. Porro eiusmodi impletio ex duobus simul pendet capitibus, nempe ex eo, quod libero arbitrio eius, qui id statuerit, vires quibus sufficientes, & quod pro sua innata libertate ita cooperetur, ut opere impleat quod statuit. Quia ergo in primis parentibus in innocentiae statu per habitualia dona iustitiae originalis & virtutum theologicarum, quae acceperunt, erant vires sufficientes absque alio Dei particulari auxilio ad diu seruanda mandata omnia per comparationem ad vtrumque finem; iam quemadmodum perseverantia in bono à solo eorum libero arbitrio, positis tamen illis donis, fuit dependens, ita quod Dei dilectione redderet efficacem per comparationem ad vtrumque finem, ab eodem solo arbitrio similiter dependebat. Quia verò amissa iustitia originali, dissolutaque parte inferiori per peccatum, non manerunt vires in hominibus naturae lapsae ad diu seruandū, vel sola praescepta legis naturalis, quae sub culpa lethali obligant; inde est, quod sicut perseverantia eorum in bono, etiam naturali, pendet simul à libera ipsorum cooperatione, & à quotidiano particulari Dei auxilio, estque proinde illa Dei donum: sic etiam reddere efficacem, vel solam dilectionem Dei super omnia naturalem, vel etiam supernaturalem, postquam iustificationis donum fuerint affectui pendens simul sit à libera ipsorum cooperatione, & à quotidiano particulari auxilio diuino.

*Dilectio Dei efficacis perseverantia sine culpa lethali: & cooperatione libertate arbitrii, & a dono, aut auxilio Dei pendet.*

Ex his iam facile intelligitur, praeter velleitatem, quae quis ex dilectionis & amoris affectu velleit seruire mandata omnia, simpliciter tamen & absolute id non vult, & praeter voluntatem absolutam & efficacem, quae ex eodem affectu idem vult atque opere complet, concedendam esse voluntatem absolutam & inefficacem, quae ex eodem affectu absolute idem vult, sed opere postea non complet: neque solum concedendam eam esse merè naturalem, & quoad solam actus substantiam, sed etiam supernaturalem, quae ad iustificationem adulti sit sufficiens, imò etiam quae in iam iustificata meritoria sit incrementi gratiae ac vitae aeternae. Etenim ostensum est, vnum & eundem actum dilectionis Dei super omnia, propositoque ex amoris affectu seruari

*voluntas absoluta mediante velleitatem, & dilectionem efficacem probatur.*

seruandi in posterum mandata omnia, esse posse indifferentem dilectionem Dei efficacem, aut inefficacem, prout postea pro libertate eius, qui id proposuit, adiuuanteque quotidiano Dei auxilio fuerit subsecuta, aut subsecuta non fuerit executio legis, à qua pender, tanquam à conditione sine qua non, quod propositum illud sit efficax aut inefficax Dei dilectio, ac proinde comparatione cuius sumitur distinctio illa absolute dilectionis Dei super omnia inefficacem, & efficacem, & non ex modo & qualitate actus, quo à principio elicitor.

Possumus vero hoc confirmare primò. Quoniam negari non potest, primos parentes antequam in peccatum corruerint, dilexisse Deum super omnia dilectione absoluta, statuisseque seruare, tum alia præcepta, tum illud positium, Ne comederent de ligno scientiæ boni & mali, quod Deus sub intentu comminatione Genesis secundo illis imposuerat; id quod responsum mulieris Genesis tertio ad serpentem sauis aperte indicat: at verò dilectio illa efficax non fuit; quandoquidem transgressione præcepti in lethale peccatum corruerunt: ergo datur dilectio Dei supernaturalis absoluta, & inefficax ad seruandum præcepta; inefficacia proueniente ex sola libertate primorum parentum, qui cum vires accepissent, quibus absque alio speciali Dei auxilio efficacem eam efficere possent, pro sua tantum libertate, præceptum transgrediendo, inefficacem reddiderunt. Quod si supernaturalis absoluta Dei dilectio super omnia esse potuit, reque ipsa inefficax fuit in primis parentibus, multo magis potuit esse dilectio naturalis: quippe cum supernaturalia gratiæ dona, quæ illam ad esse super naturale euerterunt, non tribuerunt ei inefficaciæ, sed sola arbitrij libertas in primorum parentum potestate constituta. Potestque id corroborari, quoniam si primi parentes cum sola iustitia originali fuissent conditi, neque accepissent habitus gratiæ & virtutum theologiarum ante peccatum, eadem prorsus dilectio quoad actus substantiam esse posset, idemque peccatum quæ re ipsa fuerunt, fuissetque proinde tunc dilectio naturalis Dei super omnia absoluta & inefficax.

Secundò. Quoniam in statu nature lapsæ quotquot aduulsi cum contritionis actu iustificauerunt, diligunt Deum super omnia dilectione

absoluta, vt ij ipsi, cum quibus disputamus, concedunt & affirmant: sed dilectio illa quam sapissimè est inefficax, corruentibus hominibus ita iustificatis in lethale peccatum, nec implentibus quod affectu supernaturalis dilectionis tempore iustificationis statuerunt: ergo datur in statu nature lapsæ supernaturalis dilectio Dei super omnia absoluta & inefficax; inefficacia proueniente ex sola libertate iustificati: eò quod præstò sit Deus conferre illi quotidianum particulare auxilium, quod sufficiens sit, vt si iustificatus ipse velit, in gratia & obseruatione mandatorum perseueret, ac proinde efficax sit ea dilectio. Quod si absoluta supernaturalis dilectio reddi potest inefficax in statu nature lapsæ, multo magis reddi poterit absoluta naturalis dilectio: quandoquidem, quod supernaturalis dilectio inefficax reddatur, non prouenit ex supernaturalibus auxilijs quibus supernaturalis est effecta, sed ex libertate iustificati, vt de dilectione elicitã in statu nature integræ paulò antea dicebamus.

Tertiò. Quoniam D. Petrus quando Matth. 26. dixit, Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabo. Etsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Et Lucæ 22. Tecum paratus sum in carcerem & in mortem ire: profectò dilectionem habuit absolutã Christi & Dei super omnia, eaque promeruit: sed illa fuit inefficax; quandoquidem orta tentatione, immo nenteque iam periculo succubuit, transgressusque est legem Dei: ergo datur actus dilectionis Dei super omnia absolutus & inefficax ad seruandum postea præcepta, libertate ac culpa eius qui succumbit. Neque enim negandum est Deum tunc præstò fuisse B. Petro cui tanto auxilio, quanto ne succumberet, si vellet, indigebat.

Duo quadã colligere licet ex dictis toto hoc membro. Primum est, immeritò ex doctrina D. Thomæ art. 3. citato, aduersus eundem in 4. loco membro 3. citato, cõmunicemque scholasticorum sententiam inferri, elici nõ posse solis virtutibus naturalibus arbitrij nostri, & concursu generali Dei actum absolutum merè naturalem dilectionis Dei super omnia, qui ad iustificationem nequaquam sufficit, & parã ratione propositum absolutum seruandi in genere præcepta omnia, præsertim quãdo occasiones & difficultates omnes absint, quod ad attentionem & contritionem quoad

quoad substantiã actus sit sufficiens. Etenim D. Thomas in eo articulo solum constituit discrimen inter hominem naturæ integræ & lapsæ, quod homo naturæ integræ ea dilectione naturali, quæ includit obseruationem in futurum mandatorum omnium naturalium, poterat absque auxilio Dei speciali diligere Deum super omnia: eò quod dono iustitiæ originalis coercente partem inferiorem, auferenteque laborem omnem & molestiam in operando consono ad rectam rationem, nullum impedimentum haberet ad omnem mandatorum viam percurrentiam, idque opere implendum, quod semel absolute ea de re secum statueret: homo verò naturæ lapsæ eodem genere dilectionis non possit Deum absque speciali auxilio super omnia diligere, eò quod ob partis sententiam rebellionem, corporisque corruptibilitatem, defatigationem, ac molestiam, multa & varia impedimenta, difficultatesque maximas debeat superare, vt opere id compleat, quod secum ea in parte statuerit; quæ omnia simul sine quotidiano speciali Dei auxilio non potest ita superare, quin in vno, aut alio euentu, ex tam multiplicibus & frequentibus, sequatur bonum particulare contra legem Dei, tamen possit singula superare diuisim. Itaque ex D. Thomæ & cõmuni scholasticorum sententiã, difficultas in diligendo Deo super omnia ea naturali dilectione, quæ

includit obseruationem mandatorum omnium, non est in eliciendo à principio absoluto ac nudo proposito seruandi omnia mandata, præsertim quando nullum bellum, nulla difficultas, nullaque peccandi occasio sese offert, sed difficultas tota est implendo postea quod ita à principio fuerit constitutum; eaque de causã ad hoc secundum affirmant nos indigere quotidiano particulari Dei auxilio, non verò ad illud primum.

Secundum est, liberum nostrum arbitrium per peccatum primi parentis mansisse adeò inclinatum & attenuatum ad dilectionem Dei naturalem, quæ includit impletionem naturalium omnium mandatorum, vt nequaquam eam absque speciali Dei auxilio possit habere: cum tamen homo in statu nature integræ ex suis virtutibus naturalibus cum solo concursu generali Dei potuerit eam habere. Ex cõmuni tamen scholasticorum sententiã non mansit arbitrium nostrum ita per peccatum inclinatum atque extenuatum, quin homo naturæ lapsæ possit suis virtutibus elicere nudum absolutumque actum placendi Deo in omnibus, seruandique mandata omnia naturalia obligantia sub culpa lethali: tamen & hunc, & quemcumque alium virtutis moralis, multo facilius, & promptius potuerit elicere homo naturæ integræ, quàm modo possit homo naturæ corruptæ.

Quam dilectionem contritio includat, & quid ad propositam quæstionem sit dicendum.

#### Membrum 4.



Ex dictis membro præcedente facile intelligitur, contritionem, non solum merè naturalem & quoad solam actus substantiam, sed etiã supernaturalẽ qualis ad iustificationem sine sacramento requiritur, nec includere nec exigere dilectionem Dei super omnia efficacem, hoc est, quam mandatorum obseruatione re ipsa consequatur, sed satis ad eam esse absolutam dilectionem Dei

super omnia, absolutumque propositum seruandi in posterum mandata, siue ea dilectio efficax postea mandatorum obseruatione, siue inefficax alicuius transgressione reddatur: esseque hoc adeò certum, vt contrariam plurimum periculosum in fide sit censendum. Vt enim membro præcedente remlimus, in Concil. Tridentino sess. 6. can. 22. scriptum legimus: Si quis dixerit, iustificatum posse sine speciali auxilio Dei perseuerare in accepta iustitiã, anathema sit. Quibus verbis

verbis de iustificato, nullo excepto, atque adeo de quocunque supernaturaliter contrito, ac proinde diligente Deum supernaturaliter, habentemque propositum seruandi mandata & non peccandi lethaliter, definitur, nihil horum esse efficacem in se, ac sufficiens ad seruanda mandata diu & per totam vitam, & vt se contineat à lethali peccato, quo solo iustitia accepta amittitur, sed efficaciam talis dilectionis ac propositi pendere à particulari quotidiano auxilio insuper impendendo, vnà cum cooperatione liberi arbitrii hominis iustificati. In posteriori namque parte eiusdem canonis definitur, iustificatum cum speciali auxilio Dei posse perseverare in accepta iustitia, & que adeo seruare mandata, & continere se ab omni lethali peccato, idque hinc verbis: Si quis dixerit, iustificatum cum speciali auxilio Dei perseverare non posse in accepta iustitia, anathema sit. Possumus confirmare ad rationem contritionis, etiam supernaturalis, sufficere dilectionem Dei super omnia absolutam, nec requiri esse ita efficacem vt eam consequatur mandatorum observatio: quoniam si talis efficacia esset necessaria, sequeretur cum omnem, qui post dolorem de peccatis relaberetur in lethale peccatum, non fuisse antea contritum, nec repositum in gratia: id autem asserere, quis dubitat errorem esse in fide?

Addendum est, neque etiam ad contritionem supernaturalē necessariam esse dilectionem Dei super omnia in eo sensu efficacem, propositumque non peccandi in eo sensu efficacem, quod si, dum quis contrititur aut attrititur, occurrerent graues quæcumque tentationes & occasiones peccandi, persisteret in eodē proposito, minimeque succumberet. Contrarium namque affirmat communis Theologorum sententia, rarisimique essent, aut potius nulli, qui veram contritionem aut attritionem de suis peccatis haberent, si tale propositum ad contritionem aut attritionem esset necessarium. Ac sanè qui id affirmare vellet, angustam nimiam redderet salutis viam, adduceretque homines in desperationem, ac non leuibus scrupulis Dei Ecclesiam perturbaret. Adde, eo dato, salutare ac tutum consilium esse, imò necessarium, vt qui de peccatis dolet, statuitque deinceps non peccare, descenderet ad particulares apprehensiones proponendo sibi grauissimas tentationes ac difficultates potius subeundas, quam Deum offendendum, vt ea ratione tentaret an

suum propositum efficacem esset, ne si ad eundem gradum efficaciam non pertingeret, putans se habere legitimum propositum, maneret in lethali peccato, poenasque incurreret sempiternas. At verò contrarium docent ac suadent sancti Patres, communisque Theologorum sententia, nempe satis esse propositum in genere non peccandi deinceps lethaliter, esto Deus conspiciat, si tentationes & occasiones graues peccandi ingruerent, fore, vt is, qui eiusmodi propositum animo concipit, victus succumberet, atque ab illa priori institutione desisteret. Quin docent, non solum non esse necessariū, sed ne expedient quidem, descendere ad eiusmodi apprehensiones, idque recepta Ecclesie praxis obseruat. Imò Diuus Bonauentura in 4. distinctione 16. articulo secundo, quæstione 1. ait, periculosum esse, & stultitiam (verbū est sancti illius doctoris) vel sibi, vel alteri proponere eiusmodi apprehensiones, quoniam est grauem tentationem sibi aut alteri obijcere.

Illud præterea addendum est, ad contritionem, aut attritionem, etiam supernaturalem, sufficere tale propositum non peccandi deinceps lethaliter, quod licet ex parte proponentis absolutum sit, egrediaturque proinde limites solius velleitatis, nihilominus innitatur particulari quotidiano auxilio à Deo in posterum confitendo ad id quod proponitur opere exequendum, atque adeo quod conditionale sit per comparisonem ad eiusmodi auxilium. Tale propositum his verbis exprimi consuevit: Deo adiuuante statuo me in posterum non peccaturum lethaliter, hoc est, si Deus ad id opere implendum me adiuuerit: aut certus de ipsius adiutorio, nec meis solis viribus iunxus, id statuo. Cum enim fidei dogma sit, sine particulari quotidiano Dei auxilio id nos implere non posse, certè ad humilitatem & prudentiam, imò & ad debitum honorem Deo exhibendum spectat, vt qui de peccatis dolet, & statuit deinceps non peccare, id auxilio & protectione diuina fretus constituat, non vero suis viribus industriaque confidens.

Illud extremo loco subiiciendum est. Quauis, qui modo proxime explicato Dei auxilio iunxus statuit abstinere deinceps à lethalibus peccatis, fragilem admodum ac infirmum se sentiat, meritoque timeret, ac suspicari se relapsurum in peccata, idemque confessarius suspicatur, modo tamen occasiones proximas non haberet,

haberet, statueretque pro sua fragilitate curaturum ne relaberetur; denegandam ei non esse sacramentalem absolutionem, vt praxis Ecclesie habet & doctores affirmant, ac proinde propositum illud est satis ad contritionem, aut attritionem, etiam supernaturalem, quæ saltem cum sacramento ad iustificationem sufficiat. Quò fit, vt propositum non peccandi lethaliter ad contritionem & attritionem, etiam supernaturalem, sufficiens, non necessariò esse debeat tam efficacem, eaque ratione tam difficile, vt quoad solam actus substantiam viribus arbitrii naturalibus eliciatur, quam difficile, & quam efficacem esse debere aliquibus sese offert.

His ita constitutis, confirmare possumus communem scholasticorum sententiam membro primo propositam. In primis, quoniam, in absentia saltem obiectorum atque occasionum peccandi, sanè non est multum difficile, quia tanquam facile sese offert, elicere quoad solam actus substantiam tale absolutum propositum non peccandi deinceps lethaliter, quale ad contritionem & attritionem ostensum est sufficere: quiuis namque in se ipso experietur, si fidei lumine ante mentis oculos proponat, sibi que persuadeat, excludendum se esse à sempiterna beatitudine, innumerisque alijs malis circumuentum vndique, sempiterno igne esse cruciandum, nisi statuat non peccare deinceps lethaliter, in facultate sui arbitrii cum solo concursu Dei generali esse, elicere in genere absolutum propositum non peccandi vltèrius lethaliter, vt tantum malum effugiat. Est namque cuique naturale, propositis duabus molestijs subeundis, saltem in vtriusque absentia, eligere potius minorem, eamque statuere potius subire, vt maiorem euitet. Quò fit, vt saltem qui fidei lumine fuerit illustratus, cum solo concursu Dei generali elicere quoad solam actus substantiam possit propositum, de quo disputamus.

Secundò. Quoniam propositum eiusmodi est extra totam latitudinem ordinis gratiæ, nihil proinde conducens ad finem supernaturalē, estque vnicus actus in se merè naturalis, propriusque libero arbitrio: quare lumen ipsum naturale intellectus, moralisque, ac naturalis philosophia docent, denegari non debere viribus naturalibus humani arbitrii, Deo cooperante solum tanquam causa vniuersali per generalem solum concursum eo passio, quo cum re-

liquis causis secundis cooperatur. Ac sanè ei, qui id negat, probare incumbit contrarium, quod non prius erit admittendum, quam legitimis fuerit rationibus comprobatum. Nec apparet, quod emolumentum ex eo sequatur, quòd naturales vires humani arbitrii vsque adeo extenuentur, vt hic, & similes actus naturales ac simplices, ab eo fieri posse negentur absque speciali auxilio Dei.

Tertio. Quoniam non minus difficile est assentiri mysterio Trinitatis, Incarnationis, Eucharistiæ, & cæteris reuelatis, quæ lumen naturale tranicendunt, quam in absentia obiectorum & occasionum omnium statuere, continere se ab omni lethali peccato: sed illud primum potest homo quoad actus substantiam absque speciali auxilio, non quidem assensu Christiano, sed merè naturali, vt disputatione septima ostensum est: ergo, eo præsertim intuitu, vt poenas æternas euadat, sempiternamque consequatur felicitatem, & Deo, cui tot rationibus se deuinctus, obsequatur, poterit hoc secundum, quod rationi luminique naturali est adeo consentaneum.

Quartò. Experientia compertum est, sæpe aliquos accedere ad confessionem cum voluntate perseverandi in vno aliquo peccato, siue illud sit concubinitus, siue odium, propositumue vindictæ, siue voluntas non restituendi alienum, aut quoduis aliud, attamen cum proposito vitandi simul cætera omnia lethalia peccata: sed nemo dixerit, propositum vitandi cætera peccata, præter illud vnum, esse elicibilem ex auxilio particulari Dei; quandoquidem non est integrum propositum abstinenti à lethalibus, adiunctumque habet propositum perseverandi in vno: cum ergo abstinere ab illo vno peccato, si cum deuotione cæterorum omnium coniungatur, non multum addat difficultatis, præsertim quia si illud vnum sit, verbi gratia, voluntas vindictæ, aut retinendi alienum, vel quoduis aliud, antequam in illud homo laberetur, nullam eiusmodi difficultatem in proposito declinandi omnia in genere pateretur; consequens profectò est, vt si quis viribus naturalibus statuere possit abstinere à reliquis, præter vnum, possit etiam statuere eadem ferè facilitate ab omnibus in genere in posterum abstinere.

Sanè negari non potest, quæ hoc membro & præcedente, atque etiam primo dicta sunt, hanc

Scholasticorum sententiam utraque probabilem reddere. Verum autem contraria, quae hodie in scholis apud varias orbis provincias communis assentitur, sit nihilominus potius amplectenda, & ex quo capite, iactis prius necessarijs ad id fundamentis, dicitur commodius inferri, cum examinabitur, an in huma-

no arbitrio cum solo concursu generali, sint sufficientes vires naturales ad quamcumque gratiam tentationem, ac difficultatem in quocumque temporis momento superandam. Interim videamus quoniam p. 60 exposita scholasticorum sententia defendi possit.

**Diluuntur obiecta aduersus communem scholasticorum sententiam.**

**Membrum 5.**

*Satis sit fundamentum contra-rio opinio.*



Quod attinet ad fundamentum, cui contraria sententia innititur, satis ostensum est ad cognitionem, & attritionem, etiam supernaturalalem, sufficere propositum absolutum in genere non peccandi lethaliter, neque requiri ut fit efficax, coniunctamque proinde habeat observationem mandatorum, ad quam indiget homo naturae lapsae quotidiano particulari Dei auxilio.

*Quod solum sensu.*

Quod ad votum attinet, certissimum est illud de numero eorum esse, qui explicatam scholasticorum sententiam sequuntur, ut aperitissime constat ex 2. de natura & gratia, & 4. sententiarum locis citatis. Primo vero de natura & gratia hoc solum illis verbis citatis intendit: Hominem in statu naturae lapsae cum solo concursu generali Dei non posse habere actum, quo statuat diligere Deum super omnia seruando omnia mandata, ad hunc sensum verum ac legitimum, quod re ipsa postea omnia adimpleat, ut cuique votum legem manifestum erit: hoc autem nihil ad rem de qua modo disputamus; cum ostensum sit, ad veram contritionem non esse necesse eiusmodi propositum quo opore postea impletur, quod proponitur: id enim esset error in fide. Præterea, quae Sotus eo loco doctrinam indigent. Etiam homo naturae integræ, quemadmodum sola iustitia originali, & viribus naturalibus liberi arbitrij, æque concursu Dei generali, sine alio dono aut auxilio supernaturali, seruare diu poterat omnia præcepta naturalia; ita unico actu poterat apud se constituere ea seruare, idque postea opere impleretur: cum

hæc omnia non transcenderent limites operum merè naturalium, quæ fini duntaxat naturali commensuratur, dispositiones non erant ad gratiam, ut in calce disputationis tertiæ, & disputatione 4. & 6. ostensum est, nisi ex peculiari impulsu Spiritus sancti fierent, eueherenturque ad supernaturale quoddam esse fini supernaturali aliquo modo commensuratum. Neque Adam ex proprijs dispositionibus collata est gratia gratum faciens, sed simul cum natura fuit ei infusa, ut supra dictum est. Quare esto homo, post naturam lapsam & contractum peccatū, vires naturales haberet quibus posset in longissimum quodcumque tempus seruare omnia mandata, & ob eam causam ita unico actu posset id statueret, ut viribus suis posset id postea implere, actus tamen ille non esset satis, ut liberaretur vel à solo originali peccato, nisi impulsu Spiritus sancti esset adiutus & euectus ad esse supernaturale. At si homo naturae lapsae, vel dum peruenit ad usum rationis statuat deseruire Deo, seruareque omnia eius madata, fretus diuino auxilio, vel postquam in peccatum lethale proprio actu incidit, de eo doleret, & similiter statuat in posterum Deo in omnibus obedire, talisq; actus impulsu Spiritus sancti euehatur ad esse supernaturale, esto tunc neque vires proprias habeat, neque eas recipiat ad præstandum postea, quod tunc proponit, verè dicitur diligere Deum super omnia supernaturaliter, siue ex impulsu motionis Spiritus sancti, & est ultimo dispositus ad gratiam, eamque consequitur. Quare discernitur illud inter hominem naturae integræ, & hominem naturae lapsae, quod à dogo iustitiæ origi-

uaria

nalis præcisè spectatæ ab omni alio dono proueniat, nihil ad rem præsentem facit, hoc est, ut homo, quantum satis est, vel in statu naturae integræ, vel in statu naturae lapsae disponatur ad gratiam, quod Sotus non satis eo loco animaduertit. Atque haud scio an satis penetrauerit, distinctum esse supernaturale auxilium, quo homo naturae lapsae indiget, ut eliciat absolutam supernaturalem dilectionem Dei super omnia, qua reponatur in gratia, à quotidiano particulari auxilio quo postea indiget ut eam obseruationis mandatorum efficacem reddat.

Quod ad Bartholomæum Medinam attinet, ostensum est illius sententiam non esse veritati consentaneam.

*Concilium Trident. expenditur.*

Ut verò ad Conciliū Tridentinū, veniamus, si argumentum illud efficax esset, eodem sanè modo colligere possemus: liberum nostrum arbitrium, etiam supposita fide supernaturali, sperare non posse ex suis naturalibus veniam à Deo, quoad substantiam reus. Quandoquidē Concilium attritionem, quam dixit esse donum Dei & Spiritus sancti impulsū, utramque conditionē adiunxit, nempe, quod voluntatem peccandi excluderet, & quod esset cum spe veniæ. Imò eum eo loco sermo sit de homine fidei, quem Concilium ponit habere habitum fidei & spei supernaturalem, atque in eo ad actum sperandi veniam, concurrat habitus spei, profectò si ratione alicuius illarum duarum conditionū contentum esset Concilium intendisse definire, attritionem esse donum Dei, potius censendum esset id voluisse definire ratione spei veniæ, quam ratione voluntatis ac propositi non peccandi. At quamvis præsentē habitum spei semper liberum arbitrium, dum à Deo veniam sperat, eliciat, propter concursum habitus, actum supernaturalem, nemo tamē dixerit in libero arbitrio, maxime præexistente fide, nō esse vires cum cōkursu generali Dei ad sperandū, quoad substantiam actus, veniam, aut etiam vitam æternam à Deo; cum contrarium doceat communis Theologorum sententia neque, præexistente fide, difficilius sit sperare à Deo, quam ante fidem comparatam assentiri rebus à Deo reuelatis. Eodem ergo modo, quanvis concederetur propositū non peccandi, quod habere debet adiunctū ea attritio quæ accedente sacramento penitentiae ad iustificationem sufficit, debere esse supernaturale, at negandū esset, in libero arbitrio, facultatem

in esse ad eliciendū quoad substantiam actus propositum merè naturale illi priori simile, quod ad iustificationem non esset satis, ut de actu fidei, & spei doctores communiter concedant.

Ut verò ad punctum difficultatis accedamus, cum nulla vniquā fuerit controuersia, aut doctoribus Catholicis cum hæreticis, aut inter ipsomet doctores Catholicos, utrum peccator quoad substantiam actus eliciere valeat ex suis viribus naturalibus propositum, de quo loquimur, communisque sententia doctorum scholasticorū sit, illud à peccatore posse elici, neque scripturæ testimonium aut Concilium viliū, ante Tridentinum, sit vnde oppositum colligatur, quis sibi persuadeat, Ecclesiam, quæ solūm consuevit definire necessaria & controuersa, quæque nihil temerè sine fundamentis, firmis rationibus, præuicque discussione definit (vtpote cui Spiritus sanctus assistit ad declarandum ea quæ ad fidem spectant, non verò ut per eam reuelat quæ antea neque secundum se, neque per aliquā priora principia fuerant reuelata) eo capite, sibi persuadeat, Ecclesiam in eo quæ Concilij Tridentini intendisse definire, attritionem, quæ ad iustificationem cum sacramento penitentiae sufficit, ex ea parte esse donū Dei & impulsū Spiritus sancti, quod propositum non peccandi, neque quoad substantiam actus, esse possit sine speciali auxilio Dei, intendisseq; eodemnare complurium scholasticorum sententiam? Profectò quando aliud argumentū non esset, hoc vnum deberet esse satis, ut sibi persuaderent, Ecclesiam nihil tale intendisse eo loco definire, ridiculumque esse affirmare, post eam definitionem periculosam, erroneè proximam esse prædicam opinionem doctorū; maxime cum verba Concilij, si attentè legantur, nihil tale sonent, & cum idem Concilium sess. 6. can. 1. & 3. satis eadem opinioni doctorū faueat, dum inuuit, esse posse bona opera, quæ vel per solam vim naturæ, vel etiam adiuuante simul doctrina legis fiant, sed illa sine I E S V Christi gratia non satis esse ad iustificandum. Et nos potius quidem credere, sperare, diligere, ac penitere, quoad substantiam actus, sine speciali auxilio Dei; non tamen sicut oportet, ut iustificationis gratiam consequamur.

Quod ergo Ecclesia in eo Concilij capite definit, hoc planè est, ut expendenti verba erit manifestum. In primis aduersus quorundam aper-



*Attritio, que cum Sacramento fit, non est ad iustificationem, bonus est actus & Dei donum.*

tum erorem, qui oppositum asserbant, prescribit, qualis esse debeat attritio, ut quis cum ea ad sacramentum Pœnitentiæ accedens donum iustificationis consequatur. Nempe, docet cum ea debere esse coniunctam voluntatē non peccandi, cum spe veniæ: idemque paulo antè aduersus eundem errorem exposuerat de contritione. Deinde aduersus errorem Lutheranorum definit. Tantum abesse vt attritio, quæ ad gratiam in sacramento Pœnitentiæ suscipiendam disponit, ea ratione hypocritam & magis peccatorem faciat quod ex Dei timore oritur, vt Lutherani asseuerabant, vt potius donum Dei sit & Spiritus sancti impulsus, non quidem iam per gratiam gratum facientem inhabitantis, sed mouentis, &c. Quod confirmat Concilium, quoniam eodem timore, Deo auctore, concussu Ninuïta ad prædicationem Ionæ plenam terroribus pœnitentiæ egerunt, & misericordiam à Domino impetrarunt. Vnde inest vterius Concilium, falsò Lutheranos scriptoribus Catholicis imponere, quasi tradiderint per sacramentum Pœnitentiæ absque bono motu suscipientium gratiam à Deo confertam; quandoquidem attritio, non malus, sed bonus motus peccatoris sit, ac Spiritus sancti donum. Ex eo ergo capite definit Concil. eam attritionem quæ cum sacramento Pœnitentiæ sufficit ad iustificationem, esse donum Dei, quod oritur ex dono timoris Dei ab Spiritu sancto peculiari influxu & auxilio immisso: non verò quod propositum amplius non peccandi esse non possit, etiam quo ad substantiam actus sine speciali auxilio Dei.

*Attritio esse euenisse esse debet ad esse supernaturale, saltem per timorem Dei supernaturale.*

Post hanc ergo definitionem, non secutus tantum, sed omnino affirmandum iudico, nullum adulum vel extra sacramentum, vel in sacramento iustificari, nisi prauo bono motu liberi arbitrij elenato ad supernaturale esse per gratiam præuenientem, auxiliumque Dei participare, quasi Deus de lege ordinaria statuerit, neque extra sacramentum, neque in sacramento quicquam adultè iustificare, nisi prauo motu liberi arbitrij qui supernaturalis sit, atque ad gratiam, & finem supernaturalem aliquo modo habeat proportionem. Quare sicut ad veram contritionem, præter motum fidei & spei supernaturalem, necessaria est gratia præueniens, hoc est, immisso affectus amoris supernaturalis, qui liberum arbitrium ad dolendum de peccatis ex

*Gratia præueniens ad attritionem quæ*

*Timoris affectus antecedere solet contritionem.*

*Timor vsq; seta amoret indit.*

*Soti de attritione opinio exa minatur.*

quam, etiam sine sacramento, peccata remittuntur. Qua ratione, vt docent Theologi, inuicque Concilium Trident. sess. 6. cap. 6. motus timoris antecedere solet contritionem atque iustificationem impij, esse que solet velut seta, quæ, vt Augustinus tractatu 9. in primam canon. Ioan. ait, introducit filum caritatis, qua anima Deo vnitur ac copulatur. Quod Ninuïtis euenisse videtur, qui non videtur perstitisse in dolore de peccatis ex solo timore Dei seruilis, sed in dolore ex amore atque in veram contritionem transisse. Plurimi namque eorum iustitiã videntur consecuti, vt scriptura satis innuit, quam cum sola attritione consequi tunc minime potuerunt, eo quod sacramentis caruerint.

Quæret aliquis, vtrum post definitionem hanc Concilij Trid. condemnanda sit erroris opinio Soti 2. de natura & gratia ad finem cap. 3. & in 4. d. 14. q. 1. art. 1. & q. 2. art. 5. qua affirmat, attritionem ex solis viribus naturalibus elicita, esse satis ad iustificationem, si sacramentum accedat motus ea ratione, quod conuersus supernaturalis sacramenti suppleat concursum supernaturalem, quo Deus euehere solet dolorem nostrum ad esse supernaturale contritionis: eaque de causa sicut contritio, quæ ad gratiam est satis, est supernaturalis, ita attritio ex solis naturalibus elicita, vnã cum sacramento efficiet dispositionem supernaturalem, quæ contritioni æquipollet. Idem

quæri potest de opinione Car. de Pœnit. parte 5. fol. supra citato, vbi idem affirmat de attritione ex amore naturali Dei profecta, tamen si non sine formidine partis opposita.

Ego licet sententiam horum doctorum non satis tutam post eam definitionem esse credam, ante maiorem tamen Ecclesiæ declarationem non eam auderem errorem appellare. Quoniã cum de peccatore fideli loquatur, qui fidem & spẽ supernaturales habet, quas ad attritionem de qua loquuntur, concurrere vt notum tenet, non negabunt attritionem illam propter concursum fidei & spei esse donum Dei, & quippiam supernaturale: neque item negabunt, attritionem ex timore seruilis sepe à Deo excitari & adiuuari peculiari concursu, atque ita sepe hac etiam ratione esse donum Dei: quæ satis esse instituto ac verbis Concilij dicere poterunt. Adde bona moralia, qualis est ea attritio, cum à Deo intendatur & adiuuentur, dona Dei atque Spiritus sancti posse appellari. Hæc non ita à me dicta esse accipiantur, quasi vlla ratione probadam censent opinionem Soti; quam non solum falsam, sed etiam parum in fide tutam, præsertim post hanc Concil. Trid. definitionem, esse arbitror: sed eorantim animo, quod ante expressiorem Ecclesiæ definitionem, nec erroris, nec acerbioris alterius notæ, quam parum tutæ in fide, condemnandam esse iudicem.

**Quædam Concilia antiqua circa hæc tenus dicta exponuntur, libertasque arbitrij ad singulas supernaturales actiones concluditur. Disputatio 15.**



Voluenti tam antiqua Concilia aduersus Pelagianos celebrata, Arausicanam præsertim, quam Patres tepe tractis illius qui aduersus hæreticos eosdem scripsere, cum primis Augustinum, facile primo intuitu species quamdam ac velut vmbra sece offerret, communes seholasticorum sententias circa credendū, spectandū, diligendū, ac penitendū actus quoad solam substantiam, quas à dispensatione 7. retulimus atque explicauimus, ad Pela-

gij errores pertinere, & cum doctrina illorum Conciliorum ac patrum pug. are. Inde verò perinuous progredietur ad vires arbitrij nostri circa singulos actus illos, alioque similes, spectatos præcisè intra limites actionum merè naturalium in se, eidemque arbitrio, abiqui comparandum, vsque adeo extenuandas, vt & cum lumine nature, ipsaque experientia quoadammodo pugnet, naturalemque proinde ac morale philosophiam euectat, & tam difficilem conseruationem libertatis arbitrij nostri ad supernaturales actus, quibus

bus iustificamur, reddat, ut vix, aut ne vix quidem intelligi, & cum auxiliis gratiae conciliari valeat. Hac de causa operis pretium me facturum existimavi, si ultra ea, quae disputationibus praecedentibus praefertim §. 5. & 6. de hac re dicta sunt, nonnulla adderem ex quibus plenius constaret, umbram solim ac speciem illam esse, non verò rei veritatem: Conciliaq; illa & Patres aduersus Pelagianos de actibus illis loqui, ut disputationes sunt ad gratiam, atq; ad salutem necessarii, ac proinde vt sunt in se supernaturales, & latitudinem ordinis gratiae ingrediuntur: non verò vt sunt merè naturales atq; ad iustificationem omnino insufficientes. Id verò fiet, si quae sequuntur expendantur, atque ante mentis oculos habeantur.

*Pelagij error circa actus credendi, & sperandi, hoc vt ad iustificationem vitam aeternam sunt necessarii.*

Primum est, detestandum Pelagij errorem, vt ex his quae disputatione prima & sexta dicta sunt constat, fuisse, solas vires naturales arbitrij nostri, absq; alio auxilio aut dono Dei esse satis ad ea omnia quae ad sempiternam beatitudinem promerendam ac comparandam necessaria sunt, atque adeò, posita reuelatione rerum supernaturalium, nempe Trinitatis, Incarnationis, & carnis, posse hominem solis suis viribus credere, sperare, diligere, seruire totam legem, ac proinde abstinerere ab omni culpa lethali & veniali, & perseverare in gratia seu amicitia Dei; ad quam ille nihil infutum & supernaturale suspicabatur interuenire, sed positam arbitrabatur in sola Dei complacentia in eo homine, qui ex naturalibus suis viribus faceret quod in se est, & in voluntate ea de causa eidem conferendi vitam aeternam. Similiter asserere, hominem, post lethalia peccata commissã, posse solis suis viribus poenitere de illis, atque adeò ab eisdem resurgere, amicitiamque cum Deo redintegrare. Auxilia verò & dona, viribus arbitrij ad haec omnia superaddita, inferre dicebat, non quidem vt isthaec simpliciter fierent, sed vt melius, faciliusque fierent.

Secundum, his erroribus, tanquam Christi gratiae & nostrae redemptionis mysterio, contrariis, se opposuisse Patres, praecipue verò Augustinum, ostendisseque ex scripturis sanctis, haec omnia & singula esse supra vires liberi arbitrij, ac merè, posse credere, sperare, diligere, poenitere de peccatis commissis, perseverare in gratia, praesertimque se, non solam ab omni veniali, sed atque à lethali omni culpa, atque adeò nec pos-

se vincere passionibus, tentationibus, ac difficultatibus, quas ad perseverandum sine culpa, etiam lethali, necessarium est vincere, absque speciali auxilio & dono Dei: atque ad haec omnia stabilienda, contrariosque Pelagij errores damnandos, in lucem prodidisse omnes Ecclesiae definitiones, de quibus in praesentia est sermo.

Tertium, praesens illis temporibus fuisse quidem in Patribus ex scripturis sanctis lucem magnam, quousque vires arbitrij nostri ad ea se extenderent, quae sunt ad salutem necessaria, siue tanquam vitae aeternae merita, siue tanquam proxima vel remotae dispositiones ad iustitiam amicitiamque cum Deo comparandam, siue etiam ad perseverandum in gratia, legemque implendam, quoniam haec sunt, quae sacrae literae docent: at verò vtrum eiusmodi dispositiones rationes formales haberent supernaturales, vt re ipsa habent, an solum supernaturali ope essent elicita, in se verò essent res naturales, neque erat satis cognitum, neque forrè in controuersiam vocatum. Multo minus illis in mentem veniebat (quoniam scripturae id non docent) an circa eiusmodi actus & dispositiones, praeter rationes formales supernaturales secundum quas dispositiones sunt proxima vel remotae ad gratiam, distinguendi essent actus merè naturales, qui vel simul elicerentur, vel eerte seorsim: eo pacto quo Lutherani hodie actibus merè naturalibus assentiunt, Deum esse trinũ & vnum, & à diuino verbo carnem esse assumptam, quos vt ab ijs, qui de eisdem rebus à fidelibus producuntur, discernamus, appetillare consueuimus actus credendi illos articulos quoad solam actus substantiam. Doctores autem scholastici fuisse, qui suis disputationibus, longaque perscrutatione lucem huiusmodi rebus attulerunt.

Hac ita habet, satis pro comperto habebit, qui Patres antiquos, Conciliaq; antiqua euoluerit, atque Ecclesiae decursum his mille centum ante actis annis considerant, perlectisq; cuiusque seculi Conciliis ac doctoribus attenta metis acie perspexerit modum & tempora, in quibus variis oris controuersis, continuis disputationibus harum rerum notitia creuerit. Vt enim ex cap. maiores causae de baptismo, & eius effectu constat, tempore Innocentij tertij adhuc inter Theologos erat res dubia & controuersa, an paruulis per baptismum solum remitteretur peccatum, an verò eidem infunderentur etiam gratia

gratia & habitus virtutum theologalium; atque Innocentius tertius vtrunque partem refert ibi tanquam probabilem.

Postea verò Clementina vnica de summa Trinitate & fide Catholica, Clemen. 5. facto approbante Concilio Viennensi, eam partem elegit, tanquam probabiliorem & dictis sanctorum ac doctorum recentiorum theologiae magis consonam & concordem, vt verba illius Clementinae habent. Nouissimè autem in Concil. Triid. res haec definita est sess. 5. in decreto de peccato originali, & sexta cap. 7. ac septima can. 7. de sacramentis in genere. Quin Patres antiquos, antiquaq; Concilia legenti perspicuum erit, parum admodum lucis fuisse circa ea, quae ad gratiam spectant, parumq; illa fuisse disputata ante Augustinum & ante ortum Pelagij haesum, adeò vt Chrysostomus, absque vlla sua culpa, humano more lapsus fuerit in aliquibus, vt in progressu huius operis videbimus; & August. ipse, antequam creatus fuerit episcopus, errauerit circa fidei initium, actumque credendi, existimans esse ex nostris naturalibus, vt supra dictum est.

Quartum, tam Pelagium, quam doctores Catholicos aduersus illum disputantes, imò & Patres ipsos in Conciliis, locutos fuisse de actibus credendi, sperandi, diligendi, ac poenitendi, vt accommodati ac sufficientes sunt ad finem supernaturalem, atque vt de illis scripturae sanctae loquuntur, quartum non est naturalem, aut moralem tradere philosophiam: eaq; quae ad finem naturalem spectant, sed quae ad sempiternam felicitatem, finemque supernaturalem sunt necessaria, ad quem mortales instruunt ac instituunt. Hoc ita se habere ex eo est manifestum, quod Pelagius de actibus illis loquebatur, vt accommodati ac sufficientes sunt ad amicitiam cum Deo inuendam, sempiternamque beatitudinem promerendam ac assequendam. Cum verò error illius in eo esset positus, quod existimaret ac assereret, elici posse solis arbitrij nostri viribus, ac proinde esse merè naturales; contendebat scripturas sacras non alied, quam quod ipse dicebat, intendisse, peruersisq; expositionibus eas contorquendo, in suu errorem trahere conabatur. Contra verò Patres ex eisdem scripturis efficaciter ostendebant, elici illos non posse absq; speciali dono & auxilio Dei; atque hoc ipsum est, quod Ecclesia in Conciliis, quae aduersus Pelagianos coegregata sunt, definit. Quo fit, vt con-

tentio ex vtraque parte de eisdem fuerit actibus: quales ex scripturis ad sempiternam felicitatem sunt necessarij. Quod si Pelagius saluus fuisset eiusmodi actus, eo pacto quo ad salutem sunt necessarij, supernaturales esse, eliciq; proinde non posse absq; diuina ope, & nihilominus assensisset, viribus arbitrij produci posse alios merè naturales illis similes quoad substantiam, sed ad salutem insufficientes omnino; fortasse nec ea de causa fuisset dānatus, nec ea de re quicquam curasset Ecclesia: eo quod id non ad fidei, sed ad philosophiae naturalis ac moralis negotium attineret.

Quintum, cum, vt paulò antea dictum est, munus scripturarum sanctarum sit, ad supernaturalem finem nos instituere, atq; adeò docere quae ad sempiternam beatitudinem obtinendam spectant, quando in eis traditur, opus aliquod fieri non posse absque peculiari Dei auxilio, intelligendas eas esse, vt ad beatitudinem conducatur, ac supernaturali fini in suo ordine & gradu accommodati ac commensurati sit. Quoniam verò disputatione 6. ex scripturis ipsis id ostensum est, non est quòd plura hac de re hoc loco dicamus.

Sextum Patres, praecipue Augustinum, iuxta eundem scripturarum loquendi modum, atque vt Theologos, qui res comparatione finis supernaturalis considerant, saepe eadem vi loquendi forma. Interdum namque Augustinus nihil reputat bonum ac virtutem, nisi coniunctam habeat caritatem, quae comparatione finis supernaturalis virtutum omnium est forma & quasi vita. Interdum nihil etiam reputat bonum, nisi ad Deum, finemque supernaturalem pertineat. & cum eo in suo ordine & gradu sit commensuratum. Atque hoc est bonum, quod aliquando appellat secundum Deum, & aliquando pertinere dicit ad sanctum eius propositum. Hoc eodem modo sumit bonum dum docet, per peccatum primi parentis amissam fuisse libertatem ad bonum, quatenus, dum Augustinus supernaturalia dona in primo parente toti humano generi collata, eo ipso amissam facultatem ad hoc bonum, quod solis liberi arbitrij viribus exerceri non valeat, tamen idem Augustinus alibi saepe doceat, solis arbitrij viribus fieri posse bona moralia, quae finem naturalem non transcendunt. Libertatem verò illa per peccatum primorum parentum amissam, docet per Christum esse instantiam. Quia verò haec etiã omnia disputatione 6. H 3 iuncta

inquit a quibus precedentere, ostensa sunt, necesse non erit plura de hac re hoc loco adijcere.

Septimum, quoniam Spiritus sanctus adfuerit semper Ecclesie ne in suis definitionibus erraret, omniaque proinde sunt verissima, atque inter se consistentes; negandum tamen idcirco non esse, Deum, quando aliqua sese offerit definitio, exigere ab Ecclesia cooperationem ac investigationem eorum, quae definienda sunt, & pro qualitate hominum qui in Conciliis conveniunt, investigatione & industria quae adhibetur, & pro maiori vel minori peritia ac noticia rerum, quae uno tempore, quam aliis habeatur, conscribi definitiones magis, aut minus perspicuas, exactiusque ac plenius definiti res vno tempore, quam aliis. Etenim Spiritus sanctus, cum suavititer omnia disponat ita Ecclesiae, ne erret, assistit, ut illius cooperationi & industriae, tempotumque opportunitatibus ac circumstantiis suum locum relinquat. Neque propterea negare in E. limus ad Spiritum sanctum pertinere, illustrationibus, aliisque auxiliis supernaturalibus, adiuvari congregatos in Conciliis ad res definiendas, solereque abundantius vno tempore, quam alio illa impetiri, iuxta suae sapientiae ac providentiae ordinem ac dispositionem, prout Ecclesia plus vno tempore, quam alio, ad ea suscipienda se ipsam disponit, atque iuxta suam beneplacitum, qui dona sua ut vult distribuit. Quare Ecclesia utrumque intelligens, simul curat, tum vt in Conciliis plurimum vim doctrinae ac pietatis praestantes congregentur, fiatque accurata ac diligens earum rerum discussio, quae definiendae sunt: tum etiam orationibus, ieiuniis & aliis piis operibus a Deo haec & alia supernaturalia auxilia ad res melius definiendas impetretur. Cum vero disputationibus, assidua lectione, meditatione ac investigatione rerum, augeri soleat tempotum progressu earum noticia ac intelligentia. Patresque in posterionibus Conciliis investigatione ac definitionibus priorum adiuventum inde oritur, ut definitiones posterionum Conciliorum esse soleant dilucidiores, pleniores, magisque accurate & exactae, quam priorum. Ad posterora etiam Concilia spectat, interpretari, exactiusque ac plenius definire, quae in prioribus Conciliis minus dilucide, & non tam plene & exacte definita fuerunt. His de causis tempotum progressu crescit in Ecclesia noticia rerum definitarum, non solum, quoad nomen, sed etiam quoad perspicuitatem & ex-

ationem, vt in dogmate illo, an paruulisin baptismo gratia & virtutes theologicas infundatur, & in plenisque aliis est manifestum.

Octauum, Concilia antiqua, etiam Arausicanum, pro luce illorum temporum satis expressisse se loqui de credendi, sperandi, diligendi ac poenitendi actibus, vt ad salutem sunt necessarii. Etenim Arausicanum ca. 6. sic habet. Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desidentibus, & pulsantibus nobis, misericordiam dicit conferri, non autem diuinitus vt credamus, velimus, vt haec omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem, & inspirationem nobis conferre conaretur, &c. Ecce, de his omnibus dixit, sicut oportet, proculdubio ad salutem: quo pacto de his actibus loquebantur Pelagiani, aduersus quos est illa definitio. Et cap. 7. Si quis per naturam vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitae aeternae, cogitare, & carere. Ecce, quod ad salutem pertinet vitae aeternae dixit. Et c. 25. Praedicare debemus & credere, quod per peccati primi hominis ita inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, vt nullus postea aut diligere Deum, sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum est, possit, nisi gratia eum & misericordia diuina praueuerit. Sicut oportuit, dixit, utique ad salutem.

Nonum, Concilium Tridentinum omnium nouissimum, cuius erat praecedentia omnia Concilia interpretari, & in quo dilucidius, accuratius, & plenius tam aduersus Pelagianos, quam aduersus Lutheranos definita sunt omnia, quae ad gratiam, iustificationem, vitamque aeternam consequendum spectant, quam in quocunque alio, sels. 6. can. 1. ita definitiuit. Si quis dixerit, hominem suis operibus, quae vel per humanam naturam, vel per legis doctrinam fiant, absque diuina per IESVM Christum gratia posse iustificari contra Deo, anathema sit. Quibus verbis non negat, quin potius annuit, per vires naturae legisque doctrinam fieri posse opera sine IESV Christi gratia, legi naturae & scripturae consentanea, a Iudaeis namque hodie sunt quoad actus substantiam similia opera, elicunturque similes actus credendi illis, qui ante aduentum Christi eliciebantur a Iudaeis, qui tunc fideles erant, veraque membra Ecclesiae, sed negat eiusmodi opera sufficere ad iustificationem absque IESV Christi gratia. Et canone 3. cum Patres illius Concilii non lateret vulgaris scholasticorum opinio de actibus cre-

dendi, sperandi, diligendi ac poenitendi quoad solam actus substantiam, neque Pelagianorum errores, neque antiquorum Conciliorum aduersus eos definitiones, sequentem protulerunt. Si quis dixerit, sine praueuerente Spiritus sancti inspiratione atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut poenitere posse, sicut oportet vt ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit. Sanè si vel leuissimum habuissent suspicionem, complurium scholasticorum sententiam ad Pelagianorum errores attinere, aut cum antiquis definitionibus Ecclesiae pugnare, nunquam tam liberum reliquissent eam amplecti, ne dicam argumento a contrario sensu eam veram esse significassent. Denique in toto Concilio Tridentino, in quo tam late, accurate ac dilucide omnia, quae ad iustificationem spectant, explicata ac definita sunt, neque vestigium reperitur, quod cum exposita scholasticorum sententia, vel primo aspectu, pugnare videatur: cum tamen multa sint, quae illi faueant, ac suffragentur.

Certe si quae tota hac disputatione dicta sunt, vt par est, expendantur, nescio quis in posterum dicere audeat, dum in Concilio Arausicano, aut in quouis alio antiquo definitum legitur, neminem posse credere, sperare, diligere, poenitere, petere, aut cogitare absque gratia & speciali auxilio Dei, intelligendum id esse, etiam quoad solam actus substantiam, & non potius, vt ad iustificationem, & ad salutem est necessarium, aut quis in posterum dicere audeat, complurium scholasticorum sententiam de numero esse errorum Pelagij.

Ex dictis precedentibus disputationibus satis constat, libertatem esse in arbitrio nostro, ad singulos supernaturales actus ad iustificationem necessarios, eosque, ab illa pendere. Licet enim ad credendum, sperandum, diligendum, & poenitendum, vt ad salutem oportet, necessaria sit gratia praueuerens, & arbitrium excitans per illustrationem & affectum ad credendum, sperandum, diligendum, aut poenitendum, vt inde hi actus, quales oportet elicantur, in potestate tamen arbi-

trij est, Deo ita excitanti parere, aut non parere, assensum fidei cooperante & coniuuente simul eodem auxilio gratiae, vt in progressu videbitur) imperando, in spem sese erigendo, & de peccatis dolendo, aut ab his actibus abstinendo, vel etiam prorumpendo in actus his omnino repugnantes ac contrarios. Vnde in Concilio Tridentino, sess. 6. can. 4. sic definitum est. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo excitatum, nihil cooperari assensum Deo excitanti, atque vocati quo ad obtinendum iustificationis gratiam se disponat ac praeparat, neque posse dissentire, si velit, sed velut inani ne quoddam nihil omnino agere, mereturque passus se habere, anathema sit. Lege etiam cap. 5. & 14. & can. 5. & 7. eiusdem sessionis. Idem aperte sonant, tum iustificationes omnes ad fidem & ad poenitentiam peccatoribus propositae in scriptura, tum increpationes & oburgationes, quod accedere noluissent, de quantum numero sunt, quae sequuntur. Zachar. 1. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Ioelis 1. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Ezechielis 18. Facite vobis cor nouum & spiritum nouum, quare moriemini? Psalm. 94. Hodie si vocem eius audieritis, noitè obdurate corda vestra. Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tolle iugum meum super vos. Proverb. 1. Qui uocauerunt, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret, despectistis omne consilium meum, ego quoque in interitu vestro ridebo: & pleraque alia.

Esse similiter in nostro arbitrio, post iustificationis donum comparatum, libertatem ad exercendum, mediantibus habitibus supernaturalibus iam susceptis, aliisque auxiliis diuinis, meritoria opera augmenti gratiae, & gloriae, idemque arbitrium liberè in ea perseverare, aut ab ea per lethale peccatum decidere, ex se, & ex dictis est satis manifestum, parebitque magis in sequentibus. Satis etiam aperte definitur in Concilio Tridentino sess. 6. a cap. 10. vsque ad finem, multisque scripturae testimoniis ibidem confirmantur, necnon can. 5. 6. 2. o. 22. 23. 26. & 31. eiusdem sessionis.

Assistit Spiritus sanctus ut cooperentur in industria Ecclesiae exigui.

Posteriorum conciliorum definitiones cur exa-ctiores & dilucidiores esse soleant.

Libertas est in arbitrio nostro ad singulos supernaturales actus ad iustificationem necessarios, & ab ea pendunt.



De viribus liberi arbitrij ad implendam legem vniuersam, etiam sub veniali culpa obligantem.

*Disputatio 16.*

**D**isputatio quinta diximus de viribus arbitrij nostri in statu nature corrupte ad singulos actus morales, tam naturales, quam supernaturales eliciendos. Si quid vero aliud deest, disputatione 19 dicitur commodius.

Explicando tunc sunt vires eiusdem, tum ad vniuersam legem, tum ad partes illius implendas. Cum autem disputatione 3 ostensum sit, pares esse debere esse arbitrij vires, siue sp. & tur in statu nature corrupte, seculis auxiliis ac donis, siue in puris naturalibus, necesse non erit nos scire sermonem de eo in puris naturalibus, quoniam quae dicuntur de statu nature corruptae, seculo quocunque particulari auxilio, similiter intelligenda sunt de statu hominis in puris naturalibus considerari. Vt autem ab his, quae ampliora ac difficiliora sunt, ut fiant, ordiamur, primo loco dicendum est de viribus illius ad vniuersam legem etiam sub culpa veniali obligantem.

De qua re sit prima conclusio, Homo in statu nature corruptae etiam si in gratia gratum faciente sit constitutus, imò etiam si adiutorijs auxiliis quibus sanctissimi ac perfectissimi quique viri à Deo adiuuari consueverunt, non ita seruare potest totam legem, vt peccata omnia, etiam venialia, euicet, nisi id singulari privilegio sit ei concessum, vt Beate Virgini diuino munere celebratum esse tenet Ecclesia. Conclusio ad fidem spectat, Contrariumque fuit error Pelagianorum asserendum, hominem per solas vires arbitrij posse vitam transigere sine omni proinde peccato.

Colligitur vero ex illo prima Ioan. 1. si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Ecclesiastes cap. 7. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Regu. Non est homo qui non peccet. Ad Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuam meam in lege peccati. Ecce, Ioannes & Paulus conuincuntur se mouere in venialia peccata, cum tamen maximis,

praclarissimisq; auxiliis à Deo iuaretur. Multa alia loca in confirmationem huius conclusionis accumulans Hieronymus in epistola ad Cresiphontem, & 1. libro dialogorum aduersus Pelagianos, & Augustinus in libro de perfectione instituit.

Eadem conclusio definita est in Concilio Mileuitano potissimum cap. 6. 7. & 8. vbi varia testimonia scripturae in eiusdem rei probationem adducuntur. Eadem definitio habetur in Concilio Africano cap. 81. 82. & 83. Definita etiam est ab Innocentio 1. in Epistola ad Concilium Carthagenense, quae est 25. Epistolarum Innocentij, & in Epistola ad Concilium Mileuitanum, quae est 26. à quo Concilium Mileuitanum approbatur, A Celestino primo Epist. 1. ad Episcopos Galliae, à quo eadem definitio tanquam à Sede Apostolica approbatae referantur, & adduntur multa alia, quibus eadem conclusio definitur. Definita denique est in Concilio Trident. sess. 6. cap. 11. & can. 23. cuius haec sunt verba: Si quis dixerit, hominem iustificatum posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quae madmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia, anathema sit. Ratio vero eiusmodi definitionis reddetur disputatione sequenti.

Secunda conclusio. Potest nihilominus liberi arbitrij in statu nature corruptae vitare singula venialia peccata. Haec est communis omnium, facileque probatur. Quoniam si singula vitare non posset, sanè in illa incidendo, non peccaret, quippe cum peccato adeo innotum sit esse voluntarium, posseque proinde vitari, vt si voluntarium non sit, continuo non sit peccatum: testimonia autem scripturae citata, & definitiones Ecclesiae de veris peccatis & culpis loquentur, quae peccatores, poenaeque dignos constituunt. Quo fit, vt cum libertate ad singula vitanda conueniant esse possit, non possit diu vitare omnia. Quomodo autem haec duo mutuo consentiant, disputatio explicabitur.

De

De viribus liberi arbitrij ad implendam legem totam quae sub lethali culpa obligat, necnon partes vniuersae legis.

*Disputatio 17.*

*Prima conclusio. Cū quotidiano particulari auxilio constitutus in gratia vitare in totam vitam potest peccata omnia lethalia.*



**V**T ad legem sub culpa lethali obligantem, necnon ad partes vniuersae legis deueniamus, sit prima conclusio. Homo in statu nature corrupte, si in gratia gratum faciente sit constitutus, cum quotidiano particulari auxilio, quod Deus conferre praesto est, potest diu, imò per totam vitam abstinere ab omni lethali culpa, atque adeo legem totam seruare, quae sub ea culpa obligat. Conclusio haec salua fide Catholica negari non potest: definita namque est in Concilio Trident. sess. 6. ca. 11. hisce verbis. Nemo temeraria illa, & à patribus sub anathemate prohibita voce uti debet. Dei praepcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuari ut possis. Cuius mandata grauiora non sunt, cuius iugum suauis est, & onus leue. Qui enim sunt filij Dei, Christum diligunt, qui autem diligunt eum, vt ipsemet testatur, seruant sermones eius, quod vtique cum diuino auxilio prestare possunt. Et infra: Deus sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Haec Tridentina synodus. Quod vero sermo sit de praepceptis obligantibus sub culpa lethali, patet apertissime ex eodè capite, vbi simul definitur. Neminem posse vitare diu peccata omnia venialia, neque propter illa definire esse iustum. \* Et cap. 13. de dono perseverantiae in gratia gratum faciente dicitur, aliunde haberi non posse, nisi ab eo, qui potens est eum, qui stat, statueret. Atque in auxilio Dei firmissimam omnem spe collocare ac reponere debere. Cuius rei haec redditur ratio. Deus enim, nisi ipsi illius gratia defuerint, sicut cepit opus bonum, ita perficiet, operans velle & perficere. Et cap. 16. de iustificatis dicitur. Sine acceptam gratiam perpetuo cōseruauerint, siue amissam recuperauerint. Et can. 18. Si quis dixerit, Dei praepcepta homini, etiam iustificato & sub gratia constituto, esse ad obseruandum impossibilia, anathema sit. Et can. 22. Si

*Peccata venialia non impediunt quominus qui illa committit iustus sit. \* Perseuerantia in gratia, Deus donum est.*

*2. conclusio. peccata singula venialia vitare possunt.*

quis dixerit, iustificatum perseverare non posse in accepta iustitia cum speciali auxilio Dei, anathema sit.

Eadem conclusio colligitur ex Concilio Mileuitano cap. 3. 4. & 5. & Africano cap. 78. 79. & 80. ex definitionibus Innocentij & Celestini disputatione praecedente citatis, & ex Concilio Aruicano ca. 25. vbi ita habetur. Hoc etiā secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per baptismum gratia, omnes baptizati (Christo auxiliante & cooperante) quae ad salutem pertinent, possint (si fideliter laborare voluerint) adimplere. Vnde Hieronymus in expositione Symboli ad Damasum, Execramur, ait, eorum blasphemiam qui dicunt, impossibile aliquid à Deo praepceptum esse, & mandata Dei, non à singulis, sed ab omnibus in communi posse seruari. Et Augustinus serm. 61. de tempore ait, Deus neque impossibile aliquid potuit imperare, quia iustus est; neque damnaturus est hominem pro eo, quod non potuit vitare, quia pius est.

Ratio vero quare, licet iusti, etiam cū praclaris quibusq; auxiliis quae maioribus Sactis à Deo misericorditer impenduntur, vitare non possunt peccata omnia venialia per solum tempus, abstinere tamen possunt ab omni peccato lethali, etiam per totam vitam cursum, cū ordinario auxilio particulari, quod Deus praesto est conferre quibusque iustis, ea est. Quòd occasione peccatorum venialium frequèssime sunt, possuntque venialia peccata ex surreptione abiq; plena deliberatione committi: mens vero non potest esse in tam exacta & continua vigilia aduersus tam frequentes & multiplices occasiones, vt in singulis momentis magni alicuius temporis totum efficiat, quod potest vt eiusmodi omnia peccata cuitet: praefertim cū mortales à tanto labore suscipiendo torpescat, eò quòd intelligant, per eiusmodi peccata Dei gratiam non amitti, neque incurri aeternum interitum. Quò vero sanctior quisque est, eò plus inuigilat, maioribusque auxiliis iuuatur, pluraque proinde peccata venialia deuicat. At cū occasiones lethaliū peccatorum

*Peccata venialia cum iustis communi speciali auxilio vitari omnia non possunt.*

neque tor, neque tam frequentes sint, in illis que sperandis agatur de amicitia Dei amittenda, incurrendaque extrema misericordia, plus homines in vigilare solent, maioremque laborem assumere, ne succumbant, minorisque auxilio (quale est quod iustis omnibus Deus presteo est impendere) possunt omnes eas ad longum etiam tempus superare. Id quod confirmat exhortatio illa Ecclesiastici 7. In omnibus operibus tuis memoreare nomina tua, & in aeternum non peccabis. Atque illud 2. Petri 1. Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis: hæc enim facientes non peccabitis aliquando. His accedit, quia quod quisque magis strenue à principio pugnat, eò robustior evadit, maioribusque auxiliis à Deo adiuvari solet, ut melius deinceps occasiones peccatorum possit superare. Equissimum autem fuit ita per Christum libero arbitrio subveniri, ut licet vulnus naturæ corruptæ in eo veniret, quod peccata omnia venialia diu non possent superare, vires nihilominus à Deo acciperet, quibus per totam vitam cursum posset, si vellet, ea omnia vincere, quæ diutina amicitia, propriaque salutis essent contraria, cuiusmodi sunt lethalia peccata.

De eo verò homine status naturæ corruptæ, qui extra gratiam gratum facientem in sorte hæret lethalis culpæ nondum per poenitentiam deletæ, neque Concilia, neque testimonia citata ut vides, loquitur: affirmanda tamen sunt, quæ sequuntur. Primum, nunquã illi denegari auxilium sufficiens, ut quoties voluerit, resurgat, & in gratia reponatur, ut disputatione 10. ostensum est. Secundum, per consequens nunquam ei denegari auxilium sufficiens, ut quoties tempus occurrat servandi supernaturalis præceptum, diligenter ac poenitendi, aut etiam credendi, & sperandi supernaturaliter (si talis homo infidelis sit) implere illud possit, si velit. Tertium, neque etiam illi denegari auxilium sufficiens, ut vitare possit si velit, quodammodo lethale peccatum, ac proinde, dum illud non vitat, peccare. Postremum, longe minoris vires esse regulariter in eo ad perseverandum sine non lethali culpa, quam sint in eo, qui in gratia grati faciente est constitutus. Tunc quia gratia ipsa & caritas habitabilis ad bonum inclinât, adimittitque per se ipsam est, ut homo à peccatis abstineat: tum etiã quia status lethalis culpæ indignum omnino reddet peccatorem quotidianò peculiari auxilio Dei,

quin dignum eum efficit cui Deus auxilia gratiæ minuat, tétationesque ac occasiones peccandi permittat, eò magis, quò fuerit magis ingratus, pleraque & graviora multiplicaverit peccata: his namque de causis indurare & obsecrare solet Deus, tradereque in reprobum sensum, & in desideria cordis, ut ad Rom. 1. docet Paulus. Atque ita sequentes culpæ habere simul solent ratione culpæ & poenæ præcedenti debitorum propter quæ poenitentium debitorum propter quæ præcedentia occasionem præbere solet sequentium, ut Gregorius hom. 11. in Ezechielem egregie docet: quibus de causis recte etiam ibidem affirmatur, peccatum, quod mox cum admittitur, per poenitentiam non deletur, suo pondere in aliud trahere.

Concinit præterea scriptura. Threnotum enim 1. Peccatum, ait Ieremias: peccavit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Psalm. 1. cum de vino inusto præmisset propheta, Erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod proinde firmas radices habet, fructumque dabit in tempore suo; de iis, qui extra gratiam Dei sunt, continuo subiungit. Non sic impij, non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ. Adeo instabiles sunt, & tam facile tentationibus in peccata deiiciuntur. Unde Petrus Apostolus cum primò Christum sine iuramento negasset, gratiamque amisisset, secundò eum cum iuramento negavit, & tertio desertari, iurare, & anathematizare cepit, quia hominem non novisset.

Secunda conclusio. Homo in statu naturæ corruptæ, etiam si in gratia gratum faciente sit constitutus, non potest sine speciali auxilio Dei ita servare totam legem, quæ sub lethali culpa obligat, ut diu perseverare possit sine lethali peccato. Hæc etiam conclusio salua fide Catholica negari non potest.

In primis colligitur ex illo ad Philippenfes 2. Cum metu & tremore vestram salutem operamini: Deus est enim qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. Non solum incipere, sed etiam perficere, hoc est, in bono perseverare, ait Paulus esse à Deo, utique per distinctum aliud auxilium à gratia gratum faciente iam accepta: alioquin non admoneret Philippenfes, ut ea de causa cum metu & tremore suam operaretur salutem, in qua quæ tantogere à Deo penderent ad perseverandum in bono

in bono. Gratiã namque gratum facientem non aufert Deus, nisi propter lethale peccatum; auxilia verò particularia, à quibus perseverantia pendet, confert maiora, vel minora iustis, prout cautius ac maiori cum animi submissione se gerunt; quantum nulli deneger quantum ad perseverandum sic satis. Ob eam igitur causam admonet Philippenfes, ut cum metu & tremore suam salutem operentur, nihil de se præsumentes, sed humili ac trepido animo coram Deo ambulent, in eoque suam omnem spem collocent. Porro dum Philippenfes admonet, ut cum timore & tremore suam salutem operentur, satis aperte libertatem arbitrij innuit, neque solum Deum esse, qui velle & perficere operatur in nobis, sed nos etiam pro nostra libertate ad hæc eadem cooperari, iuxta illud 1. ad Corinth. 15. Gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi; non ego (solum vultus) sed gratia Dei mecum. Id quod etiam vatis innuunt vehementes illæ exhortationes Pauli ad obedientiam, & ut omnes idem sapiant & dicant, nihilque per inanem gloriam faciant, & c. quas ante illa verba præmittit: nisi enim desperet quis vellet, satis aperte conficitur, Paulum ea omnia à Philippenfibus, tanquam à libero ipsorum arbitrio pendentia, efflagitare. Hæc addidi, quoniam ex illis verbis, Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere; continentur Lutherani, in nobis non esse libertatem arbitrij.

Eadem conclusio colligitur, tum ex alijs, que in confirmationem conclusionis sequentis citabimus, & ex testimonijs, quæ disputatione se habent exponemus, tum etiam ex illo Psalm. 126. Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam: ubi sub illis metaphoris auxilium divinum necessarium asseritur, tum ad ædificandum spirituale constructum, tum etiam ad illud iam constructum, ab incurfis inimicorum defendendum, superandasque occasiones, & tentationes peccatorum lethali. Unde idem propheta Psalm. 26. meritò ad Deum clamabat, Adiutor meus esto, ne derelinquat me, neque desipias me Deus salutaris meus.

Eadem conclusio definita est in Concilio Milevitano cap. 3. 4. & 5. & in Africano cap. 78. 79. & 80. & ab Innocentio, & Celestino, epi-

stolis disputatione præcedente citatis maximè cap. 6. 10. & 11. epistola Celestini. Illud circa eas admonuerim, cum adversus Pelagium & Celestium late fuerint, qui affirmabant, nos per nostrum arbitrium absque dono gratiæ posse vitare omnia peccata, & ita implere posse divina præcepta, ut vitam æternam promeremur, contrarium utriusque adversus illos in eis definiti, nempe, nos gratia indigere, tum ut vincamus tentationes, impleamusque præcepta, atque ita lethalia omnia peccata vitemus: tum etiam ut per impletionem ipsam præceptorum, atque victoriam tentationum vitam æternam promeremur. De ea itaque impletionem, quæ vitam æternam meritum continere debet, definitur illis in locis, nos non solum omnia, sed etiam nihil eorum posse efficere sine gratia, iuxta illud Christi de fructibus operibusque meritorijs, Sine me nihil potestis facere. Quare illis in locis non instituitur Patres definire, nos nihil præceptorum posse quoad substantiam actus implere, nullamque omnino tentationem posse superare absque auxilio & dono gratiæ, sed nihil profus horum absque dono gratiæ posse præstare; ita ut aliquid meriti comparatione vitæ æternæ contineat.

Eadem conclusio definita est in Concilio Tridentino sessione 6. cap. 13. illis verbis: Donum perseverantiæ in gratia aliunde haberi non potest nisi ab eo, qui potens est eum, qui stat, itatur. Et infra de pugna, quæ iustis superest cum carne, mundo, & diabolo, dicitur: In qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia. Multò apertius definita est canone 22. his verbis: Siquis dixerit, iustificatum, vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia, perseverare posse, vel cum eo non posse, anathema sit. Cum enim iustitia, gratiæ gratum faciens, non nisi per peccatum lethale amittatur, utique si iustus sine speciali auxilio Dei perseverare non potest in accepta iustitia, neque etiam perseverare poterit sine peccato lethali, atque adeo sine transgressione legis quæ sub lethali culpa obligat.

Tertia conclusio. Homo naturæ lapsæ, etiam si in gratia gratum faciente sit constitutus, absque speciali auxilio Dei, non solum non potest diu servare totam legem, quæ sub reatu lethali culpæ obligat, sed nec quicquid sæpius servandum occurrir, quod notabilem ad arbitrium prudentis discretiorem continet. Hæc aperte colligitur ex illo

Homo extra gratiam existens, licet vitare possit singula peccata lethalia, minus vires habet ad perseverandum sine non lethali peccato, quàm existens in gratia.

2. conclusio. In statu naturæ corruptæ, etiam si constitutus in gratia, non potest diu servare totam legem obligantem sub culpa lethali absque speciali auxilio Dei.

1. conclusio. Homo naturæ lapsæ, etiam si in gratia gratum faciente sit constitutus, absque speciali auxilio Dei, non potest diu servare totam legem obligantem sub culpa lethali absque speciali auxilio Dei.

legem ali  
quā parti-  
cularē.  
Cāsis  
abſque  
ſpeciali  
auxilio  
diu ſerua-  
ri non po-  
teſt.

illo Sapientia 8. Sciu quoniam aliter non possem esse conuens, nisi Deus det. Ex quo testimonio manifestum est, neque solam castitatem posse homines diu seruare absque speciali Dei auxilio, propter frequentes carnis tentationes, quibus infestissime oppugnantur, quas omnes absque speciali Dei auxilio non potest homo diu superare. Vnde Christus Matth. 19. inquit, Sunt euangeli, qui seipsos castrauerunt (per uerū scilicet castitatis) propter regnum celorum; qui potest capere, capiat: eō quod difficile admodum sit, strenuūque pugilem requirit, neque omnium sit hoc donum. Quamobrem Paulus 1. ad Corinthios 7. Volo omnes homines esse sicut meipsum, sed unusquisque propriū donum habet à Deo, alius quidem sic, alius uero sic. Dico autē non nuptis & uiduis, bonum esse illis, si sic permiserint, sicut & ego: quod si non se continēt, nubant, melius est enim nubere, quā uiri. Illud tamen circa hanc, & præcedentem conclusionem animaduertendū est, eō minus tem-

poris spatium constituendum esse, in quo toto aliquis sine speciali auxilio Dei perseverare non possit sine lethali peccato, quod tentationes & difficultates superandæ fuerint circūstantis, quæ uel ex parte hominis, uel ex parte ipsarum tentationum ac difficultatum, pugnam difficiliorem, uel minus difficilem reddant.

Quarta conclusio. Homo in statu naturæ corruptæ extra gratiam gratam facientem, neque totam legem naturalem, quæ sub culpa lethali obligat, neque partem, quæ notabilem cōtinet difficultatem, potest diu seruare absque speciali auxilio Dei, atque adeo nec potest dilectione naturali efficaciter diligere Deum super omnia absque speciali ipsius auxilio. Hæc ex duabus præcedentibus est manifesta. Si namque in gratia gratam faciente constitutus non potest illa præstare absque speciali auxilio Dei, multo minus poterit sine gratia, quæ ad legem naturalem seruandam adiuvat.

4. conclusio.

### Nonnulla scripturæ testimonia, quæ cum arbitrij libertate pugnare videbantur, ex dictis exponuntur.

#### Disputatio 18.

Arbitrij  
libertas  
à Lutheri  
uoluntate  
non  
dicatur.



Dictis duabus disputationibus præcedentibus facilis est expositio quorundam locorum scripturæ, quæ à Lutheranis contra arbitrij libertatem obijciuntur. In primis illorum uerborū Proverb. 16. Cor hominis disponit uia sua, sed Domini est dirigere gressus eius. Constitutus namque in gratia potest per suum liberum arbitrium absque alio speciali auxilio gratiæ secum stare, uel in obseruatione præceptorū diuinorum perpetuo permanere, Deumque nunquam leuialiter offendere, uel castitate seruare, aliquidue aliud difficile per longum tēpus effecere, (quod sanè confirmat, quæ disputatione 14. dicta sunt) at sine quotidiano speciali auxilio, quo Deus illi assistat, uariis que modis cum iuuando gressus illius dirigat, non poterit is, quod statuit, præstare, ad finemque uiam quam sibi constituit peruenire, ut ex conclusionibus præcedentibus dispu-

tationibus propositis est manifestum. Vnde inquit Propheta Psalm. 16. Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur uestigia mea. Et Psalm. 118. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: uiam dirigantur uia meæ ad custodiendas iustificaciones tuas: tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis, ut uel in nullo cōperiens me maiestatem tuam offendisse; multisque aliis uerbis eiusmodi diuinum auxilium implorat. Testimonium ergo illud Prouerb. 16. non enitit, sed confirmat libertatem arbitrij nostri, quam prioribus uerbis satis aperte innuit: maximè cum gressus, quos Domini est per auxilium suum dirigere, non sint gressus Dei, sed nostri per liberum nostrum arbitrium ab ipso Deo adiutum.

Illud uero Hieremias 10. Scio Domine, quia non est hominis uia eius, neque uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos; quo Lutherus contendit arbitrij libertatē de medio esse sublatam, longè

longè diuersam habet interpretationem. In persona enim Iudaici populi, qui gratia spoliatus in peccatis iacebat, postulat ibi propheta conuersionem ipsius, quam sine Dei auxilio constitur fieri non posse. Vnde ait: Scio Domine, quia non est hominis uia eius (ut scilicet solus eam aggrediatur, atque incipiat) neque uiri ut ambulet (solus uideat) & dirigat per eam gressus suos. Deinde subiungit: Corripe me Domine (ut scilicet timore tuo concussus ad te cōuertar) ueruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Non ergo testimonio illo eueritur libertas arbitrij, sed solum proficitur eo loco Hieremias, ad conuersionem impij, & ut per uiam iustitiæ incedat, necessarium esse auxilium diuinum. Quin potius eo ipso quod uia dicitur hominis, ut ambulet & dirigat gressus suos, innuitur cooperatio hominis per suum liberum arbitrium cum auxilio diuino coniunctum. Vnde Augustinus, aut quiuis alius eius operis autor, in libro scilicet paradisi, cap. 10. Ipse in nobis facit opera, non tamen omnino sine nobis; cooperatores quidem Dei sumus, sicut dicit Apostolus. Vult siquidem Deus, ut eū oremus, & ut ei aduenienti & præstolanti ad ostiū apertiamus sinum uoluntatis nostræ, & sic consentiamus. Et in illud Psalm. 78. Adiuua nos Deus salutaris noster, ait Aug. Cū adiuuari nos uult, neque ingratus est gratiæ, neque tollit liberum arbitrium. Qui enim adiuuatur, etiam per seipsum aliquid agit. Et tractatu 4. in epistolam Iohannis ait: Si dicis, adiutor meus esto, aliquid

agis. Nam si nihil agis, quomodo ille adiuuatur? Idem docet de uerbis Apostoli sermone 13. & de perfectione iustitiæ contra Cælestium.

Illud aliud testimonium Prouerbiorum 16. Homini est animam præparare, & Domini gubernare linguam; cui Lutherus etiam innititur, eandem habet cum primo testimonio explicato interpretationem. Cuius enim qui uerbo non offendit, hic (ut Iacobus cap. 3. ait) perfectus sit uir, difficilissimūque sit per longum tempus uerbo non offendere, ut ibidem Iacobus docet; utique non minus auxilium peculiare Dei, imò maius requiritur ad diu uitandas offensiones omnes que in uerbis consistunt, quam ad diu abstinendum ab omni culpa lethali: plurimos enim iustos uidere licet, quos per multos annos, imò etiam per totam uitæ spatium, nullius peccati lethalis conscientia stimulat: uix tamen unum reperies, qui uerbo non offendas, contritionemque proprij spiritus ex lingue immoderantia non expetatur. Sensus ergo illorum uerborum est, hominis esse per suum liberum arbitrium animam præparare ad moderandam linguam, secum statuendo nihil inordinatum proferre: at Domini esse ita suo auxilio eam gubernare, ut per longum tempus nihil inordinatum in sermone reperiat, quasi illud sit supra facultatem liberi arbitrij, si secundum se spectetur. ut habet tertia conclusio disputatione præcedente proposita. Testimoniū ergo illud multo aptius est ad libertatē arbitrij cōprobandā, quā ad eam impugnandā, ut de primo testimonio dictū est.

### De uiribus liberi arbitrij cum solo cōcursu generali ad non succumbendum in quocunq; temporis momento grauius tentationibus, & ad singula alia difficilia merè naturalia superanda, Disputatio 19.



Dicta sunt, non solum tribus disputationibus præcedentibus, sed etiam disputatione 14. & aliis, postulantur examen propositæ difficultatis: quam idcirco in hunc locum discutendam reliquimus, quia plenior illius intelligentia col-

latione indigebat uiribus liberi arbitrij in quocunq; temporis momento cum uiribus diuini ad legem uincendam, illis que partes temporis decursum implendas, hoc est ad perseverandum in bono naturali. Ut uero dilucidior sit plenior sit disputatione, in aliquot membra tribuenda.

In quo posita sit difficultas explicatur, & prima ea de re sententia refertur.

*Membrum 1.*



**R**IBYS disputationibus præcedentibus ostensum est, nõ esse vires in nostro arbitrio cum solo concursu Dei generali ad vincendas tentationes & difficultates, quas, vt seruetur, per longum temporis spatium, non solum tota lex naturalis, sed etiam eiusdem pars notabilem continens difficultatē, necesse est vincere. Quod verò nunc disputamus est, an interim dum iudicium rationis non absorbetur, maneat nihilominus in eodem arbitrio cum solo concursu generali Dei liberitas ad nõ consentiendum in quocunque temporis momento cuiuscunque graui tentationi, & ad superandam quancunque magnam difficultatem, quam pro seruanda in eo solo instanti lege naturali necesse sit vincere, etiam si ea de causã mors sit toleranda, ita videlicet, vt si consentiat, peccet, eò quòd secluso quocunque alio maiori auxilio in potestate ipsius, tamen nõ sine ingenti difficultate, positum sit, non transgredi tunc legē: an verò nõ maneat in eo euentu libertas, ac proinde esto sciens & prudens transgrediatur legem, non peccet, quia in potestate ipsius non est eam tunc non transgredi. Vt enim primo Retract. cap. 9. Augustinus. est autor, malũ quòd cauere non potest, peccatum non est: malum verò quòd cauere potest, peccatum est. Et in libro de duabus animabus cap. 12. Peccati inquit, reum teneri quenquam, quia non fecit, quòd facere non potuit, iunã & iniuquitatis & infantiæ est.

In partem negatē huius difficultatis, nempe non manere libertatem in eo euentu, citare quis fortè posset Gregorium Ariminensem in primo dist. 1. q. 2. art. 2. in responsione ad tertiam quandam probationem contra secundam conclusionem, vt Caietanus & alij 1. 2. q. 10. art. 3. eum citant, eò quòd eo in loco hæc sint Gregorij verba. Ad tertiam probationem dico primò, quòd non omnẽ actum volendi voluntas elicit voluntariè, id est, liberè libertate contradiccionis: quia non actum nolendi, qui sequitur expe-

rienciam alienius intensi sensibilis lætui. Vnde non puto quòd aliquis absque miraculo posset vri ab igne, & nõ dolere, & per consequens nolite nolitioe deliberata, & tali tristitia non tristari. Hæc ille. Vt tamẽ ad eundem Diui Thomę articulum dicebamus, si res rectè expendatur, nihil cum doctrina D. Thomę eo in loco (quam membro sequenti referemus) pugnat. Etenim Gregorius arbitrat, tristitiã voluntatis esse actum nolitionis, & lætitiã seu gaudium esse actum volitionis; cum tamen nõ sint nisi affectus, & motus, qui in voluntate resultant ex notitia obiecti nocui presentis aut imminētis, vel obiecti conuenientis, quòd adest aut speratur. Nomine ergo nolitionis tristitiã intelligens, ait, se credere fieri non posse sine miraculo, vt quis igne vratur, & nõ doleat, & per consequens nolit, odioque profequatur se vri; nomen eiusmodi nolitionis & odij tristitiã ipsã intelligens. Statim verò subiungit, eundem hominem manere liberum ad nolitionem deliberatam combustionis, sumpta nolitione vt ab aliis doctoribus cõsuevit sumi, ac proinde posse illã elicere, & non elicere. Quamuis autem tristitiã ex Augustino sit de iis, quæ nobis nolentibus accidunt, vnde si libertas sit ad eliciendam & non eliciendam nolitionem combustionis, sequi videtur, esse etiã libertatem ad actum tristitiæ, qui nolitionem consequitur: nihilominus vt Scotus in 3. d. 15. q. vnica, artic. 1. rectè ait, vt in voluntate resultet tristitiã, necessaria non est nolitiõ absoluta, sed satis est nolentia, conditionatæ voluntas, qua is, qui tristatur, id est, vnde tristatur, velle non esse, nisi vel ad consequendã beatitudinẽ, vel ad quemcunque alium finem, quẽ sibi proponeret voluntas, esset necessitiã, vt in proniciencia merces in mare est manifestum, qui cũ proiectionem velit voluntate absoluta, de ea tamẽ tristatur, quatenus eandem nollet. Si ad vitam tuendã non esset necessaria. Quia vt tristitiã in voluntate resultet, satis est apprehensio presentis obiecti disconuenientis in se, quãuis alia ratione conueniens iudicetur, voluntasque illud per absolutã volitiõnẽ appetatur.

*Ad tristitiã satis est nolentia eius qui vnde tristatur.*

Maiori

Maiori cum probabilitate citari potest huius sententia auctor Andreas à Vega de iustificatione & gratia q. 12. & sequentibus, vbi affirmat, vires liberi arbitrij in statu nature corrupte cum solo concursu Dei generali neque ad difficiles tentationes superandas se extendere, neque ad præstandum quocunque aliud opus moraliter bonum, quòd difficultatem contineat. Adhibet exempla, vt si profiteda sit aliqua religio, si magna aliqua à cibo abstinentia persevereda, si copiosa elemosyna largienda; aut quid aliud simile, vel difficilius sit faciendum. Viros verò liberi arbitrij cum concursu Dei generali solum sufficentes esse ait ad superandas eas tẽtationes, easque actiones studiosas præstandas, quæ nullius aut perexiguæ sunt difficultatis, cuiusmodi, inquit, sunt, comedere, bibere, dormire, orare, facere opera feruilia, reddere vxori debitum, decenter nos induere, & similia. Vtrum autem si occurrente difficili aliqua tentatione, aut laboriosa alia obseruatione præcepti obligantis sub culpa lethali, Deus relinqueret liberum arbitrium consentiendo tentationi, & transgrediendo præceptum peccare? Vega in quadam questione sequenti partẽ negantem innuere videtur, ex capite impotentis tunc adimplendum tale præceptum, esto sufficiens cognitio esset in intellectu, neque ex capite ignorantis ea transgressio excusaretur à culpa. In eadem sententia videtur esse aperte Bartholomæus Medina, non solum dum, loco disputatione 14. citato, affirmat, peccatorem cum solo concursu Dei generali, etiam si nulla tentatio, nulla que peccandi occasio occurrat, nõ posse

elicere actum absolutum naturalis dilectionis Dei super omnia, propostumque absolutum non transgrediendi præcepta legis naturalis sub culpa lethali obligantis, tamen si possit velle tentationem quandam elicere, sed multò magis prima secundæ q. 15. art. 3. vbi à doctrina, qua D. Thomas eo loco asserit, passionem, quantumcunque accrescat, interim dum iudicium rationis non absorbet necessarium non posse voluntatem ad consensum, excipit ipse, nisi tentatio sit vehemens, liberumque arbitrium cũ solo generali Dei concursu relinquatur: tunc enim necessitate illam arbitrat, & consequenter dicere tenetur non peccare, esto illi consentiat.

Ex auctoribus, quos hactenus legi, nõ recordor alium, qui in hac sit sententia. Nec possum non vehementer mirari, Andream à Vega non solum asseuerare eam esse communem in scholis, sed etiam auctores illius citare, Magistrum, D. Thomam, Durandum, Scotũ, & Gabrielem: cum tamẽ in locis, in quibus ab eo citantur, nihil tale asserunt, apertissimumque sit D. Thomam in contraria esse sententia, vt membro sequenti erit manifestum. Durandum verò, Scotum, & Gabrielem vsque adeo in oppositam partem inclinare, vt ipsam met hæresim Pelagianam, absque vlla pro ratione illorum temporum culpa, sequi videantur, dũ in secundo dist. 28. vbi à Vega citantur, asserunt, hominem nature lapsẽ suis viribus naturalibus absque auxilio gratiæ seruare posse præcepta omnia, continereque se nõ solum à singulis, sed etiam ab omnibus lethalibus peccatis ad longum tempus, quamuis difficili negotio id possit efficere.

Secunda de eadem re sententia refertur.

*Membrum 2.*



**P**ARTEM affirmantem propostæ difficultatis, nempe orta quacunque graui tẽtatione aut difficultate, quæ humanã solliciter ac inclinet voluntatẽ ad præcepti transgressiõnẽ, manere in homine nature lapsi cũ solo concursu generali Dei libertatem, interim dum rationis iudicium

non absorbetur, ad non transgrediendũ in quocunque temporis momento tale præceptum, ac proinde peccare, si illud transgrediatur, sequitur aperte & sine vlla obsecuntate, in primis D. Thomas, & cum eo Caietanus prima secundæ quest. 10. art. 2. & 3. Disputans namque Diuus Thomas, in ea questione de voluntate in suis solis viribus naturalibus cum solo concursu Dei

generali absque alio auxilio spectata, ar. 2. docet, à nullo omnino obiecto necessitari posse quoad actus exercitium, sed semper manere liberam, vt eliciat, nec non eliciat actum. Loquitur verò in hac vita, si quidem de ea in suis viribus spectata est illi in eo articulo sermo. Articulo vero recto docet à nulla omnino passione, atq; adeo nec à ratione mortis imminenti posse necessitati, interim dum iudicium rationis omnino non absorbetur. Quoniam passio mouet allicite voluntatem, etiam obiectum, per notitiam intellectus que de illa habetur, & de obiecto quod illa concipit, quandoquidè nihil corporeum potest immutare mouere voluntatem, sed solum per notitiam intellectus: at verò nullum obiectum cognitum, vt præcedente ar. ostenditur, potest in hac vita necessitate voluntate, interim dum iudicium non ita obtenebratur perturbacione phantasiae, vt omnino absorbeat: quamdiu enim in intellectu iudicium aliqua ex parte liberum manet, tãdiu in voluntate sua innata libertas perseuerat. Vnde ibidem in responsione ad secundum. Aliquando, inquit D. Thomas, & si ratio obnubilatur à passione, manet tamen aliquid rationis liberum, & secundum hoc potest aliquis, vel totaliter passionem repellere, vel saltem se continere ne passionem sequatur.

Et Caietanus eodem ar. 3. præter alia ait Circa tertij articuli doctrinam aduerte, quod inde habes, quam liberum sit, tam in delectabilibus, quam in contrariis secundum actum, velle & nolle. Passiones enim huiusmodi, aut totaliter absorberent rationem, & sic nihil voluntatis restat, aut aliquid eius relinquunt, & sic libertatis tantundem dimitunt. Et quanuis tunc propter dispositionem subiecti voluntas maxime inclinatur ad actum consonum appetitui sensitiuo, quia tamè libera restat, miraculo non est opus ad nō eliciendum eiusmodi actum, vt Gregorius de Rimini in primo sent. dist. 1. q. 2. ait, quare, hæc tenet Caietanus. Neque credo in contraria esse sententia sectatores reliquos D. Thomæ, si Medicam excipias.

Eandem sententiam sequitur idem D. Thomas eodem primo secunde q. 109. ar. 8. & 9. dum docet hominem in statu nature lapsæ suis viribus naturalibus vitare posse singula lethalia præcepta quemadmodum in statu præceptum quicquidque legis naturalis in præteritis circumstantiis longum manens vitare non posse peccata omnia lethalia. Quæ verba affectu expendit

Scotus 1. de natura & gratia cap. 22. conclusione 4. & 5. ad probandam sententiam, quam Diuum Thomam sequi affirmamus.

Anselmus quoque doctrinæ Augustini sectator magnus, in eadem absque vilo dubio est sententia, in libro de libero arbitrio c. 6. 7. 9. & 10. Et in libro de cõcordia prædictarum prædestinationis & gratia: cum libero arbitrio cap. 1. Quibus in locis docet, dum iudicium rationis nō absorbetur, nullam passionem quantumvis vehementem, nullamque difficultatem auferre posse libertatem voluntatis ad nō consentiendum, illiue necessitatem inferre, eaque de causa, in quocumque temporis momento consentiat præcepti transgressioni, peccare. Adhibere quoque exemplum in eo, cui mors immineret, nisi cõsenteret mendacio, docet: impotentiam ad resistendum tentationi, quam, quò grauior est tentatio, eò maiorem in nobis experimur, non esse aliud, quàm difficultatem perseuerandi in rectitudine: difficultatem vero, quantumvis ea accrescat, non auferre à voluntate potestatem perseuerandi in rectitudine, sed semper manere liberum, vt, si velit, non succumbat. Nescio quid aperiuis dici potuit & conuenientius cum cõmuni illo Theologorum pronuntiato; Infra Deum clarè visum, propter obiecti infinitatem, nihil omnino necessitate posse voluntatem quoad actus exercitium.

Præter Durandum, Scotum, & Gabrielem (quos, vt membro præcedente relatum est, negare nemo potest esse in hac sententia, maxime cum Scotus in primo d. 1. q. 4. & in quarto d. 49. q. 9. assereret, neque Deum clarè visum necessitatem afferre posse voluntati quoad actus exercitium) in eadem sententia est Scotus primo de natura & gratia cap. 32. conclusione 2. quo loco affirmat: hominem nature lapsæ posse implere quodcumque genus præcepti quoad substantiam, non tamen posse implere omnia, id est, non posse distare, quin decidat, nisi Deus peculiare ferat auxilium. Hæc ille. Et sub finem capituli coroll. 2. & 3. ait, Nullum prorsus actum vniui singularem esse in viro iusto, cui humilis, quoad substantiam actus non possit esse in eo, qui caret gratia. Ex antecedentibus verò & sequentibus constat, cum intelligendum esse de homine ex suis naturalibus absque speciali Dei ope spectato. Ad id deinde, saltem omnino amorem Dei in se experiri hominem infidelium & hæreticum quoad

*Impotentia ad resistendum tentationibus vobis membris qualis est Anselmi sententia*

substantiam actus, qualem experitur Catholicus, eodemque seruire & conatu mortem oppetere pro sua religione, tamen falsam, ac Catholicam. Atque hinc colligit, neminem in hac vita sine speciali priuilegio certum esse posse, se esse in gratia. Et conclusione 4. & 5. cum D. Thomas prima secundæ q. 109. ar. 8. & 9. affirmat, hominem in statu nature lapsæ ex suis viribus naturalibus vitare posse singula peccata lethalia, quemadmodum seruare præceptum quocumque in quocumque euentu, non verò posse ad longum tempus omnia seruare.

In eadem quoque sententia est Ruardus Tappet in art. de libero arbitrio, fol. 316. vbi ait, quædam esse quæ suapte natura superant liberi arbitrij facultatem, eò quod ordinis sint impernaturalis, cuiusmodi sunt cõuersio impij, credere, sperare & diligere, vt oportet ad salutem: atque hæc neque vniuersum, neque sigillatim à libero arbitrio sine ope speciali Dei fieri posse. Quare si Deus quippiam horum imperaret, ne tamè suppeditaret auxilium, nō peccaret homo talia præcepta non implendo; eò quod nemo peccet non præstando id, quod omnino præstare non potest. Alia verò esse, quæ ex suo genere & natura non superant vires liberi arbitrij, est tamen debile acque infirmum ad ea efficienda, qualia sunt omnia illa, ad que iure merè naturali attingitur, atque horum singula posse ex suis viribus præstare, eò quod nulla passio, nulla mortis formido possit voluntati nostræ inducere necessitatem, ita vt in nostra potestate non maneat velle & nolle, quandiu non absorbetur, sed liberum manet mentis iudicium. Quare necessitas peccandi, quæ ex nostra est infirmitate, est incurabilis quoad vniuersa que præcipiuntur collectiue sumpta, nō verò quoad singula. Hæc Ruardus.

Eiusdem sententiæ auctorem citat Ruardus Augustinum q. 24. super Numeros, & de spiritu & litera cap. 31. quibus in locis eam innuit: sed longè aperiuis sequentibus affirmat. De prædestinatione & gratia cap. 9. auctor illius libri ait: Liberum quod à Deo habemus arbitrium, pronò ad nequitiam lapsu fuit: & cum ad virtutis indolem, Dei auxilio decerente, nihil possit, ad genus omne peccati idoneum solum virtute subsistit. Quibus verbis aperte docet, liberum arbitrium suis viribus relictum incidere posse in genus omne peccati, ita vt verè peccet consentiendo: quod auctores contrariæ sententiæ negant,

quando grauis tentatio, aut difficultas occurrit ad præceptum implendum. Et 12. de ciuitate Dei, Si lex, inquit, iubet adit, & spiritus iuans desit, per ipsam prohibitionem desiderio crescente, atque vincente, peccati etiam reatus præuacionis accedit. Vbi crescente & vincente passione affirmat, liberum arbitrium suis solis viribus relictum in culpam veram & peccatum incidere: quod auctores contrariæ sententiæ negant, quando passio est grauis, & vel mediocriter difficilis. Et contra duas Epistolæ Pelagij cap. 5. Peccato, inquit, Adæ liberum arbitrium de hominū natura periisse non dicimus, sed ad peccandum valere in hominibus subditis diabolo: ad bene autem picque viuendum non valere, nisi ipsa voluntas hominis Dei gratia fuerit liberata, & ad omne bonum adionis, sermonis & cogitationis adiuta. Ecce, vt actio mala ad culpam, verumque peccatum homini nature lapsæ imputetur, nullum profecto auxilium Dei particulare præxiigit Augustinus, sed satis arbitrarè cõcursum generalem, quo eandem elicere potest actio, eò facilius & promptius, quò maiori passione accitacione ad id incitatur & sollicitatur: vt verò bene picque viuatur, atque adeo ad vitam æternam viuatur accommodare, gratia Dei indigere assueuerat.

Fortè quis inde sibi persuadebit Augustinum in contraria fuisse sententia, quod Hypog. lib. 3. c. 4. auctor eius libri dicat: Esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum, quæ ad Deum pertinent, sine Deo aut inchoare, aut certe peragere, sed tantum in operibus vite presentis, tam bonis, quam etiam malis. Bonis dico, quæ de bono nature oriuntur, id est, velle laborare in agro, velle manducare & bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare domum, vxorè velle ducere, pecora nutrire, artem dicere diuersarum rerum bonarum, velle quocumque bonum ad presentem pertinet vitam, quæ omnia non sine gubernaculo diuino subsistunt, imò ex ipso & per ipsum sunt, vel esse ceperunt. Malis verò dico, vt est velle idololatre, velle homicidium, &c. Ecce, inter opera bona, quæ liberum arbitrium suis viribus potest, solum computauit Augustinus (dicit aliquis) quæ nullam aut penè nullam continent difficultatem.

Hoc tamè testimoniū sufficiens profecto ad id

non est. In primis, quoniam tum ex proximè dictis, tum etiam ex iis, quæ quinta & sexta disputatione dicta sunt, constat, Augustinum docuisse contrarium. Deinde quoniam auctor illius libris illis eodem capite præfatur, primū parentem per peccatum amisisse libertatem ad bonum hæc verbis: Per velle bonum, rectè perdidit posse bonum, qui per posse bonum potuit vincere velle malum. & infra: Per peccatum ergo liberum arbitrium hominis possibilitatis bonum perdidit, non nomen & rationem, liberi videlicet arbitrij. Et continuo subiunxit verba testimonij relati. Ut autem disputatione 6. & 15. dictum est, laiusque disputatione 22. est ostendendum, Augustinus nomine boni, ad quod amissam docet possibilitatem per peccatum instaurari verò per Christum, non intelligit bonum morale merè naturale in se, siue facile siue difficile id fiat, sed scripturarum sanctarum more, atque vt Theologus, intelligit bonum supernaturale ad finem conducens supernaturalem, atque adeò illi in suo ordine & gradu commenturatum. Atque hoc est bonū quod in testimonio relato dicitur ad Deum pertinere, doceturque idoneum non esse liberum nostrum arbitrium siue Deo ad id inchoandū, ut peragendum. Illud verò aliud bonum appellatur bonum operum vitæ præsentis, hoc est, non transcendens finem hominis naturalem. Licet autem in eo testimonio exemplum adhibeatur in quibusdam operibus bonis facilioribus, non proinde negatur possibilitas ad alia merè naturalia difficiliora, quin comprehenduntur illis verbis post exempla subiunctis, velle quicquid bonum ad præsentem pertinet vitam, id est, finem naturalem non transcendit. Ac sanè sicut difficiliora bona moralia, si in caritate fiunt, pertinent ad Deum, finemque supernaturalem promerendum, secus autem si fiant extra caritatem: sic faciliora bona quæ in eo testimonio commemorantur, ad Deum, finemque supernaturalem promerendum pertinent, si similiter fiant in caritate: quare non est, quod hæc potius, quam illa, à numero bonorum, quæ in eodem testimonio ad Deum pertinere dicuntur, excludantur. Denique petam, vel nomine boni ad Deum pertinentis, de quo in eo testimonio est sermo, & ad quod docetur amissam esse libertatem per peccatum primorum parentum, intelligitur etiam bonum morale merè naturale, vel non, sed solum su-

pernaturale fini supernaturali commensuratum. Si detur primum, incidit in opinionem Gregorij Ariminensis communiter reprobata, nullum videlicet opus bonū morale merè naturale fieri posse sine speciali auxilio Dei. Præterea posterior pars testimonij, quæ docet nos absque peccato posse sine speciali auxilio Dei velle ducere uxorem, & comedere, pugnat cum priori: quandoquidem hæc duo, quando sine peccato eliguntur, opera sunt bona moraliter virtutum castitatis coniugalis, & temperantiæ, ad quæ proinde esset amissa libertas, atque adeò fieri non possent sine speciali auxilio Dei. Si verò des secundum, sequitur intentum, nempe nullum bonum morale merè naturale, siue facile id sit, siue difficile, esse de numero bonorum ad quæ in eo testimonio docetur amissam esse libertatem per peccatum primorum parentum, fierique proinde non posse absque speciali auxilio Dei: sed esse de numero bonorum præsentis vitæ, hoc est, quæ finem naturalem præsentis vitæ non transcendunt, de quibus sermo est in secunda parte testimonij. His omnibus adde, certum non esse auctorem librorum Hypognosticon esse Augustinū. Quare negandum non est Augustinū eius fuisse sententiam, quæ illi tribuimus.

Eandem sententiam innuit apertè Hieronymus sub finem libri tertij dialogorum aduersus Pelagianos, vbi sub persona Attici dicit Critobulo, qui Pelagij personam agit: Hoc est, quod tibi à principio dixerā, in nostra esse positū potestate, vel peccare, vel nō peccare, & vel ad bonū, vel ad malum extendere manum, vt liberum seruetur arbitrium, sed hoc pro modo, & tēpore, & conditione fragilitatis humanæ, perpetuitatem autem impeccantiæ soli reseruari Deo, & ei, qui verbum caro factus, carnis detrimenta & peccata non pertulit. Neque quia ad breue possum, coges me, vt possim iugiter. Possum ieiunare, vigilare, ambulare, legere, psallere, sedere, dormire, nunquid in perpetuum? Hæc Hieronymus. Quibus apertè docet, libertatem esse in nostro arbitrio in se ipso spectato ad singulos peccati actus vitandos, eaque ratione, dum eos non vitat, verè peccare, in culpamque propriè sumptam incidere, & supplicio esse dignum: impotentiam verò solam esse ad perseverandum sine peccato, quam satis dilucidè Anselmus verbis supra relatis explicauit. Inauditumque esse arbitror apud antiquos patres contrarium: quin om-

nes

nes existimasse, idem omnino impotentia genus esse in hominibus naturæ lapsæ: spectatis in solis suis naturalibus, ad vitandum peccata lethalia, superandasque proinde tērationes, & difficultates, ac ad ea vitanda necesse est superare, cum eo impotentia genere ad vitanda peccata venialia, quod est in omnibus fidelibus adultis, infra Dominam nostram, cum auxiliis omnibus, quæ Deus re ipsa illis tribuit, paratissime est ex sua parte illis cōferre. Hanc verò nullus dubitat esse impotentiam ad vitanda omnia, perseverandumque sine peccato veniali: non verò ad vitanda singula, est Deus statuenti maiora auxilia non tribuere, ac proinde, dum singula non vitantur, verè peccati venialiter, eò quod in facultate arbitrij sit vitare eorum vnumquodque. Auctores autem opinionis membro præcedente relaxe volunt, dum graues tērationes, aut difficultates sese offerrent hominibus natura-

lapsæ: spectatis in solis suis naturalibus, esse aliud genus impotentia: ad vitanda etiam peccata lethalia, quia nullum eorum in singulari possent vitare, ac proinde transgrediendo ita præcepta non peccant.

Auctores huius sententiæ consequenter affirmant, nullum esse in singulari opus bonum morale merè naturale, quod homo naturæ lapsæ cum solo concursu Dei generali non possit efficere, id quod Sotus & Ruardus expressè asserunt. Etenim si difficillimum, quale est mortem subire ne mendacium proferat, Anselmi sententia potest præstare, maiori cum ratione poterit cetera efficere, in quibus minor longè est difficultas, atque adeò in absentia occasionū & tērationum poterit elicere absolutum propositum non peccandi deinceps lethaliter, quod disputatione 14. in hunc locum examinandum reliquimus.

### Quæ militent aduersus priorem sententiam, posterioremque confirment. *Membrum 3.*

*Primum aduersus priorem sententiæ argumentū.*



MEMBRO sequenti profereamus in medium rationes, quæ pro priori sententia aduersus secundam militant: nunc eas, quæ posterioris confirmatione priorem oppugnant, videamus. Et prima quidē ratio desumi potest ab auctoritate Augustini, Hieronymi, Anselmi, ac D. Thomæ, tam apertè asserentium posteriorem sententiam, quam sunt expressa eorum verba, quæ membro præcedente citauimus.

*Secundū.*

Secunda, quoniam si prima sententia vera est, admittenda foret, causas secundas concitantes vehementes passionēs, aut notabiles efficientes difficultates, passionē siue ipsas ac difficultates auferre à voluntate innatam suam libertatem, non absorpto iudicio rationis, eamque, nisi auxilio peculiari supernaturaliter communicatur, necessitate ad actus exercitium, contra commune Theologorum pronuntiatum, quo affirmant, nihil, infra Deum clarè visum propter sui infinitatem, posse quoad actus exercitium necessitate afferre voluntati.

*Tertium.*

Tertia, quoniam liberum arbitrium, vt dispu-

tatione tertia est ostensum, easdem protius vires habet in statu naturæ lapsæ, quas habuisset, si homo esset conditus in statu merè naturali ad finem solum naturalem, Deusque statueret nullum particulare auxilium illi conferre: denique easdem vires habet, quas haberet, si Deus taleni illum condidisset, qualemq; Philosophi naturales esse crediderūt, qualemq; sola naturalis & moralis philosophia cōsiderat: quis autem sibi persuadeat, hominem à sapientissimo artifice in eo statu eformatum eiusmodi futurum fuisse suapte nauata, vt quoties impure alicuius voluptatis, aut cædis, aut rapinæ, vel cuiusvis alterius flagitij opportuna occasio incidisset, eo ipso quod vehemens passio incitaretur, aut insignis difficultas in colubendo voluntaris consensu intringeret, ne ad breuissimum quidem punctum tēporis posset eiusmodi homo in rationis presidio consistere, atque adeò voluntatis cōsensum inhibendo non peccare, dum scilicet mendæ iudicium perturbatione non absorberetur, quin videret potius propositum facinus naturali lege esse prohibendum, atque ita desorire, vt mors prius oppetenda sit, quam ipsum à viro bono, ac ratio-

ac rationis lamen sequente perpetuandum: Profecto indignum est tale quippiam de sapientissimo rerum omnium conditore existimare: contrariumque docuit Aristoteles. Ethicorū cap. 1. dicitur naturalis lumine, nempe illum morte etiam imminente continere posse, atque ad prohibendam voluntatis consentum obligari, eaque ratione si conueniat peccate, idemque suadent, tam experientia ipsa liberi arbitrii cuiusque notitiam in similibus creaturis, tum etiam exempla multorum infidelium, qui pro bono honesto mortem subierunt, gravissimasque alias difficultates exantillarunt: quos tamen credendum nō est auxilio supernaturali ad ea fuisse adiutos.

Confirmari potest hæc tertia ratio, quoniam continere consentum in similibus creaturis singularis, vel elicere contrarium dissentium, sunt vere naturalia in se, & propria libero arbitrio, ut potest ad que collata est homini ea facultas, non minus quam vilius ad videndum, auditus ad audiendum, & intellectus ad intelligendum: quin ad continendum consentum non est necesse ut liberum arbitrium, actum eliciat ad quem proinde concursu Dei generali, ne dum particulari, indigeat, sed satis est si se habeat merè negativè, neque cōsentum, neque dissentium eliciendo: ergo sicut uniuersum nulli ceterarum facultatum denegatur singuli actus cuique proprii sine peculiari concursu Dei, ita neque horum vnumquodque denegari libero arbitrio debet: qui verò negandum censet, ipse est qui firmissima ratione teneat id probare, neque aliter est audiendus.

Quarta, quoniam si insurgente vehemēti passione non esset libertas in voluntate ad continendum consentum, sed necessariò illum eliceret, sequeretur in homine in partibus naturalibus constituto, suisque viribus cum solo concursu Dei generali perinde ac carceris carnis naturalibus relictis, parcat superiorem uō dōinari inferiori, nisi quādo leues essent motus inferioris, quin potius inferiorē dominari superiori, illa necessitudo ad consentum iuxta inferioris motum & passionem, id verò neque cum lumine naturali & experientia, neque cum scripturis sanctis cohereret, que & appetitum inferiorē subdī superiori docent, & hominem in suis naturalibus spectatū, carnis ad imaginē & similitudinem Dei factum esse affirmant, quatenus libero est præditus arbitrio, ac dominus suarum actionum.

Quinta, quia ex contraria opinione sequitur, condito homine in eo statu naturæ quem ratione tertia explicauimus, si ipse cum solo auxilio generali nullā peccandi grauiorē occasione declinare posset, neque voluntatis coercere cōsentum, fore, ut non peccaret, licet omnia facinorosa, oblati eiusmodi occasionibus, admitteret, & ex consequenti non esse dignam poenā, neque à Reipublica moderatissimum iusto supplicio affici posse: nam ubi culpa non adest, iusta poenā intelligi non potest. Hæc autem quis non videat longè à ratione, ac naturalis luminis norma exorbitare?

Sexta, quòd dum auctores priorū sententiæ arbitrantur, se ea extollere mysterium redemptionis, donumque gratiæ Christi, certè vtrumque quàm maximè deprimum ac extenuat, Etenim data corū sententiā, dicendū esset, post lapsum primorū parentū, si Deus nō statuisset cōferre generi humano redemptorem, sed relinquere illud perinde atque res ceteras in suis viribus naturalibus cū solo concursu generali, nullam transgressionem præcepti, siue illud sub veniali, siue sub lethali culpa obligaret, habiturā fuisse rationē culpæ atque peccati, eo ipso quòd contraria præcepti obseruatio vel ex vehemētia passionis, vel aliunde notabilem contineret difficultatem, sed eas solas, quantum contrariæ obseruationes essent admodum faciles: hoc autem dato, quis non videat in primis sequi, longè pauciores culpas futuras fuisse in genere humano, quàm si per Christum non fuisset redimendum, atque adeò si Christi meritis à lapsu primorum parentum non fuissent illi auxilia particularia præstita: quandoquidem præceptorum transgressionem, quantum contrariæ obseruationes notabilem contineret difficultatem, habituræ non fuissent tunc rationem culpæ. Quis item nō videat sequi deinde, ab illis culpis, sicut tunc futuræ non erāt, ita neque simpliciter hominē fuisse redimendum, imò neque redemptore ad easdem indignis, sed solum ex hypothesi, quòd redemptor esset illi conferendus, cuius occasione ille futuræ, multiplicadæque erāt? Quis præterea non videat tertio sequi nō solum genus humanum à longè paucioribus peccatis & miseris fuisse liberandum per Christum, quàm re ipsa sit liberatum; sed etiam auxilia particularia, que per Christum generi humano ad præcepta implenda cōferuntur, occasionem esse longè maioris misericordie.

miseria, & multò plurium peccatorum, tam fidelibus, qui in peccatorum fordibus iacent, quàm infidelibus, iis præcipue, qui inuincibiliter Christum ignorant: Etenim iuxta sententiam quam impugnamus, si eiusmodi auxilia per Christum, interim dum in sordē peccati lethali iacent, illis non impenderentur; transgressionem præceptorum, quantum cōtraria obseruationes vel mediocrem cōtinerent difficultatem, non imputarentur illis ad culpā & poenam; facile verò se continerent dum obseruationes non essent cū notabili difficultate coniunctæ: cum tamen alia ex parte, interim dum infidelitatis, aut cuiusvis alterius lethali peccati sordē infecti manent, obseruationes præceptorum, etiam ex particulari Dei auxilio elicitæ, neque ad præmium, neque ad vllam satisfactionem eis proficiant. Hæc autem omnia quis non intelligat, gratiæ Christi, redemptionisque mysterio multum derogare, valdeque vtrūque deprimere atque extenuare? Quis autem dicere audeat, particularia auxilia ad præcepta implenda, vel per Christum non conferri generi humano, vel conferenda fuisse, esto Christus in redemptorem non esset collatus, quasi aliunde, quàm per Christum, obuentura fuissent generi humano: Id enim neque auctores sententiæ, quam impugnamus, intendunt, neque tuto potest affirmari, ut ex iis, que de prædestinatione inferius dicemus, facile colligeretur.

Septima, quoniam admissa sententiā, quā op-pugnamus, concedendum esset, si futurus non fuisset redemptor, auxiliaque particularia generi humano non forent conferenda, homines naturæ lapsæ cum solo concursu Dei generali potuissent in eo statu continere se diu à noua culpa lethali, cum tamen, ut disputatione 17. ostensum est, de fide sit, etiam si in gratia gratum faciente sint constituti, non posse modò diu perseverare sine culpa lethali absque speciali auxilio Dei: id verò satis profectò videtur absurdum. Quòd autē esset concedendum, ex eo probatur quia materia lethaliū peccatorum non est adeò frequens, ut venialium: quando autem occurreret obseruatio præcepti obligantis sub culpa lethali, que admodum esset facilis, & de eorum numero, quas solas doctores cōtrariæ opinionis dicunt posse homines naturæ lapsæ implere cum solo concursu Dei generali, minimo negotio præceptum implerent: quando autem

aliqua, vel mediocriter difficilis, se offerret, vāc-grediendo præceptum, ut dicunt, non peccarent, impotentia illos à culpa tunc excusaret: ergo diu perseverare posse ab eis, noua culpa lethali.

Octava, quoniam sequeretur, fideles modò in gratia gratū faciente constitutos posse sine speciali auxilio Dei perseverare diu sine culpa lethali, atque adeò in gratia & iustitia accepta, cōtra definitionē Concilii Tridentini scilicet. 6. can. 22. Etenim quis corum, dum facilis occurreret obseruatio præcepti obligantis sub culpa lethali de eorum numero, quas solas auctores cōtrariæ sententiæ affirmant, seruari posse cum solo concursu Dei generali, utique ne intentū incurreret æternum (ut fides eū docet, ipseque sibi incurrit) propter quodcumque lethale peccatum persuaderet) facile seruare præceptum, abstinereque à culpa lethali: dum verò aliquantulum difficilis obseruatio occurreret, non peccaret transgrediendo præceptum, nisi peculiari ope adiuuaretur: ergo sine peculiari auxilio Dei posse perseverare sine peccato lethali, atque adeò in gratia & iustitia accepta.

Postrema fit. Habitus gratiæ gratum facientis & caritatis, licet suo concursu opera, que ex ipso elicimus, efficiat supernaturalia, vitæque æternæ meritoria; sanè solo suo momento & inclinatione non ita sensibilibiter nos iuuat, quin ad vitia propensius inchnati que maneamus. Vnde si Deus faciē suam à nobis auertat, ceteraque particularia sua auxilia à nobis auferat, ferè tam facile conturbamur, & tam debiles ac expositi ad succumbendum tentationibus labendumque in peccata remanemus, ac si in gratia gratum faciente non essemus constituti. Atque hinc est, quòd etiam iustus egreat auxiliis particularibus, ut se à peccatis cōtineat, sicut indiget is, qui gratia gratum faciente caret. Hoc ita constituto, in hunc modum conficio argumentum: In statu naturæ lapsæ eiusdem rationis est impotentia, quæ est in homine iusto ad seruandum præcepta omnia obligantia sub culpa lethali, & ad non succumbendum tentationibus, cum ea, que in eodē statu est in iis qui extra gratiā sunt Dei, & cum ea que esset in homine, si in parte naturalibus fuisset conditus: sed impotentia illa sine speciali auxilio Dei, quæ est in homine iusto, coniuncta est eā potentia ad ita seruandum singula præcepta & non succumbendum in quocumque teporis momento tentationibus occurrentibus.

Ostendit.

Notum.

vt, si præcepti transgrediatur, verè peccet, eaque ratione gratiam & iustitiam acceptam amittat: ergo vniuersum homo nature lapsæ ita impotens est sine speciali auxilio Dei ad diu seruanda præcepta obligantia sub culpa lethali, & resistendum tentationibus, quibus necesse ad id est resistere, vt nihilominus cum solo concursu Dei generali possit in quocunque temporis momento seruare præcepta, quæ sub culpa lethali seruanda occurrerent, & non consentire tentationibus quibuslibet tunc occurrentibus. Maior ex iis, quæ præmissimus, est perspicua: minor verò aperte colligitur ex illa definitione Concilij Trident. sess. 6. can. 22. Siquis dixerit iustitiam vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse, aut eum eo non posse, anathema sit. Et enim de iustificato definitur, sine speciali auxilio Dei, atque adeo cum solo generali concursu, esse in eo impotenti ad perseuerandum in accepta iustitia & gratia: cum verò non desinat perseuerare in gratia, nisi per transgressionem præcepti obligantis sub culpa lethali, impotens per consequens definitur ad diu seruanda præcepta omnia, quæ obligant sub culpa lethali: & cum

nulla præcepti transgressionem lethaliter peccet, & amittat iustitiam, nisi in quo instanti tale præceptum transgreditur, potens sit illud non transgredi, atque adeo non solum materialiter, sed etiam formaliter culpam lethalem committat; vtique definitur, cum impotentia, quam sine particulari auxilio cum solo generali concursu habet ad seruandum diu præcepta omnia obligantia sub culpa lethali, coniunctam habere potentiam cum solo concursu generali ad non transgrediendum præceptum, in quo instanti, & cum occasionibus & tentationibus cum quibus illud transgredietur. Quod sit, vt impotentia, de qua ibi loquitur Concilium ad vitanda peccata lethalia, seruandaque proinde cum solo concursu generali præcepta obligantia sub culpa lethali, sit persimilis ei, quæ est in omnibus iustis, infra Dei matrem, ad vitanda venialia peccata: est enim ad vitanda omnia, non verò ad vitanda singula, quibuscunque existentibus occasionibus & tentationibus. Quomodo autem impotentia ad omnia coherere & consentiat cum potentia ad singula vitanda siue venialia siue lethalia peccata, explicabitur disputatione sequenti.

## Rationes pro priori sententia aduersus posteriorem.

### Membrum 4.

*Primum argumentum aduersus posteriorem sententiam.*

**I**N confirmationem verò prioris sententia obicitur potest contra secundam, in primis Augustinus Epist. 106. ad Paulinū, vbi inter obiecta Pelagio in Concilio quodam Palestino, quæ nisi Pelagius ipse propria confessione anathematizasset, ipse ab eodem Concilio fuisset anathematizatus, illud communerat. Gratiam Dei, atque adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege, & doctrina. Illud præterea refert, victoriam nostram non esse Dei adiutorio esse, sed ex libero arbitrio. Ex quorum damnatione & retractatione inferit viceris Augustinus vniuersumque fidelem teneri fateri, quando contra tentationes, concupiscentiasque illicitas dimicamus, quamuis & illic habeamus propriam voluntatem, non tamen ex illa, sed ex ad-

diutorio Dei nostram provenire victoriam.

Secundò obicitur aliquis Innocentium primum in Epistola ad Concilium Carthaginense, vbi ait: Pares nos ad resistendum, non liberum arbitrium, sed Dei solius potest facere auxilium. Et in epistola ad Concilium Mileuitanum: In omnibus, inquit, diuinis paginis voluntati liberè non nisi adiutorium Dei legimus esse necessarium, eamque nihil posse cœlestibus præfidiis destitutam. Afferret etiam Celestinum primum Epist. 1. vbi inter alia cap. 6. desinit: Neminem, etiam baptismatis gratia renouari, idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianū Dei adiutorium perseuerantiam bonæ conversationis acceperit. Et cap. 7. ait: Nemo, nisi per gratiam, bene vitatur libero arbitrio.

Tertiò obicitur illud Pauli primæ ad Cor. 10. Tertium.

Fidelis Deus, qui non potest vos tentari supra id quod potestis: ergo aliqua sunt tentationes graues, quas homines viribus suis superare non possunt. Item illud secundæ ad Corinth. 1. Non volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus, supra virtutem, ita vt traderet nos etiam viuere: ergo tentationes graues sunt supra virtutem & vires liberi arbitrij.

Quartò, obicitur, si vera esset posterior sententia, si queretur aliquè absque speciali auxilio Dei posse esse martyrem; consequens autè est falsum, eò quòd martyrium esse non possit sine gratia gratiam faciente, quam nullus solis viribus nature valet cõparare: ergo tentatio, in qua mors imminet, nisi quis à fide discedat, aut in aliud, illegitimum consentiat, neque ad tempus breuissimum potest sine speciali Dei auxilio superari.

## Ad rationes aduersus posteriorem sententiam quid responderi possit.

### Membrum 5.

*Ad primum argumentum aduersus posteriorem sententiam responsio.*



**A**D primum, quod Augustinus commemorat obiectum fuisse Pelagio, ab eoque fuisse anathematizatum, responderi potest, sermonè esse de gratia & adiutorio ad singulos actus, si meritum vitæ æternæ continere debent: affirmabat enim Pelagius gratiam, quæ ad id satis esset, non esse aliud, quam liberum ipsum arbitrium à Deo gratis hominibus collatum, vel legem ac doctrinam à Deo gratis deriuatam, per quam hominibus innotesceret, quid facere deberent, neque necessarium esse aliud Dei auxilium. Atque id est, quod Pelagio obiectum fuit, & quod anathematizauit.

Ad secundum, quod obiectum fuit Pelagio, dicendum est, non esse sermonem de victoria aduersus vnā aut alteram tentationem vel concupiscentiam quantumvis graue & molestant, dummodo non longo tempore duret: ad id enim satis sunt vires liberi arbitrij, quantum multò facilius & melius comparetur, si peculiari aliquo Dei auxilio adiuuemur: sed esse sermonem de victoria aduersus omnes tentationes & concupiscentias insurgentes, ne ab eis decursu temporis vincamur, à gratiaque excidamus. Vt enim oppositæ sententiæ auctores interpretati illud debent, de victoria, non aduersus quascunq; tentationes, eò quòd fateantur leues viribus liberi arbitrij posse vinci, sed aduersus graues: ita possumus illud idem accipere de victoria aduersus omnes tentationes & concupiscentias occurrentes, quæ est victoria simpliciter, qualem ver-

ba ipsa Augustini & Patrum videntur iantere; non verò de victoria aduersus vnā aut alteram tentationem. Atque hanc expositionem tradit Andreas ipse à Vega, q. 12. citata, Dominicus verò à Soto primo de natura & gratia cap. 21. in responsione ad secundum ait. Locum illum intelligendum etiam esse de victoria tentationum, per quam vitam æternam promeremur, iuxta illud Augustini hb. 21. de Ciuitate Dei cap. 16. Tunc victa vitia deputanda sunt, cum Dei amore vincuntur, quem, nisi Deus ipse, non donat, neque aliter, nisi per mediatorem Dei & hominum. Simile quid docet D. Thomas in secundo d. 28. q. 1. ad vltimum, vbi ita ait: Aliud est resistere peccato, & aliud victoriam de peccato habere: quicunque enim vitat peccatum, peccato resistit; unde hoc potest fieri etiam sine gratia, neque oportet quòd tunc homo resistendo peccato mereatur premium æternum: sed ille propriè vincit peccatum, qui potest peringere ad hoc, contra quod est pugna peccati: hoc autem non potest esse, nisi in eo, qui opus meritorium operatur. Vnde talis victoria vitam æternam meretur, & sine gratia non fit. Hęc D. Thomas. Idem docet D. Bonau. eadem d. q. vltima. Quia ergo Pelagiani ita asserēbāt nos viribus liberi arbitrij posse cõparare victoriā tentationū, vtilia absque alio auxilio & dono gratie meritum vitæ æternæ contineret, vtrumque aduersus illos constituitur, nimirum, nec absque auxilio gratie per longum tempus superari posse omnes insurgentes tentationes, neque aliquam eorum ita, vt victoria apud Deum vitam æternam mereatur, vt



de observatione praecceptorum disputatione 17. etiam dicebamus.

Ad primum testimonium Innocentij in secunda obiectio citatum dicendum est, affirmare aduersus Pelagianos diuinum auxilium esse nos pares, cum ad resistendum omnibus tentationibus & inuictibus, ne succumbamus: tum etiam ad resistendum singulis, ita tamen ut certamen illud uita aeterna dignum sit.

Ad secundum dicendum est similitur, non aliud affirmare, quam uoluntatem humanam auxilio gratiae destitutam, nihil omnino posse, quod uita aeterna sit dignum.

Primum uero testimonium Caelestini intelligendum est, de omnibus diaboli inuidiis, & de omnibus carnis concupiscentiis, contra quas indigemus quotidiano auxilio, quo in gratia perseueremus, ut eius uerba aperte docent, non tamen de singulis. Secundum uero intelligendum est, de bono uis liberi arbitrij, qui ad uita aeternam comparandam conducatur.

Quo loco duo notanda sunt. Vnum est, Patres aduersus Pelagianos, ut disputatione 4. dictum est, nomine auxilij gratiae, comprehendere etiam auxilium illud, quod mediantibus habitibus supernaturalibus impenditur, absque alio impulsu particulari Spiritus sancti: hoc enim modo aduersus Pelagianos affirmant, nec ullam adimpletionem praecceptorum, nec ullam uictoriam tentationum, quantumuis leuiam, quae apud Deum digna censetur uita aeterna, sine auxilio gratiae esse posse. Alteru est, testimonia omnia citata, quae dicimus intelligenda esse non de singulis tentationibus, similiter ab opposita sententia auctonibus accipienda esse, non de singulis quibusq;, sed de grauibz tantum ac difficilibz: leuia namque ipsi fatentur sine auxilio speciali posse superari.

Ad primum locum Pauli dicendum est, ita esse intelligendum: non patitur uolentari, pluribus uidelicet & difficilioribus & duratioribus tentationibus, quam pro ratione auxilij, quod ipse Deus impenderit, possit commode sustinere: inde uero non sequitur, aliquam esse tentationem, quam in potestate nostra non sit ex nostris uiribus in quocumque temporis puncto superare, si pro uiribus pugnae uoluerimus.

Ad secundum dicendum est, ob magnitudinem & diuinitatem fuisse tentatione illam su-

pra Pauli & sociorum vires, & idcirco auxilio Dei superatam fuisse: id uero non possit, quominus in potestate uirium naturalium liberi arbitrij eorum fuerit in quocumque temporis momento illi uel repugnare, uel succumbere. His adde, eiusmodi locutiones hyperbolicas esse solere in communi usu ad exaggerandam exprimendamque rei magnitudinem ac difficultatem.

Ad quartum neganda est sequela. Lutheranus namque, cui mors immineret nisi Trinitatis articulum negaret, aut nisi in adulterium, aut patricidium consentiret, esto tentationem superaret, mortemque subiret, ut nouam illam praecipi transgressionem uiraret, non proinde esset martyr, aut reponeretur in gratia, cum sine fide supernaturali impossibile sit placere Deo. Fidelis etiam, esto in mortem subiret, ut similes praecipi transgressiones peccataque uiraret, si tamen in praeposito perseuerandi in quouis alio lethali peccato persisteret, uel de peccatis praeteritis dolere negligeret, cum commode possit & menti id occurreret, martyr similiter non esset. At uero quicumque fortibus lethaliu peccatoru infectus, conaretur ex suis naturalibus morte pro Deo subire, efficereq; pro oblata occasione quod in se esset, ut formali uel virtuali suoru peccatorum poenitentia ueniã consequeretur, sanẽ eum Deus faceret, quod in se est: paratus de lege ordinaria sit subuenire supernaturali auxilio, reponeretur in gratia, essetq; uerẽ martyr: nõ tamẽ felix suis uiribus, sed supernaturali Dei auxilio prauentus ac suffultus. Itaq; ad martyrij ratione fat non est morte subire, ne quis mandatu uolet, & ut tentationem occurrentem superet. Paulus namque prima ad Corinth. 13. Si distribuero, aut in cibos pauperum omnes facultates meas & si trahidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodesse necesse ulterius est, ut auxilio gratiae id fiat quod Deus facienti quod in se est nunquam denegat. Ea q; ratione Ecclesia, quos mortem pro Christo subisse comperit, in martyrum catalogum merito refert, eo quod credẽdũ nõ sit, quoniam tunc virtuali saltẽ poenitentia, qua in perfectione ipsa mortis propter Deum supernaturali Dei auxilio suffulta est posita, casuisse, etiamsi breuissimo tempore mors prius fuisse proposita, quam illata, camq; ille transuerberato corde pertulisset.

Ad quartum.

Ad martyrij ratione fat non est morte subire.

Quid de proposita difficultate sit sentiendum, soluunturque rationes aduersus priorem sententiam proposita.

*Membrum 6.*



ICET ex haecenus dictis constet, posteriorem sententiam non carere sua probabilitate, tum ob Patrum auctoritate, quos eam affirmare retulimus, & scholasticos qui eandem sequuntur: tum etiam propter rationes, quibus illam confirmauimus: quia tamen prior uariis in prouinciis communis censetur in scholis, minusq; tutum propter antiquos Patres & Concilia reputatur asserere, in arbitrio spectato in statu naturae lapsae esse vires sine speciali auxilio Dei, uel ad quamcumq; mediocriter difficilem uehementiore uim tentatione in unico temporis momento superandam, uel ad eliciendum quemcumq; difficultiore actum naturalem moraliter bonum, eaq; de causa neque contritionem, neque attritionem quoad solam actus substantiam posse elici sine speciali auxilio Dei propter difficultatem, quae in absoluto proposito amplius non peccandi lethali cernitur, debilitatemque magnam, quae in arbitrio nostro post peccatum primorum parentum mansit, ego interim dum posterior uel ab Ecclesia non definitur, uel in scholis frequentior non sit, ab illa priori discedendum non censeo. Praesertim cum & rationes quibus illa confirmauimus malum ponderis habeant, & facile me multa possint latere, quae illam certam efficiant. Quare quae tam hac, quam 14. disputatione in fauorem posterioris dicta sunt, ita accipiantur, ut proposita potius, quam astricta a nobis sint. Illa namque eo animo in medium protulimus, ut intelligatur quanta eis opinio uiribus insit probabilitas. Neque enim silere debuimus, quae nobis de nouo ea de re occurrerent, si forte temporis decursu ab aliis probarentur.

Rationes, quae aduersus priorem sententiam pro alterius opinione confirmatione confecti, si apud alios auctores inuenissem proposita, libenter modum subicerem, quo ab eisdem soluerentur. At, quia neque ea praesidij ratio, quae ab alieno ingenio petitur, in hac parte succur-

rit, neque solutiones, quae tenuitati nostrae sese offerunt, omnino intellectum explent: dicam id quidem quod circa singulas accommodatius in praesentia occurrit: accuratiores tamen eandem rationum solutiones peritorum ingenio committo.

Ad primam, quae quid sit de eorum, qui citantur, Patrum sententia, dicendum est, Concilia & rationes, quibus prior sententia confirmata est, eam persuadere, atque adeo esse posteriori anteferebam.

Ad secundam dicendum est, id nullum esse absurdum: eo quod ingenus admodum sit humanae uoluntati innata infirmitas, si suis uiribus cum solo concursu Dei generali relinquatur, ut Concilia, iuxta uaria scripturarum testimonia, sonant. Ad Theologorum uero pronunciarum, uel diceadum est, esse eorum duntaxat, qui posteriori sententiam amplectuntur, uel intelligendum esse de humana uoluntate, qualis est de lege ordinaria, eo quod concursus Dei specialis, quando eo ad liberẽ operandum indiget, nunquam illi desit.

Ad tertiam, concessa maiori, ad minorem dicendum est, probare quidem non expedire, ut Deus optimus maximus cum uiribus naturalibus & solo concursu Dei generali (ut Philosophi formatum eum crediderunt) hominem concederet in solum finem naturalem, idque propter tam ingentem humanae uoluntatis cum eis solis uiribus infirmitatem ad bonum, quae ibi pericentur, neq; fuisse efficiendum, sed simul etiam ad finem supernaturalẽ. & ratione finis supernaturalis cum suppetiis ad utramq; sine accommodatis. Ad id uero, quod ex Aristotele adducitur, dicendum est, cum non cognouisse auxilia particularia, quae Deus in statu naturae lapsae impendit per Christum hominibus, etiã peccatoribus, quantum satis est, ut inuentum dum rationis lumen non absorberetur, liberẽ operentur; neque solo lumine naturali cognouisset potuisse ea ad id esse necessaria, ut Scriptore, & ex eis Concilia, necessaria esse docer. Experientia autẽ libertatis, arbitrij

Ad sectam.

Auxilij gratiae nomine quid Patres aduersus Pelagianos intelligant.

Ad uerbum.

Ad primum aduersus priorem sententiam responsio.

Ad tertium.

Quid



arbitrij in similibus euentibus, sanè est, positis eiusmodi auxilijs, quæ Deus non negat, & quæ nequaquam ea ipsa experientia, qua arbitrij libertatem tunc experimur, deprehenduntur. Ad exempla verò de hominibus infidelibus, quæ adducuntur, dicendum est, nullum eorum quicquam difficile, quod verè esset boni honestum, effecisse sine speciali auxilio Dei, quod Deus nemini denegat, eò quod necessarium sit ad arbitrij libertatem tunc conservandam.

*Ad 6<sup>am</sup> rationem.*

Ad confirmationem negandum est, continere consensum in eo remanere, esse naturale libero arbitrio: quoniam non remanet libertas voluntatis, ac proinde nec ratio liberi arbitrij ad illud continendum, nisi Deus superpetas veniat auxilio particulari: quin potius voluntas, quæ natura, cum solo concursu generali eum elicit merè naturaliter, atque adeo sine demerito. Ad probationem in contrarium dicendum est, liberum arbitrium collatum esse ad continendum consensum, aut etiam eliciendum dissensum, modò vel non sit tanta difficultas, quæ sine speciali auxilio libertatem impediatur, atque adeo tollat rationem liberi arbitrij, vel particulari auxilio voluntati ad libertatem in ea tuendam subueniatur. Ad id autem quod subiungitur, nempe ad continendum assensum necesse non esse ut liberum arbitrium actum eliciat, ad quem vel generali, vel particulari Dei concursu indigeat, dicendum est, auxilium particulare tunc esse necessarium, ut libertas integra in voluntate maneat, ne cum solo concursu generali, tanquam natura, non liberè, sed merè naturaliter consensum eliciat.

*Ad 4<sup>am</sup> 14<sup>am</sup>.*

Ad quartam concedenda erit confusio. Ad probationem verò falsitatis consequens dicendum erit, experientiam, qua experimur naturalique lumine cognoscimus, partem superiorem dominari inferiori etià quando vehementes ac difficiles sunt infensiois motus, esse, ostio concursu Dei particulari, quem Deus, ut dictum est, in similibus euentibus non denegat: secus autem si, ut anteceditur supponit, illum denegaret. Postea autem in eisdem euentibus codè particulari auxilio loquuntur Scripturæ factæ, atque dicitur homo liber, ad imaginemque Dei factus, ad eiusmodi etiam motus supplicandos.

*Ad 5<sup>am</sup> 14<sup>am</sup>.*

Ad quintam concedendum est totum, ut ad tertiam dictum est. Illa autem pugnant cum ratione ac lumine naturali, posito, quod in similibus euentibus Deus paratus sit impendere auxi-

lium particulare, ut modò re ipsa paratus est: secus autem facta contraria hypothesi, ut in ea ratione sit.

Sexta ratio plus difficultatis continet, quam præcedentes, libenterque illius solutionem ab aliis audirem. Neque aliter mihi dicendum occurrit, quam inter auxilia Dei particularia, quædam esse ordinis supernaturalis, quæ operationes nostras ad esse supernaturale euehant: alia verò quæ non ita euehant, neque in se sunt res supernaturales, sed adiuvant solum infirmitatem nostram ad legem naturalem implendam. Rursus hæc tam copiosa & efficacia posse cõferri, ut sufficiant ad integrã legem naturalem, quæ sub lethali peccato obligat, seruandã, vel non adeo copiosa & efficacia quæ ad id sint factis, sed solum ut in quocunque euentu insurgenteque quacunque difficili passione aut tentatione, in potestate arbitrij humani sit non succumbere, legemque per id temporis implere. Atque hæc sola ratio generis cõferenda fuisse generi humano in statu naturæ lapsæ, etiam si per Christum non foret redimendum, utpote ad liberè accõmodatæque ad finem naturalem operandum quodammodo illi debita. Concesso autem redemptore, non solum primi & secundi generis auxilia conferri per solum Christum, sed etiam ea quæ tertij generis sunt, donari tum per Christum, tum etiam quia humanæ naturæ sunt quasi debita. Quia ergo absurda omnia, quæ sexta ratione inferuntur, supponunt eiusmodi auxilia sine Christo generi humano non fuisse conferenda, sanè vis tota illius rationis cessat.

*Ad 6<sup>am</sup> 14<sup>am</sup>.*

Ad septimam negari debet, concedendum id esse. Ad probationem dicendum, tam ingentem esse humanæ voluntati innatam infirmitatem, ut licet singulas illas tentationes & occasiones faciles peccati lethales vitare possit cù solo concursu generali, omnes tamen eas vitare diu non possit sine auxilio particulari.

*Ad septimam.*

Ad octavam negandum est id sequi. Ad probationem similiter est dicendum, adeo debilem & infirmam esse humanam voluntatem, ut esto ad sit habitus fidei, quo sibi quis supernaturali actu persuadeat æternos cruciatus coniunctos cum amissione sempiternæ felicitatis sibi esse paratos: si in lethale peccatum consentiat, & simul ad sit habitus gratiæ gratum facientis, nisi tamen superaddatur particulare quotidianum Dei auxilium, licet cum solo generali concursu

*Ad octavam.*

vitate

vitare possit singula lethalia peccata dum faciles tẽtationes & occasiones occurrunt, omnia tamen, etiam dum eadẽ faciles tentationes & occasiones dũtaxat occurrunt, vitare diu non possit.

Illud etiam hoc loco dicam, simili modo esse satisfaciendum rationibus, quibus disputatione 14. membro 4. communem eorum scholasticorum sententiam confirmauimus, qui affirmant, attritionem & contritionem quoad solam actus substantiam elici posse cum solo concursu generali Dei. Dicendum namque est, tantam esse innatam humanæ voluntati infirmitatem, ut esto quis actum supernaturalem fidei habeat, quo sibi persuadeat bonitatẽ & beneficia, quibus Deo est deuinctus, necnon paratos sibi esse cruciatus æternos, nisi absolute statuat non peccare deinceps lethali ter (quod tam ad attritionem, quam ad contritionem, requiritur) nihilominus sine speciali auxilio Dei id statueri non possit, eò quod is actus, ut absolutus ac verus sit, non minorem difficultatem contineat, quam superare quamcumque non leuẽ tentationem ac occasionem peccandi. Ad rem redeamus.

*Ad nonam.*

Ad rationem postremam, concessa maiori, ad minorem dicendũ est, eam impotentiam esse talem, qualis ibi dicitur, si solum comparetur ad euentus, in quibus leues tentationes & occasiones transgrediendi præcepta occurrunt: secus autem si ad eos, in quibus occurrunt graues & difficiles: nam tunc neque in prædicto temporis impleri possunt præcepta sine auxilio Dei particulari, ac proinde eo deficiente, transgressio non esset peccatum, eò quod non esset libera. Ad probationem, quæ ex definitione Concilij Tridentini adducitur, non video quid aliud responderi possit, quàm, eam vim habere per comparationem ad solas obseruationes mandatorum quæ parum difficultatis continent, quasi iustificatus licet in singulis seruare possit præcepta cum solo concursu Dei generali, atque adeo si ea non seruaret, peccaret lethali ter, & amitteret gratiam, in omnibus tamen seruare diu ea non potest, nisi peculiari auxilio Dei ei subueniatur, ac proinde committere verum peccatum lethale, & amittere gratiam: per comparationem verò ad obseruationes, quæ notabilem continent difficultatem, quoniam si particulare auxilium ei ad singulas non impenderetur, in quocunque temporis momento in præcepti transgressione consentiret, excusaretur a culpa, nec gratiam amitte-

ret, utique vim non haberet ea definitio, ut sufficienter probat argumentum. Quare, iuxta hæc opinionem, sola impotentia cum concursu tantum generali, quæ est ad diu seruanda præcepta, quando non continent notabilem difficultatem, est similis ei, quæ cum ordinarijs auxilijs est in iustis ad diu non peccandum venialiter: non verò ea, quæ est ad seruandum præcepta, quando obseruatio continet notabilem difficultatem: quoniam hæc excusat a culpa in quocunque temporis momento. Semper tamen impotentia ad vitanda vera ac formalia peccata lethalia, quæ a culpa ratione non excusantur, est persimilis ei quæ est in iustis ad vitanda venialia: eò quod, qui verè siue lethali ter, siue venialiter peccat, vitare possit tunc peccatum, alioquin non peccaret.

Forè mirabitur prudens lector, ut & multi lecta prima huius nostri operis editione, datisque ad nos literis mirati sunt, quid causæ fuerit, quod, cum tã hac quàm 14. disputatione, adeo firmis rationibus communes grauissimorum doctorum sententias, in quas utrobique non obsecurè propendimus, corroborauerimus, contrariaque aliorum rationes tam perspicue dissoluerimus, euerterimusque, membro hoc vltimo utramque questionem, præter nostrum motum, isto definitimus modo, seriò quidẽ excogitatis atque adhibitis solutionibus rationibus nostris, sed quæ, ut aliorum, sic nostrum nunquam explere potuerit intellectum. Id sanè ad quorundam animos sedandos, pacemque quoad fieri posset seruandam, factum à nobis fuit. Nouit enim Dominus pro illorum temporum ratione aliud, nec mihi, nec ipsius obsequio expediens tunc fuisse: cum tamen facile quisquis, lectis quæ in utramque partem nobis occurrebant, iudex esse poterat, quid in se esset verũ, quodque ea de re esset nostrum iudicium. Sequentem tamen non contemnendam rationem vir quidam doctissimus nostris addendam putabat. Non minus poterat voluntas humana in aliquibus viris sanctissimis, præsertim in Domina nostra, & Christo viatore, mouebatur ad bonum, quàm exorta vehementi aliqua tẽtatione, in alius moueatur ad malum: Sed motio illa vehemens ad bonum liberam relinquebat voluntatem Dominae nostræ, & Christi, ad non eliciendum actum circa illud obiectum, nisi contra fidem Catholicam à Domina nostra, & à Christo via-

tore, meritum velis auferre: ergo voluntas aliorum, exorta quacunque vehementi tentatione, sibi que ipsi relicta, libera in quocunque instanti manet ad non consentiendum malo.

Potentia ad vitanda singula vel venialia, vel lethalia peccata, qua ratione cohareat cum impotentia ad vitanda omnia. *Disputatio 20.*

**P**OTERIT aliquis obicere, nulla ratione cum libertate ad vitandum singula peccata venialia coherere, hominem non posse diu perseverare sine peccato veniali: & cum libertate ad vitandum ex viribus naturalibus liberi arbitrij singula lethalia peccata, superadasque singulas quasque tentationes, non convenire, hominem sine speciali auxilio Dei non posse per longum tempus tentationes omnes superare, & cauere peccata omnia lethalia, ac proinde pugnantia inter se esse quae praecedentibus disputationibus dicta sunt.

Conferat verò ita argumentationem. Si homo viribus suis naturalibus non posset diu cum solo concursu generali Dei superare tentationes omnes, & continere se ab omni peccato lethali, planè concedendū esset, vel dari tantum tempus, in quo toto non posset se continere, & in quocunque minori posset, vel dari tantum in quo toto se posset continere, & in quocunque maiori non posset. Id quod facile demonstrabitur sumpto tempore aliquo magno, vt triginta, aut quadraginta annorum, in quo inter omnes confiteri non posse quonquam absque speciali auxilio Dei perseverare sine peccato lethali: poterit in reliquo perseverare sine peccato lethali, vel non. Si dicas non posse, iterum poterit, an abiam insuper alia hora, in reliquo posset, & ita consequenter quousque vel consumatur totum tempus datum, vel deueniendum sit ad tam exiguum tempus, vt ablata ab eo tandem certa aliqua hora in reliquo perseverare possit absque peccato lethali. Tunc verò quaereret, an si auferretur ex eo dimidium horae, posset perseverare, & sine responsas posse, sius respondeas non posse,

planè vel diuidendo dimidiam illam horam per partes proportionales, & addendo eas illi tempori, à quo ablata fuit, vel diuidendo per partes proportionales alteram dimidiam horam, quae ablata non fuit, successurque auferendo partes illas proportionales a tempore, tandem deueniendū erit, vel ad tantū tempus in quo nō possit, & in quocunque minori possit, vel ad tantum in quo possit, & in quocunque maiori non possit, quod erat probandum. Neque satisfacere qui diceret, neminem scire quantum sit tempus, in quo non possit: quoniam ex natura rei aliquod est certum & determinatum tempus, vt demonstrare videtur argumentum, quod quantum sit, Deum minime latet. Fingatur ergo esse tantum, vel tantum, vt vires argumenti innouescant, fiatque manifestum, potentiam ad singula nō coherere cum impotentia ad longum tempus ad omnia. Quo dato ita res facile ostendetur. Si dicas dari tantum tempus, in quo non possit perseverare sine lethali peccato, & in quocunque minori possit. Poterit ergo vsque ad postremā millesimam partem vltimi quadrantis, aut vsque ad quancunque aliam minorem perseverare, quo dato necessarium erit, eum peccare lethali-ter actione singulari, quam in illa breuissima particula temporis reliqui eliciuerit, ac proinde esse nequit necessitas peccandi lethali-ter intra totum aliquod tempus certum, quin necessario peccandum sit per aliquam singularem actionem. Imò cum contradictionem implicet, quenquam necessario peccare singulari aliqua actione, eò quod pugnantia sint, aliquod opus singulare peccatum esse, & non esse in facultate liberi arbitrij illud tunc vitare, sit, vt neque ea actione peccet, ac proinde sit, vt non peccet intra totum illud tempus, in quo dicebas necessario eū lethali-ter peccaturum. Si ve-

to di-

rò dicas, dari tantum tempus in quo toto possit non peccare lethali-ter, & in quocunque maiore non possit. Actio ergo singularis, quam immediate post illud tempus eliciet, necessario erit peccatū, recurritque idē argumentū. Sub actione verò comprehendē etiam omissionem: parū enim refert siue per actionem, siue per omissionem necessario peccet in puncto temporis certo & determinato, aut in breuissima mora temporis certa & determinata. Idem argumentum fieri potest de peccatis venialibus, quae diximus, etiam cum auxilio speciali Dei per longum tempus vitari non posse.

*Exemplū qd res proposita solet explicari, nō omnino probatur.*

Pro solutione propositae difficultatis animaduertendum est, quamuis homo naturae lapsae non possit viribus suis diu perseverare sine lethali peccato, neque item sine veniali, etiam si peculiari- bus auxiliis adiuuetur: eò quod debilitatē patitur innata libero arbitrio, eo ipso quod iniustitia originali spoliatum fuit, vt disputatione 3, explicatum est: exemplum tamen, quo doctores explanare consueuerunt, quare haec omnia homo naturae integræ, non item lapsae, efficere possit, nō esse omni ex parte accomodatam. Dicunt enim, hominem naturae vitiatæ, collatum cum homine naturae integræ non secus se habere ad operandum, ac homo imbecillus, ægerue, se habet ad hominem sanum ac robustum: quare quemadmodum ægrotus nō potest efficere quocunque potest sanus, sed aliqua: ita homo naturae lapsae non potest per longum tempus seruare omnia mandata, ita vt omnia lethalia peccata euitet, bene tamen potest seruare aliqua, imò etiam singula, quātum satis est, vt in eorum obseruatione singula lethalia peccata possit euitare: neque itē potest diu continere se ab omni peccato veniali, licet possit abstinere à singulis, cū tamen homo naturae integræ in longissimum quocunque tempus possit mandata omnia seruare, & ab omni peccato lethali & veniali abstinere.

Exemplum hoc nō est omni ex parte accomodatam, sed latissimum est discrimē, maxime quic in re proposita attendendum, inter hominem naturae lapsae circa obseruationem eorum, quae homo naturae integræ seruare poterat, & hominem imbecillum siue ægrotum comparatione eorum, quae ipse, dum valet, prestare potest. Homo etenim imbecillus, quod diu operando laborat, eò imbecillior redditur ad operandum, tanto tempore perflere poterit in ope-

ratione, vt tandem omnino viribus deficiat, impotensque fiat ad vltimus perflendū in operatione: eaque de causa diutius perflere poterit in operatione homo sanus & robustus, quàm is, qui aeger est ac debilis. At verò homo naturae lapsae tantū abest, vt seruando omnia mandata, beneque operando in sumior reddatur ad seruandum deinceps mandata & rectè agendū, vt indies ad id ipsum robustior ac valentior euadat, ratione habituque qui ex actionibus studiosis oriuntur. Maxime cum obseruatio mandatorū, & in studiosis actionibus perseverantia, neque cessatio nē ab operationibus, neque cibi, potusue sumptionem, neque somnū, neque honestas recreationes, animique oblectationes excludat, quibus naturales corporis vires reparantur. Homo ergo naturae lapsae non ea ratione cum solo concursu generali Dei non potest longo tempore mandatis obsequi, continereque se ab omni peccato, quod obseruatione ipsa euadat imbecillior ad idem deinceps praestandum, progredi que vltimus non valeat, aut quod per mandatorum obseruationem, & ab omni peccato abstinentiam, minuat in eo libertas ad vltimus progrediendum, quin potius indies reddatur valentior, potiorique iure diceretur, libertatem in eo accrescere, quā diminui. Legitima autem ratio, cur id non potest, haec est. Quia spectata humanæ naturae fragilitate, difficultate ac molestia, quae in vincendis tentationibus, frangendis cupiditatibus, atque implendis mandatis cernitur, fieri nequit, quin aliquando in hac, aut illa parte longi temporis, occurrente hac, aut illa occasione, vel difficultate in implendo hoc, aut illo præcepto, sua libertate atque sponte succumbat, atque adeo peccet, cum tamen, si vellet, posset tunc non succumbere. Itaque non datur tantum tempus, in quo cum solo concursu Dei generali possit non peccare, & in quocunque maiori non possit; neque item in quo non possit non peccare, & in quocunque minori possit, vt argumentum supra propositum concludit, praestertim cum nemini id culpae tribui debeat, quod ex eo non possit iam vitare, quod vsque ad illud temporis momentum stenuit cum vitiis pugnauerit, continerique se à peccatis finitumque sit tempus, in quo viribus suis poterat vitare peccatum.

Quando ergo Ecclesia definit, hominem viribus suis naturalibus non posse diu perseverare sine

*Peccata quo longiori tempore vitantur ab homine natura lapsae, eo robustior ille fit eadem in posterum vitando.*

*Legitima ratio cur hominum natura lapsae possit diu vitare omnia peccata, cum possit singula.*

*Peccata quae in-*

L 2

*possibilitate non possint diu vitari.*

peccato lethali, atque adeò quin sua sponte, & libertate transgrediatur præceptum aliquod obligans sub culpa lethali, neque item posse longo tempore perseverare sine peccato veniali, etiam si auxiliis peculiaribus adiuvetur, quod idem affirmant doctores, non est sermo de impossibilitate mathematica, sed de physica ac morali quæ similitudinem habet cum ea, quæ in rebus casui subiectis cerni solet, vt exemplo quàm accommodatissimo statim ostendemus. Ortum verò habet huiusmodi impossibilitas ex difficultate, quod aliquid certò quodammodo cõtingat, quando facile non est rem eodẽ modo euenire. Aliquando verò tantum accrescit huiusmodi difficultas, quæ cernitur in talis rei euentu, vt meritò in ea impossibilitas inesse dicatur, maior, vel minor, prout ex circumstantiis maior, vel minor fuerit difficultas. Quando ergo difficultas est tanta, vt arbitrio prudentis res nunquã omnino eueniat, appellatur impossibilitas simpliciter: quando verò solũ est tãta, vt licet difficile admodum sit euenire, euenire nihilominus possit, tamen si admodum rarò, dicitur etiã impossibilitas, sed non tanta, neq; ita simpliciter, ac prior. Id quod à doctrina Aristotelis alienum non est: primo enim de cælo cap. 11. ita ait: Impossibile (vt scilicet aliquid oriatur) dupliciter dicitur: aut enim quia non verum est dicere, ortum esse posse, aut quia non facile, neque citò, neque bene oriri potest. Hæc ille. Est ergo impossibilitas, de qua loquimur, non aliud, quàm difficultas tanta, quòd res aliqua contingat, vt meritò arbitrio prudentis, spectatis circumstantiis euenire non posse iudicetur. Cùm igitur spectata fragilitate hominis in statu naturæ lapsæ constituti, spectatisque tot occasionibus, tentationibus, difficultatibus, ac molestiis, quas subeat necesse est, vt lethalia omnia peccata euitet, nullumque transgrediatur præceptum, quod sub lethali culpa obliget, difficile sit eum suis viribus relictum aliquando pro sua libertate non succumbere; violatæque aliquod præceptum, idque eò sit difficilius, quò longius tempus acceptum fuerit, quòue crebriores & difficiliore occurrent tentationes, occasiones, ac difficultates superandæ; vtique tam longũ constitui potest tempus, vt meritò arbitrio prudentis iudicetur, euenire omnino non posse, quin in aliqua illius parte indeterminatè, occurrere hac, vel illa tentatione, aut difficultate, aduersus hoc, aut illud præceptum, pro sua libertate labatur:

cùm tamen is ipse, qui tale tempus prudenter constituerit, simul etiam iudicabit, cæteris paribus, non plus difficultatis esse in medio, aut in fine illius temporis, quàm in principio, tam liberumque hominem esse, & tam potentem, vt non peccet, ad quancunque partem dati temporis peruenierit sine peccato, quàm liber, & potens erat in principio. Porro pro qualitate, frequentia, & magnitudine occasionũ, ac difficultatum, quæ sæpius vno tempore, quàm alio, & vni quàm alteri occurrunt, attentisque aliis circumstantiis concurrentibus, cõstituendum erit arbitrio prudentis tempus, non solũ illud in quo omnino fieri non possit quin aliquis pro sua libertate in lethale aut veniale peccatum incidat, sed etiam illud in quo nõ, nisi admodum difficile & rarò, peccatum possit euadere.

Accommodatissimum verò exemplũ, ad explanandam eiusmodi impossibilitatem, accipere possumus ex prouerbio illo quo Aristoteles secundo de cælo cap. 12. est vsus. Rectè, inquit, agere multa, aut sæpe, difficile est, vt talos Coensiles mille proicere impossibile est, sed vnum vel duos facilius est. Quibus verbis apertè docet, ex repetitione, vel accessione eorũ, quorum singula facile euenire possunt certo quodam modo, oriri maiorem difficultatem, vt simul omnia eodem modo eueniant, tantumque earundem rerum numerum posse accipi, vt impossibile sit omnia eodem modo euenire. Vt enim in proposito exemplo persistamus, facile est vnius, vel alterius tali iactu reddere signum Veneris, siue Coum, quò numerum septenarium significabant veteres, & sex lucrificabant: at quò plures tali proiciantur simul, aut vnus & idem sæpius, eo erit difficilius, omnes simul, aut vnum & eundem toties sub eodem signo cadere: quod si mille iaciantur simul, aut vnus millies, impossibile omnino erit (vt patet, & experimẽto competiri facile potest) quòd idem semper ab omnibus signum reddatur. Atque hoc est, quod verba illa Aristotelis significant, agere multa rectè, aut sæpius idem agere rectè, difficile est, vt proicere talos mille Coensiles (quorum singuli, videlicet, sub Cou signo stent, siue mille iaciantur simul, siue vnus & idem millies) impossibile est.

Quod ergo hoc loco nitimur docere, id ipsum planè Aristoteles suo exemplo loco supra citato intendit docere. Cernens quippe quã difficile propter partis sentientis repugnantiã ho-

*Peccata omnia vitari diu non posse, cū possint singula, accommodatissimo Aristotelis exẽplo explicari.*

minos

mines in officio contineantur, & in agendo rectam rationem sequantur, docet, non esse difficile cuique exercere singulas operationes iuxta rectæ rationis præscriptum: at eò esse difficilius nunquam rectæ rationi aduersari, quò per longius tempus agendum sit, pluresque actiones sint accessuræ; tantumque tempus posse constitui, totque actiones in eo fore exercendas, vt impossibile sit rectè agere omnes, non difficile tamen singulas, quod exẽplo proposito talorum luce clarius ostenditur.

Licet autem exemplum illud accommodatum sit, quando multi tali simul iaciuntur, quoniam quò plures proiciantur, eò difficilius erit omnes casu sub eodem signo stare, totque poterunt simul proici, vt id sit impossibile, cum tamen non possimus constituere certum talorum numerum, quos impossibile sit simul sub eodem signo cadere, quin impossibile etiam sit, minorem numerum proximum eodem modo cadere: accommodatius tamen multò est exemplum, quando idem talus sæpius proicitur. Si enim secludas casum fortuitum, qui in iactu tali hoc, vel illud signum reddentis cernitur, qui tamen in adimpletione vel transgressione præceptorum non interuenit, si quidem ex electione fiunt, sanè sicut fieri optimè potest, vt idem talus semel aut bis proiectus idem omnino signum reddat, quo verò sæpius iaciendus est, eò difficilius id continget, quòd si millies proiciendus sit, aut (ne quis in numero vim faciat) si decies centies millies proiciendus sit, impossibile omnino sit casu semper idem protus signum reddi, cum tamè nõ detur certus iactuum numerus, à quo possit reddi, quin etiam à proximo maiori numero reddi possit, imò verò ad quemcunque numerũ iactuum deuenieris, quibus redditum fuit idem signum, tã facile sit iactibus sequentibus reddi, ac si nunquam antea redditum fuisset, aut fortè quodammodo sit facilius propter dexteritatem, quam ludès comparat ex repetito iactu sub eiusmodi signo: ita profectò res accidit in proposito; singulas namque obseruationes mandatorum potest optimè suis viribus exhibere homo naturæ lapsæ, quantum satis est, vt peccatum euitet, & quò breuius constitutum fuerit tempus, in quo mandata seruet, eò facilius ea poterit in eo toto seruare; quò verò maius, eo poterit difficilius; tantumque constitui potest, vt fieri nequeat, quin in parte ali-

qua illius incerta, pro sua fragilitate, sponte ac liberè aliquod transgrediatur; cū tamè ad quancunque partè illius temporis deuenierit sine transgressione madorũ, æquè liber & potès sit, vt in reliquo tempore nullũ transgrediatur, ac si illud esset initũ totius temporis dati: imò quodammodo sit potentior propter habitum & dexteritatem, quam ex obseruatione præcedenti vsque ad illud temporis punctum comparauit.

Ex quibus omnibus satis est manifestum, potentiam ad vitanda singula peccata in quocunque temporis momento coherere cū impotentia ad diu omnia vitanda: eiusmodique impotentiam non esse aliud, quàm impossibilitatem, non quidem physicam, sed moralem, vt res certo quodam modo diu ac sæpius eueniat. Quò fit, vt infirmitas, quæ post peccatum in libero arbitrio cernitur, & impossibilitas ex ea consequens ad seruandum diu omnia mandata, abstinendũque ab omni peccato, non tollant, neque impediunt libertatem arbitrij, quominus viribus suis naturalibus singula præcepta implere valeat, quantum satis est ad singula peccata tam lethalia, quàm venialia vitanda.

Confirmari possunt hæcenus dicta ex illo Matth. 18. Necesse est, vt veniant scandala: quoniam scilicet posita fragilitate, pronitate ad malum & multitudine hominũ, fieri nequit, vt ex tanta hominum multitudine hi, vel illi scandalũ non præbeant: veruntamen vix homini illi per quem scandalum venit. Vt enim Hieronymus ibidem ait, Cùm necesse sit in isto mundo fieri scādala, vnusquisque vitio suo scandalis patet. Ecce, cum necessitate in genere, vt eueniant scādala, stat absoluta libertas, vt quisque se contineat ab scandalis, quæ aliis præbet.

Ad argumentum ergo initio propositum negandũ est illud sequi, nimirum, vel dandũ esse tantum tempus, in quo toto non posset homo se continere à peccato lethali, & in quocunque minori posset, vel dari tantũ, in quo toto se posset continere, & in quocunque maiori non posset. Ad probationem verò dicendum est, diminutiones illas, & additiones temporis quousque deueniatur ad minimum quod non, aut ad maximum quod sic, vt vocant, non habere locum, neque quicquam concludere in fortuitis euentibus, qui, quòd semel, aut sæpius hoc vel illo modo eueniant, non habent ex tanta, vel tanta virtute causæ, vt ea ratione comparatione

*Ad argumentum initio propositum responsio.*

causae certum ac mathematicè definitum terminum habeant, sed fortuito accidit, ut quandoque eodem modo eueniant in maiori numero, indefinito tamen, quandoque in minori, atque interdum, ut neque semel eo modo res contingat, prout quasi forte quadam, atque fortuna accidit: quibus nihil obstat, quòd nonnumquam aliquid dexteritatis, atque artis admisceatur, à qua sola non pèdet effectus, ut in talorù iactu explicatù est. Quare ut nullus eiusmodi effectus est certus, sed omnes determinatus eorù numerus qui possit euenire, quasi nullus maior euenire possit. Idè cernitur in effectibus, quorù singuli à libero arbitrio pendet, ita tamen quòd ob suà infirmitatè necessariò, sine certè tēporis tamen p̄sinitione, deficiet, ne omne id in singulari efficiat, quod in singulari potest: quia enim quilibet defectus singularis à libertate arbitrij p̄det, nō potest esse mathematicè certus & determinatus, quādo erit, aut in qua occasione & euentu continget, quoniā tunc continget, quando liberum ipsius arbitrium voluerit liberè succumbere. Sicut ergo de fide est, neminem ad tantum gra-

tiae incrementum peruenire posse in hac vita, quin possit peruenire ad maius, si per suum liberum arbitriū voluerit fortius agere; eò quòd nullus sit, qui tanto semper conatu agat, quin maiorem adhibere possit, si velit, quandiu vitam humanam degit; at certissimum est, nullum peruenire posse ad tantam gratiam, quantum habet Christus Dominus, aut sanctissima eius mater: ita non datur tantum tempus, in quo toto possit quis perseverare sine peccato lethali, aut veniali, quin, si illud totum transierit sine peccato, possit in maiori sine peccato perseverare: eò quòd ideo vnusquisque peccet, quòd in potestate ipsius sit non peccare tunc, perseverareque vitens sine peccato.

Ex his omnibus constat, neminem in hac vita posse per suum liberum arbitrium efficere collectivè in tota vita eorum, quòd diuini in ea potest facere. Sicut neque etiā ipsemet Deus efficere potest collectivè in quocunque temporis puncto totum, quòd diuini in eo potest facere; alioquin efficeret infinita, suamque exhaustiret potentiam, quod cum omnipotentia ipsius manifestè pugnat.

*Gratia non potest dari tantū incrementū in homine, cuius possit deuenire ad maiorem gratiam.*

rum circumstantias quibusdam ex sua misericordia preparauerit, atque in tempore re ipsa exhibeat, quibus prouidebat eos per suum liberum arbitrium, adiutos tamen misericordiam diuina, euasuros vasa in honorem, hoc est dignos vita æterna, cum tamen in eorum potestate fuerit euadere vasa in contumeliam, apta in æternum interitum: alius vero iusto quidem, at inscrutabili iudicio, æterna sua liberaque voluntate ea solum dona statuerit cōferre, easque circumstantias rerum preparare quibus, si per ipsos non staret, primumque parentem (quod addiderim propter paruulos, qui cum solo originali decedunt) essent quidem vasa in honorem; in quem finem vnā cum ceteris constituebat eos creare. At cernens eos sua propria culpa, aut primi parentis, futuros vasa apta in interitum, nec finem omnibus hominibus communè assecuturos, non propterea eos creare destitit, quin potius eo ipso, quòd eos ita creare decreuit, permittere statuens mala omnia, que ipsorum culpa futura prouidebat, id totum infinita sua sapientia, ac bonitate in optimos alios fines ordinauit, ut inferius questione 23. explicabimus.

Hoc loco præter Scripturæ testimonia tam hæc, quàm 18. & aliis disputationibus exposita, explananda forent quædam alia, quæ cum libertate arbitrij nostri aliqua ex parte pugnare videntur. Quoniam vero commodius id fiet

in progressu, iactis prius fundamentis, ex quibus dilucida erit eorum intelligentia, hoc loco præmittenda sunt.

Solum tamen exponam locum illum Proverbiorum 21. Cor Regis in manu Domini, quocunque voluerit, inclinabit illud: eo quòd non exigit alia fundamenta, quàm que hæcenus iecimus. Cor Regis (quod in terra, p̄cens timore, præmiique spe, alium non habet, à quo coercetur, eaque ratione difficultius, quàm cor cuiusvis alterius in vnam, aut alteram partem à quoquam alio inflectitur) dicitur esse in manu Dei, qui quocunque voluerit inclinabit illud, donis videlicet suis, & auxilijs in vnam, aut alteram partem suauiter illud trahendo, quò Deus ipse voluerit, seruato interim integro iure innatæ libertatis humanæ. Est etiam cor Regis in manu Domini, quoniam potest illi necessitatem inferre, ut id velit, quòd placuerit Deo ipsum velle, ut prima secunda que. 6. ostendimus: veniunt Deus non consequitur uti hac sua potestate, sed relinquere solet homines in manu consilij sui. Illud præterea est animaduertendum, à Deo inclinari non posse hominem ad id, quod malum atque peccatum est, quod hoc loco ipse sapiens vult subintelligamus: tamen si permittere possit mala, tentationesque, & occasiones peccatorù, ut inde maiora bona eliciat, ut suo loco inferius videbimus. Nihil ergo locus ille libertati arbitrij nostri aduersatur.

Quædam alia scripturæ loca explicantur, & cum arbitrij libertate consentire ostenduntur.

*Disputatio 21.*

*Libertatis arbitrij salus, homo, ut à Deo in vitam æternam efformetur, mori ad luto in manu signi comparatur.*



**L**X dictis huc vsque toto hoc articulo facile erit intelligere merito in scripturis sanctis hominem, ut à Deo efformetur ac aptetur in vitam æternam, comparari luto in manu signi, neque id cum libertate arbitrij ipsius pugnare. Cum enim ostensum sit, hominem solis suis viribus nihil eorum posse, que ad vitam æternam spectant, quin potius, si habita dona fidei, spei, caritatis, gratiarum quatum facientis, que à solo Deo habeantur, & in quibus iustificationis donum est positum, consequi debeat, præueniat, attrahatur, ac supernaturaliter à Deo adiuuetur necesse sit, ut quantum ad ea dona recipienda sit

satis, se disponat: cum item ostensum sit, hominem, postquam iustificationis donum fuerit assecutus, à quotidiano Dei auxilio pendere, non solum ut in eo crescat, sed etiam ut in eodem perseueret, victorque aduersus tor, ac tam difficiles incurfus huius vitæ euadat, planè licet homo per suum liberum arbitriū suam, quantum in superioribus est explicatum, salutem cooperetur, suamque porrigit manum, merito tamen ut ad vitam æternam aptetur, luto in manu signi ad Deum relatus comparatur. Non solum quòd Deus præcipua sit causa, ac artifex eam formam pro suo beneplacito supra illius naturam in eum inducens, sed etiam quòd per æternam prædestinationem ea dona, easque re-

Mens D. Augustini circa libertatem per peccatum primi parentis ad bonum amissam explicatur.

*Disputatio 22.*



**E**X hæcenus dictis, potissimum disputatione 5. 6. 15. & 19. facile intelligemus, quid sibi voluerit Augustinus de spiritu & litera cap. 3. cum ait: Liberum arbitriū nihil, nisi ad peccandum, valet, si lateat veritatis via: & cum id quod agendum, & quò nitendum est, cœperit non latere, nisi & deleat & ametur, nō agitur, non suscipitur, non bene viuitur. Ut autem diligatur, caritas Dei diffunditur in cordibus nostris, non per arbi-

trium liberum quod surgit ex nobis, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et in Enchiridion capite 30. Libero, inquit, arbitrio male vitens homo, & se perdidit, & ipsum.

His erentia testimonijs hoc tantum voluit Augustinus, ut ex ipsis locis citatis, & ex alijs eiusdem autoris, que citabimus, patet: Quòd enim homo ex solis suis viribus naturalibus nihil possit eorum, que ad vitam sempiternam spectant, ut disput. 6. & alijs explicatum est: primus vero parcus ante peccatum ratione iustitiæ originalis gratiæ.

gratia gratum facientis, ac aliorum supernaturalium donorum, quæ sibi & nobis accepit, habuit plenissimam illam libertatem, qua non solum poterat perpetrare peccatum, quod à vita æterna auerteretur, sed etiam præstare opera digna vitæ æternæ, in eisque sine peccato ad longissimum quocumque tempus perseverare, vt disput. 4. & sequentibus explicatum est; planè eo ipso quod per peccatum sibi, & nobis amiserit supernaturalia dona, amiserit etiam libertatem ad agendum bonum, quod ad vitæ æternam conducit, illique sit in suo ordine & gradu cõnseruatum, quousque per dona gratiæ, quæ Christus nobis obtinuit, habiles iterum, ac proinde liberi, ad eiusmodi opera redderemur. Nihil ergo curans Augustinus illis in locis de actibus humanis indifferentibus, cuiusmodi sunt plantare vineas, edificare domos, neque item de actibus bonis moralibus merè naturalibus, vt potè qui neque à sempiterna felicitate auerterent, aut retardant, neque ad eam conducunt, vltimè apud Deum sunt ponderis aut valoris, in prædictis testimoniis solum reculit liberum nostrum arbitrium post peccatum ad ea, quæ ad sempiternam felicitatem conferunt, vel ab ea auocant, aut impediunt. Neque proinde negare voluit inesse nobis post peccatum libertatem arbitrij ad illos alios actus naturales indifferentes, aut bonos moraliter, quin potius in eodem libro de spiritu & litera, atque alibi sæpe illorum mentionem fecit, docuitque eos in potestate nostri libertatis arbitrij esse, vt disputationibus citatis ostensum est.

Sensus ergo testimonij ex libro de spiritu & litera, hic est. Si liberum nostrum arbitrium ad ea tantum referatur, quæ ad vitam æternam conducunt, vel ab ea auocant, nihil nisi ad peccandum valet, interitum dum per fidem via ad vitam æternam non inuenerit: neque solum fidem sufficere ad vitam æternam promouendam, nisi accedat supernaturalis caritas, quam non à nostro libero arbitrio, sed à Deo supra merita nostra accipere solemus.

In Hieronimo vero affirmat, primum parentem in statu innocentie constitutum malè utendo suo libero arbitrio dum peccauit, & seipsum perdidisse, & liberum arbitrium, quoad potestatem videlicet, quam habebat, operandi bona quæ ad vitam æternam conferrent. Agens enim de genere humano, quod per peccatum corru-

erat, ait: Nunquid meritis operum suorum reparari potest absque. Quid enim boni operis potest perdidit, nisi quantum fuerit à perditione liberatus? Nunquid libero voluntatis arbitrio? Et hoc absque. Nam libero arbitrio malè utens homo, & se perdidit, & ipsum. Sicut enim qui se occidit, vique viuendo se occidit: ita cum libero peccaretur arbitrio, victore peccato, amissum est & liberum arbitrium: à quo enim quis deuictus est, huic & seruus additus est. Petri certè Apostoli est ista sententia, quæ cū vera sit, qualis quæso potest serui additi esse libertas: Liberaliter enim seruit, qui sui domini voluntatem libenter facit, ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est. Vnde ad iustè faciendum liber non erit, nisi à peccato liberatus, esse iustitiæ corpeit seruus. Ipsa est vera libertas, per rectè facti lætitiã, simul & pia seruitus propter præcepti obedientiam. Sed ista libertas ad benefaciendum vnde erit homini additio & venditio, nisi redimat ille, cuius illa vox est: Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis? Quod antequam fieri in homine incipiat, quo modo quisque de libero arbitrio in bono glorietur opere, qui nondum liber est ad operandum bene, nisi se vana superbia inflatus extollat, quam cohibet Apostolus dicens: Gratia salui facti estis per fidem. Hæc August. illo cap. Ex quibus luce aperitius constat, libertatem, quam asserit primum parentem sibi & nobis amississe per peccatum, non esse eam, quæ nostro libero arbitrio est innata comparatione operum merè naturalium, sed esse libertatem, quam ex donis supernaturalibus liberum ipsum arbitrium coadiuantibus habebat ad operandum, supra suam naturam quidem, liberè tamen omnino opera ea, quibus vitam æternam mereretur. Hanc ergo libertatem affirmat eo ipso, quod peccauit, amississe sibi & nobis, neque viribus suis potuisse illam recuperare: sed meritis Christi nobis restitui ratione gratiæ, & donorum supernaturalium, quæ per Christum nobis conferuntur.

Vnde libro primo contra duas epistolas Pelagianorum cap. 2. Quis (inquit) nostrum dicat, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem petiit per peccatum, sed illa quæ in paradiso fuit habendi plenam cum immortalitate iustitiã, propter quod natura humana diuina indiget gratia, dicente Domino: Si vos filius liberauerit,

Peccator  
ut sit  
liber,  
&  
seruus.

Liberum  
arbitrium  
vnde  
dicitur  
fuit.

tunc verè liberi eritis: vtique liberi ad bene iusteque viuendum. Et infra: Cum itaque non viuunt bene homines, nisi effecti filij Dei, quid est quod iste (Iulianus nempe cū quo disputat) libero arbitrio vult bene viuendi tribuere potestatem, cum hæc potestas non detur, nisi gratia Dei per IESVM Christum Dominum nostrum. Et libro 2. cap. 5. Peccato Adæ liberum arbitrium de hominum natura periisse non dicimus; sed ad peccandum non valere: ad bene autem pieque viuendum non valere, nisi ipsa voluntas hominis Dei gratia fuerit liberata, & ad omne bonum actionis, scilicet, actionis, cogitationis adiuta.

Et in expositione epistolæ ad Galatas circa medium expositionis capitis quinti: Quod autem ait: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, hæc enim inuicem aduersantur, vt non quæ vultis faciatis; putant hic homines liberum voluntatis arbitrium negare Apostolum nos habere. Nec intelligunt hoc eis dictum, si gratiam fidei susceptam habere nolunt, per quã solum possunt spiritu ambulare, & concupiscentias carnis non perficere. Si ergo nolunt eam tenere, non poterunt ea, quæ volunt, facere. Volunt enim operari opera iustitiæ, quæ sunt in lege, sed quando deserunt gratiam fidei, vnde & ad Romanos dicit: Prudencia carnis inimica in Deum: legi enim Dei non est subiecta, neque enim potest. Cū enim caritas legem impleat, prudentia verò carnis commoda temporalia contestando spirituali caritati aduersetur, quomodo potest legi Dei esse subiecta?

Et Hypognosticò lib. 3. eius operis autor ita ait: Ipsum liberum arbitrium hominibus esse, certa fide credimus, & prædicamus indubitanter, sed cur dicatur liberum arbitrium, est paululum differendum. Arbitrium ab arbitrando rationali consideratione, vel discernendo quid eligat, qui due reser, puto quòd nomen accipit: vel ideo liberum arbitrium dictum, quòd in sua potestate sit potestate, habens agendi, quod velit, possibilitatem, quod est vitalis & rationalis animi motus. Sed huiusmodi, vt antea iam dixi, fuit homini protoplasto, cum ante peccatum maneret illæsus. Non enim per aliud contraxit offensam, nisi per id, quod potuit, ne delinqueret, resistere suadenti. Per velle ergo malum, rectè perdidit posse boni, qui per posse bonum,

potuit vincere velle malum. Et infra: Per peccatum ergo liberum arbitrium hominis possibilitatis bonum perdidit, non nomen & rationem. Esse fateatur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum quæ ad Deum pertinent sine Deo, aut inchoare, aut certè peragere: sed tantum in operibus vitæ præsentis tam bonis, quam malis. Bonis dico, quæ de bono natura oriuntur, id est, velle laborare in agro, velle manducare, & bibere, &c. Malis dico, vt velle idolum colere, velle homicidium, &c. Ista sunt diaboli opera, quæ Christus in hunc mundum veniens ex virgine natus, de credendum libero arbitrio gratuita sua gratia amputat, idoniam in eisdem ad credendum præparans voluntatem, per quam possint tam Dei patris, quam suam, sanctique spiritus iustam peragere voluntatem. Et infra: Vitatio ergo libero arbitrio, totus homo est vitatus, per quod absque adiutorio gratiæ, quod Deo placeat, nec valet incipere, nec perficere sufficit. Præuenitur autem medicina, id est, Christi gratia, vt sanetur & reparetur in eodem vitatio, atque præparetur voluntas, quæ semper indiget adiutorio, illuminante gratia Saluatoris, possit tam Deum cognoscere, quam secundum eius viuere voluntatem. Et infra: Non ergo homo voluntate sua, adhuc in vicio libertatis arbitrij claudicans, præuenit Deum, vt cognoscat & querat eum tanquam gratiam pro meritis accepturum, sed præcedit, vt iam dixi, misericordissimam suam gratia Deus hominis ignorantis, & nondum sequentis voluntatem liberi arbitrij, vt eum scire & querere faciat, &c. Et infra: Incidit in latrones, id est, in diabolum & angelos eius. Per inobedientiam enim primi hominis diabolus humanum genus disposuit, & vulnerauit, motum scilicet ornamenti, & bono possibilitatis liberi arbitrij perdit. Quid est autem, Restitit eo seminiuo abierunt? Rectè dicitur, non est seminiuus, habebat enim vitalem motum, libere dicitur, id est, liberum arbitrium vulneratum, quod ei restitit solum ad æternam vitam, quam perdidit, restitit ei, id est, dire non sufficiebat, ideo & seminiuus dicitur. In mundo, sed cur iacebat, dicitur, si per se iugere poterat, vel sanari, nullius indigens adiutorio? Sed iacebat vulneratus, quia vitæ ei propitius ad surgendum, quòd ad sanandum se, medicum is est, Deum requirere non sufficiebat. Et deinde

latè explicat, meritis Christi, gratia, & adiutorius illius, curaque Ecclesie, cui à Christo est commissus, adiutum, ipso simul per suum liberum arbitrium cooperante, curamque sui habente, sanari, perducique in vitam æternam. Vnde post multa ait: Cum Dei misericordia se præueniente agit & ipse satis per liberum arbitrium: quod quisquis esse negaverit, Catholicus non est, & quisquis sic esse dixerit, quòd sine Deo bonum opus, id est, quod ad eius sanctum propositum pertinet, nec incipere, nec perficere possit, Catholicus est. Quibus enim dicitur in Psalmis nisi liberum arbitrium habentibus: Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos? Et infra: Quomodo autem unicuique secundum opera sua reddetur in die iudicij, nisi liberum esset arbitrium? In omni itaque opere sancto prior est voluntas Dei, posterior liberi arbitrij, id est operatur Deus, cooperatur liberum arbitrium. Et infra: Nemo sit segnis & remissus ad seruandum Deo, nec sic de gratia confidat, tanquam Deus liberi arbitrij eius, quod per mortem filij sui reparauit, & sibi præparauit, opera nõ requirat, imò declinet à malo, & faciat bonum, vigilet, quærat, peccat, contendat vincere seculum, Deo placere sic, vt dum per mundi pelagus currit, anchoram gratiæ ceruicibus deuinctam fiducia liberi arbitrij non soluat: quia siue in prospero, ne extollatur, siue in tempestate tentationum, ne mergatur, eius gubernaculo, quoad vsque ad portum paradisi perueniat, poterit permanere securus, & cū impleverit cursum fideliter, dicit cum Apostolo: Bonum certamè certauit, cursum consummavi, fidem seruaui. Et infra: Itaque nec gratia sine libero arbitrio facit hominem habere vitam beatam, nec liberum arbitrium sine gratia. Et infra: Habet liberum arbitrium bonum meritum, cum in omnibus gratia Dei bona in seope anti non resistit, sed cooperatur existit, & omnem spem suam habet in illum, cum aurem suam & cor Deo loquenti intus, hoc est, in interiori homine præbet, & non foris in malis seculo perstrepentibus. Hæc eo libro.

Itaque cum ad libertatem ad rem aliquam efficiendam duo necessaria sint, nempe & posse eam efficere, & potestatem simul habere ean-

dem non efficiendi, liberum sanè humanum arbitrium ex donis supernaturalibus, auxiliis, habet posse efficere ea, quæ supra facultatem humanæ naturæ sunt: à libertate verò inuata habet abstinere posse ab eadem operatione. Quare negandum non est, primum parentem ratione donorum supernaturalium libertatem fuisse consecutum ad aliquid efficiendum, nempe ad id, quod supra ipsius vires naturales erat: atque hanc per peccatum amisisse, quousque per Christum dona gratuita & auxilia restituantur. Atque hoc est quod tam Augustinus aduersus Pelagianos, quàm Concilium Arausicanum capite 13. docere contendunt.

Merito ergo idem August. de spiritu & libera cap. 30. ait: Liberum arbitrium euacuamus per gratiam? absit, sed magis liberum arbitrium statuimus. Sicut enim lex per fidem, sic liberum arbitrium per gratiam nõ euacuatur, sed statuitur. Neque enim lex impletur, nisi libero arbitrio: sed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra peccatum: per gratiam sanatio animæ à vicio peccati, per animæ sanitatem libertas arbitrij, per liberum arbitrium iustitiæ dilectio, per iustitiæ dilectionem legis operatio (subintellige, vt oportet ad salutem.) Ac per hoc sicut lex non euacuatur, sed statuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam, qua lex impletur: ita liberum arbitrium nõ euacuatur per gratiam, sed statuitur: quia gratia sanat voluntatem, qua iustitia liberè diligitur. Quæ omnia ex Scripturis ibidem egregiè confirmat.

Ex ijs omnibus multa in Augustino faciliè intelligas, quæ primo aspectu libertati arbitrij derogare videntur, dum iuxta scripturas sacras locum suum gratiæ tribuere conatur.

Hucusque de viribus arbitrij nostri ad naturalia & supernaturalia opera, veluti in basim ac fundamentum cæterorum quæ dicenda sunt toto hoc opere sit dictum: in quibus explicandis necesse fuit conciliationem libertatis ipsius cum diuina gratia magna ex parte coniungere. Nunc verò ipsam demonstramus, libertatemque illius tam cum generali Dei concursu, quàm cum singulis diuinæ gratiæ auxiliis & moribus coherere ac consentire ostendamus, sicque primæ parti cõcordiæ huius operis finem imponemus.

*tu ex gratia, & quam ex se habent arbitrium nostrum.*

## Libertas humani arbitrij demonstratur.

## Disputatio 23.

Ut sit hæc tota disputatio magis perspicua, & grata, in quatuor sequentia membra diuidetur.

## Rationes naturales afferuntur.

## Memb. 1.



**D**emonstrandum iam nunc est, eam libertatem nobis in esse, quæ hæcenus constituta est, & cuius vires explanatæ sunt. Atque vt à rationibus luminis naturæ innitentibus ordiamur, sanè quando non aliud esset argumētum, quàm experientia ipsa, qua quiuus in seipso deprehendit in potestate sua esse, stare vel sedere, decambulare potius in hanc quàm in illam partem, oblati occasionebus consentire peccato, aut non consentire, vel etiam illud respuere, porrigere elemosynam pauperi petenti, aut eam non porrigere, dolere de peccatis quando diuinitus emollitur atque adiuuatur, aut à dolore cessare, cogitationemque ad alia diuertere, insanæ mentis esset tollere ab hominibus libertatem arbitrij, de qua est sermo. Neque minus stultum esset fidem habere ei, qui contra experimentum ipsum libertatem arbitrij impugnare contenderet, quàm si quis, alio persuadente papyrus ante oculos positam non esse candidam, id in animum induceret: cum non minus illud, quàm hoc, euidentis nobis sit, experientiaque ipsa compertum ac exploratum. Quare aduersus negantes libertatem arbitrij, non rationibus, sed cruciatibus esset agendum, vt rectè Scotus in primo d. 39. ait. Essent namque eiusmodi homines verberibus afflicendi, aut igne torquendi quousque confiterentur, non minus in nostra potestate esse à cruciatu cessare, quàm cruciatum inferre. Conquerentibusque illis de nobis respondendum esset: Quid de nobis conquerimini? cum vos ipsi profiteamini, nõ esse aliud in potestate nostra, quàm quod facimus.

Est præterea error hic, non solum in naturam humanam ignominiosus: quippe cum pares nos in ea parte bellus faciat, quæ liberum vsu suarum actionum nõ habet: sed etiã in Deum ipsum blasphemus. Etenim si in nobis non est libertas arbitrij, & (quod peius est) si Deus in nobis, sine nobis efficienter cõcurrentibus, operatur peccata (quæ blasphemiam non horret Lutherus effutare) quid quæso de nobis conqueritur Deus: aut qua ratione iuste punit in nobis, quod in nostra potestate situm non est aliter facere, quæ faciamus? Conqueratur potius de seipso, qui ita res disposuit, vt necessarius atque inuitabiliter eo modo essent euenturæ, neque in nos culpam reiciat. Quis namque (vt Chrys. hom. 60. in Matth. probè argumentatur) inue oburgat aut punit seruum pro re, quam non potuit vlla ratione euitare? Vt enim nemo iuste improperat cæco nato, sed magis (vt Aristot. ait) miseretur, idque propterea quod in potestate illius non fuerit cæcitas impediens: ita nemo iuste vituperare, & multo minus punire potest opus, quod in potestate operantis non fuit declinare. Id quod Chrys. etiam loco citato de seruo ægroto, qui quod facere iubebam, nulla ratione præstare poterat, affirmat. Vnde Damasc. 2. lib. fidei orthodoxæ cap. 7. Quod ex necessitate, inquit, fit, neque virtus neque vitium est. Si autem neque vitium neque virtus possidemus, neque laudibus & coronis, neque vituperationibus & punitionibus sumus digni. Inuenitur autè Deus iniustus his bona, illis verò tribulationes tribuens. Et Aug. de vera religione c. 17. Defectus inquit, peccatū vocatur, si aliquis tebris inuicem occuparet, rectè iniusta pœna videretur que peccatis cõsequitur, & que damnatio occupatur. Et c. 14.

Si non voluntate id est, non liber: ita ut in potestate nostra fuerit illud vitare, ut paulo antea praemisimus, male faciamus, nemo obiurgandus est omnino aut monendus. Quibus sublati, Christiana lex & disciplina omnis religionis auferatur necesse est. Voluntate ergo peccatur, & quoniam peccati non dabitur esse, neque hoc quidem debitandum video, habere animas liberum voluntatis arbitrium. Tales enim sanctos suos meliores esse Deus iudicauit, si ei seruirent liberaliter: quod nullo modo fieri posset, si non voluntate, sed necessitate seruirent. Et sermone 61. de tempore: Neque impossibile aliquid potuit Deus imperare, quia iustus est; neque damnaturus est hominem pro eo quod non potuit vitare, quia pius est.

Adde contradictionem esse, opus a libero arbitrio non emanans peccatum nuncupare: ut enim Augustinus de vera religione cap. 14. & alibi saepe affirmat, usque adeo peccatum voluntarium est malum, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Et hoc quidem, inquit, manifestum est, ut nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Quare aut negandum est peccatum committi, aut sciendum est voluntate committi. Hec Augustinus. Et continuo subiungit verba quae paulo antea ex eodem capite retulimus. Quare sit, ut ex doctorum indoctorumque sententia, communiter hominum sensu, peccatum adeo suspente natura vendicet sibi rationem voluntarij, ut si voluntarium non sit, peccatum non sit. Sin minus opera dormientium, puerorum, amentium, & phreneticorum, imò & belluarum, ut crudelitas leonis aut lupi, peccata nuncupentur, & a Deo optimo maximo puniantur, quo quid stultius potest affirmari? Profecto si in nobis non est libertas arbitrij, in potestateque nostra non est vitare quae facimus, nescio quam verè dixisset Christus Ioannis 13. Si non venissem & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo: cum in promptu hanc haberent optimam & legitimam excusationem. Domine, pe-

nes me aliud non fuit, cum tu scias me hoc vitare non potuisse. Neque video qua ratione conuicturus sit peccatores in die iudicij, si in eis non est libertas arbitrij: quin potius ipse crudelitatis & iniustitiae coarguetur, quod ut culpam punire velit, quod in se nulla habet ratione culpa. Si non est gratia, inquit D. Aug. epist. 46. quomodo Deus saluatur mundum: & si non est liberum arbitrium, quomodo Deus iudicat mundum? Tam manifestus est hic error, vel potius demetia Lutheri, ut vel ex hoc vno conicere liceat, quanta ceteris ipsius erroribus fides habenda sit. Quod si de nobis forte conquiretur Lutherani, quod peruersa ipsorum dogmata non amplectamur, vrbane respondendum est: Quid de nobis conquiremini, & non potius de Deo: cum vos ipsi profiteamini, id in nostra non esse potestate.

Libetum arbitrium nobis inesse preclari quique philosophi naturae lumine, experientiaque ipsa ducti (ut etiam aduersarij nostri consistunt) docuerunt. Ac praeter Platonem, & Stoicos, qui ea ratione actiones humanas fato subijci negauerunt quod in potestate liberi arbitrij nostri esset eas exercere vel non exercere, aut hoc potius quam contrarium eligere, ut disputatione prima dictum est, & de Platone affirmat Gregorius Nyssenus lib. 6. Philosophiae cap. 4. de Stoicis verò Augustinus 5. de Civitate Dei cap. 10. Aristoteles in libris Ethicorum passim liberum arbitrium astruit, eatenusque censet aliquod opus virtutis aut vitij esse, vituperatioque, aut laude dignum, quatenus in potestate nostra est illud efficere aut omittere. Eaque ratione primo Ethicorum virtutem definit esse habitum electiuium. Et 3. Ethicorum cap. 1. & sequentibus usque ad quintum, de voluntario, & de electione disputat, electionemque docet esse eorum quae eligere, aut non eligere possumus, vnumque pro arbitratu proponere alteri. Et capite 5. docet opera virtutum ac vitiorum illo modo in nostra esse potestate, eaque ratione in nobis situm esse probos aut improbos fieri, & idcirco virtutem laudis, vitium verò vituperio nobis iure tribui.

*D. Augustini sententia notanda.*

*Philosophorum testimonio arbitrij libertas confirmatur.*

Idem testimoniis Scripturae ostenditur.

Membrum 2.



Etum ad testimonia Scripturarum accedamus, competuntque erit haereticos libertatem arbitrij negates in media luce caecutare, vel potius veritate ab ipsis compertam & exploratam malitiam, stultitiamque negari. Geneleos 4. dixit Dominus ad Cain: Nonne si bene egeris, recipies? sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit? Sed sub te erit appetitus eius (peccati scilicet) & tu dominaberis illis (appetitus videlicet quo in peccatum propendes ac alliceris.) Nescio quod clarius testimonium desiderari possit in confirmationem liberi arbitrij.

*Gen. 4.*

*Eccles. 15.*

Ecclesiastici 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, adiecit mandata & praeccepta sua. Si volueris mandata seruire, conseruabunt te. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Neque satis faciet, si quis dicat, testimonium hoc loqui de homine in statu innocentie. Tum quia facultas liberi arbitrij, si in homine concedenda sit, est facultas naturalis illi a natura instita: naturalia autem remanserunt in homine post lapsum, tamen si debilitata, & magis infirma ad operandum, quam essent dum iustitia originali erat suffulta, ut disputatione tertia ostensum est. Tum vel maxime, quoniam in eo testimonio sermo est cum homine post naturam lapsam, illisque verbis docetur, in ipso esse libertatem arbitrij, per ipsamque e state quomodo Sapientiam, donum Spiritus sancti, cõparet, ut ex antecedentibus, & ex ipsis mer verbis citatis, satis esse manifestum. Neque inuenti potest esse dubium eo in loco doceri homini post naturam lapsam inesse libertatem arbitrij.

*Deut. 30.*

Deuteronomio 30. filiis Israel dicitur: Mandatum quod ego praecipio tibi, non supra te est. Considera quod hodie proposuimus in conspectu tuo vitam & bonum, & e contrario mortem & malum, testes inuoco hodie celum, & terram, quod proposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem: elige ergo vitam, ut viuas, &c. Quibus verbis apertissime docetur,

libertatem arbitrij inesse hominibus post naturam lapsam: electio namque atque optio est duobus pro arbitratu ad libertatem arbitrij spectat.

Iosue ultimo: Optio vobis datur, eligite hodie quod placet, cui seruire potissimum debeatis. 2. Reg. 24. dictum est ad Dauid per Gad prophetam: Trium tibi datur optio. Elige vnum, quod volueris ex his, ut faciam tibi. Et infra: Nunc ergo delibera, & vide quem respondeam ei, qui me misit, sermonem, Ecclesiastici 31. inter laudes iusti computatur: Qui potuit transgredi, & non est transgressus, & facere mala, & non fecit.

*Iosue ult.*

*2. Reg. 24*

*Eccles. 31.*

Ieremij 8. Eligent magis mortem quam vitam omnes, qui residui fuerint de cognatione hac pessima. Et infra: Dices ad eos: Hec dicit Dominus: Nunquid quia cadit, non resurget? & qui auertus est, non reuertetur? Quare ergo auertus est populus iste auersione contentiosa? Quibus verbis conquiretur Deus de filiis Israel, quod per ipsos ster ne conuertantur. Et cap. 26. Sta in atrio domus Domini, & loqueris ad omnes ciuitates Iuda vniuersos sermones quos ego mandauit tibi, ut loquereris ad eos; noli subterahere verbum. Si forte audiant & conuertantur vniuersique a via sua mala, & poenitent me mali quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum. Quibus etiam verbis aperte libertas arbitrij statuitur, ut etiam vocante Deo & praesto existente ad opitulandum, peccatores conuertantur.

*Ierem. 8.*

Zachar. 1. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Ne sitis sicut patres vestri ad quos clamabant prophetae priores dicentes: Hec dicit Dominus: Conuertimini de viis vestris malis, & non audierunt. Vbi clare idem habetur.

*Zachar. 1.*

Ezechiel. 18. Projicite a vobis omnes praeparationes vestras, quibus praeparauit estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum: & quare moriemini domus Israel: quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, reuertimini & vitate. Antea verò dixerat: Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, &c. in iustitia sua, quae operatus est, viuet. Ex quibus verbis manifestissime patet, in nobis esse libertatem ut ad Deum conuertamur, per nosque, stare, Deumque paratum esse ad auxilium ad id necessarium praefradum.

*Ezech. 18.*

Idem



Idemque patet ex ceteris admonitionibus & cohortationibus ad poenitentiam, quae passim in Scriptura sacra habentur. Matth. 23. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiti. id est per te stetit, quae cum velle posses, noluiti. Prime ad Tim. 2. Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Cuius legitima interpretatio est, secundum voluntatem Dei conditionatam, si scilicet per ipsos non steterit. Apocal. 3. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, ut locupletes fias. Sulfur vero ad eum est in cuius potestate est emere (Deo adiuuante) aut non emere. Et infra: Ecce sto ad ostium & pulso. Si quis aperuerit mihi ianmam, intrabo ad illum. Vbi clare docetur, Deum praesto esse, tum ad intrandum in corda nostra, tum etiam ad ferendam operi sibi ostium apertibus, saepeque pulsare per inspirationes & motiones internas, in nostraque potestate situm esse aperire (ipso coadiuuante) aut non aperire.

Ioannis 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Vbi nostrae optioni relinquitur velle aut nolle ingredi, & seruare aut non seruare mandata. Prime ad Corinth. 7. Qui statuit in corde suo firmus, non habet necessitatem, potestatem autem habens suae voluntatis. Ad Phil. 2. Sine consilio tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Pla 118. Voluntaria omnis mei beneplacita fac Domine. Et rursum: Anima mea in manibus meis semper;

id est, in potestate mei liberi arbitrii, vt perdam eam, aut eadem a te adiutus serue. Exponi etiam optime potest de periculo vitae corporis Dauidis.

Isaie 5. De vinea domus Israel, & expectaui vt faceret vinas, & fecit labruscas. Si omnia ex necessitate euenirent, neq; vlla esset libertas a bitrii, quorsum coquereretur Dominus ac diceret: Expectaui vt faceret vinas & fecit labruscas: Pro uerb. 1. Vocaui, & renuistis. Deliberatio etiam Sufanna in angustiis positae, qua secum deliberans elegit potius incidere in manus improborum fennum, quam Deum offendere, vt Daniel. 13. habetur, luce clarius libertatem arbitrii ostendit.

Actonum 5. dixit Petrus ad Ananiam: Nonne manens tibi manebat, & uenudatum in tua erat potestate? vt scilicet offerret aut non offerret pretium in communes usus. Apocal. 2. Dedit illi tempus vt poenitentiam ageret, & non vult poenitere a fornicatione sua. Marci 12. comparat se Christus homini, qui peregre profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis.

Testimonia alia legito, si placet, apud Irenaeum 4. libro aduersus haereses cap. 71. & 72. vbi doctissime ex scripturis & rationibus libertatem arbitrii demonstrat. Vide etiam Origenem 3. lib. Periarcho cap. 1. Augustinum de gratia & libero arbitrio cap. 2. & lib. 2. de actus cum Felice Manichaeo cap. 4. & alios. Cui autem, quae adducta sunt, non sufficient, quae erit satis? Vix enim video quae alia veritas ex scripturis sacris apertius innotescat.

Isaia 5.

Prover. 1. Dan. 13.

Actonum 5.

Apo. 2. Marc 13.

Leo 9.

*Ex sacris Conciliis eadem veritas confirmatur.*  
*Membrum 3.*

**D**EFINITIONES deinde Ecclesiae pro libertate arbitrii afferenda subiicienda sunt. In Concilio vtiq; Brachar.ensi 1. cap. 9. & 10. & a Leone 1. Epistola 91. quae est ad Turibium Afericensem episcopum cap. 11. danatur error Priscilliani negantis libertate arbitrii, afferentisq; animas, & corpora

humana fatalibus stellis esse astricta. Definitiones disputatione prima, du de fato esset sermo, allatae sunt. Leo vnus in epist. decretali ad Petrum Antiochenum episcopum (quae habetur in fine operum Leonis primi) in explanatione fidei Romanae ita inquit: Credo Deum praedestinasse solummodo bona, praesciuisse autem bona malaq; gratia Dei prouenire & subsequi hominem credo, & profiteor, ita tamen vt liberum arbitrium

Leo 9.

Concil. Const. Ioh. 8. Leo 10.

rationali creature non denegat. Inter alios etiam articulos Vultestii in Concilio Constantensi scilicet 8. damnatos 27. affirmabat: Omnia de necessitate absoluta euenire. Inter articulos item Lutheri a Leone decimo danatos in Bulla quadam quae habetur tertio tomo Conciliorum post Concilium Lateranense sub eodem Pontifice, trigessimus sextus habetur: Liberum arbitrium post peccatum esse rem de solo timulo: & dum facit, quod in se est, peccare mortaliter. In Concilio

denique Tridentino sess. 6. c. 1. definitur, in hominibus post Adae peccatum liberum arbitrium minime exunctum esse, licet viuis sit attenuatum & inclinatum. Et canone 5. habetur: Si quis liberum hominis arbitrium post Adae peccatum amissum & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo timulo, imo titulum sine re, figmentum denique a Sarana inuentum in Ecclesiam, anathema sit. Eadem libertas arbitrii definitur canone 4. & 6.

Concil. Trid. sess. 6. c. 1. can. 4. & 6.

*Quod eadem circa liberum arbitrium concors fuerit Patrum sententia.*  
*Membrum 4.*

**D**OSTREMO ostendum est, vnanimem Patrum fuisse consensum circa liberum hominis arbitrium. In primis Clemens Petri discipulus tertio li. Recog. aduersus Simonem Magum, qui asseruerat, nihil in nostra esse potestate, sed omnia fatali necessitate euenire, refert Beatum Petrum in hunc modum restitisse: Quomodo ergo Deus iudicat secundum veritatem vnusquemque pro actibus suis, si agere aliquid in potestate non habuit? Hoc si teneatur, conuulsae sunt omnia, frustra erit studium sectandi meliora, sed & iudices seculi frustra legibus praesunt, & puniunt eos qui male agunt: non enim in sua potestate habuerunt, vt non peccarent. Vana erunt & iura populorum, quae malis actibus poenas statuunt: miser erunt & hi qui seruat cum labore iustitiam: beati vero illi, qui in deliciis positi, cum luxuria, & scelere viuentes, tyrannidem tenent. Secundum haec ergo, neque iustitia erit, neque bonitas, neque vlla virtus. Et addit: Ego igitur dico, sui esse arbitrii hominem. Et infra: Arbitrii potestas est sensus animae, habens virtutem, qua possit ad quos velit actus inclinari. Haec Beatus Petrus loco citato. Quibus Clemens refert Simonem Magum D. Petro palmam victorie cum laude tribuisse: cum tamen haeretici nostri temporis obcauti in tanta luce peressant. Idem Clemens epistola sua tertia, quae habetur primo tomo Conciliorum; Si quis sane, inquit, audiens sermonem veri Prophetae (id est Christi) velit recipere, aut nolit, & amplecti onus eius, id est, man-

data vitae, habet in sua potestate. Liberi enim sumus arbitrii. Nam si hoc esset, vt audientes eam non haberent in potestate aliud facere, quam audierant, vis erat quadam naturae, per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiam. Aut si iustus ex audientibus nullus omnino reciperet, & hoc naturae vis erat, quae vnus aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc autem, quia liberum est animo in quam velit partem declinare iudicium suum, & quam probauerit eligere viam, constat euidenter inesse hominibus arbitrii libertatem. Haec ille. Dionys. de caelest. Hierar. c. 9. Neque enim vita nobis data est, cui vis illata sit, aut imposita necessitas.

Iustinus martyr in Dialogo cum Tryphone aduersus Iudaeos. Verum (inquit) vt cognoscebar praeciarum ac honestum fieri, scilicet esse potestatis suae ad bonas iustasque actiones, & Angelos, & homines, constitui huius tempus ad quod bonum esse illos esse sui arbitrii & potestatis intelligebat. Quodque honestum ac rectum esse cognoscebat, & generalia & privata iudicia faciebat, ita tamen vt liberum arbitrium retineretur. Et ad finem dialogici illud quoque antea docui, Deum non esse causam, cur ij, quorum peccata antea cognita sunt, siue Angeli, siue homines, improbi efficiantur, sed sua quisque culpa tales sunt, qualis quisque videbitur. Sed ne occasione haberetis hoc asserendi, Christum in cruce agi oportuisse, aut etiam in genere vestro esse legis violatores, neq; aliter fieri posuisse, occupas paucis docui, Deum cu Angelos & homines sui consilium sequi vellet, eos sui iuris, atque arbitrii relictos.

Dionysius Hierar. c. 9. Iustinus martyr.



facta bonasque actiones facere voluisse. cū ratione qua scirent ipsi à quo effecti sint, cum antea non essent: & cum lege qua ab eo iudicentur, si secus, atque recta ratio praescribit, se gerant. Quod si verbum Dei planè significat de nonnullis & Angelis & hominibus sumptum in supplicium, ipse quod improbos obstinato animo futuros eos pronouit, hæc prædixit, non quod tales effecti erit. Itaq; si omnes, qui misericordiam à Deo cōsequi volunt, superioris vitæ partem, id præstare possunt, eosq; beatos Scriptura appellat, &c. Et in Apologia prima pro Christianis ad Senatum Romanum. Quotiam à principio, inquit, tam Angelorum genus, quam hominum, iudicij sui, ac voluntatis Deus efficit, iure pro iis, quæ sceleratè fecerint, pœnas in æterno igne soluent. Omnium verò qui generati sunt hæc natura est, vitium atque virtutem accipere posse. Neque enim quicquam horum laude dignum esset, nisi vtrunque in partē conuertere, & quasi flectere se possent. Hoc verò etiam declarant ij homines qui vbiq; & in ferendis legibus rationem rectam ducem secuti sunt, & in philosophia versati, quod hæc fieri, & illa permitti iubet. Et in responsionibus ad Christianos de quibusdam quaestionibus necessariis, in responsione ad octauam quaestionem ita ait: Deus non solum eam vim nobis dedit, vt effectus, bonumque & malum cognosceremus, atque faceremus, sed etiam liberum arbitrium nobis concessit, potestatemque fecit eligendi id quod videretur pro eorum quæ cognoscuntur propositione. Nec virtutem aut vitium nostrum in cognitione eorum, quæ cognoscuntur, posuit, sed in selectione eorum quæ diliguntur. Non igitur causa est Deus virtutis nostræ aut vitij, sed propositum nostrum, & voluntas. Vt enim qui scortum videt, ac scortum esse scit: ex sententia illa & cognitione scortator non est: quin ne si cognitio quidem illa appetitus motum excitet, scortator est. Si verò motui assentiat voluntas, tum denique est scortator vel opere vel affectione sic etiam causa non est cognitio cur boni & mali sint homines, sed voluntas quæ ex propositione eorum, id quod videtur secuta est.

Irenæus libro 4. aduersus hæreses capite 9. Homo, inquit, rationalis, & secundum hoc similitis Deo, liber in arbitrio factus, & suæ potestatis, ipse sibi causa est, vt aliquando quidè fruentur, aliquando autè paena fiat. Quapropter &

iuste condénabitur. Et cap. 71. Liberum cum fecit Deus ab initio. Et infra: Posuit in homine potestatem electionis, quemadmodum & in Angelis. Et infra: Qui operantur bonum, gloriam & honorè percipient: quoniam operati sunt bonum, cum possint non operari illud. Hi autem, qui illud non operantur, iudicium iustum recipient Dei, quoniam non sunt operati bonum, cum possint operari illud. Latissimeque & eruditissime eandem libertatè arbitrij demonstrat cap. 72. sequenti: quod, ne multus sim, prætermitto. Lege etiam, si placet, caput 76.

Clemens Alexandrinus primo lib. Stromatum in hunc modum idem confirmat. Nec laudes, inquit, nec vituperationes, nec honores, nec supplicia iusta sunt, si anima non habet liberam potestatem, & appetendi, & aggrediendi, sed sit vitium inuoluntarium. Et infra: Libera electio, & appetitio peccata primum inchoat. Et infra: Liberari ab ignorantia, & à mala & delectabili electione, & ante omnia non assentiri fallacibus phatalsis & visis, situm est in nostra potestate.

Tertullianus in libro de exhortatione castitatis in principio, docens delicta non esse ex Dei voluntate, qui illa vetat, sed ex nostra, ait: Cum vtrumque ex præceptis eius didicerimus, quid velit, & quid nolit, iam nobis est voluntas eligendi alterum, sicut scriptum est: Ecce posui ante te bonum & malum, gustasti enim de arbore agnitionis, & ideo non debemus, quod nostro expositum est arbitrio, in Dei referre voluntatem, quos vult ipse & velle, qui malum non vult. Ita nostra est voluntas cum malum volumus aduersus Dei voluntatem, qui bonum vult. Porro si quæris vnde veniat ista voluntas, qua quid volumus aduersus Dei voluntatem? vt dicam; ex nobis ipsis. Proinde & si tu non obaudieris Deo, qui te proposito præcepto liberæ potestatis instituit, per voluntatis libertatem volens deuergeis in id quod Deus noluisset. Hæc ille. Et in fine libri de Monogamia. Ecce, inquit, posui ante te bonum & malum, elige quod bonum est: si non potes, quia non vis, posse enim te, si velis, ostendit quia tuo arbitrio vtrumque proposuit. Et lib. 2. aduersus Marcionem prope principium. Liberum, inquit, & sui arbitrij & suæ potestatis inuenio hominem à Deo institutum, nullam magis imaginem & similitudinem Dei in illo animaduertens, quam eiusmodi status formam. Neque enim facie & corporalibus lineis tam

Clemens Alexandrinus.

Tertullianus.

uariis in genere humano ad uniformem Deum expressus est, sed in ea substantia, quam ab ipso Deo traxit, id est, animam ad formam Dei spondentis, & arbitrij sui libertate, & potestate signalis. Hinc statum eius confirmauit etiam lex tunc à Deo posita. Non enim conuerteretur lex ei, qui non haberet obsequium debitum legi in sua potestate, nec rursus comminatio mortis transgressioni adscriberetur, si non contemptus legis in arbitrij libertatem homini deputaretur. Sic & in posteris legibus creatoris inuenias, proponentis ante hominem bonum & malum, vitam & mortem, sed nec aliàs totum ordinem disciplinae per præcepta dispositum, auocante Deo & minante, exhortante nisi & ad obsequium, & ad contemptum libero & voluntario homine. Et infra: Tota ergo libertas arbitrij in vtraque partem concessa est illi, vt sui dominus constanter occurreret, & bono sponte seruando, & malo sponte vitando. Et paulò post: Cæterum nec boni nec mali merces iuste pensaretur ei, qui aut bonus, aut malus necessitate fuisset inuentus, non voluntate.

Origenes in proemio libri primi Penarcho. Est, inquit, & illud definitum in Ecclesiastica prædicatione, omnem animam rationabilem esse liberi arbitrij & voluntatis: esse quoque ei certam aduersus diabolum, & angelos eius, contrariâque virtutes, ex eo quod illi peccatis eam onerare contendant, non vero si rectè consultèq; viuamus, ab huiusmodi nos exuere conemur. Vnde & cōsequens est intelligere, non nos necessitati esse subiectos, vt omni modo, etiam si nolimus, vel bona, vel mala agere cogamur. Si enim nostri arbitrij sumus, instigare fortasse possunt aliqua virtutes ad peccandum, & alia iuuare ad salutem, non tamen necessitate cogimur, vel agere rectè, vel malè: quod fieri arbitrantur, qui stellarum cursum & motus causam dicunt humanorū esse gestorū, non eorū quæ extra arbitrij accidunt libertatè, sed eorum quæ in nostra sunt posita potestate. Et lib. 3. cap. 1. Quoniam, inquit, in Ecclesiastica prædicatione inest etiã de futuro iudicio fides, quæ iudicij credulitas prodocat homines, & suadet ad bene beateq; viuendum, & in omni genere fugere peccatū: & per hoc sine dubio indicatur quod in nostra sit posita potestate, vel laudabili nos vita, vel culpabili degere: propterea necessarii reor pauca etiam de libertate arbitrij disserere. Doceatq; libertatè

arbitrij esse facultatem eligendi inter bonum & malum, experientiaq; ipsa, dum ex aspectu mulieris pulchræ insurgit carpitudo in illecebra, docet, in nostra esse potestate eã respicere, aut amplecti. Eodè ferè exèplo vtitur Aug. 12. de Ciuit. Dei c. 6. vt disp. 12. dictum est. Deinde Origenes multis Scripturæ testimoniis libertatem arbitrij ostendit. Et nom. 4. in Canticū canonicorum, Per arbitrij, inquit, libertatem possibile est vnumquemq; ex parte alicuius transire, vel ad partem Dei, si meli, ipso inuante, elegerit, vel si nequius ad demonum portionem. In illud etiam Matt. 13. Simile est regnum caelorum sægenæ, &c. redarguens eos, qui dicebant malitiã & bonitatem ex varijs hominū naturis provenire, ait: Hinc intellectoi repugnant omnes Scripturæ declarantes esse liberum arbitrium, dum accusant eos, qui delinquant, & probant eos: qui rectè faciunt, haud quaquam merito in eos competentem vel reprehensionem qui ex mali generis natura tales sunt, vel laudem in eos qui tales sunt ex genere meliore. Et lib. 4. contra Celsum: Si virtuti liberam voluntatem ademeris, mox eius simul & substantiam subsulisti.

Cyprianus primo libro Epistolatum epistola 3. ad Cornelium, adducens illud Ioan. 6. Numquid & vos vultis abire? ait: Seruans scilicet legem, qua homo liberari suæ relicus, & in arbitrio proprio cōstitutus, libimet ipse vel mortem appetit, vel salutem. Petrus autem: Domine ad quem ibimus? verbum vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognoscimus quoniam tu es filius Dei viui: significas scilicet, & ostendens eos, qui à Christo recesserint, culpa sua perire. Et de vnitatè Ecclesiæ ita ait: Hinc hæreses & sectæ sunt frequenter, & fiunt, dum peruersa mens non habet pacem, dum perfidia discordans non tenet vnitatem. Fieri verò hæc Dominus permittit, & patitur, manente propitè libertatis arbitrio, vt dum corda, & mentes nostras veritatis discrimen examinat, probatoris fides integra manifesta luce clarescat, Sic probantur fideles, sic perfidi deteguntur: sic, & ante diem iudicij hęc quoque iam iustorum, atque iniustorum animæ diuiduntur, & à frumento paleæ separantur.

Athanasius 1. c. mo in oratione contra Idola, D. Abba agens de mente hominis, ait: Quæ cum libertate sui ius arbitriumque inuenitur, & sentit se in vtraque partem corporeis membris vt possit, tum

D. Cypri.

D. Iren.

D. Abba



scitum ad ea quae sunt, tum ad ea quae non sunt. Ea autem, quae sunt, appello bona; quae non sunt, mala, &c.

*D. Hilarius.* Hilarius in illud Psal. 118. Fiat manus tua ut saluum me faciat, quoniam mandata tua elegi, inquit; Alijs gloriam seculi eligentibus, alijs venerationem elementorum ac demonum capessentibus, alijs viternas opes experientibus, sanctus iste mandata Dei elegit. Elegit autem non naturali necessitate, sed voluntate pietatis: quia vnicuique ad id, quod vult, via est proposita viuendi, & appetendi, atque agendi permissa libertas. Et ob id vnicuiusque aut poena aut praemij afficietur electio.

*D. Gregorius.* Libertatem arbitrij egregie demonstrat Gregorius Nyssenus 7. libro Philosophiae, in quo toto de libero arbitrio sapienter dissentit. Atque inter alia cap. 1. ita arguetur: Si nullius actionis ita est principium homo, ut in ipso potestate sit eam facere aut non facere, ex superfluo habet, unde consultat quid enim vretur consilio, nullius existens actionis dominus? optimi autem, & omniumque sunt in homine pretiosissimum, superfluum dicere, quam maxime vitique erit inconueniens. Si enim consultat, propter actionem consultat; omne enim consilium actionis gratia, & propter actionem est. Item quoniam, ut probe etiam Aristoteles docet, virtutes assuetudine, nosque exercendo propria industria comparamus; continendo enim nos a voluptatibus sobrii sumus, & sobrii facti facilius a voluptate temperamus, quod actus virtutis, in se ipso aut iniustus nos esse, in nostra est potestate. Id quod admonitiones & exhortationes ad virtutem docent; nullus enim ea admonet, quae in nostra non sunt potestate, ut non elurire, non siccire, neque volare. Idem etiam docet leges, quae superuacuae essent, si libertas arbitrij nobis non inesset: naturaliter autem omnis gens legibus quibusdam vitur, sciens sibi agendi potestatem esse, quae per leges statuta sunt. Et cap. 2. demonstrat eo ipso, quod aliquid ratione est praeditum, atque adeo vim ad consultandum habet, praeditum quoque esse libero arbitrio. Vnde ait: Omnis qui consultat, quasi in eius potestate existente electione, de operabilibus consultat, ut quod per consilium decernatur, eligat, & eligis faciat. Necessse est igitur eum, qui consultat, dominum esse actionis: si enim non fuerit dominus actionum, ex superfluo habet consultare: si vero

hoc (id est, si qui consultat, dominus est suarum actionum) ex necessitate assistit vi rationali liberum arbitrium. Aut enim non erit rationalis, aut rationalis existens, dominium suarum actionum obtinebit: dominari autem actionum omnino liberi arbitrij erit. Haec Gregorius. Multo plura eo libro in eandem sententiam inuenies.

*D. Basilus.* Basilus in illud Esai. 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terrae comedetis, ait: Hoc maxime loco velut ob oculos exhibet libertate arbitrij humanae naturae indulgentiam. Et rursus in illa verba, Si nolueritis, neque exaudietis me. Ad eundem, inquit, modum beatitudo omnis, & quae in supplicio, quaeque inter molestias traducitur vita, vitumque a nostra pender voluntate. Et in illud Esai. 14. Semen reprobum prepara filios, &c. ait: Ex suo ipsius proposito, & libera voluntate vnusquisque esse potest semen sanctum, aut certe in diuersum abire.

*D. Ioannes Damascus.* Ioannes Damasc. lib. 2. fidei orthodoxae cap. 7. Cum liberi (inquit) arbitrij participes a summo illo opifice conditi simus, hinc efficitur ut actiones nostrae in nostra potestate sint. Alioquin si ex syderum motu cuncta facimus, sequitur ut ea quae facimus, necessitate faciamus. Id porro quod necessitate fit, neque virtutis, neque vitij nomen obtinebit. Quod si nec virtutem nec vitium habemus, pro certo nec laudibus & coronis, neque reprehensione atque supplicio digni sumus. A quaerita Deus quoque iniquus reperitur, dum alijs res secundas, alijs molestas & calamitosas tribuit. Imo vero nec gubernabit res a se conditas, nec tantum cura tangetur, siquidem omnia necessitate aguntur, ac feruntur: superuacua neque in nobis erit pars ea animi, in qua ratio iacet. Nam si nulla actio in nostro arbitrio & potestate sita est, nihil affectui potest, quin frustra consultemus. Vis enim ea qua rationamur, consilij causa nobis tributa est. Ex quo conficitur, ut quicquid ratione vitur, arbitrij quoque libertatem habeat. Eundem etiam legitur cap. 15. 16. 17. imo & 14. & 18. eiusdem libri, ubi rationibus naturalibus liberum arbitrium eodem fere modo, quo Gregor. Nyssenus, demonstrat. Tertio etiam libro cap. 14. docet libertatem arbitrij fuisse in Christo, ut homine, & esse in Deo, Angelis, & hominibus diuerso tamen modo. In dialogo vero aduersus Manichaeos ita ait: Liberi arbitrij praeditum idcirco hominem condidit, quia quicquid

ratione vitur, sui iuris sit necesse est. Quorsum etenim ratione vitur, si arbitrij libertate careat? Nam quod vel vi, vel naturae necessitate fit, virtutis nomen haud quaquam obtinet. Ex quo efficitur, ut ne virtus quidem brutis insit. Et infra: Vitimus, nostri arbitrij non est, sed a Deo solo proficitur: ut autem boni sumus, tum ex Deo, tum ex nobis emanat. Deus itaque, quod suarum partium est, dat ut bene sumus: at non id quod in potestate nostra situm est, nempe ut bona dara conferamus, vel faciamus vel negligamus. Et infra: Cum ita conditi simus ut nobis arbitrij libertas insit, in nostra potestate hoc situm est, ut vel nos ipsos a foedissimis quibusque vitij expurgemus, vel eisdem inquinemus. Atque ut nos quidem sumus, non in nobis situm est accipere: ut autem beati sumus, in nostro arbitrio consistit. Quocirca si velimus ac cupiamus, ipsius bonitatis participes erimus, atque in sempiterna luce versabimur; sin autem legitimitate atque ignauia torpescamus, nosque ipsa caritate afficiamus, eumque minime experiamus, eius expertes erimus. Et in opusculo de duabus Christi voluntatibus. Quoniam, inquit, a natura Deo serui sumus, & liberum arbitrium habemus, quod virtutis efficiens est, legem accipimus ut Dominum nos habere intelligamus, ne in tenebris ambulantes, in fossam incidamus (lucerna enim, ut ait David, pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis) ut non minus boni, quod datum est, quam Dei, qui dedit semina, sumus participes. Ipse enim & recte agendi potestatem dedit, & nostrae potestatis nos procreauit, ut tum ab ipso, tum a nobis praclare actiones oriantur. Multa etiam alia in eiusdem sententiae confirmationem adiungit.

*D. Epiphanius.*

Epiphanius primo lib. aduersus haereses cap. 16. aduersus quosdam Iudaeos disputans, qui fatum asserbant, ait: Ex terra autem eorum demerita, ac non vulgaris stulticia, quod cum resurrectionem confitentur, & iudicium iustis decernant, fatum esse dicunt. Quomodo enim potest iudicium esse & fatum? Ex duobus enim necessarium est alterum. Propterea quod, qui facit, non a se ipso facit, sed secundum necessitatem dominij ipsius fati: aut si iudicium est, & re vera minime nobis inreputata sunt, & leges iudicant, & qui malum fecerunt poenam dant, & legem nullam esse confitemur, & iudicium Dei verissimum, otiosum esse fatum, & pe-

nitus nullam constitutionem habere. Quando propterea quod possit peccare, & non peccare, ab alio peccatorum supplicia sumantur, alius vero laudem ferat recte factorum, & in hoc vitijque differentia terminata sit. Confirmatque liberum arbitrium esse ex illo scilicet 1. si volueritis, & audieritis me, &c. & 2. lib. cap. 64. 5. Quae quidem igitur, de daemonibus ait: Spontaneam etiam ipsi habere ad vitraque voluntatem Deus constituit, velut etiam in hominibus, ut aut obediens essent, & acciperent beatitudinem, aut non obediens iudicarentur. Et infra: Cum liberum arbitrium habeat & per se potens sit homo, & voluntatem per se dominantem ac deliberantem ad electionem boni acceperit, &c.

*D. Ioannes Chrysostomus.* Chrysostomus homilia 19 in Genesim, de peccato Cain agens, docet usque aliquando peccatori nullas admonitiones prodesse, ut respicit, addit: Non quia non potest, sed quia non vult. Non enim sicut in corporalibus vulneribus videri solet, ita & in voluntate est: Nam in corporalibus naturae affectiones saepe immobiles sunt, in voluntate autem non ita le res habet. Saepe enim si voluerit, etiam qui malus est, mutatur, & fit bonus; & qui bonus, per ignauiam excidit, & fit malus: quia liberi arbitrij esse nostram naturam fecit omnium Dominus. Et infra: Necessitatem vitique non imponit, sed cogitum medijs apposis totum iacere in aegrotantis sententia dimittit. Eandem libertatem docet homil. 20, sequenti. Et homil. 5, ex 17 in varijs in Mathaei locis, in illud Matth. 4. Mitte te deorsum, ait: Non dicit, mitte, ne vim facere videatur. Sed, mitte te deorsum, dicit, ut ostenderet quod vnusquisque nostrum libertate arbitrij voluntatis suae culpa cadit in mortem. Illius est quidem suadere, sed nostrum est persuasiones eius per legis obseruantiam superare. Et homilia 2 de Lazaro. Perspicuum inquit, est, quod in nobis situm est, ut vel obtemperemus, vel non obtemperemus diaboli insidijs, neque vllam necessitatem neque tyrannidem patimur ab illo. Et homil. 9. in Ioannem in illa verba, In propria venit, & sui carum non receperunt, ait: Vnumquemque bonum esse vult, neminem tamen cogit. Propterea cum veniret in mundum, alij eum receperunt, alij neglexerunt. Nullum enim scruorum Deus vult inuitum, nullum coactum, sed eos tantum qui sponte sua ipsum optant, ipsum amplectuntur, & gratiam

se ei seruitutis habere intelligunt. Et insiā: Nos ipse nostri arbitrii & iniis esse liberē permittit: scilicet cogit neminē, sed nostrā tantummodo spectat uoluntatem. Quod si nolentes ad seruiendum traheret, non locus eis deberet, ac si nullum praestiterent seruitium. Et nonnullis interiectis, super illa uerba, Quotquot autem receperunt, &c. Quōdam maius supplicium esse posset, quā si in eorum ponatur arbitrio filios Dei fieri, & nolint, sed sponte sua tanta se nobilitate, tanto honore indignos efficiant? Et sermone de uanitate & breuitate uitae, nos cum Deo confert, qui per liberum arbitrium praclariora quadam per gratiam possumus operari, si uelimus, quā quae Deus in rebus corporeis operatus est. Fingitque Deum quasi dicentem cuique nostrum: Creauit ego corpus decorum, concedo tibi meliora faciendi arbitrium, facito & tu animam formosiorē. Formauit draconem ad illudendum ei, id est, diabolus; neque tamen hanc tibi inuideo potestatem; illud & illum si lubet: poteris enim quemadmodum passerem aliquid uincere eum. Et multa alia in eandem sententiam subiungit. Idemque docet homil. 13. in epist. ad Timoth. Latē etiam atque egregiē homil. 60. in Marth. in illa uerba Marth. 18. Necessē est ut ueniant scandala, ostendit libertatem arbitrii nostri, esseque uim ac potestatem ad utrumlibet cōparatione suorum actuum, eaque ratione ab ipso esse mala quae facit, eique imputari ad peccatum ac poenam. Libertatē arbitrii nostri docet etiam in illud Psal. 9. Cognoscentur Dominus iudicia faciens. In illud Psal. 110. Nō det in cōmōtionē pedem tuū. In illud Psal. 140. Non declines cor meum in uerba malitiae. Homilia 20. in Marth. Homilia 23. & 25. ex 27. in uariis in Marthaeum locis. Homilia 45. in illud Ioh. 6. Nemo potest uenire ad me, &c. Et sermo de prodicione Iudae, & in illud primae ad Cor. 4. Quid uultis in uirga ueniam &c. In illud ad Philipp. primo: Vobis datum est pro Christi pati. Et homil. 12. in epistolam ad Hebraeos, & homil. 8. in secundam epistolam ad Timoth.

*D. Ambrosius.* — Ambrosius, aut potius Prosper de uocatione Gentium cap. 1. Inter uoluntatē humanam, inquit, & gratiā Dei quorundā non sana discretio est. Existimant, quod praedicatione gratiae liberum nequeat arbitrium, nec aduercentium eandem regulā sibi posse obijci, quod gratiam

nequeant, eum eam humana uoluntatis, non ducent uolunt esse. Si enim tollitur uolūtas (id est, liberum arbitrium) ubi ipsa est uerarum otio uirtutum? Si tollitur gratia, ubi ipsa est bonorum causa meritorū? Et cap. 3. Nec quia spiritus Dei agitur, ideo se putet liberum arbitrium non habere, quod ne tunc quidem perdidit, quando d'abelo uoluntate se dedit, a quo iudicium uoluntatis deprauarum est, non ab illi. Quod ergo non interfectum est per uulnerantem, non tollitur per medentem (hoc est, per gratiam, quā a Deo adiuuatur.)

Hieronymus in epistola ad Ctesiphontem. *D. Hieron.* Cūm ille (ut & ceteri Pelagiani) obijceret, nos liberum arbitrium tollere, atque damnare, eō quod auxiliū gratiae diceremus esse necessarium ad bene operandū, atque ad implendū precepta legis, ait: Frustra blasphemias, & ignorantia uerbis ingeris, nos liberū arbitrium condemnare. Damnetur ille, qui dānar: sed ipsum liberū arbitriū Dei nititur auxilio, illiusque per singula ope indiget, quod uos nō uultis. Et lib. 1. dialogorū aduersus Pelagianos. Si ideo, inquit, non peccat, quia peccare non potest, liberum tolleret arbitriam, & nequaquam nostrum fiet, sed naturae bonum, quae peccata non capiet. Et sub finem tertij libri corāndi dialogorum, in persona Attici ait Critobulo: Hoc est quod tibi a principio dixeram, in nostra esse positum potestate, uel peccare uel non peccare, & uel ad bonum uel ad malum extendere manum, ut liberū seruetur arbitriū. Et tom. 3. epist. 147. ad Damas. Qui diuisit eis substantiā, id est, dedit eis liberū arbitriū, dedit etiam propria libertatē, & ut uideret unusquisque non ex imperio Dei, sed obsequio suo, id est, non ex necessitate, sed ex uoluntate, ut uirtus haberet locum, & ut a ceteris animantibus distaremus, dum ad exemplum Dei, petuissimum est nobis facere, quod uolumus, unde & in peccatores aequum iudicium; & in sanctos & iustos, iustum praemium retribuere. Et insiā: Solus Deus est, in quem non cadit peccatū: cetera, cūm sint liberi arbitrii, iuxta quod & homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est, in utramque partem possunt suam flectere uoluntatem. Et in fine Apologiae ad Pamachium pro libris aduersus Iouinianum. In nostro arbitrio, inquit, est, uel Lazarum sequi, uel diuitem, qui in inferno fuit sepultus. Et libro secundo Apologiae aduersus Rufinum: Dic's (de dia-

(de diabolo scilicet) qui omnibus extitit causa peccati: & dum in illum refert crimina, homines culpabiliter, tollisque arbitrii libertatē. Et statim de Iuda ait: Post buccellā introiuit in eum Satanas, quia ante buccellā sponte peccauerat, & nec humilitate, nec clementia Saluatoris flexus est ad poenitentiam. Et in caput 18. Ieremie, in principio ait: Ut liberum significaret arbitrium, dicit se, & mala nunciare genti, & regno illi, uel illi. Et rursum bona; nec tamen hoc euenire quod ipse praedixit, sed ē cōtrario fieri, ut bona malis eueniant, si egerint poenitentia; & bonis mala, si post repromissiones faciant ad peccata reuerſi. Et hoc dicimus, nō quod ignoret Deus hoc uel illud gentē aut regnū esse facturum: sed quod dimittit hominē uoluntati suae, ut uel praemia uel poenas sua uoluntate, & suo merito recipiat. Nec statim totū erit hominis quod eueniet, sed eius gratia, qui cuncta largitus est ita enim libertas arbitrii reſeruaāda est, ut in omnibus excellat gratia largitoris, iuxta illud propheticum: Nisi Dōminus aedificauerit domum, &c. Et illud. Non uolentis neque currentis, sed miserentis est Dei: Et in illud Ezech. 3. Domus Iſrael nolūt audire, quia nolūt audire me, ait: In quo aperte liberum monstratur arbitrium. Et in illud Ezech. 16. Et egressum est, &c. cūm exposuisset bona nostra a liberalitate & beneficentia Dei prouenire, addit: Nō quod ex beneficentia Dei liberum hominis tollatur arbitrium, sed quod ipsa libertas Dominum habere debeat adiutorem. Et in illud epistolae ad Philem. Sine consilio autem tuū, &c. Si Deus, inquit, uoluntariē, & non ex necessitate bonus est, debuit hominem faciens, ad suam imaginem & similitudinem facere, hoc est, ut & ipse uoluntariē, & non ex necessitate bonus esset. Qui autem asserunt ita eum debuisse fieri, ut malum recipere non posset, hoc dicunt: talis debuit fieri, qui necessitate bonus esset, & non uoluntate. Lagito alia, quibus eandem sententiam eo loco confirmat. In illud Marth. 21. Et peregrē profectus es, de Deo, qui nullum deseruit locum, ait: Abire uidetur a uinea, ut uinitoribus liberum operandi arbitrium relinquat. Et in illud, Verebuntur filium meum, ait: Quid nesciat pater familias, qui hoc loco Deus Pater intelligitur, sed semper ambigere uidetur Deus, ut libera uoluntas homini reſeruetur.

*D. Augustinus.*

Quod ad Augustinum attinet, licet ex tam

multis illius testimonijs, hac, & praecedentibus disputationibus citatis, luce clarius constet, eum liberum arbitrium in acceptione propria, de qua disputamus, constituisse, cōtrarioque, ut haec manifestā perpetrato reiecit, ex eis demque testimonijs satis patet (non dicā) impetia, sed malitia & impudentia Lutheranorū, qui hac in parte patronum se habere Augustinum falso cōtendunt; ut tamen magis fiat manifestum, quādam alia eiusdem testimonio adiicienda sunt.

In primis igitur 3. de libero arbitrio cap. 1. ex eo docet motū uoluntatis, quo ab incommutabili bono auertimur, & peccamus, culpam esse, quod necessarius nō sit naturali necessitate, sed in nostra sit potestate, ut eum exercere, ita eum cohibere, id quod experientia ipsa docet. Aliās, inquit, neque culpandus esset homo dum ad inferiora se euerterit, neque monendus ut istis neglectis aeterna uellet adipisci, atque ut malē uellet uiuere, uellet autem bene. Hoc autē monendum non esse hominem quisquam existimat, de hominum numero exterminandus est. Et capite tertio: Non possum aliud sentire esse in potestate nostra, nisi quod cūm uoluntis facimus. Quapropter nihil tam in potestate nostra, quā ipsa uoluntas. Et insiā: Uoluntas nostra nec uoluntas esset, nisi esset in nostra potestate. Porro quia esset in nostra potestate, libera est nobis: non enim esset nobis liberū, quod in potestate non esset. Et cap. 18. ostendens uoluntatem ipsam, dum recedit a lege Dei, ab uolūte quod facere tenetur, cūm tamen, si uelit, possit non recedere, causam esse peccati, ait: Quis peccet in eo quod nullo modo cauere potest? peccatur autem: cauere igitur potest. Et cap. 25. Quid quisque uel sumat, uel respuat, est in potestate: sed quo uiso tangatur, nulla potestas est. Denique scopus Augustini in libris de libero arbitrio est ostendere, uoluntatē collatā nobis esse a Deo, ut honestē uiuamus, recte rationi atque legi ipsius obtemperando, eaque ratione beatitudinē cōparemus: at collatā esse liberam, nempe cum facultate, non tantum recte, sed etiam cōtrario modo operandi, atque adeo capacem miri & demeriti, beatitudinis ac miseriae: nec aliam esse causam peccati, quā uoluntatem ipsam, dum sua innata libertate ad id desinit, ad quod a Deo collata non est, nempe ad uicia, leges Dei transgrediendo: hac docet

secundo lib. cap. 1. & li. 1. cap. vltimo. Nec t. Re-tractationū cap. 9. quicquā eorū quae dicta sunt retractat, sed eadem confirmat, solumq; docet, liberum arbitrium ad bonū, quod ad vitā aeternam cōducit, nō sufficere sine gratia. Quod licet ex parte in libris de libero arbitrio expresserat, non tamē quantum erat sans ad impugnandū errorem Pelagianorū: eo quod disputatio tunc esset suscepta aduersus Manichaeorum enoies, quorum impugnatio id non postulabat.

De Genesi contra Manichaeos lib. 1. cap. 3. ait Pasit (sumē videlicet, de quo ibi est sermo) pura cōtra eosum, qui Deo credunt, & ab a. no. re visiolium & temporalū se ad eius p̄cepta seruanda conuertunt: quod omnes homines possunt, si velint.

Epist. 46 ad Valentinum: Eo ipso quod p̄ceptū & imperatū nobis est vt intelligamus & sapiamus, obedientiā nostrā requirit, quae nulla potest esse sine libero arbitrio. Et epist. 89. ad Hilariū: Neq; voluntatis arbitriū id cō tollitur, quia iuuatur, sed idē iuuatur, quia non tollitur.

De spiritu & anima cap. 4. autor eius op̄tis ait: Dicimus vnam eandemq; esse animā in homine, quae & corpus sua societate viuificet, & semetipsam sua ratione disponat, habēs in se libertatem arbitrii, vt in sua substantia eligat cogitatione quod vult.

Lib. 3. quaestio, q. 14. ait Aug. Iustus regens & gubernans vniuersā nulla poenam cuiquam sinit immeritō infligi, nullam p̄mium immeritō dari: meritū autem poenae peccatorum est, & meritiū p̄mij rectē factū: nec peccatorum autem, nec rectē factum impurari cuiquam iuste potest, qui nihil fecerit propria voluntate. Est igitur & peccatum, & rectē factum in libero voluntatis arbitrio. Legito etiam quaestio, nem secūdam & quintam.

Disputatione 2. contra Fortunatum ait, Mala esse voluntario peccato animae, cui delit Deus liberum arbitriū. Quod si non dedisset Deus, iudicium puniendi nullū iustum esse posset, nec meritiū rectē faciendi, nec p̄ceptū diuinum vt ageretur poenitentia de peccatis, nec ipsa indulgentia peccatorū, quam nobis Deus per Dominum nostrū IESVM Christum donauit. Quia qui nō voluntate peccat, nō peccat. Et infra: Peccata, vt dicit, nisi libera voluntas esset in vobis, peccata nō essent. Si quis enim, verbi causa, ligaretur ab aliquo carnalis mēbus, & de ma-

nu eius falso scriberetur sine eius propria voluntate, quare si hoc iudici patefieret, posset hunc hominem falsitatis crimine damnare? Quare si manifestum est, peccatū non esse, vbi nō est liberum voluntatis arbitriū, volo audire, &c.

De actis cum Felice Manichaeo cap. 4. Aut facite arborē bonam, & fructum eius bonū; aut facite arborē malam, & fructum eius malum. Cūm dicit, aut hoc facite, aut illud facite, potestatem indicat, non naturam. Nemo enim, nisi Deus, facere arborē potest, ed habet vnusquisq; voluntate, aut eligere quae bona sunt, & esse arbor bona; aut eligere quae mala, & esse arbor mala. Et nonnullis interiectis: Hoc ergo Dñs dicens ostendit esse in potestate quod faceret, & quia si bonū eligerent, p̄miū eius acciperent; si malum eligerent, poenam eius sentiant. Et cap. 8. inter alia ait: Hodie libera voluntate faciunt homines consuetudinē, quam, cūm fecerint, facile superare nō possunt. Ipsi ergo sibi de seipis fecerunt, quod contraria lex habet in membris eorum: id est qui cōcipiunt timorē Dei, & per liberum arbitriū subdunt se sanandos optimo medico, & sicut bono curatori, ita & misericordī creatori, per humilitatē cōfessionis, & poenitentiae sanantur. Et infra: Non est ergo indignum vt Deus dicat, Ite in ignē aeternum, eis qui eius misericordiam per liberū arbitriū respuerunt: Et dicat, Venite benedicti Patris mei, eis qui per liberū arbitriū fidem eius susceperunt, peccata sua cōfessi sunt, poenitentia egerunt, displicuerunt sibi quales fuerunt, & quales per eum facti sunt, illi placuerunt.

De fide contra Manichaeos cap. 44. Clamar, inquit, veritas animam rationale, quia potest rectē factonum rationabilia p̄cepta percipere, & rectē factis ad aeternam beatitudinem peruenire: si hoc peccando noluierit, iuste ad infera damnari, quia inter ipsum & Deum non separata nisi voluntas praua.

Tractatu 53. in Ioannem: Tantūm ne audeat quisquam liberū arbitriū se defendere, vt nobis orationem qua dicimus, Ne nos inducas in tentationē, conetur auferre: iustus ne quisquam neget voluntatis arbitriū, & audeat excusare peccatum. Illi dicunt, Vt quid rogamus Deum vt vincamur tēratione, quod in nostra est potestate? Illi dicunt, Vt quid conamur bene viuere, quod in Dei est potestate? O Domine, ne nos iustas in quamlibet istarum tērationum. Et tractata.

era. Atu 71. Ita sine ista gratia non potest vini (vita videlicet gratia; atque ita vt in operibus nostris fructus meriti sit apud Deum, de quo ibi erat sermo) vt & mors in potestate sit liberi arbitrii.

In lib. de Cantico nouo cap. 8. Liberū inquit, arbitriū ad malū sufficit sibi, ad bonum non, nisi adiuetur à Deo.

De verbis Apostoli serm. 7. in illud, Peto vos non infirmari in tribulationibus. Petit, quod non faceret, nisi eorum vellet excitare voluntatem. Si enim responderent, Quid nos petis, quod in potestate non habemus? Numquid non viderentur sibi iustum reddidisse responsū? Et tamē Apostolus, nisi sciret esse in eis voluntatis propriae consensio, vbi & ipsi aliquid agerēt, non diceret, peto. Sed rursus sciens sine Dei adiutorio infirmā esse hominis voluntatē, non solum ne dicerent, voluntatis arbitriū non habemus, dixit, peto: verūm etiam ne dicerent, voluntatis arbitriū sufficit nobis: addit, Huius rei gratia sēcto genua mea, &c. Quia ergo voluntatis arbitriū habetis, peto. Quia vero vobis voluntatis non sufficit arbitriū ad implendum quod peto, huius rei gratia sēcto genua ad Patrem Domini nostri, vt det vobis quod à vobis peto, nempe corroborari virtute, quod est non infirmari. Peto à vobis, propter arbitriū voluntatis: rogo det vobis, propter auxiliū maiestatis. Et infra: Vt Deus velit dare, debes & tu ad accipiendum accōmō dare voluntatē. Quomodo vis accipere gratiā diuinā bonitatis, qui sinum non aperis voluntatis?

Sermone 47. de Sanctis: In potestate, inquit, nostra posuit qualiter in die iudicij iudicemur. Et infra: In te posuit quod à te requirit. Et homilia 16. In tuo arbitrio Deus posuit cui parares locum, Deo, an diabolo. Mitto alia Augustini testimonia.

Cyrillus Alexandrin. libro quarto in Ioannem capite septimo loquens de prodicione Iudae: Non possumus, inquit, secundū Ecclesiae veritatisq; dogmata liberam potestatem hominis (quod liberum arbitriū appellamus) negare. Ita iusti quidem p̄mij propter iustitiam afficiuntur; qui verō malē vixerunt, non iniuria puniuntur. Et capite tertio: Liberum homo animal est, & potest sine deaurū, siue sinitrum vel ite (virtutem dico aut vitium) eligere. Eandem libertatē statuit lib. 9. cap. 10.

& lib. 3. contra Iulianum in principio, & ad finem libri 8. & libro de adoratione Spiritus sancti circa initium.

Gregorius 13. Moralium cap. 9. alias cap. 6. in illud Iob 16. Conuulserunt lumbos meos, ait: Nequaquam lumbos nostros vulnerare, sed conuulserat dicitur, quia hoc, quod nobis ille malē suggerit, nos sequentes ex voluntate propria implerimus, & quasi cum ipso nos pariter vulneramus, quia ad perpetrandū malum ex libero sinul arbitrio ducimur. Eandē libertatē arbitrii, & quam ratione cum gratia cōsentiat, docet 16. Moralium cap. 10. in expositione ad vltima verba cap. 22. Iob, & lib. 24. cap. 12. alias cap. 6. in illa verba Iob, cap. 33. Liberauit animam suam ne pergeret in veritatem. Et lib. 33. cap. 16. alias 20. circa illa verba capit. 41. Iob, Non quasi crudelis, &c. & homilia 9. in Ezechielem.

Anselmus in dialogo de libero arbitrio, & in lib. de Concord. praescientiae, praedest. & gratiae cum libero arbitrio, latē libertatē arbitrii nostri ostendit, nullaque tentationis vi necessitatem ei inferri posse, vt in eo quod cum recta ratione pugnat, cōsentiat. Libertatē arbitrii asserit etiam in illud Matt. 6. Fiat voluntas tua. In illud Ioan. 4. Erat quidā regulus. In illud ad Rom. 6. Cūm enim serui effectus peccati. In illud 1. ad Cor. 15. Gratia autem Dei sum id quod sum. In illud ad Ephes. 2. Creati in Christo IESV in operibus bonis. In illud ad Ephes. 6. De cetero fratres confortamini, &c. Atque in illud 2. ad Tim. 2. Recedat ab iniquitate, &c.

Eandem arbitrii libertatē affirmat Berna d. in tractatu de gratia & libero arbitrio, quo loco inter alia ait: Hac dignitatis prerogatiua rationalem singulariter creaturā conditor insigniuit: vt quemadmodū ipse sui iuris erat, in illa quocq; sui quodammodo iuris in hac parte existeret, quatenus non nisi sua voluntate, aut mala fieret, & iuste damnaretur, aut bona maneret, & meritis saluaretur. Nō quod ei propria possit se facere ad salutem voluntas, sed quod eam nullatenus sine sua voluntate consequeretur. Nemo quippe saluatur iniuitus. Nam quod legunt in Euangelio; Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum; item in alio loco, Compelle intrare; nihil impedit. Quia profectō quatenus vnusq; cōpelle-re vel trahere videatur ad salutē benignus Pater, qui omnes homines vult saluos fieri, nullum ra-

*D. Cyril.  
Alexand.*

*D. Greg.*

*D. Anselm.*

*D. Bern.*

men iudicet salute dignū, quem antea non probauerit voluntarium. Hoc quippe intendit cum terret aut percutit, vt faciat voluntarios, nō saluet inuitos: quatenus dum de malo mutat voluntatem in bonū, transierat, non auferat libertatem. Et paulō post, probat nō semper trahi aliquem inuitum: nōm cecus, volens trahitur, & Paulus ad manus trahabatur Damascū. Et sponsa petit, Trahe me post te. Et serm. 12. in Cantic. Arbiteri, inquit, libertas platiū diuinum quiddam prefulgens in anima tanquā geminā in auro. Ex hac nempe inest illi, inter bonū quidem & malū, nec non inter vitam & mortē, sed & nihilominus inter lucem & tenebras, & cognitio iudicij, & optio eligendi, & si qua sunt alia quae similiter circa animi habitū sese ē regione respicere

videantur, nihilominus inter ipsa censorius quidam arbiter is animae oculus iudicet & discernit: sicut arbiter in discernendo, ita in eligendo liber. Vnde liberū nominatur arbitrium, quōd liceat versari in ijs pro arbitrio voluntatis. Inde homo ad promerendū potis. Omne enim quod feceris bonum, malūque, quod quidē non facere liberū sit, meritō ad meritū reputatur: & vt meritō laudatur, non is tantum qui potuit facere mala, & non fecit, sed, & qui potuit non facere bona, & fecerit, malo non caret merito tam is, qui potuit non facere mala, & fecit, quā qui potuit facere bona, & non fecit. Vbi autem non est libertas, nec meritū. Omittō complures alios Paues, quorum omnium testimonia, si afferēda essent, magnū volumē conficere possemus.

**Vtrum voluntas, in quo temporis puncto aliquid vult, libera sit ad illud idem volendum nolendumue, & ē contrario.**  
*Disputatio 24.*

Ochami, & quorundam nominalium opinio.



**V**ilhelmus Ochamus in primo d. 38. q. 1. quem sequuntur Gabriel ibidē, & quidam alij ex doctoribus nominalibus, asseuerat, voluntatē, in quo instanti elicit volitionem, non esse liberā ad eam non eliciendam, aut ad eliciendam contrariū actum; & ē conuerso, in quo instanti non vult, aut nolitionem elicit, liberā non esse ad volendum idem obiectum, sed solum ante illud instans fuisse in ea libertatē, vt cum ad illud instans perueniret, indifferenter vellet, aut nō vellet, nolleue obiectum: eo verō ipso quōd ad illud instans peruenit, si ex libertate precedente vellet, esse liberam vt immediatē post illud instans in volitione sua persistat, aut ab ea desistat, vel etiam, si vellet, eliciat contrariam volitionem (in quo, ait, differt a causis agentibus ex necessitate naturae, quae existentibus eidem circumstantijs desistere nequeunt ab operatione) non verō esse liberam vt in illo eodem instanti indifferenter vnā & eandem rem vellet, aut nollet.

Ochami argumentum.

Probat hanc sententiam, quoniam nulla potentia fieri potest vt voluntas, in quo instanti

vult, non velit: ergo in instanti, in quo vult, non est in ea facultas vt non velit. Consequētia patet, quoniam non est potentia quā Deus deducere non valeat in actum. Antecedens probatur, quoniam implicat contradictionem, voluntatem, in quo instanti vult, non vellet: vellet enim simul & non vellet: ergo id nulla potentia fieri potest.

Confirmatur, quoniam vel potentia ad contrarium, aut contradictorium, solum conuenit voluntati antequam habeat actum volitionis, aut cum ipsum actum in se habet. Si solum illi conueniat antea, iam faceris libertatem voluntatis ad oppositum, solum esse ante instans in quo aliquid vult, quod Ochamus contendit. Dici autem nequit, conuenire illi dum iam est sub volitione: eo enim dato, posset velle & non velle simul, aut etiam nolle, quod contradictionem implicat.

Confirmatur prius, quoniam id, quod est, quando est, non potest nō esse, vt autor est Aristoteles primo de interpretatione capite vltimo. Vnde Boetius quinto de consolatione profa vltima: Sol oriens, & gradus homo, quae, dum

*Confir. 2.*

*Confir. 2.*

*Refellitur explicita sententia.*

sunt, non fieri nō possunt; eorum tamen vnum prius quoque quā fieret ( nempe ortus Solis) necesse erat existere: alterum verō (nempe gressus voluntarius hominis) non item.

Sententia haec, meo iudicio, non solum falsa, sed & periculosa est ac temeraria. In primis, quoniam Deus optimus maximus liberē voluit creare mundum: & tamen neque antē, quā id vellet, libertatem habuit, vt id non vellet: eō quōd ex aeternitate id voluerit, & nihil sit ante aeternitatem: neque postquā id voluit: eō quōd mutatio aut vicissitudinis obumbratio in eum cadere non possit: ergo quando id voluit, potuit id non velle, quatenus prius natura in se ipso est liber, vt id velit aut non velit, quā alterum eorum apud se ex aeternitate statuat.

Secundo, quoniam ex communi Theologorum, atque ipsius Ochami sententia, Angeli in primo instanti suae creationis apud Deum meruerunt: ergo tunc habuerunt libertatem arbitrij ad eliciendam, vel non eliciendam, operationem ob quam meruerunt. Consequētia est manifesta, quoniam sine libertate esse non potest meritum: eiusmodi autem libertatem habere non poterūt antequā crearentur. Ridiculum autem est affirmare, libertatem, quam in primo instanti habuerunt ad cohibendam vel continuandam vltius illam eandem operationem quam in primo instanti elicerunt, conferre, vt in primo instanti mereantur per operationem in eo elicitem, vt vellet videtur Ochamus. Tum quia libertas illa nihil confert vt in potestate liberi arbitrij fuerit elicere, aut nō elicere operationem illam in primo instanti: quippe siue cohibeatur post illud instans, siue continueatur, non ideo non erit elicitā in primo instanti: meritum autem & demeritum esse nequeunt in operatione, quam in potestate liberi arbitrij non fuerit, vt elicere, ita etiam non elicere. Tum vel maximē, quoniam cessare post primum instans ab operatione ex se bona & digna praemio, quid conducere potest vt operatio illa meritum habuerit in primo instanti, cum id ad demeritum potius, quā ad meritū conferat? Quare libertas ad intermittendam operationem, si re ipsa intermittatur, ad Angelorum meritum in primo instanti nihil profus efficiet: Doctores affirmant, eos etiam Angelos, qui post primum instans peccauerunt, in primo instanti meruisse.

Tertio. Data opinione Ochami, concedendum esset, neminē peccare quando vult aliquid contra legem Dei, sed immediatē antea existisse totam culpam: quandoquidem culpa esse nequit, nisi dum libertas adest ad culpam vitandam: id autem si admittatur, multa sequuntur absurda. In primis enim ab aduersarijs petam, an qui in instanti aliquo vult aliquid contra legem Dei, peccet immediatē antea peccato omissionis, aut commissionis? Non dicent omissionis, quandoquidem nullum actum tenetur tunc elicere: neque item commissionis, eō quōd nullum eliciat actum: ergo eiusmodi culpa neque omissio, neque commissio erit, quod est satis absurdum. Deinde petam, vel dum dicunt immediatē antea existisse culpam actus sequentis, intelligunt in tempore immediato, vel in instanti immediato? Non in instanti immediato, eō quōd non datur in tempore instans in immediato instanti, vt Philosophi demonstrant: neque item in tempore, quandoquidem dato quocunque tempore, cum in ea dimidia parte illius, quae est versus instans in quo voluitur est aliquid cōtra legem Dei, habeat libertatem ad illud idem nō volendum, nec in altera priori dimidia parte statuerit tale quid velle, nulla vtiq; erit culpa in priori parte: ergo nec in toto tempore dato peccasse dicetur. Praeterea moriatur homo ille in eo instanti, in quo, si viueret, voliturus erat aliquid contra legem Dei: tūc si culpa existeret in tempore immediatē precedente, sequeretur hominem illum damnari, cum tamen nihil contra legem Dei omiserit, vel commiserit: quo quid inepius? Confirmatur ex Augustino epistola 107. ad Vitalem Pelagianum, vbi copiose & doctē ex scripturis probat, neminem damnari pro re, quam gesturas esset, si viueret: sed pro re, quam dum viueret gessit.

Dicendum itaque est cum Scoto in primo dist. 39. voluntatem, ad quocunque temporis punctum deueniat, prioritate naturae antecedere suum actum, vt quāuis alia causa suum effectum praecedat: prius etenim natura est, voluntatem esse in quocunque temporis puncto, quā in eodem ab ea actus emanet: haec autem naturae prioritas verum fundamentum in re habet. Cum ergo voluntas suapte natura sit causa libera, hoc est, in cuius potestate est velle aut nolle, aut continere omnino actum & nihil velle, vtiq; in quocunque temporis puncto existat,

*Quomodo voluntas libera sit etiam in eo instanti in quo nihil elicit.*

in eo priori eiusdem puncti in quo, cum fundamento in se, concipitur vt natura ordine antecedens suam actum, in facultate ipsius est, vel nihilominus agere, vel volitionem, aut volitionem elicere, prout maluerit. Quod sit, vt ad quodcumque temporis momentum deueniat, prius natura, quam ad aliquid predictorum pro innata sua libertate se determinet, facultatem habeat non quidem ad volendum & non volendum in eodem puncto temporis vnum & idem obiectum simul, aut etiam successiue, quasi in eodem puncto postquam se determinauerit ad vnam partem contradictionis, alteri subiacere possit, vt utrumque enim contradictionem implicat. & id solum probant argumenta pro opinione Ochami; sed facultatem habet vt indifferenter velit, aut nolit, aut ab omni actu pro eodem instanti vacet. Hoc ipso vero, quod posterius natura liberè se determinat ad vnum illorum trium, nequit iam in eodem temporis momento ad aliud se determinate.

Ad argumentum ergo Ochami, si antecedens sumatur in sensu composito, ita vt sit sensus; nulla potentia fieri posse, vt, si iam voluntas in instanti aliquo temporis elicitur volitionem, non possit non velle idem obiectum, concedendum est. Nec pugnat nobiscum, qui non in eo sensu dicimus voluntatem, in quo instanti aliquid vult, liberam esse ad illud non volendum, aut nolendum in eodem instanti. Si verò sumatur in sensu diuiso, ita vt sit sensus; nulla potentia fieri pos-

se, vt voluntas, quæ in aliquo puncto temporis aliquid vult, non possit tunc non velle illud, vel vacando ab omni suo actu, vel per contrarium actum illud reiiciendo, si modo spectetur, vt existit in eodem temporis puncto prior natura ordine quam illud idem velit, negandum erit antecedens. Ad probationem verò dicendum est, implicare quidem contradictionem, voluntatem in sensu composito, in quo instanti aliquid vult, illud idem non velle: non verò in sensu diuiso.

Ad confirmationem dicendum est, potestiam ad contradictorium conuenire voluntati etiam simul tempore cum actu volitionis, sed prius natura quam in eodem puncto temporis ad illud eliciendum se liberè determinet, vt explicatum est; neque inde sequi, voluntatem idem posse velle & non velle simul, vt supra diximus: sed solum sequi, prius natura, quam velit, esse indifferentem & liberam vt sub disiunctione velit aut nolit obiectum, vel omnino actum cohibere.

Ad secundam confirmationem dicendum est: Id, quod est, quando est, necessario esse, ita intelligendum esse, vt facta hypothese quod res ita sit, extra suas causas necessario esse dicatur. At absolute ea, quæ à causa libera emanant, si in instanti, in quo sunt, considerentur prout prius natura ordine, quam sint, causa est libera & indifferens vt ab ea emanent aut non emanent, sanè indifferenter & esse & non esse possunt in eo instanti, in quo à causa emanant, existereque in rerum natura incipiunt.

Ad primam confirm.

Ad secundam.

neque item qua ratione eadem arbitrij libertas cum diuina gratia, præscientia, voluntate, prouidentia, prædestinatione, & reprobatione consentiat. Denique ex notitia modi vniuersæ concursus complurium grauissimarum difficultatum cognitio explicatioque dependet.

A primo itaque concursus genere ordiendo, in primis dicemus de concursu Dei generali cum omnibus causis secundis. Deinde de eodem cum libero arbitrio ad actiones & effectus naturales. Inde vterius ex modo citate concursus ostendemus, non Deum, sed nos per liberum nostrum arbitrium causam esse nostrorum peccatorum. Postremo examinabimus, Vtrum si Deus ex necessitate nature ageret, & nihilominus eo præcisè concursus generalis modo, quo nunc inhiuit, concurreret cum libero arbitrio & cæteris causis secundis, rerum contingentia salua maneret, an non.

Gabrielis & quorundam aliorum sententia.

Quod verò ad propositam disputationem attinet, præter quosdam, quos D. Thom. 1. p. q. 105. art. 5. secundo Sententiarum, d. 1. q. 1. art. 4. de potentia, q. 3. art. 7. & tertio contra Gentes cap. 69. refert, Gabriel in Quarto, d. 1. q. 1. art. 1. & art. 2. dubio 2. & 3. secutus Petrum de Aliaco, in ea est sententia, vt dicat, causas secundas nihil omnino operari, sed Deum in illis, atque ad earum præsentiam se solo producere omnes effectus; vt ignem non calefacere, & solem non illuminare, sed Deum in illis, atque ad illorum præsentiam effectus illos producere. Vnde dubio 3. citato ait, causas secundas non propriè esse causas, quasi influant in effectum: hoc namque modo solam causam primam affirmat esse causam, causas verò secundas dicit appellari causas, sine quibus non, quatenus constitutum habet Deus, non, nisi ad earum præsentiam, producere effectus. Art. etiam primo citato cum Petro de Aliaco asserit, Deum nihil minus concurrere, quando cum causa secunda producit effectum, vt calorem cum igne, quam concurreret, si solus eundem effectum produceret. Imò tunc plus efficeret, quandoquidem non solum producit calorem æquali concursu, ac si ignis non adesset, sed etiam facit vt ignis sit etiam causa suo modo eiusdem caloris.

Hanc confirmat Gabr. 1.

Hanc suam sententiam (qua ex eo maxime commendari putat diuinam potentiam, quod iuxta eam effectus omnes, non ex parte, sed ex toto ac propriè sint à Deo) confirmat tum ex

illo primæ ad Corinth. 12. Qui operatur omnia in omnibus: tum etiam ex illo 2. ad Corinth. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quali ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

Sententiam hanc omnes nihilominus reiciunt, meritoque D. Thomas secundo Sententiarum tertio contra Gentes loco citato stultam eam appellat. Quid enim magis stultum esse potest, quam ea negare, quæ experientia & sensu patet? Sensibus autè constat causas secundas suas operationes elicere ac exercere. Quod si de omnibus omnino causis, etiam de voluntate ac libero arbitrio ea opinio intelligatur, vt auctores illius velle videntur, vti que non solum cum ea experientia pugnat, qua quibus nostrum in se ipso experitur in sua esse potestate velle & nolle, sed planè error in fide est censenda: tollit namque de medio arbitrij nostri libertatem, & cum ea rationem omnem virtutis & vitij, meriti & demeriti, laudis ac vituperij, præmij & supplicij à nostris operibus. Etenim si voluntas non est, quæ operatur, sed Deus solus elicit in ea operationes bonas ac malas, quæ quoque libertas in ea manet, quæne ratione merito & laudi, aut peccato aut vituperio tribui illi potest, quod vno aut altero modo operetur? Est autem ea sententia de solis causis secundis, quæ libero arbitrio prædicitæ non sunt, intelligeretur, parum sanè tuta esset in fide. Enimvero Scriptura sacra eiusmodi operationes causis secundis ita tribuit, vt verè eas à suis causis fieri significet. Marci 4. Vltro tena fructificat, primò herbam, deinde spicam, & cæc. Luca 21. Videte ficulneam & omnes arbores cum producant iam ex se fructus. Vnde Augustinus 7. de ciuitate Dei ca. 30. Sic Deus, inquit, administrat omnia, quæ creauit, vt etiam ipsa proprios exercere & agere motus sinat.

Deinde rationibus refutatur. Quoniã ea data, hæc propositiones essent falsæ. Sol illuminat, ignis calefacit, & cætera: quandoquidem cause secundæ nō essent, quæ hæc præstarent, sed Deus ad illarum præsentiam; consequens autem tum contra communem loquendi usum, tum etiam contra communem sensum hominum est. Præterea cum auctore Aristotele 2. de celo, cap. 3. vnumquodque sit propter suam operationem, sequeretur omnia esse frustrata quod non res ipsæ operarentur ea, ad quæ instituta sunt, sed Deus.

Causa secundæ esse illas suas cooperationes tur contra Deo. Liberum arbitrium non cooperatur ad suas effectus error in fide.

### De concursu Dei cum causis secundis ad omnem earum actionem, & effectum.

#### Disputatio 25.



Constituta arbitrij nostri libertate dicendum est, tum de concursu Dei generali, quo cum causis omnibus secundis, atque adeo cum libero arbitrio, ad omnem actionem & effectum concurrat etiam de particulari, quo insuper arbitrium nostrum ad supernaturalia opera diuini-

tus adiuuatur. Sunt enim hæc duo concursus Dei genera longè inter se diuersa, neque eodem modo ad nostrum arbitrium affecta. Ac sanè nisi modum vniuersæ perspectum habeamus, neque scire poterimus quanam ratione libertas arbitrij nostri ad naturalia & supernaturalia opera salua maneat, & consequenter rerum contingentia, quam vnà cum illa ostendere molimur, neque

Deus ad earum presentiam. Item cum Deus aequè possit rem aliquam frigidam reddere ad presentiam ignis, & calefacere ad presentiam aquæ, ac è contrario, aequè ignis possit esse causa frigefactionis, & aqua calefactionis, ac è contrario. Imò cum Deus ad presentiam lapidis creare possit Angelum, aut rem aliam, lapis esse possit causa creationis: quod licet Gabriel admittat, planè id maximum absurdum est. Adde, id quod experientia testatur, negandum non esse absque vigente ratione: nulla autem non solum vogens, sed neque probabilis ratio est, quæ suadeat res creatas non verè operari eas actiones, quas docet experientia ab eisdem causis provenire. Adde etiam, plus extollere potentiam Dei, quòd possit, tum per se ipsum, tum per virtutes, quas causis secundis conferat, efficere operationes omnium rerum, quàm si solus ipse possit eas efficere.

*Ad primū testimonium cui Gabriel mittitur. Ad secundam.*

Ad primum ergo testimonium Pauli in contrarium dicendum est, eo loco sermonem esse de operibus gratiæ, vt aperte patet, si antecedentia & sequentia considerentur: illæ autem à Deo sunt, nobis tamen cooperantibus.

Ad secundum simili modo dicendum est, sermonem esse de cogitatione insufficiente, vt quis idoneus minister sit noui testamenti, vt Pauli contextum intuenti satis manifestum erit: ad id verò gratia & cōcursum Spiritus sancti necessaria sunt. Quauis autem utroque in loco sermo esset de operibus naturalibus, nihil tamen inde colligeretur cōtra nos: quoniam omnes à Deo essent per concursum vniuersalem, nobis simul cooperantibus.

*Durandi sententia.*

Sententia Durandi in secundo dist. 1. quæst. 5. opposita omnino est sententiæ hæcenus impugnate. Affirmat namque causas secundas ita operari, siusque effectus producere, vt Deus non alio influxu cum eis concurrat, quàm conseruando ipsarum naturas ac vires, quas eis contulit.

*Probat primò.*

Probat verò id primò, quoniam effectus causarum secundarum dicitur esse à Deo mediis causis secundis: ergo non sunt à Deo immediate, sed à solis causis secundis; à Deo verò mediate, quatenus tanquam prima causa consulit eis esse ac vires ad operandum, easque in eis conseruat.

*Secundò.*

Secundò, si Deus operaretur immediate cum causis secundis ad earum effectus, verbi gratia, cum igne ad generationem ignis, vel ageret eadem

dem numero actione, qua ignis, vel alia: non eadem; in primis, quia cum ea actio non excedat virtutem speciei ignis, illam poterit efficere ignis sine alio concursu Dei, supposita conseruatione naturæ atque virtutis actiue ipsius: quare superflueret concursus Dei. Deinde quia eadè actio numero non potest esse à duobus, ita vt perfectè & immediate sit ab vnoquoque eorum, nisi agant per eandem numero virtutem; quo pacto Pater & Filius perfectè & immediate spirant Spiritum sanctum, quoniam produunt eum per eandem numero vim spiratiuam: sed generatio ignis perfectè & immediate est ab igne; eò quòd non sit supra virtutem speciei ipsius ignis: ergo non potest esse simul à Deo immediate, cum Deus & ignis non agant per eandem vim, seu potentiam actiuam. Quòd etiam non agat alia numero actione ab ea, qua agit ignis, probatur: tum quia altera earum redundaret: tum etiam quia cum actiones per terminos distinguantur, idemque sit terminus seu effectus productus, non poterit esse alia atque alia actio.

*Probatio prima.*

*Secundam.*

*Tertiã.*

Tertiò. Ordo agentium respondet ordini finium: sed vnus rei non possunt esse duo fines immediati & perfecti: ergo neque esse possunt duo agentia, nisi forte supplerent vicem vnus agentis perfecti; quo pacto duo trahentes nauim efficiunt vnum agens integrum ac sufficiens & perfectum: & eodem modo eiusdem rei possunt etiam esse plures fines parciales.

*Deus operatur immediate cum omnibus causis secundis.*

Plurimi censent sententiam hanc Durandi erroneam esse, & id innuit Sotus secundo Physicorum q. 4. conclusione 1. Ego verò cum minimam falsam, & minus tutam esse censeo. Dum enim Paulus Actorum 17. non solù eò ostendit Deum non longè esse ab vnoquoque nostrum, quòd in eo simus, sed etiam ex eo, quòd in eo moueamus, aperte innuit Deum immediate concurrere ad omnem motum nostrum: ex cōcursum namque & actione immediata non rectè colligitur presentia agentis secundum suam substantiam. Dum etiam regius propheta Psal. 138. ostendit, quocunq; quis abscesserit, ibidem Deum fore presentem, eò quòd illuc Dei manu sit deducendus ac tenendus, aperte quoque indicat Deum ad motum localem immediate concurrere. Iob 10. Manus, inquit, tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu. Et paucis interiectis: Nonne sicut lac multisti me? &c. Vbi effectus causarum secundarum Deo etiam tanquam

quam

quam cooperatiōi tribuit. Item Isaia 26. habetur: Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Sapien. 8. Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. Ioan. 5. Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. Vide Augustinum 4. super Genesim ad litteram ca. 12. & quinto lib. cap. 20. vbi iuxta hunc Ioannis locum egregiè docet, ita Deum die septimo quiescisse ab omni opere creationis mundi, & à nouis producendis speciebus, vt nihilominus nunquam cesset ab earundem rerum conseruatione, & cooperatione cum causis secundis ad effectus earum.

Ratione etiam ostendi potest opinionem Durandi falsam esse. Primò, quoniam nullus omnino effectus esse potest in rerum natura, nisi Deus suo influxu eundem in genere causa efficiens immediate conseruet: mirum namque esset, quòd Angelus ceteraque substantiæ illo modo à Deo, (vt q. 8. huius primæ partis ostensum est) penderet, actiones verò & alia accidentia, quæ illis insunt, non item: inde enim sequeretur, si Deus, seruatis substantiis, veller actiones & accidentia destruere, non satis esse subtrahere influxum, quo ab eo conseruarentur, sed opus illi esse adhibere contrariam aliquam actionem: quod tamen verè dici non potest. Quæ namque alia contraria actio fingi potest ad Solis lucem, verbi gratia, extinguendâ, Solis substantia seruata: quandoquidè nec luci, nec actioni, qua à Solis substantia emanat, quicquã contrariū existat? Perfectò nisi dicas lucē solâ diuini influxus subtractione posse extingui, fatentis necesse est eam à Deo, Solis substantia permanente, extingui nulla ratione posse. Quare dicendum omnino est, creata omnia ab immediato influxu fontis, à quo emanarunt, dependere. Cum verò id, quod ad conseruationem est necessarium, maiori cum ratione necessariū sit ad primam eiusdè rei productionem; cōsequens perfectò est, vt nihil omnino à causis secundis valeat produci, nisi simul actualis immediatusque influxus causæ primæ interueniat. Quò fir, vt solius primæ causæ proprium sit, à nullius alterius causæ influxu pendere in productione & conseruatione suorum effectuum: ceteris verò tam in producendis, quam in conseruandis suis effectibus, ab auxilio & generali influxu causæ primæ dependant.

Secundò, quoniam si Deus nō cooperaretur cum causa secunda, sanè efficere non potuisset vt

Babylonicus ignis tres pueros non calefaceret, nisi se illi quasi opponendo impediendoque illius actionem, vel per actionem aliquam contrariam, vel rem aliquam pueris illis circumponendo, cōsue qualitate aliqua resistente efficiendo, quæ obflaret, quo minus ignis actionē suam in eos imprimeret: cum ergo hoc deroget, tum diuinæ potentia, tum etiam summæ subiectioni, qua ei cuncta parent, atque obediunt, dicendum proculdubio est, Deum cooperari cum causis secundis, easque sola ratione non fuisse pueros illos ab igne concrematos, quòd Deus cum eo ad actionem non concurrerit.

*Ad primam Durandi.*

Ad primum argumentum Durandi dicendum est, effectus causarum secundarum dici esse à Deo mediis causis secundis, non quatenus Deus agit per concursum vniuersalem, sed quatenus per ipsasmet, tanquam per ministras, ac velut instrumenta quæ ab ipso virtute agendi acceperunt, effectus existit.

*Ad secundam.*

Secundi argumenti solutio notior erit ex dicendis disputatione sequenti: interim dicendum est, Deum agere eadem numero actione, quæ, vt est à Deo, dicitur actio Dei & concursus vniuersalis ipsius; vt verò est ab igne, dicitur actio & concursus ignis: ab igne tamen habet quòd sit calefactio, à Deo verò non, nisi per determinationem ignis simul ad eam actionem concurrentis.

*Causa prima per cōcursum generale. Et secunda per particula re, agens eandè numero actione, cuiusque cōcursum rationem habente.*

\* Ad primam probationem in contrarium negandum est actionem illam, vt fiat sine vniuersali concursu Dei coadiuuante, nō excedere virtutem ignis: agere nāque nullo alio coadiuuante est proprium Dei, exceditque omnem virtutem creatæ; eò quòd virtus omnis creata, vt pendet quoad naturam suam ab alio, ita etiam pendet quoad operationem, præsertim cum, vt ostensum est, effectus omnes ita à Deo pendent, vt etiam postquam sunt producti, nisi Deus suo influxu eos conseruet, nulla ratione existere possint.

*\* Ad primam probationem. Agere nullo coadiuuante eorum virtutem omnem creatam excedat, sic, Deum à Deo in ordine causæ primæ vniuersalis, vt dist. 14. Ad secundam.*

\* Ad secundam probationem dicendum est eiusmodi actionem non esse perfectè & totaliter ab igne, si sermo sit de causa omnino totali, sed esse partim ab igne, partim à Deo: esse tamè integre & ex toto ab vnoquoque eorum in suo ordine, vt ab igne in ordine causæ particularis, & propriam à Deo in ordine causæ primæ vniuersalis, vt dist. 14. Ad secundam.

*Ad secundam. Agere nullo coadiuuante eorum virtutem omnem creatam excedat, sic, Deum à Deo in ordine causæ primæ vniuersalis, vt dist. 14. Ad secundam.*

Ad tertiam dicendum est, Deum & causam secundam

*Ad tertiam.*



secundam efficere vnum agens perfectum omnino comparatione effectus producendi, licet vnumquodque eorum sit perfectum in suo ordine, vt disputatione sequenti dicitur: quo pa-

lo nullum est incommodum duo agentia concurrere simul ad eandem actionem, vt ipsemet Durandus fateatur.

### Concursus Dei generalis an sit influxus in causas, quasi prius eo motus agant, an immediatus cum illis in earum naturales actiones, & effectus.

#### Disputatio 26.

*Diui Thomae sententia.*



**D**ivus Thomas prima par. q. 103. art. 5. docet, Deum duplici ratione dici operari cum causis secundis. In primis, quia virtutes illis tribunt ad operandum, eaque actu conseruat, vt Durandus dicebat.

Deinde, quia ita eas ad agendum mouet, vt quodammodo formas & virtutes earum applicet ad operationem: non secus atque artifex securim applicat ad sciendum. Huius vero rei rationem reddit, quoniam semper quando sunt multa agentia inter se ordinata, secundum illa agit virtute primi, vt ab eo ad agendum moueatur.

*\* Primum quod difficile videtur opinionem D. Thomae. Causa secundae, vt ignis, sine sui mutatione calorem in aquam inducit. Instrumentum solum dicitur generari. Vnum nisi motum esse, non agit nisi in motu.*

¶ Duo autem sunt, quae mihi difficultatem patiunt circa doctrinam hanc D. Thomae. \* Primum est, quod non videam, quidnam sit motus ille & applicatio in causis secundis, quae Dei s illas ad agendum moueat & applicet: quin potius existimem ignem sine vlla sui mutatione calorem in aquam sibi ad motum inducere. Quod nanque sunt instrumentorum genera: quaedam quae non habent integram virtutem ad operationem, qualia sunt instrumenta artis. Atque haec indigent motu & applicatione alterius agentis, vt aliquid efficiant: dolabra enim licet acumen & duritiam habeat, quibus ad sciendum sit apta, quia tamen ea virtus non est sufficiens ad praestandum effectum, opus est motu superaddito, cum vt imprimatur ei vis & impulsus ad sciendum necessarius: tum etiam vt admoveatur diversis partibus ligni, ad artefactum iuxta regulas artis conficiendum. Alia vero sunt instrumenta, quae vel habent integram virtutem ad agendum, vt semen decissum & generante, vel

sunt ipsamet integra virtus, vt calor ignis, & caeterae virtutes naturales. Atque eiusmodi instrumenta, si sint apte coniuncta, non indigent motione & applicatione superaddita a causis principalibus: semen nanque, quando operatur, non mouetur a generante, cuius est instrumentum; quippe cum fieri possit, vt generans iam non sit: calor item ignis, quando calefacit aquam, non mouetur aut applicatur ad calefaciendum ab igne in quo est, & cuius est instrumentum, sed per seipsum sine alia motione calorem producit. Quare ingenue fateor, mihi valde difficile esse ad intelligendum motionem & applicationem hanc, quam Diuus Thomas in causis secundis exigit.

Ferrariensis 3. contra Gentes c. 70. ait, eiusmodi applicationem esse vim quandam in causis secundis, quae est velut esse intentionale virtutis diuinae; eo modo, quo species colorum in medio dicuntur esse intentionale colorum; quae quidem vis, vt inquit, est quippiam superadditam virtutibus causarum secundarum, & tandem in illis est, quoad ipse suas efficiunt operationes, quibus cessantibus, continuo vim illam deuenire arbitror. Hoc tamen commentitium plane est, nullaque ratione fulcitur, & res frustra multiplicat.

¶ Secundum, quod mihi difficultatem parit, est, quia iuxta haec Diui Thomae doctrinam, Deus non concurret immediatè in mediatione suppositi ad actiones & effectus causarum secundarum, sed solum mediare, & edius scilicet causis secundis. Etenim tam virtutes causarum secundarum, quas Deus conseruat & conseruat, quam

*Ferrariensis explicatio excluditur.*

*Secundum quod Diui Thomae sententiam difficile reddit.*

etiam motus & applicatio earum, in ipsismet causis secundis sunt: quare si Deus his tantum rationibus concurrat, profectò non influit immediatè in mediatione suppositi in actus & effectus causarum secundarum. Licet autem Ferrariensis loco citato id admiretur, contrarium tamen probare videntur efficaciter, quae hac & praecedente disputatione aduersus Durandii sententiam dicta sunt, vt iam nunc patebit.

*Deus concursu generalis non influit in causam, sed cum causa in mediatione in effectum.*

Dicendum itaque est, Deum immediatè in mediatione suppositi concurrere cum causis secundis ad earum operationes & effectus, ita videlicet, vt quemadmodum causa secunda immediatè elicit suam operationem, & per eam terminum seu effectum producat; sic Deus concursu quodam generali immediatè influat cum ea in eandem operationem, & per operationem seu actionem terminum illius atque effectum im producat. Quò fit vt concursus Dei generalis non sit influxus Dei in causam secundam, quasi illa prius eo mota agar, & producat suum effectum, sed sit influxus immediatè cum causa in illius actionem & effectum. Quicquid autè sit de loco, illo paulò ante citato, forte neque Diuus Thomas a nobis dissentit. Caietanus nanque, qui modum loquendi Diui Thomae seruat, ita ad hunc decimum tertium articulum suam ac Diui Thomae sententiam interpretatur, vt prorsus nobiscum consentiat, vt disputatione trigesimaquarta viderimus. Quin Scotus, qui apertius multò videretur nobis aduersari, sanè in quarto Sententiarum nobiscum prorsus cõsentit, vt ex verbis, quae ex illo disputatione trigesimaquarta referemus, erit manifestum. Qualis autem sit hic influxus, & cur neque hic, neque cause secundae influxus superfluous sit, explicabitur statim: nunc quod dictum est, ostendamus.


¶ Probari autem potest primò, quoniam ignis, vt diximus, immotus prorsus in seipso, aquam sibi coniunctam calefacit, neque intelligi valet, quo motu de nouo a Deo moueatur & applicetur ad agendum, dum aquam calefacit, neque is est necessarius. Cum verò per motum omnem, seu actionem, terminus aliquis producat ab ea re ipsa minimè distinctus, neque motionis illius & applicationis alius terminus fingi possit, nisi qualitas; sanè concedendum esset, quoties ignis calefacit, produci a Deo in ignem qualiteretam quandam vna cum illo motu, quod improbabile videretur. Adde, si ignis ad omnem actio-

nem prauio illo motu & applicatione indigeret, nunc quot essent passia illi coniuncta, quae simul calefaceret, tot vtique motibus ipse à Deo moueretur & applicaretur simul ad distinctas numero calefactiones quae ab eo emanaret, quod improbabile videretur. Idem argumentum fieri potest in quacunque alia simili causa secunda.

¶ Secundo, quoniam, vt prima ratione, qua disputatione praecedente sententiam Durandii impugnauius, satis aperte ostensum est, cõcursus Dei generalis ideo necessarius est ad omnem actionem & effectum cause secundae, quia res omnis creata, quoad sui conseruationem, pendet ab immediato influxu Dei; & quod ad conseruationem requiritur, multò magis ad primam productionem necessarium est: itaque necessitas concursus generalis Dei cum causa secunda ad omnem suam actionem & effectum, ortum habet ab indigentia, qua actio & effectus egent perpetuo influxu Dei in ipsa quanto tempore persistere debent in rerum naturam, etiam postquam cessauerit influxus cause secundae: ergo concursus Dei generalis cum causis secundis non est immediatus in causas ipsas, & mediantur per causas in ipsarum actiones & effectus, sed est immediatus in mediatione suppositi in actiones ipsas & effectus.

¶ Tertio, quoniam cum negari non possit, effectum quemcumque causae secundae indigere immediato Dei influxu in ipsam vt conseruetur, etiam postquam cessauerit influxus cause secundae, & multò magis vt de nouo producat; vtique vel dandum esset, concursum Dei generalem cum causis secundis ad earum actiones & effectus non esse influxum in causas, sed cum causis immediatè in actiones & effectus, quod probare intendimus: vel affirmandum esset, Deum duplici generali concursu influere in productione cuiusque effectus; vno, immediatè in causam, & per causam mediare in effectum; & altero, immediatè in effectum, quod nemo dixerit.

¶ Quarto, si concursus Dei generalis cum causis secundis esset influxus in ipsas met causas, quo eas moueret, applicaret, ac potentiores redderet ad agendum, cum talis influxus in causa secunda, & quicquid in ea per illum produceretur, esset quippià creati, coadiuuaretque vim propriae cause, verbi gratia, ignis ad calorem in aquam producendum, vtique non minus esset causa secunda, quam



quam vis ipsa calefaciendi ignis: quare non minus indigeret cōcurſu alio Dei, quam vis ignis: eò quòd indigere cōcurſu Dei generali ad agendum commune quippiam ſit cauſis omnibus ſecundis, etiam ſupernaturalibus, nulla excepta. Vnde vel concedendus eſſet inſinitus proceſſus in cuiſmodi cōcurſibus, nullumque proinde poſſe produci effectum, vel fatendum eſt, cōcurſum Dei generalem non eſſe influxum in cauſam, ſed immediatè cum cauſa in actionem & effectum.

Postremo, quoniam ſcripturæ teſtimonia, quibus aduerſus Durandum diſputatione præcedenti oſſendimus concedendum eſſe cōcurſum Dei generalem cum cauſis ſecundis, tanè influxum Dei immediatum in actiones, effectusque earum ſonant.

Neque generalis videlicet Dei & particularis cauſæ ſecundæ ſuperſtuit. Deus nanque generali cōcurſu inſluit vt cauſa vniuerſalis influxu quodam indifferenti ad varias actiones & effectus, determinatur verò ad ſpecies actionum & effectuum à particulari influxu cauſarum ſecundarum, qui pro diuerſitate virtutis cuiusque ad agendum diuerſus eſt: aut, ſi cauſa libera ſit, in ipſus poteſtate eſt ita inſluere vt producatur potius hæc actio quam illa, puta vellem, quam nollem, aut ambulare, quam ſedere, & hic effectus potius, quam ille, nempe hoc artefactum potius, quam aliud, vel etiam ſuspendere omnino influxum ne vlla ſit actio. Porro cōcurſus Dei generalis determinatur à particulari cōcurſu cauſarum ſecundarum, non ſecus ac influxus Solis, qui etiam vniuerſalis eſt, determinatur ab influxu hominis, vt producatur homo: & ab influxu equi, vt oriatur equus: Sol enim & homo generant hominem, vt ſecundo Phyſicorum habetur; eademque ratione Sol & equus generant equum.

Simili prætereò modo, ſicut ad generationem equi ad ſatis eſt influxus Solis ſine influxu equi, neque influxus equi ſine influxu Solis: ita ad nihil effectum productione ſatis eſt influxus Dei per ſolum cōcurſum vniuerſalem, ſine influxu cauſæ ſecundæ particularis, à qua determinetur: æque viciffim influxus cauſæ ſecundæ particularis ſine influxu Dei per cōcurſum vniuerſalem, quo adiuuetur, & quæ Deus de lege ordinata ſtatuit nunquã denegare. Quia hi duo influxus ſecundò ab inuicem pendent, vt in rerum natura

exiſtant: quia neuter ſine altero eſt actio productione cuiuscunque effectus. Imò verò neque ſunt duæ actiones, ſed vna numero actio, quæ, vt à Deo illo modo præciſè inſluente, dicitur cōcurſus Dei generalis; vt verò à cauſa ſecundà, puta ab igne calefaciente, dicitur cōcurſus ſeu influxus ignis: neque actio illa habet, quòd ſit huius ſpeciei, nempe calefactio potius, quam frigeſactio, quia à Deo per cōcurſum vniuerſalem, ſeu vt comparatione Dei eſt cōcurſus ipſius vniuerſalis, ſed quia eſt ab igne cum Deo cooperante per ſuam particularem virtutem, eamque determinante ad ſpeciem calefactionis, atque vt comparatione ignis eſt influxus, cōcurſusque particularis ipſius. Si nanque Deo ſimili modo ex parte ſua inſluente, ſicut cum eo cōcurrat ignis, concurreret aqua, produceretur frigeſactio, & non calefactio, atque pro diuerſitate cuiusque alterius agentis particularis, quòd cōcurreret, reſultaret alia atque alia ſpecie actio, ſemper agente particulari determinante cōcurſum Dei vniuerſalem, particulari ſua virtute ac influxu ad actionem & effectum ſibi proprium & peculiarem. Simileque eſt in generatione, quæ Sol & equus generant equum: vna quippe & eadem numero equi generatio, vt eſt à Sole, dicitur influxus Solis, atque actio, quæ Sol, tanquam cauſa vniuerſalis, equum generat: vt verò eſt ab equo per virtutem ſeminiſ à ſe deſiſi, dicitur influxus atque actio, quæ, tanquam cauſa particularis, equum ſuum filium generat: actio tamen illa, non vt à Sole, & vt influxus Solis habet, quòd ſit generatio equi: quia ſi Sole ſimiliter ex ſua parte inſluente, concurreret leo, & non equus, eſſet generatio leonis ſpecie diſtincta; ſed vt ab equo, atque vt influxus equi, habet, quòd ſit generatio equi: ſemper nanque particularis cauſa eſt determinare influxum cauſæ vniuerſalis ad ſpeciem actionis & effectus, quando vniuerſalis cauſa, non vt particularis, ſed vt vniuerſalis cauſa concurrit. Quando enim Deus ſe ſolo effectum aliquem producit, aut per particularem ſuum cōcurſum illum efficit alterius ſpeciei, vt efficiere ſolet opera noſtra ſupernaturalia quæ ad vitam æternam conducunt, non inſluit, vt vniuerſalis cauſa, ſed vt particularis eorum effectum. Quia itaque cōcurſus Dei generalis, & particularis cauſæ ſecundæ, mutuo à ſe inuicem pendent, vt in rerum natura exiſtant, inde eſt, quòd

Cōcurſus generalis & particularis cauſæ ſecundæ ab inuicem pendent vt exiſtant.

Cōcurſus generalis Dei & Solis in quo diſſerant.

Cōcurſus generalis qualis, & vt à Deo emanet.

ſicut ceſſante Deo inſluere per cōcurſum ſuum vniuerſalem, vt ceſſauit cū igne Babylonico ne tres pueros exurere, & cū eorum oculis à quibus ſe abſcondit & exiit de templo, ceſſat, ceſſat inſluxus & actio cauſæ ſecundæ: ita ceſſante cauſa ſecunda inſluere per ſuum particularem cōcurſum, ceſſat etiam inſluxus diuinus, nullaque ſequitur actio.

Eſt verò diſcrimen inter cōcurſum generalem Dei & cōcurſum generalem Solis, non ſolum quòd ille, ſicut proficiſcitur à cauſa maxime vniuerſali, ſic multo eſt vniuerſalior, & multoque plures effectus ſe extendit quam cōcurſus Solis: ſed etiam quòd à Sole primum egreditur lumen, aut alie ſimiles qualitates occultæ, quæ vel per ſe ipſas, vel per calorem interuentu luminis productum in generatione, verbi gratia, hominis aut equi, adiuuat virtutem ſeminiſ, & cum ea materiam pro ratione formæ introducendæ aptè diſponunt, tandemque & generatio, hoc eſt, introductio formæ ſubſtancialis, & præuia alteratio, ſimul ſunt efficienter à virtute ſeminiſ & Solis, vt explicatum eſt: at verò cōcurſus generalis Dei cum cauſis ſecundis, immediatè emanant in ſingulis earum operationes, indiſſerens ex ſe vt pro diuerſitate cauſæ ſecundæ cooperantis varia actio, variusque effectus reſulter.

Vt melius intelligatur qualis in te cōcurſus Dei generalis ſit, & quo pacto à Deo optimo & maximo emanet, ante mentis oculos habeamus oportet, Deum cauſam eſſe liberã, æternamque determinationem diuinæ voluntatis, tam circa tempus & partem ſpatij, quã circa quantitatem & modum inſluxus, vt variis rebus producendis ſit accommodatus, atque vt vel ſolus, ſi magnus ſit, rebus producendis ſufficiat, vel ſi tantus non ſit, accommodatus ſolum ſit cauſis ſecundis iuuandis, ac proinde ſit talis, vt ſi illæ ſimul inſluat, emanet: ſi verò inſluere ceſſent, aut ad inſluendum nunquam accedat, neque ille emanet: cuiſmodi, inquam, determinationem diuinæ voluntatis, voluntatè inue ipſam diuinam liberè eo pacto determinatam, cauſam atque principium eſſerentem, à quo immediatè emanat inſluxus ſeu actio diuina, vt inferriſ in hæc prima p. q. 25. oſtendendum eſt. Etenim abſque vlla mutatione in Deo, viciffitudiniſ obumbratione, adueniente tempore, in quo libera determinatione ſuæ voluntatis ex æternitate ſtatuit res creare, atque hoc, vel illud, in tali vel tali par-

te ſpatij, vno aut alio modo efficiere vel adiuuare, ex ipſo mer actu voluntatis diuinæ ita determinato, abſque alio imperio, aut applicatione alterius virtutis executive, quæ in Deo ſit, ſequitur, tanquam ex principio efficiente immediato, inſluxus atque actio Dei ad extrinſicam in hac potius parte ſpatij, quam in alia, ad hoc vel ad illud potius, quam alio creando, & ad vno vel alio modo res potius efficiendum, aut adiuuandum, quam alio. Ipſe enim æterno ſuo decreto ac determinatione dixit, & facta ſunt, mandauit, & creata ſunt: eaque ratione omnia quæcumque voluit, atque eo modo, quo voluit, fecit in celo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis. Etenim menſura diuinæ potetæ eſt libera Dei volūtas, quæ non ſolum eſt immediatè diuini inſluxus principij, ſed etiã tēpus & ſpatium in quo ſuat, ac quantitatem & modum illius præſcribit, atque vt illi præſcribit ac determinat, ſic ſunt. Quemadmodum autè Deus, qui nō ſolū infiniteſ potetæ, ſed & omnipotens omnino eſt, non infiniteſ, atque totū quòd poteſt agit, quaſi neceſſitate nature inſuat, quippe cum id cōtradictionem implicet, ſed æterna liberè determinatione ſuæ voluntatis pro ſuo arbitrio præſcripſit inſluxum præſinitis temporibus communicandum, multiplicem quidem ac varium, ſemper tamen finitum, modò maiorem, modò miſiorem prout natura cuiusque rei producendæ poſtulat, eò quòd alium requirit Angelus, vt ſit, alium calum, Sol, & diuerſa aſtra, alium homo, & diuerſæ animantes, alium alia res: ſi cum perſpiceret cauſas ſecundæ, quibus vires varias ad operandum ſtatuebat conferre, nihil omnino poſſe efficiere, niſi vna cum illis in operationes & effectus earū ipſe inſrueret, æterna ſua voluntate ſtatuit, ita accommodare & quaſi attemperare ſuum inſluxum, atque eo modo auxilium ac inuamen illis conferre, vt non ipſe ſolus ad earum præſentiam actiones & effectus produceret, ſed ſuum locum atque inſluxum ſic illis reliqueret, vt operationes & effectus eſſent proprij earum, quod in creaturarum dignitatem redundabat. Ipſe verò inſluxu quodam rebus omnibus comuni, qui pro diuerſitate cōcurſuum cauſarum ſecundarum ad varias operationes & effectus diſtribui ac limitari poſſet (qua ratione cōcurſus generalis Dei dicitur ſuppletur, earum imbecillitatem, tam quoad productionem, quam quoad conſeruationem ſuorum effectuum: eaque ra-

tione aeterna sua voluntate statuit, ita omnibus causis secundis praestitit esse per eiusmodi generalem concursum, ut quoties causae secundae, vel naturae necessitate, vel sponte sua se libertate cooperarentur, perinde eiusmodi influxus ex determinatione libertatis voluntatis perpetuo, ordinarijque statuta lege sequeretur, ac si ipse causa esset ex necessitate naturae influens: paucis duntaxat euentibus exceptis, in quibus, futurorum omnium praedictis, eadem aeterna sua voluntatis determinatione statuit illi suspensere, cuiusmodi secundis ob aliorum quendam finem miraculose denegare.

Ex dictis intelligitur facile, si sermo sit de causa integra, ut comprehendit omnem ad actionem necessariam, siue ea vniuersalis sit, siue particularis. Deum per concursum vniuersalem cum causis secundis efficere unam integram causam coalescentem ex pluribus non integris comparatione cuiusque effectus, ita ut neque Deus per solum concursum vniuersalem siue causis secundis, neque causas secundae sine concursu vniuersali Dei sufficiant ad effectum producendum. At cum dicimus, neque Deum per concursum vniuersalem, neque causas secundae esse integras, sed partiales causas effectuum, intelligendum id est, de partialitate causae, ut vocant, non vero de partialitate effectus: totus quippe effectus & a Deo est, & a causis secundis, sed neque a Deo, neque a causis secundis, ut a tota causa, sed ut a parte causae, quae simul exigit concursum & influxum alterius: non secus ac cum duo trahunt nauim totus motus proficiscitur ab vnoquoque, trahentium, sed non tanquam a tota causa motus, siquidem quini eorum simul efficit cum altero omnes ac singulas partes eiusdem motus. Si vero sermo sit de integra, siue tota causa, non omnino, sed in aliquo gradu causae, tunc Deus per concursum vniuersalem est causa integra in gradu causae maxime vniuersalis, eo quod nulla alia cum eo concurrat in eo gradu causae; eodemque modo variat causa secundae possum esse integrae eiusdem effectus, quous in suo gradu, ut Sol & equus comparatione alterius equi generandi, Sol quidem ut causa vniuersalis, equus ut causa particularis.

Ex dictis praeterea intelligitur, quando causa subordinata sunt inter se, ita ut aliae sint magis, aliae minus vniuersales, aliae particulares, necesse non esse, ut superior in eo ordine semper moueat inferiorem, etiam si essentialiter subordinatae sint inter se, & a se mutuo pendente in producendo aliquo effectum: sed satis esse si immediate influant in effectum.

Ex dictis praeterea intelligitur, quando causa subordinata sunt inter se, ita ut aliae sint magis, aliae minus vniuersales, aliae particulares, necesse non esse, ut superior in eo ordine semper moueat inferiorem, etiam si essentialiter subordinatae sint inter se, & a se mutuo pendente in producendo aliquo effectum: sed satis esse si immediate influant in effectum.

*Causa prima & secunda partiales sunt partialitate causa, non vero effectus.*

*Causa essentialiter subordinatae non semper ita affecta sunt, ut superior moueat inferiorem.*

eam actionem influunt, immediate concursu generalis ex se indifferenti, ut ea, aut longe diuersa actio sequatur, sed solum id habet, ut arbitrium ipsum suo influxu particulari in eam influat, ipsamque determinat ad esse actionis contra legem Dei, atque adeo peccati materialiter sumpti: Deus autem neque applicat, neque mouet liberum arbitrium, ut ita influat, neque id vult, sed solum permittit, ut Concilium Tridentinum Sess. 6. Can. 6. definit, velletque Deus, ut non ita influeret, si per arbitrium ipsum pro libertate sua non statet.

Quod autem generales concursus seu influxus, quos hic autor ad vniuersales naturales actiones non malas constituit, diuersi in se sint, distinctaeque actiones a Deo immediate productae, ex eo est manifestum: quod influxus Dei immediatus in actionem & effectum, ut in calefactionem, qua ignis calefacit aquam, & in calorem quem in aquam inducit, non est in igne tanquam in subiecto, sed in aqua, in qua recipitur calefactio, ut bene hic autor concedit, atque de eiusmodi influxu concursiue Dei vniuersali recte nobiscum affirmat, non esse distinctam actionem ab actione causae secundae, sed vnam & eandem, quae, ut est a Deo, dicitur concursus generalis Dei, & ut est ab igne dicitur particularis concursus ignis, a quo determinatur ad speciem illam actionis: at vero ille alius influxus & concursus Dei vniuersalis, quo ipse affirmat ignem non secus applicari & moueri immediate a Deo ad calefaciendum, quam instrumenta artis moueatur & applicentur ab artifice ad artefacta conficienda, sane est in igne tanquam in subiecto, neque vlla ratione affirmari potest esse eadem actionem cum actione ignis quae recipitur in aquam, aut per influxum ignis determinari ad speciem actionis. Patum ergo sibi constat hic autor, dum respondens ad tertium nostrum argumentum (quod ipse conficit secundum, non nihil a nostro variatum) negat iuxta suam sententiam concedendum esse duplicem concursum siue influxum Dei vniuersalem ad actionem causae secundae, vnum immediatum in causam & per causam in actionem & effectum, & alterum immediatum in actionem & effectum.

Sententia huius autoris, praeter ea quae disputatione praecedente dicta sunt, satis ex eo impugnatur, quod contra omnium sententiam multiplicet concursus Dei generales atque influxus

seu actiones Dei immediatas ad actiones non malas causarum secundarum, coniungereque velit, propter nostra argumenta, sententiam nostram de concursu Dei generali, cum illorum sententia, qui concursum generalem Dei esse volunt influxum Dei in causam quae applicetur ac moueatur ad agendum.

Item, quoniam nomine concursus Dei generalis eum sane influxum Dei omnes intelligunt, qui necessarius omnino est ad omnem actionem causae secundae, etiam peccaminosam: quare cum ad actiones peccaminosas solum admittat influxum Dei immediatum in actionem & effectum illius, qui per concursum particulari liberi arbitrij determinetur ad speciem actionis & materiale peccati, neget vero illum alium influxum, quo causa moueatur & applicetur ad eam actionem, consequens profecto est, ut is solus sit concursus generalis, quem nos dicimus: ille vero alius, quo causae applicentur & moueantur ad agendum, sit communitius & minime necessarius.

Praeterea, quoniam sicut liberum arbitrium, sine praevia motione & applicatione Dei, elicere potest consensum in concubitu cum aliqua, cum qua non praecessit contractus matrimonij, itemque consensum in intersectionem illius, cum quo non est bellum iustum, ut hic autor admittit, eo quod eiusmodi actiones peccata sint: ita possit elicere eisdem numero consensum, si cum eadem muliere praecessisset contractus matrimonij, aut cum illo alio esset bellum iustum, ac proinde si illi actus esset boni moraliter, ut infra in hoc opere ostendemus: quoniam actus illi in genere naturae essent idem numero, eademque vires sufficerent ad illos producendos variatis illis circumstantijs, quae solum efficiunt diuersitatem in genere motus, ut ibidem dicitur: quare ut liberum arbitrium operetur bene moraliter, non indiget praemotione illa & applicatione per concursum praenium generalem, & multo minus illa indigent causae naturales non liberae, quae suapte natura determinate sunt ad vnam ad est, ad suas operationes eo modo exercendas quo illas efficiunt: eodemque modo necessarius est, non minusque necessarius is modus concursus Dei generalis cum causis secundis, sufficitque, ille alius nosset, qui ad omnes vniuersim actiones causarum secundarum esse omnino necessarius.

Appendix ad praecedentem, *Disputatio 27.*

**D**OST primam huius Concordiae editionem non desuit, qui cum nostram de hac re doctrinam magna ex parte transcripsit, & ad suum institutum accommodauerit, nonnulla tamen impugnet, atque in his, quae subiungam, a nobis dissentiat.

In primis, ad omnem vniuersim actionem naturalem quae moraliter mala non sit, siue ea sit liberi arbitrij, siue alterius agentis naturalis, duplicem proculdubio concursum seu influxum Dei generalem constituit. Vnum, quo immediate in immediatione suppositi influunt in actionem & effectum, e.g. in calefactione qua ignis calefacit aquam, atque in calore ipsum, quem in eam inducit, eo quod, ut inquit, Deus vbi que sit praesens. Alterum vero, quo immediate influunt ipsum agens, illudque applicat ad agen-

dum, ut ignem ad calefaciendum. Ni autem fallor, tot concursus generales influxusque Dei immediatos praeter opinionem multiplicat, ut tales Dei praehabitiones circa actiones non malas intueatur ac defendat, quae libertati arbitrij non modicum praerudicium inferant, de qua re disputatione vltima sermo erit.

Dixi, ad omnem vniuersim actionem naturalem, quae mala non sit, consistere duplicem eiusmodi concursum aut influxum generalem: quoniam alicubi in eodem opere, quemadmodum negat praehabitionem Dei ad actiones liberi arbitrij malas moraliter, seu peccata, sic, (nostra etiam transcribens) negat concursum Dei generalem, quo arbitrium nostrum applicetur & moueatur ad eas actiones elicendas: nobiscumque consentit, peccatum, etiam materialiter sumptum, Deo non esse tribuendum tanquam causa: quoniam non habet, quod sit materiale peccati, prout ad

*Causa prima per se causam generalem, & secundae, quodammodo partes & quodammodo modo inter se causa sunt.*

*Impugnatio.*

Adde, praemotions istas & applicationes causam secundarum ad suas operationes multum praediacare libertati arbitrij nostri, vt suo loco ostendemus, nunquamque assertores earum explicare possit quod fuit, & quomodo fiat, neque satisfacere argumentis, quae contra eas fiunt, vt ex parte conuincit subiungens.

Sanè quòd arbitrium nostrum possit sine illis elicere operationes omnes reales malas, signum manifestum est, causas secundas creatas non pendere essentialiter in suis operationibus à praemotionsibus & applicationibus eiusmodi, sicut pendet à conuulsu Dei generali per influxum immediatū in actionem, sine quo nullam omnino operationem exercere possunt: quando namque causa aliqua essentialiter pendet ab alia in suis operationibus, nullam omnino operationem exercere potest sine illa.

*Natura opus cur intelligens opus esse asserunt, quòd Deus causas secundas moueret, & applicaret per generalem concursum ad suas operationes, quòd & falsum est, & omnino ignorauerunt: sed quòd vires naturales & media illis tribuerit tam accommodata ad fines cuiusque rei particulares, & ad finem totius vniuersi, vt nihil à sapientissimo artifice posset amplius desiderari, vt in hac prima parte quaest. 2. art. 3. fuse explicatum est, & infra dicitur.*

Neque verò (vt hic autor affirmat) naturales Philosophi naturae opus idcirco intelligentiae opus esse asserunt, quòd Deus causas secundas moueret, & applicaret per generalem concursum ad suas operationes, quòd & falsum est, & omnino ignorauerunt: sed quòd vires naturales & media illis tribuerit tam accommodata ad fines cuiusque rei particulares, & ad finem totius vniuersi, vt nihil à sapientissimo artifice posset amplius desiderari, vt in hac prima parte quaest. 2. art. 3. fuse explicatum est, & infra dicitur.

Ad id quòd nos diximus in primo nostro argumento, nempe ignem immotū prorsus in se ipso, aquam sibi conuicti calefacere, neque intelligi valere, quo motu de nouo à Deo moueatur, & applicetur ad agendum, dum aquam calefacit, respondet, meo iudicio, non satis constanter. Ait namque, ignem sine ulla sui mutatione producere calorem, calorem non sine influxu Dei per modum transfusis in ipso recepto: hanc sententiam influxum semper esse in igne, quia semper actus operatur, neque hoc ponere ullam mutationem in igne.

*Quid ad primum nostrum argumentum tam respondetur.*

In primis, cum eiusmodi influxus sit quipiam reale, imò actio immediata Dei in ignem, tanquam in subiecto recepta, qua ad agendum applicatur, negari non potest, secundum illam ignem aliter se habere nunc, quando illam recipit, & applicatur ad agendum, quam prius quam illam reciperet, & ageret: atque adeo probò illam mutari, praesertim cum dicatur, ig-

nem recipere illam per modum transeuntis.

Nisi (vt in solutione videtur subiungitur) dicatur, quòd quia ignis perpetuò agit, nunquam quae ab actione desinit, semper recipit eundem influxum inuariati, eaque de causa nunquam se habet aliter ac prius, tamen semper eodem influxu afficitur atque mutetur, sed sine nouitate essendi: eo modo quo de conseruatione seu creatione Angeli sine nouitate essendi consueuimus dicere, & quaestione 10. explicatum est.

*Subterfugium.*

Quòd si hoc ita dicatur, in primis id non est Deum applicare ignem ad singulas actiones in particulari, eo modo quo artifex ad singula depingenda, singulasque picturae partes applicat penicillum, sed est applicare solum ignem ad calefaciendum in commune, quòd verò diuersa calefactione numero hic & nunc calefaciat, prouenit ex varia applicatione combustibilium, aut calefactibilium, facta per causas secundas, vel accessu calefactibilium ad ignem, vt ignis ad calefactibilia; non verò ex applicatione varia diuina, quae intelligi non potest, nisi variato influxu, quo ignis ad hanc vel illam actionem in particulari applicetur: & cum fit eadem ratio de igne, & de quocunque alio agente, aut applicante necessitate naturae, sequetur per applicationem, qua Deus applicat ignem ad agendum, aut quoduis aliud agens naturale, non magis Deum intendere hanc numero actionem quam illam, neque dirigere plus ad hanc, quàm ad illam, quòd pugnat cum intento huius autoris de praesertimotionibus Dei, ea applicatione rerum omnium in singulari, & prouidentia Dei ea ratione rerum omnium in singulari, non in genere solum, aut in specie.

Deinde similiter est dicturus, si liberum arbitrium eliciat opus aliquod moraliter bonum, applicari quidem à Deo ad illud eliciendum: at verò si persequeret in eo opere, & simul eliciat aliud, aut extendat voluntatem ad alia obiecta similiter bona, tunc quoad illam nouam actionem, aut extensionem prioris actionis non applicari de nouo à Deo, sed illo priori influxu minime variato, minimeque aucto, liberum arbitrium illa omnia exercere, quòd ipse non admittet: tunc enim illa noua actio, aut extensio prioris actionis, non esset ex peculiari applicatione & directione Dei atque adeo neque ex peculiari praesertimotione, eo modo quo ipse intendit.

Praeterea, quicumque conuulsu Dei generali

lem cum causis secundis confitentur, affirmant, ad singulas actiones numero necessarium esse distinctum numero concursum seu influxum Dei generalem: possèque Deum illum suspendere circa vniam actionem non suspendendo illum circa ceteras eiusdem agentis, vt conuincunt argumenta quae in calce sequentis disputationis conficimus: Si ergo is est influxus in causam, quo illam mouet & applicat ad operandum, concedendum est, ad singulas calefactiones, quae ab igne emanant, produci à Deo peculiare influxum in igne in quo illū mouet & applicat ad eam calefactionem in particulari hic & nunc producendam in tale passum cumque influxu cessare eo ipso, quòd finitur ea actio, ac proinde, esse dicendum esset ignem perpetuò agere in hoc vel illud passum sibi approximatum, concedendum esset mutari, accedentibus & recedentibus eiusmodi particularibus influxibus.

Item, si ignis diuina potentia collocetur in vacuo, cessabit ab omni actione, & cum influxus in ignem, quo ad agendum applicatur, sit in illo per modum transeuntis, tam diuque in ipso sit quamdiu ab eo emanat actio: vti tunc nullus in eo erit talis influxus: Si ergo Deus tunc relinquat aërem circumstantem suae naturae, vt accedente aëre ad ignem, ignis, vsque ad instans accessus aëris prorsus immotus, incipiet calefacere aërem: Si ergo indiget influxu Dei, quo immotus secundum locum applicetur, & incipiat calefacere, sanè sui mutatione calefaciet.

Si item particula ignis, quae est iuxta concauum lunae, & nihil agit, inde extrahatur, & applicetur combustibili, aut illi iuxta concauum applicetur ab Angelo combustibile, sanè vt agat indigebit prius moueri influxu & motu, quo applicetur de nouo ad calefaciendum.

Praeterea cum aqua supra aquam non grauitet, si quis aquam inferiorem subtrahat, superiorem grauitate incipiet: Si ergo indiget influxu Dei, quo applicetur ad grauitandum imprimendumque impulsu in rem suppositam, dicendum erit ad grauitandum & imprimendum talem impulsu, mutari ipsam prius à Deo: eiusmodi autem omnes mutationes neque explicari potest quid sint, quomodo fiant, & cuius speciei mutationes sint, vt mox subiungam.

Ad idem nos in codè primo argumento cum verò per motum omnem seu mutationem

terminus aliquis producatur ab ea re ipsa minime distinctus, neque illius mutationis & applicationis alius terminus fingi possit, nisi qualitas sanè concedendum esset, quoties ignis calefacit, produci à Deo in ignem qualitatem quandam vnā cum illo motu, quòd improbabile videtur.

Ad hoc, explicat in primis hic autor influxum illum Dei in causam, vt in ignem ad calefaciendum, esse similem ei, quo artifex influit in penicillum, dū illud mouet, & applicat ad pingendum. Deinde respondet, necesse non esse quòd influxus ille terminum habeat in causa secunda, v.g. in igne, sicut neque in actione, qua ignis calefacit, & cum qua concurrit, habet terminum, vt etiam nos ipsos ait fateri, sed satis esse, quòd habeat terminum in effectu, qui intenditur per talem actionem, & influxum, nempe in calore in aquam producto.

Vt distinctius procedamus, explicandae sunt mutationes, atque etiam termini earum, qui, dum pictor penicillo vtiur ad pingendum, interuenire solent. Supponamus verò motum brachij, ac penicilli digitis delati, quòd & penicillum deferat ad locum aramentum, illudque anamento inungit, & iterum intinctum defert ad tabulam, in qua est depingendum, solumque loquamur de applicatione penicilli ad pingendum. Sanè pictor per voluntatem, appetitumque sensitiuum, imperat in primis motum manus & articularum, quibus penicillum tenet, aut simul etiam brachij, vt talis is motus sit, qualis ad imaginem depingendam iuxta regulas artis est necessarius. Ad eum verò efficiendum, mediante virtute motiua, & spiritibus sensitiuis, contractioneque aut laxatione neruorum ac muscularum imprimat impulsu articularis, manus aut brachio, vt inde resultet motus localis eorundem membrorum, qualis ad imaginem depingendam est necessarius. Impetus autem ille, seu impulsus articularis, manus, aut brachio ita impressus, qualitas quaedam est, mediatis spiritibus sensitiuis, contractioneque aut laxatione neruorum & muscularum impressa, haud dissimilis impulsui, qua lapidi, dum proiectur, imprimi solet, quo mediante lapis post digestum à manu solet ferri sursum, quo vsque adeo deficit, vt iam non superet grauitatem lapidis. Impulsio autem impetus illius sanè, licet in lapide mediante motu brachij ac manus fiat, & in digitis, manu, & brachio, fiat mediante motu, & applicatione spi-

*Responso ad nos in ista cor. firmationem.*

*Varia actiones & termini ad imaginem depingendam.*

ritum sensitorum, consuetudineque aut dilata-  
tione nervorum & musculorum, alteratio  
quædam est, cum sit productio cuiusdam quali-  
tatis: neque est aliud quam qualitas ipsa impressa  
prout efficienter est à virtute motiva me-  
diantibus illis instrumentis & motu eorum,  
quibus efficienter est impressa. Quo fit ut illius  
alterationis proprius terminus detur per eam tan-  
quam per actionem productus, nempe impetus  
ille & vis impressa. Ex eiusmodi autem vi im-  
pressa digitorum articulis, manu & brachio,  
tanquam ex principio immediato efficiente, se-  
quitur motus localis articulorum & manus, aut  
etiam brachij qualis necessarius est ad imaginem  
penicillo efficiendam, qui sanè motus sicut etiam  
proprius terminum habet, nempe acquisitionem  
eiusdem existentiarum articulorum cum  
penicillo in spatio ad picturam accommodata-  
rum. Porro ex impetu & motu articulorum,  
manus, & brachij sequitur tanquam ex princi-  
pio efficiente, impetus & motus in penicillo, qui  
articulis tenetur, ad picturam accommodatus.  
Impressio autem impetus illius in penicillo est  
alteratio, pro termino habens impetum ipsum:  
motus autem localis penicilli habet pro termi-  
no acquisitionem variorum locorum, & con-  
tactum tabulæ accommodatarum ad imagi-  
nem exprimentam. Ex contactibus verò illis  
posita qualitate argumenti apud apprehendum ta-  
bulæ, sequitur expressio imaginis, pro termino  
habens imaginem ipsam, ad quam tanquam ad  
finem & terminum vltimum ceteræ actiones  
antecedentes ordinabuntur.

Nunc examinemus huius auctoris responso-  
nem. Sanè cum influxus Dei in ignem, quo ipse  
ait à Deo moveri & applicari ad calefaciendum,  
in igne sit tanquam in subiecto, & non in aqua,  
in qua est calefactio & calor ab igne productus,  
sicut, proinde distincta actio à calefactione, non  
solum in subiecto, ac numero, sed etiam specie,  
eò quòd non sit calefactio, sed applicatio & mo-  
tio ignis ad calefaciendum: Mirum est quòd  
pro termino immediatè eo productò, & cum  
quo sit idem re tanquam actio cum suo ter-  
mino, habeat calorem existentem in aqua: qua-  
re si per omnem actionem semper aliquid im-  
mediatè producitur, quòd sit terminus illius, &  
cum quo actio sit idem re, sed ab eo formaliter  
distincta, concedendum erit in igne aliquid pro-  
ductum per eum influxum, & applicationem.

& cum actio illa, & influxus, neque sit mutatio  
substantialis, neque secundum locum, neque aug-  
mentatio, non relinquatur, quæ alia actio sit, nisi  
alteratio latissime sumpta, per quam qualitas in  
igne producatur immediatè.

Ad id verò, quòd dicitur, concursum Dei gene-  
ralem, etiam nostra sententia, non habere ter-  
minum in calefactione, sed solum in calore per  
calefactionem productò, dicendum est, concur-  
sum Dei generalem, nostra sententia, non esse  
influxum in ignem, sed cum igne ad actionem,  
qua producitur calor, & quæ tanquam actio emanat  
immediatè à Deo tanquam à causa vniuersali,  
& ab igne tanquam à causa particulari, atque  
adeò ab utroque tanquam ab vna integra om-  
nino causa immediata: quare cum influxus gene-  
ralis Dei, & particularis ignis, nostra senten-  
tia non sint duæ actiones, sed vna omnino sim-  
plex calefactio, quæ ut à Deo est influxus Dei  
vniuersalis, & ut ab igne est influxus ignis parti-  
cularis, nec esse non est, ut is concursus genera-  
lis, quem nos asserimus, terminum habeat in ca-  
lefactione, eò quòd actio non habeat terminum  
in seipsa, sed in re per eam producta: Longè verò  
diuersa ratio est de influxu in igne, quem ipse  
ponit, ut concedendus sit terminus per eum  
tanquam per actionem immediatè productus.

In eodem primo argumento adieciimus, si  
ignis ad omnem actionem indigeret præiò illo  
motu, & applicatione, tunc quòd essent passiva  
illi coniuncta, quæ simul calefaceret, tot utri-  
que motibus ipse à Deo moueretur, & appli-  
cicaretur simul ad distinctas numero calefactio-  
nes quæ ab eo emanarent, quòd improbable  
videretur.

Ad hoc responderet, negando sequi, tot moti-  
bus moueri & applicari, quos essent calefactio-  
nes numero, quæ ab eo emanarent. Nam,  
inquit, ex parte principij & influxus qui virtute  
multiplex est, solum vna actio esset, & influxus vnus  
virtute multiplex: ex parte autem terminorum  
& passibilium dicerentur plures actiones, sed non  
numero distinctæ: quia tantum esset vna actio vir-  
tute multiplex, ut aliorum est.

Voluntaria est hæc responsio: quoniam non  
explicat, unde & qua ratione influxus ille sit vni-  
ca actio, virtute multiplex. Ut autem supra di-  
ctum est, quotquot concursus Dei generalem  
cum causis secundis admittunt, ad quancunq;  
numero actionem & effectum causæ secundæ

constituunt peculiarem concursum Dei genera-  
lem, distinctum ab aliis, quibus ad reliquas actio-  
nes, & effectus concurreret, admittuntque posse  
Deum illum suspendere circa vnã actionem,  
aut partem actionis, non suspendendo illum cir-  
ca alias eiusdem agentis, ut etiam continent  
argumenta, quæ in calce sequentis disputationis  
conficiuntur.

Item, ut supra etiam dictum est, iuxta hunc  
dicendi modum, Deus solum mouet & appli-  
cat ignem ad calefaciendum in commune: quòd  
verò hæc aut illa calefactio numero ex tali ap-  
plicatione sequatur, non provenit ex applicatio-  
ne ad illum in particulari, sed ex multiplicatione  
calefactibilium, quæ vis ignis reperit sibi coniun-  
cta: id quòd auctoris intento, de præfinitionibus  
ex eiusmodi applicationibus agentium ad suas  
actiones, nihil inferuit, ut dictum est.

Item ostensum est influxum quo ignis ita  
moueretur & applicaretur ad calefaciendum, non  
habere pro termino sibi proprio calorem pro-  
ductum in passa, sed hunc terminum esse pro-  
prium calefactionis, quæ numero multiplicatur  
pro diuersitate numerica talis termini: consti-  
tuendumque necessariò esse proprium terminum in  
igne receptum illius applicationis & influxus  
penes quæ vnitas aut multiplicitas talis actionis  
attendatur: præteritum cum actio esse non solet  
in vno subiecto, & terminus per eam, tanquam  
per actionem productus, in alio. Unde si talis in-  
fluxus & motus in igne esset admittendus, sanè,  
comparatione calefactionis, quæ inde vltimè  
emanaret in aquam, haberet se, non ut actio, sed  
ut principium efficiens illius vnã cum calore ig-  
nis: eò pacto quo impetus & localis motus di-  
gitorum sunt principium efficiens impetus & mo-  
tus quibus penicillum mouetur, & applicatur ad  
pingendum: & eò modo quo actus virtutum, &  
scientiarum, principium sunt efficiens habitum, quæ  
ex illis generantur, ut alibi ostendimus.

Interrogandus verò est hic auctor, num  
influxus & applicatio ignis ad calefaciendum sit  
eadem actio cum calefactione qua calor induci-  
tur in passum. Si respondeat esse eandem, inter-  
rogandus iterum est, quid fieri possit ut vnã sit in  
igne tanquam in subiecto, & alia in aqua. Item,  
quæ qui fieri possit, ut calefactio pro diuersi-  
tate terminorum, quæ in passa recipiantur, num-  
ero multiplicetur, influxus verò ille non item.  
Si verò respondeat esse diuersas actiones, sanè

diuersos etiam terminos habebunt, & penes eos  
numero, atque etiam specie distinguuntur.

Quartum nostrum argumentum (quòd hic  
auctor tertium conficit) sic habet: Si concursus Dei  
generalis cum causis secundis esset influxus in  
causas quo eas moteretur, applicaret, ac potentio-  
res redderet ad agendum, cum talis influxus in  
causâ secunda, & quicquid in ea per illum pro-  
ducitur, esset quippiam creatum, coadiuaretque  
vim propriam causæ, v. g. ignis ad calorem in  
aquâ producendum, vique non minus esset causâ  
secunda quâ vis ipsa calefaciendi ignis: quare non  
minus indigeret concursu alio Dei quàm vis  
ignis: eò quòd indigere cõkursu Dei generali ad  
agendum, cõmune quippiã sit causis omnibus se-  
cundis, etiam supernaturalibus; nulla excepta.  
Vnde vel concedendus esset infinitus processus  
in huiusmodi concursibus, nullumque proinde  
posse produci effectum, vel fatendum esset, con-  
cursum Dei generalem non esse influxum in cau-  
sam, sed immediatè cum causa in actionem &  
effectum.

Ad hoc argumentum negat, eiusmodi influ-  
xum debere appellari causam secundam: sicut actio,  
qua agens agit non appellatur causâ secunda.

Nos verò paulò antè ostendimus: Si admi-  
tendus sit, non posse haberi rationem actionis  
comparatione calefactionis & caloris quæ vlti-  
mus sequuntur, & recipiuntur in aquam, sed ha-  
bere rationem principij efficientis vnã cum ca-  
lore ignis, qui eo applicatur ad agendum: Neque  
esse eandem rationem de actione ipsa, ut princi-  
pium efficiens appelleretur comparatione sui ter-  
mini cum quo est idem re, distincta solum ab  
eo formaliter.

Addit hic auctor, eodem modo dicendum non  
esse eiusmodi influxum indigere alio concur-  
su Dei, quòd ait nos dicere, auxilium efficax se-  
per materale, quòd recipitur in libero arbitrio,  
illudque præmouet ad actus & opera supernatura-  
lia, non indigere alio concursu Dei, aut abeu-  
dum esse in infinitum in eiusmodi concursibus.

Non satis attentè legit hic auctor nostram  
Concordiam, dum id nobis tribuit. Apertissime  
namque, idque non semel, docuimus, præter au-  
xilium gratiæ præuenientis, quòd efficienter  
cum libero arbitrio concurrat ad opera superna-  
turalia, fidei, spei, caritatis, aut continentis, ne-  
cessarium esse concursum Dei generalem, quò  
Deus immediatè influat in eadem opera in me-  
diatione

*Responso  
ad confir-  
mationem  
refellit.*

*Ad secun-  
dã nostrã  
confirma-  
tionem re-  
sponso.*

*Refellit.*

*Prima  
pars re-  
sponsionis  
ad nostrã  
quartum  
argumen-  
tum re-  
sollitur.*

*Secunda  
pars re-  
sponsionis.*

*Refellit.*

diatione suppositi: eo quod coniunctum ex libero arbitrio & gratia praeueniente sit causa secunda, tamen ex altera parte supernaturalis, & omnis causa secunda, etiam si supernaturalis ea sit, nihil efficere possit, sine concursu Dei generali, quo simul Deus influat. Cum autem concursus Dei generalem nos dicamus esse influxum Dei in effectum causae secundae, & non in causam ipsam, sanè ex nostra assertione non sequitur processus in infinitum, sicut sequitur ex eorum assertione qui affirmant, concursum generalem esse influxum in causam secundam quo Deus illam moueat & applicet ad agendum.

Ad reliqua nostra argumenta non respondet hic autor, quoniam simul cum concursu Dei generali in causam, quo eam moueat & applicet, concedit concursum generalem Dei immediate cum causa in actionem & effectum, vt nostra argumenta conuincunt.

A nobis etiam hic autor dissentit, quoniam rectè fert, nos in calce disputationis praecedentis, & disputationis vigesimae quintae dixisse, si sit sermo de causa integra vt comprehendit omnem ad actionem necessariam, siue ea vniuersalis sit, siue particularis, Deum per concursum generalem cum causis secundis efficere vnam integram causam, coalescentem ex pluribus non integris comparatione effectus, ita vt neq; Deus per solum concursum vniuersalem sine causis secundis, neque causae secundae sine concursu vniuersali Dei sufficiant ad producendum effectum, esse tamen causas partiales praedicto modo, non quidem partialitate effectus, quasi aliquid sit in effectu, quod sit ab vna causa, & non ab alia, sed partialitate causae, quia effectus à neutra eorum est, nisi simul altera influente, tanquam parte integre omnino causae talis effectus. Addidimus verò: si sermo sit de integra seu tota causa, non omnino, sed in aliquo gradu causae, tunc Deum per concursum generalem esse integram causam in gradu causae maxime vniuersalis, eo quod nulla alia cum ea cooccurat in eo gradu causae, & similiter varias causas secundas esse integras eiusdem effectus in suo gradu & ordine. Hanc, inquam, doctrinam rectè fert hic autor, contendens, neque Deum, neque huiusmodi causas secundas esse praedicto modo partiales causas, sed vnamquamque solum esse dicendam totalem, & idera alibi vult de intellectu, & specie intelligibili, concurrentibus ad in-

tellectionem, de intellectu & lumine gloriae concurrentibus ad visionem beatificam, de gratia praeueniente & libero arbitrio concurrentibus ad actus fidei, spei, contritionis, aut caritatis, & de aliis similibus.

Attende tamen, prudens Lector, inter causas concurrentes ad eundem effectum, quasdam esse, quae eodem omnino influxu influunt in effectum: vt sunt ignis, forma substantialis ipsius, & calor in eo residens, cōparatione calefactionis, quae ab eis emanat: homo, anima, & intellectus, cōparatione intellectionis: ignis, ferrum candens, & calor in ferro candente, cōparatione calefactionis, quae à ferro candente emanat: artifex & penicillum, cōparatione picturae: & ferè instrumenta omnia artificis, cōparatione artefacti, quando in instrumento nō est vis particularis ad agendum, sed solum aptitudo, vt eo artifex agar, suoque influxu per instrumentum inducat effectum artis. Alias verò esse causas concurrentes ad eundem numero effectum, quae non eodem influxu influunt, sed vnaqueque earum suum proprium & peculiarem ad eum effectum necessarium adhibet: vt sunt Deus concursu generali, & causa secunda ad quemcunque effectum causae secundae proprium: intellectus & species intelligibilis ad intellectionem: intellectus & lumen gloriae ad visionem beatificam: liberum arbitrium & gratia praeueniens ad actus fidei, spei, contritionis, & alios caritatis, & sunt aliae similes causae. In his autem licet concedendum sit, vnamquamque in suo ordine & gradu esse causam totalem, negari tamen nō potest esse partialem, partialiter, & non toto influxu ad effectum necessitati influens, si de integra omnino causa sit sermo. Malè autem verissimus hic modus loquendi, atque ex ipsa met rerum & causarum natura desumptus ac ductus aliquibus sapit: quoniam argumenta apertissime dissoluit, quibus sibi tales praesumptiones ad actus supernaturales & naturales liberi arbitrii persuadent, quae arbitrii libertatem de medio tollunt: & quibus tales sensus compositos & diuisos cōiungunt, vt nostram libertatem rem faciant de solo titulo: & denique, quoniam veritatem in multis difficillimis questionibus, in quibus ipsi contrarium sibi persuadeant, è tenebris eruit, mira que luce perfundit.

Videant, Num concedere audeant, vel Deum non concurrere concursu generali ad materiale peccati

*Causarum  
subordi-  
naturum  
autem eo-  
de prorsus  
influxu,  
alia diuer-  
so agunt,  
Et haec  
proprie  
partiales  
dici pos-  
sunt.*

peccati, vel esse totam causam illius, eo quod tanquam causa vniuersalis ad illud concurrat, nisi cum hoc addito, in genere & gradu vniuersalissime causae? Non rectè etiam concederent causam secundam esse totam omnino causam eius effectus, qui ab ipsa emanat: solum namque est concedendum, esse totam causam in gradu

causa particularis quando ab illa sola emanat talis effectus tanquam à causa particulari.

Hæc dixisse hoc loco sufficiat, neque expectetur, vt inutiliter hæc ipsa repetatur: vt enim hic vsque ea tanquam verissima supposuimus, sic etiam in sequentibus vbicumque se obtulerit occasio ea supponemus.

## Diluuntur obiectiones alie aduersus nostram sententiam de concursu Dei generali.

### Disputatio 28.

*Argumē-  
tum pri-  
mum.*



ON deserunt qui aduersus sententiam disputatione 26. explicatam in huc modum argumentarentur. Si concursus generalis Dei cum igne ad calefaciendam aquam nō esset influxus Dei in ignem, quo à Deo applicaretur ac potens redderetur ad calefaciendam aquam, sed esset influxus Dei cum igne in aquam, tunc licet, Deo concursu suum vniuersalem denegante, ignis calefacere non posset aquam, posset nihilominus mittere in illam suum influxum & conatum, qui sine influxu Dei satis non esset ad calefaciendum. Quemadmodum (inquiunt) si ad aperendum ostium, propter ostij resistantiam, necessarius sit conatus & influxus duorum, vtique si vnus tantum ostium impellat, & si solus aperire nequeat, immittet tamen influxum & conatum suum in illud. Neque enim si agens aliquod sine alterius ope nequit efficere aliquid, sequitur, vt neque influxum & conatum in passum immittat, vt in lecta est manifestum: qui enim alteri reluctatur, à quo superari & deici nō potest, in se tamen ipso expeditur influxum & conatum sui aduersarij. Simili ergo modo, licet ignis sine influxu Dei in aquam calefacere eā non posset, posset nihilominus influxum suum & conatum in eandem immittere, qui tamen non sufficeret sine influxu Dei ad calorem producendum: asserere autem ignem sine concursu generali Dei posse ex se quidquam immittere, periculosum in fide est: cum sine concursu generali Dei nihil omnino effici possit.

Ad hoc argumentum negandum est, facta ea hypothesi, ignem posse mittere in aquam suum influxum, & conatum: neque enim video quid aliud sit influxus ignis in aquam, quam calefactio, vt ab igne: neque item video, preter vim ipsam naturalem ignis ad calefaciendum, seu calorem ignis, qui inclinatio quaedam ac momentum naturale est, vt, si ceteræ adsint conditiones requisitæ ad agendum, calefaciat, quid aliud sit conatus ignis in aquam, quam calefactio ipsa: quare si calefactio, qua ignis aquam calefaciat, esse nequit sine cooperatione & cōcursu vniuersali Dei in aqua, neque influxus ignis, neque conatus ignis ad calefaciendum esse poterit sine eodem Dei cōcursu. Qui verò illo modo argumentantur, velle videtur, influxum & conatum ignis ad calefaciendum aquam distinctum quid esse à calefactione, calefactionemque effectum esse illius, dum modo influxus & conatus ignis superent resistantiam aquae, vt ex exemplis & probationibus, quae subiungunt, videtur etiam colligi. Riddiculum autem videtur asserere, si res calida ex eo frigidam calefacere non possit, quia vincere nequeat frigus resistantiam, aliquid nihilominus influxum & conatum in rem frigidam imprimere; aut quando res calida calefacit frigidam, vincitque resistantiam illius, prius natura in illam imprimere influxum & conatum, ex quo vterius, propter maiorem vim talis conatus & influxus quam sit resistantia frigoris, sequatur calefactio, vt velle videtur propositi argumenti autores. Esto autem id gratis admittimus: argumentum sanè nullam vim habere aduersus

*Solutio  
argumē-  
tationis.*

nos: tunc enim conatus aque influxus ille prae-  
 uis, effectus actio ignis in aqua distincta à calefac-  
 tione quae sequitur, ea uero actio esse aliquan-  
 do potest sine calefactione: cum autè ad unam  
 quamque actionem & effectum peculiaris re-  
 quiratur concursus uniuersalis Dei, utique tunc,  
 sicut calefactio, quae post talem influxum & con-  
 natum sequeretur, indigeret peculiati concursu  
 Dei ut esset: ita praeuiscus ille influxus & conatus  
 ignis in aquam egeret alio cōcurfu generali Dei,  
 ut ab igne in aquam imprimeretur. Ad proba-  
 tiones & exempla, quae adducunt, dicendum est,  
 longè diuersam esse rationem, tam in lucta, quam  
 in impulsionè ostij. Etenim ibi plurimè in-  
 tervenit distinctae actiones, quarum quaelibet, ut  
 sit, indiget suo distincto concursu Dei uniuersali  
 tam ea causa secunda à qua proximè emanat.  
 Praeter actum enim voluntatis, quo quis uult  
 aperire ostium, simul est actus sentientis appe-  
 titus, quo idem appetitur, atque imperatur motus  
 membrorum & applicatio virtutis motiuae,  
 interueniente motu spirituum uitalium seu ani-  
 malium, neruorum, muscularum, &c. & eadè  
 sequitur applicatio & compressio membrorum  
 ab interna vi hominis ad ostium, quae omnes  
 actiones, ita peculiare distinctasque concursus  
 Dei uniuersales requirunt, ut licet Deus con-  
 currerit ad praecedentes actiones, si modo con-  
 cursum suum ad sequentem deneget, nulla ratio-  
 ne sequatur. Porò ex cōpressionè membrorum  
 ad ostiū, & impulsionè illius, producit in ostiū  
 vis atque impressio in partem uersus quam est  
 aperiendum, illi similis, qua lap' proiectus post  
 egressum à manu fertur sursum; producit uerò  
 vis atque impressio maior, uel minor, prout ma-  
 ior, uel minor fuerit vis impellens: vis uerò illa  
 ostio impressa qualitas est cuius productio, licet  
 ortum haberet ex locali motu & cōpressionè  
 membrorum, alteratio tamen est idem re eum  
 qualitate producta, ad eamque productionem,  
 tanquam ad actionem distinctam à praecedenti-  
 bus, necessarius est alius concursus uniuersalis  
 Dei. Quòd si cuiusmodi qualitas ac impressio su-  
 peret resistentiam, quae impediabat ne ostium  
 aperiretur, resistitur motus localis ostij ab illa vi,  
 tanquam ab instrumento, efficienter productus, ad  
 quem motum constat necessarium esse aliū di-  
 stinctum concursum uniuersalem Dei, quem si  
 non impediam, utiq; vis illa ostio impressa non  
 efficeret aperiendum. Simile quid uenit in lu-

cta, aut cum lapis superimponitur manui: gra-  
 uitate enim lapidis producit impulsio deorsum  
 ac vis in manū, qua mediante, si manus res-  
 sistentiam superet, deorsum à lapide mouetur,  
 motu distincto ab ipsa impressione. Licet autem  
 ad motum localem, maximè uolentum, praece-  
 dat necessariò vis ac impulsio per praeuia actio-  
 nem; ad alterationes tamè quae per quatuor pri-  
 mas qualitates sunt, nulla praeuia actio requiri-  
 tur, quae alterationes ipsas, hoc est, calefactio-  
 nes, higestiones, &c. tempore uel natura ante-  
 cedat: sed eo ipso quòd maior est actiuitas rei  
 agentis, quam patientis resistentia, emanat eius-  
 modi alterationes ab agente in patientem, atq;  
 sine ullo praeuiscu influxu, conatu, aut actione in  
 eo recipiuntur.

In hunc etiam modum argumentantur. *Secundū  
 argumē-  
 tum.* Prin-  
 cipium est in Philosophia, causas secundas &  
 quocumq; creatum agens perfectius esse cū est  
 in actu secundo, hoc est, in operatione, quam  
 cum est in solo actu primo, hoc est, in sola vir-  
 tute & potentia ad operandū: ergo quādo actu  
 agit & operatur, acquirit rem aliquam seu per-  
 fectionem, per quam perficitur: haec autem, in igne  
 calefaciente aquam, esse nequit calefactio ipsa:  
 eò quòd actio non fit in agente, sed recipiatur  
 in patiente, & agere non fit recipere in se per-  
 fectionem, sed potius effundere perfectiōnem  
 suam, eamq; communicare passio: neq; esse po-  
 test aliud, quam influxus diuini quo mouetur,  
 vigoremq; accipit ut possit calefacere: ergo con-  
 cursus Dei generalis cum igne ad calefaciendam  
 aquam est influxus Dei in ignem, quo potens  
 redditur secundum se, ut calefaciat, quique natura  
 antecedit calefactionem.

Ad hoc argumentum dicendum est, princi-  
 pium illud, neque prolatum esse à Philosophis,  
 neq; intelligi de quocumq; agente, sed solum de  
 agentibus per actionem immanentem, quorum  
 cōparatione tam principium operandi, quam  
 operatio ipsa, sunt actus, hoc est, formae in ipsis  
 agentibus repertae: uerò actus, qui alteri ante-  
 cedit, appellatur actus primus, id est, forma  
 prior agentis à qua actatur & informatur: is  
 uerò, qui sequitur, appellatur actus secundus, id  
 est, forma posterior: inter ipsiq; principia ope-  
 rationum, anima est actus primus cōparatio-  
 ne intellectus, & intellectus est actus primus  
 cōparatione speciei intelligibilis, qua informa-  
 tur ut intelligat, & species ipsa est actus primus

*Secundū  
 argumē-  
 tum.*

*Soluitur.  
 Operatio  
 immanēs  
 est, quae  
 dicitur  
 actus se-  
 cundus,  
 non ita  
 actio trā-  
 sientis.*

cōparatione intellectus, quae, cum sit ope-  
 ratio immanēs, est actus & forma posterior ip-  
 sius intellectus, & idcirco appellatur actus se-  
 cundus illius. In agentibus uerò actione trans-  
 eunte inauditum est inter Philosophos, ope-  
 rationem, seu actionem illorum appellari actum  
 ipsorum secundum. Quia ergo operatio imma-  
 nens perfectio propria est agentis, per quā actua-  
 tur, informatur ac perficitur, atque unum quod-  
 que eiusmodi agentium, saltem quoad princi-  
 pium & potentiam qua eiusmodi operationem  
 exercet, est in potentia passiuā ut sit perfectū h a  
 ea operatione, merito à Philosophis de eiusmo-  
 di agentibus dicitur, perfectiora ea esse dū sunt  
 in actu secundo, quam dum sunt solum in actu  
 primo. Agentia uerò actione transiente, licet (ut  
 habetur primo de celo c. 3.) sunt propter natu-  
 rales suas operationes, quia tamen nō ideo sunt  
 ut per eas perficiantur, sed potius ut res alias per-  
 ficiant, & ad uarios hominum usus inferuant,  
 non dicuntur à Philosophis esse perfectiora in  
 seipsis dū operantur, quā sunt ante operationem,  
 neque ipsorū operatio appellatur actus eorū-  
 dem secundus. Ridiculum quippe est arbitrari,  
 Philosophos asseruisse, agentia perfectiora esse  
 dum sunt in actu secundo, quam dū sunt in actu  
 primo, propter vigorem & influxum quē à Deo  
 tunc ad operandū recipiunt, de quo uigore &  
 influxu Dei illis ne in metem quidem unquam  
 uenit, & non potius propter operationem ip-  
 sam, quae perfectio est agentium per actionem  
 immanentem.

Possumus etiam argumentari primò, quo-  
 niam, ut autores contrariae opinionis concedunt,  
 motus atque uigor ille quippiā creatum  
 est, atque principii calefaciendi proximum unā  
 cum uirtute propria ignis cooperatur calefactio-

nem & calorem in aqua: ergo est causa secūda,  
 & nō prima, ac proinde indiget nouo concursu  
 generali: neque enim efficere ualeat Deus causam  
 secundam, siue naturalem, siue supernaturalem,  
 siue proximam, siue remotam, quae sine con-  
 cursu generali Dei producere possit actionem  
 aliquam uel effectum, quoniam id contradic-  
 tionem implicat.

Secundò, quoniam coniunctū ex uirtute in-  
 nata ac propria ignis, atque ex illo motu & uig-  
 ore immisso à Deo in ignem, vis quaedam est  
 ad operandū finita, certa, ac determinata: quan-  
 doquidem est quippiam creati: quid ergo im-  
 pedit quominus Deus tātum aut maiorem uim  
 ad operandum ita tribuat alicui agenti, ut eidem  
 innata sit ac propria? Poterit ergo tale agēs na-  
 turale, siue concursu generali Dei cooperante,  
 suum producere effectum, si concursus gene-  
 ralis Dei sit influxus in agens, & nō potius una  
 cum agente in partē, ea ratione quia nihil om-  
 nino esse possit, quod, ut ad sui cōseruationem,  
 ita ut primò fiat, non pendeat à Deo conferre  
 illi immediatè esse unā cum causis secundis.

Tertiò, si concursus Dei generalis cum igne  
 ad calefaciendam aquam esset uigor immissus à  
 Deo in ignem, utique uigor ille; postquā semel  
 esset immissus & perseveraret in igne, non mi-  
 nus esset agens naturale necessitate naturae agēs,  
 quā calor ipse ignis, atque adeò sine nouo con-  
 cursu generali Dei, ut calefaciat aquam, ita calefa-  
 ceret quaecumque aliam, quae simul admoue-  
 retur, unde consequeretur Deum non posse sub-  
 trahere ab igne, aut à quocumque alio agere na-  
 turali suum concursum generalem ad agendum  
 in unam rem, quin illum subtraheret ad agendum  
 in omnes alias, quod tamen non uidetur  
 concedendum.

*Nullatenus  
 secūda,  
 etiam so-  
 pernatu-  
 ralis, po-  
 test esse  
 dum per-  
 dicitur sē-  
 ne genera-  
 li Dei cō-  
 cursu.  
 Concursus  
 Dei gene-  
 ralis non  
 est uisū-  
 xus in ca-  
 sum, ut  
 mota  
 agit, sed  
 est immo-  
 diatus in  
 effectum.*

**De concursu generali Dei cum libero arbitrio ad opera ei-  
 dem naturalia. Disputatio 29.**



**M** de cōcurfu generali Dei cum  
 libero arbitrio creato peculiari-  
 ter disseramus, ex iis, quae hacten-  
 us de eodem concursu cū cau-  
 sis secundis in genere diximus,  
 in primis illud intelligitur.

Quòd sicut concursus Dei generalis cum cau-  
 sa agente per actionem transiente, ut cum  
 igne producente calorem in aquam non est in-  
 fluxus Dei in ignem, sed in aquam in quā recipi-  
 tur effectus à Deo & ab igne simul productus:  
 ita concursus generalis Dei cum causa operante

per actionem immanentem, vt cum intellectu ad intellectiōem, & voluntate ad appetitionem, non est influxus Dei in causam, ea ratione qua agens est, quasi eo prius mota & excitata agat, sed cum causa ea ratione qua agens est, in ipsam met ea ratione qua patiens est, atque in se suscipit effectum ab eadem causa, atque à Deo, partiali influxu vtriusque simul productum.

*Actum  
discrimen  
inter ge-  
neralem  
Dei con-  
cursum.  
Et parit  
cultare  
auxiliū.*

In quo lastimum est discrimen inrer cōcursum generalem Dei cū causis secundis ad actiōnes earum naturales, & auxilium particulare, gratiāque presentem, qua Deus liberum arbitrium ad opera supernaturalia credendi, sperandi, diligendi, ac poenitendi, vt ad salutē oportet, euehit & coadiuuat, quod pauci animaduertunt. Etenim auxilium particulare, quod præueniens gratia nuncupatur, motio quædam est, qua liberum arbitrium excitatur & præuenitur, potensque reddiuit, vt ita adiutum libero suo influxu cooperetur vterius eiusmodi supernaturales actus quibus proximè aut remotè ad gratiam gratum faciente disponatur. Quare motio quædam est in ipsam causam, vt ea mediāte in se habeat vnde liberè exercere vterius possit, si velit, eiusmodi opera qualia ad salutem sunt necessaria, vt à disputatione octaua ex parte est explicatum, & copiosius in sequentibus dicitur.

*Antonij  
Coradubē-  
sis opinio.*

Ex eisdem præterea intelligitur, falsam esse opinionem Antonij Cordubensis libro 1. questionum Theologicarum q. 55. dubio 4. & 10. asserentis, concursum Dei vniuersalem non solum esse influxum in causas ipsas agentes, quo motu & applicatè ad agendum operentur, sed etiam esse influxum efficacem & sufficientem, vt eo solo Deus sine concursu causarum secundarum efficeret illos eosdem effectus. Sententiam verò oppositam, quæ asserit, Deum quidem concurrere immediatè cum causis secundis ad earum effectus, at nō concursu sufficienti vt sine concursu causarum secundarum producantur ipsi effectus, erroris damnat. Ac sanè si Antonius Cordubensis erroris argueret eum, qui affirmaret, ea ratione Deum cōcurrere cum causis secundis inefficaci influxu ad earum effectus, quod in Deo non esset potentia, vt solus efficaciori alio influxu, si veller, illos eosdē produceret, quasi sine causis secundis producere non valeret effectus, neque aliter efficere res, constitueretque hoc vniuersum, quàm re ipsa fecerit, non repugnarem. Hic enim fuisse videtur

error Petri Abailardi, & fortè quorundam aliorum, vt disputatione prima retulimus. At longè aliud videtur velle, nempe concursum vniuersalem, quo Deus cum causis secundis re ipsa cōcurrit, esse efficacem, non quidē vt sine causis secundis sint actiones causarum secundarū; quoniam implicat causas secundas aliquid efficere, & eas in illud idem nō influere (in quo rectè dicitur) sed esse efficacem, tum ad producendos sine causis secundis illo eodem influxu eosdem effectus; quos mediantibus causis secundis producit tum etiam, vt mouendo eo influxu causas secundas, eas efficere secum faciat eosdem effectus. Quare erroris damnatè videtur, quæ nos de concursu generali Dei satis dilucidè hactenus ostendimus: cum tamen pro se neque testimonium, neque rationem adducat. Si quæ autem adduci poterant, ea nos disputatione 25. dissoluimus cū Aliaci & Gabrielis errorem impugnauimus.

Fareor sententiā Antonij Cordubensis quorundam esse nominalium, & eandem redolere aut potius affirmare Scotum iuxta ea quæ disputatione 35. ex ipsius sententia referemus. At planè ea est, quæ multis erroribus præbuit, dum Aliacus & Gabriel ea per motu asseruerunt, causas secundas nihil omnino efficere, sed Deum solum ad earum presentiam effectus & operationes producere. Quin etiam Lutherus sumpta inde occasione asseruere est ausus, voluntatem ad actus suos internos solum concurrere passiuè, proficiensq; in peius negare omnino libertatem arbitrij non formidauit, asseruauitq; flagitiosa nostra opera non minus esse à Deo, quàm alia pia hominum opera, vt disputatione 1. diximus. Nec verò intelligere valeo, quàm ratione admissa ea opinione, aut potius errore, libertas arbitrij, qualis disputatione 23. aperitissimè est demonstrata, constanter defendi que possit. Quæ de causa Antonius ipse Cordubensis sub finem dubij decimi citati quædam philosophandi ratione, quæ vix intelligi valet, & in qua secum videtur ipse pugnare, compulsus est vti, vt libertatem arbitrij nostri, iuxta causam sententiam, defenderet.

Meditatur enim tria signa naturæ in æterna determinatione libera voluntatis diuinæ circa concursum vniuersalem voluntati nostræ: ad opera liberi arbitrij, ceterisque causis in tempore præstandum. Primum, in quo quasi in genere statuit

*Quæ assertio in hac materia multis erroribus causam præbuerit.*

*Impugnatio  
sive  
Antonij  
Coradubē-  
sis.*

statuit voluntati opitulari, concursumq; generalem illi exhibere. Secundum, in quo præuidit in quam partem pro sua libertate in tali vel tali puncto temporis nostra voluntas deflectere deberet, quæ quasi modificat ac determinat diuinam voluntatem, vt influxus exhibeatur potius in hoc instanti tempore, in quo voluntas sese determinat, quàm in alio, & vt sit ad volendum potius quàm ad nolendum, aut è contrario, ad nolendum potius quàm ad volendum. Tertium denique, in quo iam omnino ex æternitate statuit in tali vel in tali puncto temporis hoc vel illo modo voluntati nostræ opitulari, prout in secundo puncto naturæ ex eadem æternitate præuiderat tam in eo temporis puncto pro sua libertate fore determinandam. Subiungitque hæc verba: Voluntatis nostra ita ex æternitate in secundo puncto natura à Deo præuisa non solum modificat prædictam voluntatem diuinam vniuersalem in primo signo naturæ spectatam, quoad modum, vt liberè cum ea concurrat: sed etiam determinat eam quoad speciem actuum, & quoad ipsos actus singulares voluntatis, ita vt non prius ordine naturæ voluntas diuina, etiam ab æterno, velit aut se determinet ad concurrendum actualiter in tali tempore cum nostra voluntate in tertio signo ad hunc vel ad illum actum particularem producendū; non inquam, prius, sed postquam nostra voluntas præuisa aut præcognita est, quod se tali tempore determinabit ad volendum, vel nolendum, vel ad producendum hunc vel illum actum, tunc & non antea diuina voluntas se determinat ab æterno ad volendum in tertio signo concurrere pro tali tempore cum nostra voluntate ad eosdē actus particulares, quoties & quando nostra voluntas voluerit, & à tali concursu cessare toties & quando præuisa est, quod liberè cessabit. Et ratio huius est, quia nisi sic Deus facere ab æterno decreuisset, vti que non bene saluaretur libertas nostræ voluntatis simul cum concursu diuino. Hæc ille.

Cæterum vt interim omitam, tum hanc Antonij Cordubensis commentationem ad intelligendum difficilem esse, tum opiniones quæ non aliter defendi queunt, quàm confictis eiusmodi distinctionibus, raro veras esse solere, aduersus eum sic possumus argumentari. Primum, quia vel liberum arbitrium humanum ante cōcursum Dei generalem in tali vel tali puncto

temporis impesum, potest se liberè inclinare ad nolendum, atque ad volendum hoc potius quàm illud, vel nulla ratione sine eo auxilio id potest. Si des primum: ergo aliquid potest in aliquo instanti line concursu generali Dei, quod ut ipse errorem esse affirmabas. Consequentia patet, quoniam illa inclinatio & determinatio voluntatis, tum ad volendum aut nolendum, tum ad volendum potius hoc quàm illud, effectus est voluntatis; neque alius, quàm volitio ipsa aut nolitio libera: quod si id non est, cedo quid aliud sit. Si verò des secundum: ergo neque Deus ipse ex æternitate præcognoscere valet ad quam partem pro sua libertate liberum arbitrium debeat inclinare, antequàm statuat illi impendere concursum suum in eo instanti: quandoquidem ante impensum concursum generalem in neutram partem inclinare & propendere potest, etiā prius natura quàm impendatur, maximè ex tua sententia, qui affirmas liberum arbitrium nihil posse nisi motum & applicatum prius à Deo vt id efficiat. Deus autè præcognoscere nequit id esse futurum, quod nulla ratione esse potest.

Secundo, Vel quod liberum arbitrium in tali puncto temporis eliciat actum, atque ille potius sit volitio quàm nolitio, & huius obiecti potius quàm cuiusvis alterius, pender à certo quodam concursu Dei generali apto, vt hoc potius quàm illud fiat, vel non ita est, sed concursus Dei generalis, qui in quouis instanti impenditur, quantum est ex se, atque prout à Deo tunc emanat, indifferens est vt sequatur volitio aut nolitio, vel volitio potius huius obiecti quàm illius, prout liberum arbitrium pro sua libertate hoc aut alio modo cum Deo cōcurrerit. Si des primum: ergo antea quàm Deus statuat influere hoc aut illo singulari modo in tali vel tali instanti cum libero arbitrio Petri, præuidere non potest ad hanc partem inclinaturum, talēque actum in particulari eliciturū esse liberū arbitrium: quandoquidē sine tali determinatione Dei liberū arbitrij id præstare nequeat; Deusq; præcognoscere nō possit id futurū, quod nulla ratione esse potest. At tu contrariū asserebas, nēpe Deum in secundo instanti naturæ, antequàm statuat in tali vel tali instanti temporis hoc vel illo modo concurrere, præcognoscere in quam partem liberum arbitrium sese deflectere deberet. Præterea illo primo dato, manifestè per concursum

*Concur-  
sus Dei  
generalis  
determi-  
natur ad  
speciem  
actionis  
Et asse-  
rtus à cō-  
cursum eius  
sa secun-  
da.*



Dei generale tollitur libertas arbitrii nostri. Si verò des secundum: ergo presente concursu generali Dei potest liberum arbitrium indifferenter velle, aut nolle, & velle indifferenter hoc, aut illud, ac prout concursus generalis Dei non est causa efficax huius, aut illius effectus singularis, imò neque quod sit potius volitio, quam nolitio, id est non solum sine concursu liberi arbitrii, sed etiam libero arbitrio simul concurrente atque influente ad actionem: quippe cum, quod producat voluntas potius quam nolitio, & huius potius obiecti quam alterius, ad concursu liberi arbitrii dependet, & non à concursu Dei generali cooperante vna cum libero arbitrio.

Tertio. Vel quando Petrus eligit fornicationem, aut quodvis aliud flagitium, concursus Dei vniuersalis, quo cum Petro tunc concurrat, est causa efficax talis volitionis fornicandi, quæ volitio fornicandi est, vel non, sed influxus Dei vniuersalis tunc impenitus, prout à Deo, indifferens est, si alter liberum arbitrium Petri pro imata sua libertate tunc influere, sequeretur nolitio fornicandi. Si des primus: ergo Deus tunc est causa volitionis fornicandi, quæ volitio fornicandi est, ita ut Deus causa sit, quare actus ille potius sit volitio fornicandi, quam nolitio: ex quo consequitur aperte, Deum esse causam peccati, quia peccatum est, hoc est, quatenus tanquam proprium funda-

mentum continentiam habet auersionem à recta ratione & lege æterna. Si verò des secundum: ergo concursus Dei generalis tunc impenitus, non est causa efficax volitionis potius, quam nolitiois fornicandi, sed à solo concursu liberi arbitrii provenit, quod potius volitio, quam nolitio, & quod potius volitio huius carnis obiecti, quam alterius honesti eliciatur.

Postremo, concursus Dei particularis ad opera supernaturalia liberi arbitrii, hoc est, gratia liberum arbitrium præueniens, non est causa efficax eiusmodi operum: quin potius in potestate liberi arbitrii eadem gratia adiuti, est consentire aut non consentire, aut etiam dissentire Deo iramittenti, & excitanti, id quod de fide est, ut ex concilio Tridentino, sess. 6. can. 4. sæpe in superioribus est ostensum, & in sequentibus magis patebit: ergo neque concursus generalis Dei est causa efficax operum liberi arbitrii, sed à libero arbitrio pendet, tum ut sint, tum etiam ut non obstante influxu actuali Dei, sint potius huius speciei, quam illius; atque huius obiecti potius, quam alterius. Reicienda est ergo horum doctorum sententia, quæ ita libertatem arbitrii nostri, tenui meo iudicio, tollit, ut non periculosam in fide solum, sed etiam errorem non vererem eam appellare, nisi consultius ducerem definitionem Ecclesiæ hac de re prius expectare.

Exemplum, quo nonnulli explicare solent modum operandi Dei per generalem concursum, excluditur, verusque modus apponitur.

### Disputatio 30.



**E** dictis circa generalem Dei concursum cum secundis causis in genere, illud etiam facile intelligitur, non esse aptum exemplum ad explicandum modum, quo Deus per concursum generalem cum libero arbitrio concurrat, illud quo quidam videntur. Dicunt enim liberum arbitrium, prius natura per concursum generale à Deo moueri & applicari ad suas operationes exercen-

das, quasi ab ipso Deo deduci, non excluso tamen ipsius arbitrii influxu: non secus ac præceptor apprehensam manum discipuli, simul etiam cooperantis, mouet ac deducit in depingendis characteribus. Vnde dicunt, quemadmodum si discipulus magistri motum omnino sequatur, efformatur optimi characteres; si verò resistat, atque in aliam partem suo influxu nitatur, iam ex illa præceptionis deductione atque influxu depingentur vitiosissimi tamen, non à magistro,

magistro, sed à discipulo oriatur, etiam si magister ad descriptionem illam characterum, non quidem quæ vitiosa est, sed quæ descriptio est characterum cooperatus sit: ita pariter si vnusquisque nostrum libero suo arbitrio sequatur motum atque ductum Dei generalem, actus liberi arbitrii erunt quales oportet; si verò per liberum suum influxum abutatur concursu generali Dei, aliquid volendo, aut nolendo contra rectam rationem ac legem Dei, operationes quidem erunt vitiosæ, cum tamen ad eas Deus concursu suo generali fuerit cooperatus; vitium earum, non ex influxu & concursu generali Dei, sed ex influxu particulari liberi arbitrii oriatur, quod illo modo concursu Dei generali abuti voluit. Atque hac ratione explicant, quare cum Deus etiam ad operationes nostras vitiosas influat concursu suo generali, sine quo nulla ratione esse possent, nihilominus non sit causa peccati, sed homo per suum liberum arbitrium.

*Impugnatio 80.*

Cum ex dictis pateat, liberum arbitrium agere, quin prius à Deo moueatur, neque concursum Dei generale esse influxum in liberum arbitrium quæ agens est, ut videlicet præparetur ac potens fiat ad operandum, sed esse influxum cum libero arbitrio ea ex parte qua agens est, in idè ea ratione qua patiens est, atque in se ipsam propria operationem suscipit, manifestum etiam est exemplum illud non esse aptum. Nam si illo modo prius moueretur arbitrium, ac deduceretur per concursum Dei generalem, sanè aliqua ex parte eam motionem & ductum in nobis esse experiremur: quemadmodum illustrationes & auxilia gratiæ præuenientis aliqua ex parte solent interdum experiri, qui ad fidem & penitentiam interitus vocantur, & tandem ad generosam illustremque contritionem perducuntur, & multo magis aliqui iusti qui in virtutibus multum profecerunt, & peculiari Dei familiaritate perfruuntur, experiri solent huiusmodi motus gratiæ præuenientis ad præclara opera, ut inferius patebit: vnde testimonium illis reddit Spiritus quod sunt filij Dei; cum tamen nullus experitur motum concursus Dei generalis, qui æqualis est & necessarius ad omnes omnino actiones, etiam merè naturales, quamuis vitiosæ sint.

Deinde interrogat liber eos, qui hoc videntur exemplo, an quando voluntas eligit fornicationem, aut aliud flagitium, influxus proprius liberi arbitrii, per quem abutitur concursu Dei

vniuersali, & contra, aut præter ductum Dei, eligit fornicari, sit à ductu atque motu diuino per concursum generalem, quo prius natura, ut dicunt, Deus mouit liberum arbitrium ad operandum, ita ut concursus Dei moueat arbitrium ad tale singulare influxum: vel non? Primum dare non possunt: tum quia, ut in eorum similitudine persistamus, quemadmodum deflexio discipuli in aliam partem ab ea, ad quam à magistro mouebatur, non est à magistro, sed à proprio ductu discipuli: ita influxus proprius liberi arbitrii per quem abutitur concursu generali Dei, aliquid contra aut præter diuinum ductum eligendo, tribui nequit concursu generali Dei, quasi ad illum moueat, & ab eo sit: tum etiam quoniam si Deus suo concursu generali moueret arbitrium ad influxum illum singularem, moueret ad eligendam fornicationem, quæ fornicatio est, atque adeo ad peccatum, ut proxime fundat deuiationem à recta ratione, & lege diuina, quod tamen blasphemiam conti nere videtur. Adde quod, cum influxus ille liberi arbitrii esset tunc iuxta motum & influxum Dei per concursum generalem, peccata: or non diceretur abuti concursu generali Dei, sed potius cum illo consentire. Si verò dent secundum, nempe influxum illum liberi arbitrii non esse à ductu & motu Dei per concursum generalem, quasi ad talem singularem influxum: prius natura moueat Deus liberum arbitrium, utique, cum influxus ille sit quid reale, ab eoque electio liberi arbitrii habeat quod sit electio fornicationis, concedent aliquid reale esse à libero arbitrio, ad quod concursus Dei generalis non concurrerit illo suo modo.

Possimus etiam aduersus idem exemplum ita argumentari. Si prius natura quam liberum arbitrium operetur, mouetur à Deo, & applicatur ad operandum, & quasi ducitur in suis operationibus: vel ergo semper mouetur & applicatur ad illud idem, quod posterioris natura operatur liberum arbitrium: vel aliquando mouetur & applicatur ad vnum, & liberum arbitrium contra diuinam applicationem se applicat ad aliud longe diuertit: vel mouetur semper & applicatur à Deo solum motione indifferenti ad hoc vel ad illud, liberum verò arbitrium per seipsum se applicat ad operandum potius hoc, quam illud. Primum dici non potest: tum quia tolleretur libertas arbitrii: tum etiam quia concedendum esset, quoties homines, eligunt fornicationem,

aut aliud peccatum, à Deo prius natura moueri & applicari ac inclinari liberum eorum arbitrium ut talia crimina eligat in particulari, quod manifestum continet errorem. Secundum etiam dici non potest: tum quia quando arbitrium eligit fornicationem, non sentit se moueri & applicari à Deo, ad volendum castitatem, aut ad fugiendam fornicationem: maxime cum homines vitio luxuriae dediti, quando fornicationem volunt, neque de castitate; neque de nocenda fornicatione cogitent. Tum etiam quia applicatio illa ad aliud, cum tamen sit quid reale, iam non esset à Deo per concursum generalem, qui ad aliud longe diuersum mouebat, sed à solo libero arbitrio, neque in ea operatione duceretur liberum arbitrium à Deo per concursum generalem: ipsi verò ad omnem omnino operationem affirmant liberum arbitrium moueri prius natura à Deo, ac duci per concursum generalem. Tertium etiam dicere non possunt, maxime illi qui Deum affirmant causam esse efficacem per concursum generalem cuiuscunque effectus. Neque etiam ij qui dicerent, non esse causam efficacem: quoniam illa applicatio ad hoc potius particulare, quam ad aliud, quae à solo esset libero arbitrio, esset quid reale, & non ex motu & applicatione Dei per concursum generalem, atque adeò aliquid, secundum aliquid reale sui non esset à Deo per concursum vniuersalem, eo modo quo affirmant Deum causam esse effectuum omnium causarum secundarum per concursum vniuersalem.

*Concursus vniuersalis non prius Deus concurrat ad effectum, quam causa secunda ad concursum: sed utriusque effectus immediatum in actionem & effectum producendum, atque à se invicem dependere ut existant. In quo etiam est latissimum discrimen, & maxime notandum, inter concursum Dei vniuersalem cum causis secundis ad agendum naturaliter, & auxilium particulare, gratia tunc praesentem, ad actus supernaturales quibus arbitrium ad gratiam disponitur. Et enim, ut ex his quae à disputatione*

octava dicta sunt, ex parte constat, & in sequentibus amplius explicabitur, omnino est dicendum, concursum Dei particularem, gratiamque praesentem, semper vel tempore, vel natura antecedere influxum liberi arbitrii ad actiones suas supernaturales, quibus ad gratiam gratum facientem disponitur, tanquam causa principiumque efficiens in liberum arbitrium immisissimum, quo mediante Deus vltimus vnà cum libero influxu eiusdem arbitrii in huiusmodi operationes supernaturales influit. At verò cum Deus per concursum vniuersalem & causa secunda immediatè influant in effectum cause secundae, tanquam duae partes vnius integræ causae, quarum neutra illis praesens influxibus singularibus influit in alteram, sed vtraque immediatè in effectum; sit, ut neutra, illis praesens influxibus singularibus, prius altera concurrat.

Deus ergo, comparatione cuiusque effectus causae secundae, dicitur causa prima, tum quia causa ipsa secunda habet totum suum esse, & vim operandi à Deo, atque ab actuali immediato influxu Dei pendet ea omnia, quae in ea sunt: tum etiam quia concursus Dei generalis, quo cum causis secundis ad agendum concurrunt, maxime vniuersalis est, secundum rationem causae efficientis ad vniuersos effectus sese extendens: qua ratione, si in commune spectetur, poterit dici prior natura quocunque influxu causae particularis, quatenus ab eo ad concursum cuiusque causae secundae non conuenitur existentiae consequentia, quippe rectè sic liceat colligere; Datur influxus huius causae secundae: ergo datur etiam concursus generalis causae primae: non verò è contrario bene colligetur; Datur concursus generalis Dei: ergo datur etiam concursus huius causae secundae. Dixi, si in commune spectetur, quoniam si concursus Dei generalis sumatur in singulari, pro concursu quo praesens cum hac causa secunda hic & nunc ad singularem aliquem effectum concurrat, concursus generalis Dei neque illo modo est prior concursu huius causae secundae ad eundem effectum, sed à se mutuo pendent quoad existentiam, ut explicatum est.

*Deus comparatione effectuum causarum secundarum se extendit ut causa prima dicatur.*

Non Deum, sed solum liberum arbitrium creatum causam esse peccati ostenditur.

*Disputatio 31.*



**Q**UANTUM VIS Deus causa sit primae actionum omnium, quantum vis flagitiosissimi, quae à causis secundis efficiuntur, vnà cum libero arbitrio creato in eisdem concursu suo generali influens immediatè, ut disputationibus praecedentibus ostensum est: asserere tamè Deum causam esse peccati, ut non solum antiquiores quidam heretici, quos Eusebius quinto libro Ecclesiasticae historiae c. 20. & Calstrus aduersus haereses verbo, malum, referunt, sed etiam nostris temporibus Lutherus cum suis sectatoribus, ut disputatione prima vidimus, asseruerant, profecto non solum immanis est blasphemia, ut vel ipsa cuiusque hominis ratio per se docet, sed etiam heresis manifesta. Atque id ostendamus nunc ex scripturis factis, Ecclesiae definitionibus, ac vniuersi Patrum consensu: disputationibus verò frequentibus rationes ex naturae principii deducemus, quibus dilucidè videatur Deum non esse causam peccati.

*Error Lutheri & aliorum hereticorum asserentium Deum esse causam peccati.*

*Impugnatur. Iacob. 1.*

*Eccles. 15.*

*Psal. 5.*

prohibet, nec impunitam relinquit, quoniam ratione illam in peccatore ipse efficiet, aut ut eam peccator efficiat, liberum illius arbitrium mouebit, aut inclinabit: Psalmo 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Placet super peccatores laqueos, ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum: quoniam iustus Dominus & iustitias dilexit, equitatem vidit vultus eius. Quasi dicat, iniquitatem approbationis scientia conspiciere nequit, nedum in peccatoribus illam efficere, ad eamque eos incitare, ac mouere. Sapientiae 11. Nihil odisti eorum, quae fecisti: Sunt autem similiter odio Deo impius & impictas illius, ut habetur Sapientiae 14. ergo Deus peccatoris impicitatè & peccatu non efficit. Habacuc. 1. Mundi sunt oculi tui, ne videant malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. Osee 13. Perditio tua Israel, tatummodo in me auxiliu tuum. Id est, à nobis ipse est quod peccemus & peramus; à Deo autem est solum auxiliu nostrum, qui semper ad osium cordis nostri stat & misericorditer pulsat.

*Psal. 10.*

*Sap. 11.*

*Sap. 14.*

*Habac. 1.*

*Osee. 13.*

*Matt. 7.*

*Ad Rom. 11.*

*Ad Rom. 9.*

*D. Fulgentius.*

*Arausiacanus.*

*Leo 9. in epistola decretali ad Petrum Antiochenum episcopum, quae habetur in fine operis 1188.*

Item Matth. 7. Non potest arbor bona malos fructus facere. Et ad Romanos 11. Si radix sancta, & rami: at Deus per essentia bonus est & sanctus, in quem nihil culpa aut malitia cadere potest, iuxta illud ad Romanos 9. Nunquid iniquitas est apud Deum? absit: ergo autor esse nequit malorum, quae culpa rationem habent.

Item est egregia & maxime rationi consentanea regula illa beati Fulgentij libro primo ad Monimu à Theologis receptissima: Deus non est auctor eius, cuius est vltor. Quis enim, nisi crudelis & sceleratissimus, in alio vlciscitur id, cuius ipse est autor? at Deus vlciscitur peccata nostra: ergo nullius eorum causa esse potest.

In Concilio Arausiano 2. cap. 25. ita habetur: Aliquos ad inalum diuina potestate praedestinos esse, non solum non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione in illos anathema dicimus. Leo 9. in epistola decretali ad Petrum Antiochenum episcopum, quae habetur in fine operis

Non

Leonis primi in explicatione fidei Romanę ait: Credo Deum prædestinasse solum bonam: præscivisse autem bona, malaque. Et in Concilio Tridentino sessione 6. can. 6. ita habetur: Siquis dixerit, nõ esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita vt bona, Deũ operari, non permittit solum, sed etiam proprię & pte se, adeo vt sit proprium eius opus, non minus proditio Iude, quam vocatio Pauli, anathema sit.

*Patrum testimonia. D. Dion.*

Est etiam vnanimis Patrum de eadẽ re consensus. Dionysius 4. cap. de diuinis nominibus versus finem: Quin ne ex Deo, inquit, est malum: aut enim bonus non est, aut bona facit. Et paucis interiectis: Non igitur Deus auctor est mali, neque malum est in Deo, nec omnino, nec certo tempore. Et deinde explicat ex eo damones malos effectos, quod propria voluntate diuina bona velle & pericere destituerunt. Idẽque de animis nostris docet. Atque ad eos qui dicebant, oportere diuinam providentiam inuitos etiam nos ad virtutem impellere, respondet: Providentię non esse tollere naturam propriam cuiusque rei, sed ei providere accommodatę ad ipsius naturam, & ideo oportuisse constitui a Deo hominẽ liberũ, prout ipsius natura postulabat. Et ad finẽ capitis ait, se in libro de iusto diuinoque iudicio rationes eas sophistarum vt stultas refellere, quę iniquitatem ac mendacium in Deum dicunt.

*D. Iustino.*

Idem affirmat Iustinus martyr ad finem dialogi cum Tryphone aduersus Iudeos, & in responsionibus ad Christianos de quibusdam questionibus responsione 8. verba illius retulimus disputatione 21. membro 4. Idem docet responsione 12. In eadẽ sententia sunt Clemens Alexandrinus lib. 1. pedagogi cap. 8. Et libro 1. Stromatum circa mediũ. Tertullianus in libro de exhortatione castitatis, cuius verba ex parte disputatione 23 allata sunt. Et libr. 2. aduersus Marcionem post mediũ. Origenes libr. 4. contra Celsũ, post mediũ. Athanasius in oratione contra idola pagid post principium. Idem habetur in testimonio eiusdem Athanasij quod in Concilio Constan 6. sessione 8. refertur. Athanasius etiam in vita beati Antonij, idem refert magnum Antonium docuisse. Idem affirmat Basilijus homilia 9. cui titulus, Quod Deus non sit auctor malorũ, Gregorius Nissen 7. lib. philosophię ca. 4. Democritus lib. 4. fidei orthodoxę cap. 20. La-

*Origenes. D. Atha.*

*D. Basilij. D. Greg. Nis. D. Dem.*

gito illum etiam libr. 2. cap. 29. & 30. Ambrosius libr. 1. de Iacob, & vita beata, cap. 3. vbi ait: Non est quod cuique nostram ascensibus culpam, nisi nostrę voluntati. Hieronymus ad finem libr. 12. Commentariorũ in Isaiam, & in illud Amos 3. Si erit malũ in ciuitate, &c. Chrysolomus homil. 8. in epistola 2. ad Timotheũ, vbi præmittens atque suadens ne velimus omnia timari, eo quod magna pars eorum quę Dei sunt, occulta sint, addit: Hoc solum scito, quod Deus omnia prouidet, quod liberi arbitrij conditi sumus, quod alia quidẽ operatur, alia verò permittit, quod nihil mali vult fieri, quod nõ ex sola ipsius voluntate sũt omnia, sed ex nostra quoque: mala omnia ex nostra tantummodo sunt, bona omnia ex voluntate nostra & ipsius adiutorio: quod nihil ipsum latet non tamen quia nihil ipsum latet, ideo omnia operatur ipse. Hęc Chrysolomus.

*D. Amb.*

*D. Hiero.*

*D. Chryso.*

*D. Augu.*

Iam verò Augustinus passim idem affirmat. De libero arbitrio maxime lib. 2. cap. vltimo, & lib. 3. cap. 1. 6. & aliis, ex instituto docet, Deum non esse causam peccati, sed hominem dum suo libero arbitrio ad peccandum vitur, ad quod tamen a Deo collatum non est. 7. de Genesi ad literam cap. 26. Natura hominis, inquit, ex Deo est, nõ iniquitas, quæ se ipse inuoluit malę vtendo libero arbitrio. Et de spiritu & litera cap. 31. ait: Nusquam legimus in sanctis scripturis, Non est voluntas nisi a Deo. Et recte non scriptũ est, quia verum nõ est: alioquin etiam peccatorum, quod absit, auctor est Deus, si non est voluntas nisi ab illo; quoniam mala voluntas iã sola peccatum est, etiam si desit effectus. Et lib. 83. questionum q. 3. ex eo probat, Deũ esse causam peccati, quod nullo sapiente auctore, hoc est, volente, sit homo deterior: Deus autẽ omni homine sapiente est præstator: ergo Deo auctore, id est, volente, homo nõ peccat. Et questione 4. concludit, causam peccati esse liberã voluntatẽ consentientis in peccatum. Idẽ probat 32. de ciuitate Dei cap. 6. Et de articulis falsõ sibi impostis, articulo 10. quicunque eius operis fuit auctor, ita ait: Detestanda & abominanda opinio est, quæ Deum cuiusquam malę voluntatis, aut malę actionis credit auctore, cuius prædestinatio nunquã extra bonitatẽ, nunquam extra iustitiã est: vniuersę enim vřq; Domini misericordiã & veritatem. Aduerter enim matronarum & corruptelę virginũ, nõ inlittere nouit sancta diuinitas, sed data.

*Causa peccati quanta sit*

damnare, nec disponere, sed punire. Et paucis interiectis: Non ergo casus mentium, nec malignitatis iniquorum, nec cupiditates peccantium prædestinatio Dei aut excitauit, aut suase, aut impulit: sed planẽ prædestinavit iudiciũ suum, quo vnicuique retributurus est prout gessit, siue bonum, siue malum. Quod iudiciũ futurum non esset, si homines Dei voluntate peccasset. Et omnis homo, quem discretio diuinę sententię in sinistra constituerit parte, damnabitur, quod, non Dei, sed suam executione est voluntatem. Et art. 13. Nefas est Deo ascribere causas talium ruinarum. Quia & si æterna scientia præcognitũ habet quid vniuscuiusque meritis retributurus sit, nemini tamẽ per hoc, quod falli non potest, aut necessitatem, aut voluntatem inuolũ delinquendi. Si ergo a iustitiã & pietate quis deficiat, suo in præceptis fertur arbitrio, sua concupiscentia trahitur, sua persuasione decipitur. Nihil ibi Pater, nihil Filius, nihil Spiritus sanctus, nec in tali negotio quicquam diuinę voluntatis interuenit, cuius ope scimus multos ne laberentur detentos, nullos autem vt laberentur impulsos. Et Hypognostricon libr. 6. eius operis auctor ait: Mala Iude, vt dixi, præsciuit, non prædestinavit Deus, vt fecit: et tamen in quibus præsciuit, iudicio iusto tradens eum in reprobum sensum, vt impleter permitit. Et post multa: Tenenda est inconcessa huius disputationis regula, quæ diuinis

testimoniis claruit. Peccatores in peccatis præpitiis, antequam essent in mundo, præscitos esse tantũ, non prædestinatos, penam autem eis esse prædestinatam secundum quod præsciti sunt. Missa facio complura alia Augustini testimonia.

*Fulgent. Et Prosp.*

Idem affirmant Fulgentius & Prosper, quorum testimonia refert Gratianus c. Valis, 23. q. 4. Primum testimonium illius capitis est Fulgentij, reliqua vsque ad illa verba, Ex nobis exierũt, &c. sũt Prosperi. Fulgentius autem toto libro 1. ad Monimum copiosissimẽ ac sapientissimẽ demonstrat, Deum causam non esse peccati. Idem quoque testatur Gregorius homilia 9. in Ezechielem, vt complures alios Patres omittam.

*Plato.*

Non omittam tamen hac eadẽ de re sententiam Platonis li. 31. dialogo 2. de Republica. Bonorum quidem, inquit, solus Deus causa est dicendus: malorum autem quamlibet aliã præter Deum causam querere decet. Et quibusdam interiectis addit: Malorum alicui causam esse Deum, cum bonus sit, refellendum est omnino, nec permittendum hoc quenquam dicere in sua ciuitate, si bonis institutis legibus ciuitas debet, nec insuper quenquam audire, siue sit ille iunior siue senior, siue carminibus hæc inferantur; siue soluta oratione narrentur, tanquam quæ neque dictũ saneta sint, neque nobis vilia, neque inter se consona, hæc ille.

*Ratio cur non Deus, sed solum liberum arbitrium creatum sit causa peccati, exponitur. Disputatio 32.*

**D**E re proposita dubiũ nõ est inter Catholicos rationẽ verò inquirunt, quare cũ Deus tanquã causa prima immediatẽ efficiẽter induat in prauas actiones liberi arbitrij creati, ita vt tota illa actio sit a Deo, & tota a libero arbitrio, vitium tamen ac deformitas ipsius actionis, non Deo, sed libero arbitrio creato tribuatur.

Plerique antiquorum eam rationem reddũt, Quod cum peccatum formaliter sumptum in defectu conformitatis eum regula, quam operans tenetur sequi, sit positum, caque ratione formaliter non sit aliud, quã defectus, privatio, & nihil, potius querenda est causa deficiens peccati, quã efficiens: quare cum liberum arbitrium creatum deficere possit a regula & lege sibi præscripta, reque ipsa deficiat cum actionem prauam exercet: Deus autem, qui nulli alteri regulę est subiectus, sed sibi ipsi est lex, tribuendo eidem actioni esse vnã cum libero arbitrio, a regula non deficiat, sit, vt actio (quæ quatenus est a libero arbitrio creato vitiosa, est & peccatum) quatenus est a Deo tanquã a prima causa & origine totius esse creati, neque vitiosa sit neque peccatum: quoniam a Deo solum habet esse, ac

*Ratio a plerisque antiquorum reddita.*

*R 2*



proinde bonitatem transcendente[m], quae cum ente recurrit; non verò defectum à regula, in quo tota ratio peccati atque malitiae moralis posita est.

*Cur non sit sufficiens causa dicitur.*

Ratio haec, vel rem non explicat quantum est factis, vel certè nullius est momenti. Etenim licet committissimum sit Deum, qui summa est bonitas, nullo modo in suis operationibus posse deficere, neque alicui alteri, neque propriè sibi ipsi, esse subiectum: attamen in eo lex est aeterna, quae est ipsemet Deus, quaeque ipsi dicitur quid rectè sit, vt ab eo fiat, & quid turpe sit ab eo fieri, ac proinde quid ex eo capite contradictionem implicet ab eo fieri, quòd cum summa ipsius bonitate pugnet. Atque haec ratione colligimus Deum nulla ratione per se, vel per alium, posse mentiri, nec vilà ratione posse precipere peccata, nec ad actiones, quae peccati rationem retineant, posse mouere atque inclinare, aut illas suadere, vel ad eas quenquam praedestinare: eò quòd haec, & his similia, rectè rationi tam humanae, quam diuinæ, & infinitae bonitati repugnent. Atque id sonant testimonia scripturae, definitiones Ecclesiae, ac dicta sanctorum, atque disputationes praecedente retulimus. Quare non solum est contrarium fidei, Deum ad hunc sensum esse causam peccati, quòd ipse etiam deficiat à sua regula cooperando nobiscum ad peccatum; vt nos à nostra regula deficiamus, sed etià ad eum, quòd vel precipiat, vel suadeat actum prauum, aut ad illum praedestinet, moueat, & inclinet per suum influxum & operationem. Quamuis si hoc posteriori modo causa esset peccati, esset etiam illo priori, eò quòd à lege sua aeterna ipse quoque tunc deficeret. Poterit quidem Deus, subtrahendo prius per appositionem alicuius circumstantiae actionem aliquam à ratione peccati, id precipere, aut ad id mouere, quòd si naturali circumstantia foret contra ius naturale, ac proinde peccatum; qua ratione tanquam Dominus vitæ cuiusque hominis, praecipit parenti Abrahamo vt inretificeret filium suum Isaac, quòd licuit tunc Abrahamo, neque erat contra quintum praecipuum decalogi, facta prius parenti in filium ea facultate: verum quòd Deus precipiat, aut moueat ad id, quòd in causa secunda retinet rationem peccati, id planè contradictionem implicat: eò quòd cum diuina bonitate ac lege aeterna pugnet.

*Peccata non potest Deus precipere, neque ad multas actiones inclinare, suadere, aut etià praedestinare.*

proptèr dicta dispensare non posse circa praecipua decalogi, reddèdo licitum quòd cadit sub talem legem, sublata vt obligandi eiusdem legis: posse tamen reddere licitum, quòd aliàs esset contra talem legem, apponendo circumstantia obiecto per quam desinat iam cadere sub talem legem; quòd non est dispensare in lege, sed seruat legem integro iure atque vt obligandi, subtrahere materiam aliquam à lege per appositionem circumstantiae, ratione cuius obiectum illud in legem iam omnino non cadat. Id quòd causa etiam secunda interdum efficere solent: eam enim acceptionem rei alienae, quae alioquin esset contra septimum praecipuum decalogi, potest dominus ipsius rei efficere vt non sit contra illud praecipuum, si alicui facultatem eam accipiendi faciat, quòd non est dispensare circa praecipuum, sed appositione illius circumstantiae efficere, vt iam non sit contra illud praecipuum, quòd alius eodem praecipuo verabatur. Verù de hac re suo in loco.

*Dispensare in praecipuis decalogi quo sensu Deus non possit.*

Ex his omnibus patet, vt satisfiat dubio proposito, reddendam esse rationem, quare Deum concurrere immediatè cum causa secunda per influxum vniuersalem ad actionem peccati, non pugnet cum lege aeterna, ac proinde ex se malum non sit: quemadmodum cum eadem lege pugnet, essetque de se malum, si Deus praeciperet, vel praedestinaret eandem actionem, vel ad eam moueret & inclinaret liberum arbitrium creatum: antiqui autem illa sua ratione huius rei causam minimè reddant, & ideo re hanc quantum opus est, non explicant.

Salmanticenses, de quorum numero sunt Soranus primo de natura & gratia capite 18. & Canus 2. de locis cap. 4. in responsione, ad octauum, hanc causam reddunt. Quòd Deus concursu suo vniuersali cooperatur cum omnibus causis secundis ad modum causae naturalis lege constituta, vt, quasi necessitate naturae & non liberè agat, semper illis praesto sit auxilium latum: qui concursus, cum sit causis naturalibus quasi debitus, eò quòd nulla earum sine eo agere possit, inter naturalia computatur, adeò vt miraculum sit, si aliquando desit, à Deoq; subtrahatur. Quare inquit, cum actiones male moraliter, quoad esse tantum naturale referantur in causas naturales; stultum autem sit esse earum morale, malitiamque & culpam, in causas naturales referre; sit, vt Deus per concursum suum generalem causa sit esse naturalis earum, non tamen culpae & ma-

*Quare ratio Sorani & Canus asserunt, cur Deus non sit causa peccati.*

& malitiae annexae, Aliqui ita hanc sententiam accipiunt, vt si Deus per illum eundem generalem concursum non cooperaretur ad modum naturae, lege vniuersali praescripta de eo nunquam denegando, eò quòd necessarius & quasi debitus sit causis secundis, sed interdum solum illo modo concurreret, pugnet cum lege aeterna, essetque ex se malus, atq; adeò contradictionem implicaret illum impendere causis secundis quando elicerent actiones malas moraliter.

*Adducta ratio in pugna tur.*

Hac ratio, ita reddita ac explicata, mihi nunquam placuit. Primò, quoniam Deus merè liberè ex aeternitate eam legem concurrenti cū causis secundis statuit, & merè liberè conferit concursum suum vniuersalem quoties illi impenditur: quare, quòd ad libertatem in operando attingeret, computari nequit inter causas naturales, vt naturalis causa distinguitur contra liberas & morales: quin potius verè, ita operatò, causa est libera & moralis, digna proinde laude quoties concursus ita impenditur, idque propter munificentiam quam exercet, liberumque beneficium, quo nos deuinct, maxime dū eo concursu adiuti operamur bona, & dum rebus ratione carentibus hominum gratia illum impendit: cum ergo, quando operamur rectè, concursus Dei vniuersalis, quo Deus nobiscum concurrit, opus externum sit diuinæ munificentiae ac liberalitatis, reddenda est ratio, quare quando simili modo concurrat ad actionem malam moraliter, cuius actio illa tota sit à Deo per concursum vniuersalem, concursus ille non sit opus externum vitij, voluntasq; diuina, qua tunc impenditur, non sortiarur rationem vitij, maxime cum Deus in eandem liberè omnino influat, sicut liberum arbitrium, quòd ea de causa peccatum committit. Etenim quòd solum esse naturale actionum moralium referendum sit in causas naturales, non verò bonitas aut malitia moralis, ex eo prouenit quòd non liberè agant, bonitasque & malitia moralis solum cōparatione causae liberae ternatur: qua ratione neq; homini virtuti, aut vitio tribuitur, quicquid sine libertate operatur, siue id obiectiue bonum sit, siue malum: quare cum Deus concursu generali liberè operetur, vtique, quòd lege statuta operetur perinde ac si ex necessitate naturae operaretur, non est sufficiens ratio, quare solum bonum naturale ad bonum moralium sit in Deum ipsam referendum, non verò esse morale virtutis, aut vitij.

Secundò, possumus eandem sententiam ex eo impugnare, quòd cum diuina bonitate non rectè consentiat, eam legem concurrenti vniuersum cum libero arbitrio creato constituisse, quae iniqua omnino esset, si ea non vniuersim omnibus agentibus per modum naturae fluxus constitueretur, sed certis quibusdam atq; ad certum tempus. Neq; enim aequa esse potest ea lex, quae eos euentus comprehendit, in quibus si solos eos constitueret, iniusta esset & iniqua: maxime quando ex aliis, quos simul cōprehenderet, non comprehenderetur ea inaequalitas & iniquitas.

Tertiò, demus per impossibile, Deum longè aliter concurrere cum causis secundis, & praeferri communem eum modum concurrenti, constituitur concurrere semel cum homine aliquo, vel augere eo modo, quo re ipsa nunc cōcurrit: Quis dicat, si homo ille pro libertate sui arbitrij eliceret prauam actionem, cum elicere posset honestam, malitiam tunc illius actionis ascribendam esse Deo vt auctori illius, quin simul fateatur similitè eidem ascribendam esse in hoc rerum statu quem habemus? Quòd ergo Deus cōcurrit vniuersali operando cōcurrit cum causis secundis, ac si causa esset naturalis necessitate naturae agens, non est legitima ratio, quare malitia actionum moralium Deo auctori non tribuatur.

Legitima ergo atque dilucida ratio, nisi fallor, colligitur ex iis, quae de concursu Dei generali disputationibus praecedentibus dicta sunt. Etenim cum concursus Dei generalis non sit concursus Dei in causam secundam, sed in actionem ipsius met causa: is verò de se indifferens sit, vt pro diuersitate influxus causae secundae sequatur potius actio huius speciei, quam alterius, quippe qui non determinat influxum causae secundae, sed ab eo determinatur ad speciem actionis: quando verò cum eo cōcurrit liberum arbitrium, ex vario influxu arbitrij prononiat, quòd sequatur potius volutus, quam nolitus, & volutus honesti potius, quàm turpis obiecti, sit, vt actiones liberi arbitrij (vt & cuiusvis alterius causae secundae) à concursu generali Dei non habeant quòd sint tales vel tales in particulari, ac proinde neq; quòd sint studiosae vel vitiosae, sed ab ipso met libero arbitrio. Neq; fortè Soranus, & Canus, si expendantur, aliquid voluerint, quàm nec quantum oportebat re explicauimus, nec necesse illis fuerit recurrere ad illud, quòd cōcurrit Dei vniuersalis statat à Deo tanquam à causa naturali.

*Legitima redditur ratio cur Deus non sit causa peccati.*

*Obis. 32. prima.*

At non deficiat, qui aduersus propofita sententiam sic obiceret. Primum concursus Dei generalis cum causis secundis non propter generalitatem dicitur, quod ipse in suo esse reali, quod extra Deum habet, sit vnus & idem vel numero vel specie communis omnibus causis secundis, & indifferens ad quoscunque earum effectus; sed quia Deus communi & generali lege statuit concurrere cum omnibus diuerso modo, & tamen prout natura cuiusque postulat: etenim concursus, quo Deus concurrit cum igne, specie distinguitur a concursu, quo concurrit cum equo; quandoquidem concursus Dei cum igne nihil aliud est quam effectus ipse productus vt a Deo, sub qua consideratione foritur ratione actionis Dei ad extra comparatione illius effectus: & concursus Dei cum equo, non est aliud, quam effectus etiam ipse productus, vt a Deo, sub qua consideratione foritur quoque rationem alterius actionis Dei ad extra comparatione talis effectus: cuiusque effectus illi specie inter se distinguantur, & actiones pro diuersitate terminorum specie distinguantur, sit, vt concursus illi generalis Dei specie distinguantur, atque adeo fit, vt effectus specie distincti qui a causis secundis emanant, non solum ex diuerso influxu causarum secundarum habeant esse tales vel tales, sed etiam ex diuerso modo influendi Dei in eodem effectus.

*Secunda.*

Secundo. Licet Deus determinetur a causa secunda ad concurrendum hoc concursu huius speciei potius quam alio, aram dato quod concurrat hoc concursu numero, quo concurrit cum igne, necessario dicendum est effectum productum non habere vt sit talis numero ex solo concursu causae secundae, sed etiam ex hoc numero concursu Dei, quantum demus Deum non fuisse visum hoc particulari concursu, nisi concurreret cum tali causa secunda.

*Tertia.*

Tertio. Hic concursus Dei est causa totius caritatis quae cernitur in effectu, vt omnes admittunt, etiam illius per quam effectus ille est talis specie & numero: ergo effectus non solum a causa secunda, sed etiam a concursu generali Dei habet quod sit talis, & consequenter nihil est cur Deo concurrerit ad eum effectum concursu generali non tribuatur id, quod sequitur hunc effectum quantum talis est.

*Quarta haec prima.*

Argumenta haec ortum habent ex falsa aduersarij existimatione. Cum enim nobiscum

conueniant, concursus Dei generalis non esse influxum Dei in causam, sed cum causa in effectum cum quo concursus illi dicunt esse idem; existimant tamen, concursus Dei vniuersalem distinctam numero actionem esse a concursu causae secundae: cum tamen non sit nisi vna, quae, vt a Deo, dicitur concursus Dei; vt vero a causa secunda, dicitur concursus causae secundae: vt in superioribus est explicatum. Alioquin si essent distinctae actiones, cum concursus causae secundae solum sit a causa secunda, concedendum esset aliquam esse actionem, rationemue formalem realem actionis, quae non esset a Deo efficiens, sed a sola causa secunda, quod nulla ratione est concedendam.

*IA optima habent.*

Ad primum ergo argumentum dicendum est, ponere fallum, nempe concursus Dei generalis habere aliquod esse reale a parte rei distinctum, vel numero, vel specie, a concursu causae secundae: nihil enim est a parte rei, neque actio, neque effectus actionis, quod sit a Deo influente per concursum generalem, & non sit a causa secunda simul influente per suum influxum particularem, neque esse potest: quoniam duae causae ita influentes vniunt a parte rei tam effectum, quam actionem, mutuoque ea ratione a se pendunt in agendo illo modo, ita vt influxus praecisus vnus esse nequeat, etiam diuina potentia, sine influxu alterius: neque a parte rei influxus illi distinguuntur, nisi comparado vniam & eandem numero actionem ad diuersas causas diuerso modo in totam ipsam actionem influentes, quarum ea, quae causa vniuersalis est, licet conferat actioni totum esse partialitate causae, actio tamen a modo influendi illius non habet, quod sit talis vel talis speciei actio. Ab altera vero vt a causa particulari, similiter partialitate causae, habet actio totum suum esse. Verum ex modo influendi illius, sicut habet quod sit propria & peculiaris actio eiusdem causae, ita habet quod sit talis actio distincta specie a ceteris. Vnde negandum est, Deum concursu generali concurrere diuerso modo cum diuersis causis secundis. Ad probationem vero, quae subiungitur, concedimus, concursus Dei cum igne distinctum esse specie a concursu Dei cum equo: negamus tamen id provenire ex eo quod Deus, quantum est ex se, diuersimodo influat cum igne & cum equo: provenit enim ex coniunctione influxus vniuersalisque illarum duarum causarum.

*Ad primam obiectionem solutio. Concursus generalis, & particularis, vna actio sunt, ex solo concursu particulari habet speciem.*

*Ad secundam.*

causarum particularium in vniam & eandem actionem numero & specie cum influxu Dei, a quibus particularibus causis concursus illi vniuersales Dei habent, tanquam a causa efficiente, distinctionem illam specificam. Ad secundum dicendum est, quod cum vnitas numerica actionis & effectus varietur facta quacunq; variatione in quacunq; parte causae, & in quacunq; alia circumstantia conducente ad effectum, vt quinto metaphys. ostensum est, vtiq; quod effectus ille sit talis vel talis numero, vt pendet ex eo quod causa secunda hic & nunc influat: ita, naturaliter loquendo, pendet ab influxu Dei hic & nunc, & a reliquis circumstantiis: quare sicut si causa secunda alio tempore, interuenientibusque aliis circumstantiis influeret, sequeretur alia actio numero: ita, si Deus alio tempore, & sub aliis circumstantiis influeret, sequeretur alia actio numero: non est tamen hic & nunc alius numero concursus Dei, & alius concursus causae secundae, sed vnus & idem numero, qui est illa ipsa actio quae resultat, & in qua vniuntur & sunt vnus concursus vtiq;que causae, vt explicatum est. Adde, actiones morales non habere suam bonitatem aut malitiam moralem a differentia indiuiduate, sed ab specifica, & circumstantiis, quae, si essent eiusdem prorsus rationis, quamuis diuersae numero, in quacunq; alia actione eiusdem speciei in genere naturae & moris, redderent actionem aequae bonae aut malae moraliter.

*Ad tertiam.*

Ad tertium dicendum est, aliud esse effectum habere a Deo influente per concursum vniuersalem etiam illud quod est talis tanquam a causa partiali; & aliud ex influxu Dei provenire quod sit talis. Primum concedimus; secundum vero negamus: ostensum namque est, non provenire nisi a modo influendi causae particularis, cuius est effectus proprius & particularis. Cum vero deformitas culpa sequatur actum coparatione solius causae, quae agendo deuiat a sua regula: haec autem sit sola causa secunda, inde est quod licet entitas actus simul sit a Deo tanquam a causa vniuersali, deformitas consequatur actum tanquam culpa solius causae particularis. Est enim magnopere notandum, eas rationes formales, quae in sua intrinseca ratione includunt, vt sint a causa secunda, cuiusmodi sunt, peccatum, meritum, sentire &c. nullo modo denominare posse Deum vt causam earum, quasi Deus peccet, mereatur,

aut sentiat, quae Deus. Et quando eiusmodi rationes formales omnino sunt, non solum praeter influxum, sed etiam praeter intentionem Dei conferentis concursum generalem & vires ad operandum causae secundae, vt sunt culpa & peccatum, neque Deus dicitur causa vniuersalis earum, licet dicatur vniuersalis causa actionis, quae materialiter peccatum denominatur: haec enim suo influxu attingit tanquam causa vniuersalis, quod statim fiet magis manifestum.

Ex dictis solum habemus, Deo non tribui actiones nostras malas moraliter tanquam causae positivae in eas influenti. Ad quod accommodatum est exemplum de fabro gladios faciente: vt enim non imputantur fabro facinorae quae ab eis fiunt, qui gladiis non recte vtiuntur; eo quod gladij indifferentes sint ad bonum & malum vsum; sed imputatur libero arbitrio eorum, qui gladiis male vtiuntur: ita cum concursus Dei generalis indifferens sit ad bonas & ad malas actiones, malae actiones, non Deo, sed abutentibus concursu Dei generali ad malum sunt tribuendae.

Ad dicentem aliquis: Sicut culpa datur fabro cum gladium tradit ei, quem probabiliter nouit eo abuturum: ita cum Deus praesciat quoniam abuturi sint suo generali concursu, cur ei non imputabitur ad culpam, quod non subtrahat concursum, siquidem ea ratione impedire peccatum illud potest, nec tamen impedire vult? Dicendum tamen est, diuersam esse rationem in hominibus ac in Deo: Deus namque cum dominus sit omnium, legitimaque de causa examini & probationis exponat creaturas suas libero arbitrio pollentes, vt si bene suo arbitrio, gratia ipsius adiuro, fuerint vti, propriis meritis vitam aeternam consequantur, sin autem male, iusto supplicio afficiantur, non tenentur impedire peccata, sed ea potest legitime permittere; a se prouidentiamque ipsius spectat non denegare singulis rebus ea, quae necessaria sunt vt accommodate ad suas naturas operentur, esto quae iam talia sunt quibus & bene & male vti possunt. At vero homines, qui Deo legibusque diuinis sunt subiecti, lege diuina naturali tenentur suorum proximorum peccata impedire, si eodem modo possint, & ad damnum alterius non cooperari: sicut enim lege naturali tenentur proximis, sicut se ipsos diligere: ita Deus eadem naturali lege mandauit vnicuique de proximo suo curam habere. Quod sit vt peccata nostra neque

*Peccati actionem malam Deo per concursum vniuersalem influenti non imputari, ac commode pro exemplo ostenditur. Obiectio.*

*Solutio.*

*Peccati nostras neque tamquam causa qua eis potuit imputari, Deo imputari non.*



Deo tanquam causæ, quæ potuit ea impedire, & non impedivit, tribuenda sint, eo modo quo naufragium tribuitur nauæ, si illud declinare potuit, nec tamen declinavit. Ad hoc enim vt

aliquid alicui tanquam causæ negatiuæ ascribatur, necessarium est, vt teneatur & possit id impedire, & non impedire: Deus autem non teneatur peccata nostra impedire.

### Maiores dictorum explicatio, & an Deus autor sit dicendus actuum nostri arbitrij, & causa, etiam materialis, peccati.

*Disputatio 33.*



**M**T, quæ hæcenus dicta sunt, melius intelligantur, nonnulla sunt addenda, quibus intelligatur quousque actus nostri arbitrij in Deum, tanquã in eorum autorem, primamq; verũ causam, sint referendi, & quousque eos velle, aut non velle sit censendus. Sumpto verò aliũs principio, ab actibus & effectibus, quorum comparatione nulla causis secundis inest libertas, erit ordiendum.

les tam accomodatus viribus ad eo pacto in suos fines agendum præditæ, quàm accomodatè eas perpetuò agere experientia magistra comperit habemus.

Secundum, vt ad actus liberos, bonumq; & malum eorum morale decentiamus, pono ex dictis disputatione 5. & 19. nos viribus naturalibus nostri arbitrij, soloque concursu Dei generali, efficere posse bonum aliquod opus morale ex obiecto & omnibus suis circumstantijs, atq; adeo quod vndique ac simpliciter bonũ sit morale per comparationem ad felicitatem naturalem, præsertim quando notabilem non continet difficultatẽ. Vt verò particulare aliquod afferamus exemplum his, quæ dicenda sunt, accomodatam, sic verbi gratia, quando oblato aspectu alicuius mulieris leuius admodum & propè nullo insurgente affectu ad illam, elicit quis hunc actum bonũ moraliter, nolo peccare cum hac, cum tamen elicere posset hunc contrarium malum moraliter ac lethale peccatum, volo fornicari.

Tertium, quo generali Dei concursu viribus liberi arbitrij producitur materiale actus moraliter boni, hoc est, actus ille spectatus in genere nature, producitur etiam, absque alio Dei aut liberi arbitrij influxu, bonitas moralis eiusdem actus: & quo generali Dei concursu viribus liberi arbitrij producitur materiale actus moraliter mali, resultat, absque alio Dei aut liberi arbitrij influxu, moralis malitia in eo atque ratio peccati. Vtrumque probatur, quoniam si, vt multi volunt, præter materiale virtutis actus, actusque illos spectatos in genere nature, nõ datur in eis ratio aliqua formalis realis, secundum quam fornicatur rationem virtutis, aut vitij, actusque

*Quo concursu generali viribus arbitrij producitur materiale actus virtutis aut peccati, producitur etiam actus in genere moris.*

boni moralis, aut peccati pertinētis ad auaritiã, iniustitiã, aut alterius vitij speciem, sed eiusmodi rationes formales entitates sunt rationis per cõparationem ad dictaminã rationis ac legẽ Dei, cum quibus, existentibus his vel illis circumstantijs, consentiunt, aut à quibus dissentiunt, proculdubio nõ alio generali Dei cõkursu, aut particulari liberi arbitrij productum, quàm eo quo materiale eorum producitur: entia quippe rationis non alia efficiētia influxu refulat, quàm quo materiale, realitẽ eorum veluti fundamentum producitur. Esto autem eiusmodi rationes formales, cum Caietano & aliis, asserantur esse reales, profectò non alia efficiētia ac influxu refularent in actibus illis ab efficiētia & influxu quo iidem actus in genere nature produciuntur: nõ secus ac similitudo realis eius calorẽ, qui de nouo producitur, ad alium candorem præexistentem, non alia efficiētia & influxu producitur ab eo, quo producitur candor ipse. Si namque præter efficiētiã & influxum quo candor producitur, similitudo in eo resultans indigeret alio generali concursu seu influxu Dei in ipsam, vitique cum liber ille sit ex parte Dei, posset Deus, producto candore, denegare talem concursum atque adeo efficere, vt essent duo candores in rerum natura nequaquam similes inter se, quod contradictionem implicat, eaque de causa omnes negant posse fieri diuina potentia. Eodemque modo posset Deus efficere, vt qui oblata occasione fornicari nollit ne legem Dei transgrediretur, non eliceret actum virtutis, eo ipso, quod influxu cum illo, vt nollit ea ratione fornicari, denegaret suum concursum generale ne in eo actu resultaret ratio formalis virtutis castitatis, quæ ex rei natura eum actum concomitatur. Et similiter posset efficere, vt qui sciens & prudens veller fornicari, non eliceret actum vitij moraliter malum, eo ipso quod denegaret suum concursum vniuersalem ne in eo actu ratio vitij fornicationis resultaret: quæ profectò non modò absurdissima, sed etiam ridicula esse quis non videat?

Quantum, quod ex præcedenti sequitur, est, Eodem numero concursu Dei generali, & particulari liberi arbitrij, quo producitur vnus & idem numero actus in genere nature, possit indifferenti produci actum virtutis moraliter bonum, & vitij vel peccati, ac proinde interdum neque maiorem, neque alium Dei concursum

requiri, vt producat actus virtutis moraliter bonus, & vt producat actus vitij ac peccati. Probatur aperte in exemplo supra proposito: voluntas namque rem habendi cum castissima hic & nunc visu ablata proculdubio idem numero actus est in genere nature ac materialiter, siue cum illa præcesserit contractus matrimonij, siue non: at verò si præcesserit contractus matrimonij, actus ille esset virtutis castitatis conugalis; si verò non præcesserit talis contractus, esset actus fornicationis moraliter malus atque peccatum lethale: cum ergo ostensum sit eodem generali Dei concursu, & particulari liberi arbitrij, quo producitur actus in genere nature, resultare in eo pro diuersitate circumstantiarum concurrentium rationem virtutis & vitij absque alio cõkursu Dei & liberi arbitrij, consequens profectò est, vt interdum Deus neque maiori, neque alio concursu concurrat ad actum virtutis, boniue moraliter, quàm sit is, quo concurreret ad actum vitij malum moraliter.

Quintum, sicut Deus causis agentibus merè naturaliter vires contulit ad vnũ agendi ac influendi modum determinatas, quibus concursus Dei generalis, de se ad diuersas actionum & effectuum species indifferentem, determinat ad tuas peculiarias actiones & effectus: sic hominibus & angelis facultatem tribuit arbitrij ad vnũ agendi modum indeterminatũ, per quam domini sunt suarum actionum, in manuq; consilij sui sunt positi, vt ad bonũ vel ad malum, ad vitam vel ad mortem porrigat dexteram, eaque ratione sicut per virtutum opera laudis ac præmij, ita per contrarias vitiorum actiones supplicij ac vituperationis sunt capaces. Quò fit, vt per arbitrij facultatem generalem Dei concursum non solum ad proprias voluntatis actiones determinent, sed etiam pro illius facultatis innata libertate, vel omnino actionem contineant, vel illam determinent ad volitionem potius, quàm ad nolitionem eiusdem obiecti, aut e contrario, & ad volitionem aut nolitionem vnus potius obiecti, quàm alterius, atque adeo illum determinent, vt opus sit potius virtutis, quàm vitij, aut e contrario, prout, qui ea facultate sunt præditi, maluerint: ea quippe ratione dicunt esse in eis libertas, tum ad exercitiũ, tum etiam ad speciem actus.

Sextum, nostra supernaturalis opera, licet nobis etiam, tanquam per arbitrij nostri eodem

*Deus quærens autem causa efficiens effectum, qui naturæ ne cessitate sunt, & causæ secundariorum sunt.*

*Opus naturale, opus intelligibile, cuius est causa.*

*Liberum arbitrij facultas indeterminata ad vnũ, de terminis proinde cõkursum generale ad varias species actus.*

Supernaturalis  
nostris actibus  
fluxu arbitrii  
nostris habet  
speciem  
quoad  
actum sub  
stantiam,  
Et à Deo  
specie  
supernaturalis.

perantibus, tubuantur, à nostroque influxu speciem quoad actum substantiam obtineant, in Deum tamen non solum tanquam in causam primam, communemque omnium bonorum auctorem, sed etiam tanquam in particularem eorum effectorem, à quo habent suam supernaturalem speciem, referenda sunt. Verbi gratia, actus nostri supernaturaliter assentiendi revelatis & vt ad salutem oportet, licet eatenus sint nostri, quod sunt cooperantibus nobis per nostrum arbitrium, & quod à sine libero nostro influxu omnino non essent, à nostroque influxu habeant, quod sunt assensus, potius quam dissensus, aut quam actus alterius potentiae, quod tamen sunt supernaturales, alteriusque speciei à seipsis, si solis viribus arbitrii elicerentur, habent à Deo tanquam à particulari eorum causa per se ipsam immediate, vel per supernaturalem habitum ab ipso infusum, tales eos efficiente. Licet etiam contentio eatenus sit actus nostrus, quod sine nostrae voluntatis libero influxu omnino non esset, & quod ab influxu nostrae voluntatis habeat quod sit dolor positus, quam alterius speciei; attamen quod sit supernaturalis dolor specie distinctus à mere naturali, habet à Deo tanquam à particulari eius actus causa.

Septimum, Deo tanquam auctori primaeque rerum omnium causae tribuantur omnia nostra opera bona moralia mere naturalia, non vero mala nostra opera & peccata. Huius rei ratio non solum est, quod Deus mala opera & peccata seuerè prohibuit, bona vero moralia praecepit, & quod suis consiliis & doctrina ad haec tanquam sibi grata hortatur ac inuitat, illaque dissuadet & execratur, saepeque particularia auxilia ad bona opera mere naturalia praestat, nunquam vero ad mala & peccata, quae vellet vt non committerentur, si & nos nostralibertate ita vellemus, sed etiam ac praecipue, quoniam vt Augustinus 2. de libero arbitrio cap. ultimo, & lib. 3. cap. 1. & 6. ac sibi egregie tradit, facultatem arbitrii quo sine nobis contulit, collatamque generali suo concursu adiuvat, vt bene consentaneèque ad rectam rationem ac legem suam operentur, sed, ad naturalem felicitatem, & insuper ad supernaturalem ipsius numinis diuini ope perstringamus, non vero vt his ad perniciem abutamur: tamen facultatem eis abutendi, eo ipso quod liberos effinxit, nobis reli-

quit, vt ea ratione in nostrum manus commodum actuum nostrorum effemus domini, ac bene acceptam libertatem impendentes, pro re factis primum laudemque assequeremur. Quia ergo nostra moralia bona opera, quaecunque ea sint, suis sunt ad quae natura, aut arbitrii facultate nobis contulit, & ad quae concursum suum generalem nobis impendit, inde est quod non minus, quam quaecunque naturalia bona, ad quae in cauis secundis nulla est libertas, in Deum tanquam in naturae auctorem, primamque rerum omnium causam, referatur. At vero quoniam opera nostra moraliter mala extra finem sunt ad quem naturae auctor facultatem arbitrii nobis tribuit, suumque concursum generale nobis impendit, à nobisque ipsis prouenit, quod hisce donis, ad alium finem nobis à Deo collatis, ita abutamur, inde efficitur, vt nostra mala opera moraliter ac peccata, non in Deum tanquam in naturae auctorem, sed in nosmetipsos tanquam in eorum causam referenda sint.

Non defuere, qui cum existimauerint concursum Dei generalem non esse influxum Dei cum causa secunda immediate in illius actionem & effectum, sed immediate in causam ipsam, & per causam prius eo motam mediate in illius actionem & effectum, liberumque nostrum arbitrium nullam omnino posse elicere actionem, ad quam in particulari non moueatur prius à Deo per concursum suum generalem, consequenter asserent, opera nostra mala moraliter, quibus praecepta transgredimur, verbi gratia, volitionem qua quis rem habere statuit cum hac uon sua, & peccat lethaliter, referenda esse in Deum tanquam in illius auctorem & causam: solam vero deformitatem peccati, quae eius est rationis & deuiatio à lege Dei, in nostrum arbitrium, & non in Deum tanquam in causam, esse referendam.

Vt verò haec explicent, ac defendant, duo euedam asserunt. Vnum est, Deum per concursum generalem mouere arbitrium nostrum ad medium per comparationem ad rectam rationem ac legem suam, atque adeo ad bonum: liberum vero nostrum arbitrium, dum legem Dei transgreditur ac peccat, delectere suo influxu à ductu illo, moti dicitur, ac directione Dei, in peccati actum: non secus ac discipulus, cuius manus à magistro mouetur ac ducitur ad characteres optimos depingendos, suo particulari influxu delectat,

Quorumdam sententia.

Impugnatur.

delectat, & est causa vt pessimi depingantur: & non secus, atque dum lapis suo pondere ac motu recta via tendit deorsum, is, qui est in summitate turris, suo influxu eum delectat, eoque vitur ad percutiendum ex turri illum, qui separatus à turri in via sedet.

Alterum quod asserit est, ex hypothesi quod peccator suo arbitrio & influxu delectere vult à medio rationis in peccatum, Deum suo generali concursu eum mouere & adiuuare ad actionem illam in particulari, vt libertatem illi conferret: quemadmodum, inquit, mercator, vt vitam in tempestate conferret, proicit mercem in mare; & interdum voluntate perdit duo negotiando, ne perdat quatuor. Quia verò Deus, inquit, mouet ad quaecunque actionem in particulari liberi arbitrii quantumuis malam, non solum vt permittit vt illa sit per liberum arbitrium creatum, sed etiam vult illam in particulari esse quoad esse suum naturale, licet non quoad deformitatem peccati, quam habet adiunctam.

Opinio haec satis, ni fallor, impugnata est disputationibus praecedentibus, videturque parum consona in primis verbis illis Concilii Tridentini sess. 6. canone 6. Si quis dixerit, mala opera, ita vt bona, Deum operati, non permittit solum, sed etiam proprie anathema sit. Deinde testimonii Scripturarum & sanctorum Patrum, quae disputatione 31. retulimus, & praecipue illis verbis Augustini de spiritu & litera cap. 31. Nulquam legitur in sanctis scripturis, non est voluntas nisi à Deo. Et rectè non scriptum est, quia verum non est: alioquin etiam peccatorum, quod abist, auctor est Deus, si non est voluntas nisi ab illo: quoniam mala voluntas iam sola peccatum est, etiam si desit effectus. Item illis de articulis falso sibi impositis art. 10. quicumque eius operis fuerit auctor. Detestanda & abominanda opinio est, quae Deum cuiusque male voluntatis, aut male actionis credit auctorem, cuius praedestinatio nunquam extra bonitatem, nunquam extra iustitiam est: vniuersè enim via Domini misericordia & veritas. Adulteria enim matronarum, & corruptelas virginum, non instruere nouit sancta diuinitas, sed damnare, nec disponere, sed punire. Et paucis interiectis: Non ergo casus reuertunt, nec malignitatem iniquorum, nec cupiditates peccantium praedestinatio Dei aut excitauit, aut fuisse, aut impulit. Ec-

cè, non sola entia rationis, formalitè peccatorum negat Augustinus, aut alius eius operis auctor, esse à Deo, sed etiam volitiones ipsas, & actiones, quibus transgressio fit mandatorum, nempe adulteria matronarum, corruptelas virginum, &c. Ac certè cum Deus actus ipsos peccatorum directè suis praeceptis prohibeat (praecipit namque non occidere, non fornicari, non sutari, nihilque horum concupiscere) atque adeo voluntate signi (sic dicta, quod nobis per praecepta innotescat) hac ipsa fieri nolit, dependenter tamen à nostra libertate, si & nos ipsi voluntati ipsius obsequi voluerimus, voluntas vero ipsius, nec mendax, nec fallax, scitè esse possit, sed vera, qua id ita velit, contrarièque actus detestetur, mirum sanè est, quod vel ipse eorum in particulari sit causa, ad eos in particulari permouendo ac dirigendo nostrum arbitrium, vel eos esse velit, non solum permittit, sed etiam sua voluntate intendendo vt sint in particulari.

Persistendo autè in exemplo de eo, qui oblato aspectu non sua consentit in concubitum cum illa & peccat, libet percontari ab auctoribus contrariae opinionis, an prius natura, quam is ita consentiat, recipiat concursum Dei generalem, quo inclipetur, dirigatur, ac moueatur in medium per comparationem ad rectam rationem, atque adeo in nelectione talis actionis, quae ad virtutem perinet; ipse vero retorquendo influxum ita acceptum declinet in volitionem ac peccet, eo modo quo manus discipuli, dum magistri motum ac directionem ad bonos characteres recipit, suo peculiari influxu retorquet illum ad malos characteres, persenerantem adhuc ex parte magistri, atque inclinatum ad bonos characteres: an verò non recipiat illum generalem concursum, sed vel nullum, vel alium dirigentem ac mouentem in particulari ad volitionem concubitus, quae est actus moraliter malus ac peccatum.

Si dicitur primum, cum volitio illa sit actus distinctus non solum specie, sed etiam re, tam in genere naturae, quam motus, à volitione eiusdem obiecti, quae & illi contraria, mixtum perfectio est, quod motio in particulari & inclinatio Dei per generalem concursum ad notionem tantum illius obiecti, sit cooperatio & concursus generalis eiusdem Dei ad contrarium actum, volitionem scilicet moraliter malam & peccatum. Inclinatio

clinatio quippe & motio ad vnum contrariarum in particulari esse nequit cooperatio, permotio, & adiutorium, quin potius necesse est ut impedimentum sit ad alterum contrarium. Præterea cum Deus inclinatione, directione, & cooperatione illa solum intenderet nolitionem concubitus moraliter bonam, ex particulari vero influxu liberi arbitrij deficiente ab ea cooperatione ac directione sequatur contraria volitio moraliter mala, peperam ex cooperatione illa colligitur, Deum intendere ac velle volitionem illam prædicti actus, quæ est materiale peccati, & quam sua lege sub cõminatione interitus æterni prohibet, nisi aliquo alio modo, aliõue peculiari influxu velit ad eam concurrere, ex hypothesi quod, qui ita operatur, defletere velit ab illo alio priori generali concursu, quod ad bonum solum dirigebat, inclinabat, ac permouebat, vt exempla de eo, qui tempestate coactus proficit merces in mare, & qui negotiando voluntariè amittit duo ne perdat quatuor, videntur innuere Erenim hi diuersimodè operantur ex hypothesi maioris mali imminenti.

Secundum verò non dabunt, nempe neque illum, neque alium concursum generalem recipere. In primis, quoniam tunc concederent actionem realem causæ secundæ, volitionem videlicet illam concubitus, produci sine concursu generali Dei, quod est plus quam periculosum in fide. Deinde quia si nulla sit motio, inclinatio, & directio Dei per concursum generalem in contrariam eiusdem obiecti nolitionem, intelligi nequit deflexio ab ea motione & directione Dei, eo pacto quo discipulus suo proprio influxu à magistri motione & directione defleat ad malos characteres, aut eo pacto quo quis à summitate turris lapidem suo pondere atque impetu recta deorsum tendentem, defleat, eoque sua vi impressa vitur ad percutiendum illum, qui semotus à turri inferius sedet.

Si detur tertium, vt inuere videatur exempla de proficiente merces in mare, & de pendente voluntariè duo ne perdat quatuor, nempe illam adiuuari nouo concursu generali Dei dirigente ac mouente in particulari ad volitionem concubitus cum non sua, quæ actus est moraliter malus ac peccatum, idque Deum efficere ex hypothesi quod peccator vii nõ velit illo alio ad nolitionem prædicti obiecti, vt in maius ipsius bonum illi libertatem conferret eũ ita adiu-

nando: tunc peto, vel ei, qui vult concubitus & peccat, Deus simul impendit duos cõcurfus generales, vnum quo eum inclinaret, dirigat & moueat ad nolendum eiusmodi obiectum, eliciendumque proinde actum moraliter bonum, & alterum quo, ex hypothesi quod non ita sed contrario modo vult operari, illum inclinaret, dirigat & moueat ad illud idem volendum & peccandum: vel impedit illi tantum hunc secundum concursum generalem.

Primum nulla ratione videtur dicendum, tum quia ridiculum est, cum qui consentit in actum peccati, simul moueri à Deo diõibus concursibus generalibus, vno, quo inclinatur & dirigatur ad nolendum; & altero, quo dirigatur & adiuuetur ad volendum: tum etiam, quoniam in euentu daretur in rerum natura actio & concursus Dei generalis sine effectu & actione causæ secundæ, ad quam est adiutorium & cooperatio, quod est contra communem omnium sententiam.

Secundum etiam affirmari non potest. Primo, quoniam tunc intelligi non potest deflexio ab inclinatione, motione & directione Dei per concursum generalem, abususque talis concursus, eo modo quo discipulus motione magistri abutitur, ab eaq; ad malos characteres defleat, si is, qui in concubitus consentit, nunquam à Deo accepit motum, inclinationem ac directionem in contrarium, sed solum in consensum in talem actum peccati. Secundo, quia si hic solum à Deo mouetur, dirigitur & inclinatur ad volitionem concubitus in particulari malam moraliter, non video quomodo Deus non sit causa peccati. Tertio, quoniam iuxta opinionem eorum cum quibus disputamus, homo ille neque nolitionem prædicti actus, neque volitionem potest elicere, nisi à Deo præueniatur & permouetur ac dirigatur per concursum generale ad vnum vel alterum eorum in particulari: quare si vult fornicari, præuentus fuit à Deo cõcurfu generali ad talem actum accommodato, nunquamque recepit contrarium motum & concursum, Vnde non prius fuit hunc sua nequitia velle peccare, quàm Deũ illo modo eum mouere & adiuuare, sed è contrario, ac proinde collatio talis concursus eo modo dirigentis, & adiuuantis, non fuit ex hypothesi, quod ille sua libertate & nequitia velle peccare. Vt enim disputatione 29, aduersus Antonium Cordabensem argu-

gumentabamur, determinatio voluntatis ad alteram partem contradictionis, eum actio & influxus sit voluntatis, esse nequit sine cõcurfu generali Dei, ac proinde si à qualitate concursus generalis Dei pender qualis futura ea sit, priusque est Deum mouere per suum cõcursum voluntatem, camque per illum determinati, quàm ea seipsam determinet, prosecto prius est Deum statuere conferre illi talem, vel talem modum concursus generalis, quàm præscire ad quã partem illa sit determinanda, ac proinde modus conferendi illi generalem concursum non erit ex hypothesi & præsentia quod voluntas sua libertate & nequitia se ipsam in actum moraliter malum sit determinatura, & quod vii non velit concursu Dei generali ad actum bonum. Quarto, ex eo quod homo ille vii non velit concursu generali ad nolitionem actus mali, non sequitur eum velle illo abuti ad malam volitionem, cum suspendere possit omnẽ actionem, & neque velle, neque nolle: ergo ex sola præuisione, quod non velit eo vii ad nolitionem actus peccandi, non sequitur illum præueniri, permoueri, ac dirigi à Deo per concursum generalem ad volitionem illam malam moraliter.

Hac itaque opinione impugnata, vt ad eorum seriem reuertamur, quæ præcedentibus disputationibus addenda censuimus, octauum in ordine sit hoc. Licet ex capitibus explicatis bona opera nostra moralia, etiam merè naturalia, in Deum tãquam in naturæ autorem, primamque rerum omnium causam referenda sint, mala autem nostra opera non in Deum tanquã in causam si vt referenda, sed in nos ipsos, qui nostra libertate & nequitia arbitrio nostro & concursu Dei generali ad ea abutimur, ac quæ ab autore naturæ collata nobis non sunt; nihilominus si liberum arbitrium & cõcurfus Dei generalis ea ratione spectentur, qua ad bonum & malum ipsorum vsum, ad bonumque ac malum actum moralem indifferentia sunt, simulque attendatur in nostra potestate situm esse, vno aut altero modo eis vii, vt ea ratione virtutis, laudis, ac premij capaces simus, à nostroque libero influxu in vnam aut alteram partem præuenire, quod illis bene vtatur, operaque eliciamus moraliter bona, vel illis abutamur & eliciamus opera moraliter mala & peccata; sanè quod bene aut malè ea opera exerceamus, quæ per soãm arbitrij nostri facultatem, & concursum Dei generalem

possumus efficere, in nos ipsos tãquã in causam particularem ac liberam, & nõ in Deum est referendum. Atque hoc est, quod tum alij patres docent interdum, tum Iustinus martyr in responsionibus ad Christianos de necessariis questionibus in responsione ad octauam sequentibus verbis aperte docet. Quæstio octaua erat: Si boni ac mali, itemque status notitiam à Deo accepimus quã sit, vt vii usque causa non sit is, qui vtriusque & nolitionem & viam illorum experiendorum causa naturæ quasi inuenit? Sequitur Iustini explanatio seu responsio: Deus non solum eam vim nobis dedit, vt essemus, bonumque & malum cognosceremus atque faceremus, sed etiam liberum arbitrium nobis concessit, potestatemque fecit eligendi id quod videretur pro eorum quæ cognoscuntur præpositione: neque virtutem, aut vitium nostrum in cognitione eorum quæ cognoscuntur posuit, sed in electione eorum quæ deliguntur. Non igitur causa est Deus virtutis nostræ ac vitij, sed propositum nostrum & voluntas. Vt enim qui scortum videt, ac scortum esse scit, ex scientia illa & cognitione scortator non est; si verò motui assentiatur voluntas, tum denique est scortator, vel opere, vel affectione: sic etiam non est cognitio cui boni & mali sint homines, sed voluntas quæ ex præpositione eorum, id quod videtur secuta est. Haec tenus Iustinus. Quibus verbis virtutem nostram & vitium, non in Deum, quia vires quibus ea exerceamus, notitiamque naturalem vitij ac virtutis nobis tribuit, sed in nostrũ arbitrium nosque ipsos, qui liberè in vnam aut alterã partem illud fleuimus, tanquam in particularem ac propriissimam eorum causam docet esse referenda.

Nonum est: Deus opera nostra bona moralia, quæ à cooperatione libera nostri arbitrij, & non à solo concursu Dei generali pendent, vt existant, vult in primis voluntate conditionata, si & nos pro nostra libertate ea velimus; eo pacto quo vult omnes homines saluos fieri, si & ipsi velint. Præuides verò, quæ eorum pro nostra libertate sint futura, & complacet in illis, vultque absoluta voluntate vt sint.

Decimũ: Opera nostra moraliter mala velle Deus vt nõ essent, si & nos pro nostra libertate ita vellemus, eaque prohibet & detestatur. Licet autè præstare velit suum generalem concursum indifferentem ex se vt sint vel illa, vel contraria

*Nostri bona opera quæ ab arbitrio nostro pendent, vt vellet Deus, sunt conditionata, id est absoluta voluntate.*



opera bona, ut nos pro nostra libertate maluerimus, atque adeo indifferenter, & esse vellet vniuersalis causa quamuis realium actionum & effectuum quali in consilio, quos nos voluerimus, eò quòd ita ad nostrum meritum ac libertatem expediat quia tamen actiones inde non habent, quòd sine eius speciei realis, quòd ipse prohibet, & que ad iuncta habet ratione peccata, puta quòd sunt volitio accessus non sua, potius quòd nullo, neque Deus per sui concursum vniuersalem ad volitionem talis actus inclinat, aut dirigit, vel eam intendit, sed quòd sit ea potius, quam nolitio, prouenit solum ex peculiari nostro libero influxu, quo & arbitrio nostro, & generali Dei concursu ad id volendum abutimur, ad quod non sunt nobis à Deo collata, inde efficitur, ut Deus malorum nostrorum operum in particulari non dicatur causa simpliciter, sed cum hoc addito diminutive, vniuersalis, eam actionem causalitate sua & vniuersali concursu minime intendens, minimeque ad eam speciem determinans, ac proinde cuius neque vllò modo esset vniuersalis causa, si per arbitrium nostrum eam actionem intendens, & contra suam legem ac voluntate conditionarum concursum Dei generalem ad eam speciem determinans, non obstat. Atque inde etiam est, ut Concilium Tridentinum sels. 6. canone 6. damnat assertionem quæ habet, Deum mala opera, ita vt bona, operari, non permissiue solum, sed etiam proprie & per se. Etenim species actionis male non est à Deo per suum influxum, sed à particulari libero

nostro influxu, Deo illum nobis permittente, vt iustam nobis libertatem, vt ipse ad meritum necessariam, actionumque nostrarum dominium conferret.

Vndecim. Naturalis bonitas actus mali moraliter ac materialiter peccati, eatenus in Deum tanquam in nature auctore, primamque rerum causam reducit, quatenus contulit facultatem arbitrii, à qua emanat, peccatore illam infestente ad id, ad quod collata non est, & quatenus non denegat peccatori concursum suum generalem ad eam naturalem bonitatem necessarium, quo etiam peccator ad id abutitur, ad quod eia nature auctore non impenditur. Licet autem Deus prouidens actum illum mali nequitia & abusu, peccatoris futurum, & arbitrium illi contulerit, & concursum suum generalem liberè illi impendat, atque adeo esse velit causa vniuersalis illius actus modo paulò ante explicato, quia tamè neque eo sine, vt sit talis actus, arbitrii illi contulit, concursumque generalem illi impendit, neque vellet vt esset actus ille, si & peccator ipse sua libertate ita vellet, consequens profecto est, vt Deus, neque vt nature auctore, neque vt legislator intendat, aut velit actum, in quo est naturalis illa bonitas, sed potius eum prohibeat, ac desisteret, cum de quocunq; opere malo id verè dici possit, quod Deus ipse Apoc. 2. dixit. Quia odisti iusta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Non ergo Deus vult vt actus ille sit, sed solum in maius bonum vult permittere, vt ex nequitia & abusu peccatoris ab arbitrio libero, quod ille contulit, emanet ac profuatur.

*Naturalis bonitas actus mali moraliter, materialiter, quatenus in natura auctore, primamque rerum causam reducat.*

gum cap. 12. constat. Saepè etiam permittit à tyrannus vastari regna propter peccata incolarum, Licet ergo iustum sit & sanctum instigare peccatoribus condignum poenam, eaque ratione Deus auctor esse possit malorum poenæ, iuxta illud Amos 3. Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit: Et illud Ierem. 45. Ego Dominus creans malum: attamen non solum quando vna culpa peccati alterius culpa eiusdem peccatoris, sed etiam quando poena instigitur interuentu culpe, Deus punit permittendo solum casus culpas, nec in eas aliter instat, quam per concursum generalem, quo peccatores in suam, aut simul etiam aliorum perniciem, suo proprio influxu Dei generalem concursum ad peccata determinando, abutuntur.

*Deus quo passio punit permittendo peccata.*

*Canis assertio.*

*Refellitur.*

*Affio non sit Deo auctore, neque passio. Cui affio mala non possit esse volita à Deo: passio non mala quo passio possit.*

Canus 2. de locis cap. 4. in responsione ad quintum & ad 6. primum ait: Quando in eodem motu actio est mala, passio non item. Deum tunc non esse quidem auctorem actionis, sed eam duntaxat permittit: esse tamen auctorem passionis cum ea coniuncta, ita vt passio non solum permittitur à Deo, sed verè ab eo sit. Sententia hæc non videtur vera. Passio namque non aliter efficitur, nec est ab agente, quæ per actionem: quare si actio tunc non est à Deo, neque passio, quæ per eam infertur, & quæ cum ea actione coniuncta est in eodem motu erit à Deo. Hoc illi libenter concederem, actionem moraliter malam posse esse volitam à Deo, sed permissam duntaxat, volitamque illius permissionem: at verò passionem bonam, quæ actionem illam malam comitatur & sequitur, posse à Deo esse volitam patienti, posita actione mala quæ ab agente infertur. Quando enim Deus permittit, vt vnus propter sua delicta interficiatur ab alio iniuste, nulla ratione velle potest vt occidens interficiatur, sed permittit vt duntaxat potest: at posita nequitia iniuste interficientis, velle potest vt interfectus patiatur talem occasionem ob sua crimina, eaque de causa eam actionem malam permittit.

*Permissa duntaxat à Deo qua ratio non dicatur in scripturis ab eo fieri.*

Sciendum est deinde, phrasim consuetam Scripturæ sacre esse, quæ Deus permittit, maxime si in poenam vel eiusdem, vel alterius ea permittit, aut in aliquem peculiarem finem ac bonum, Deo quasi esse auctori tribui non quide non potest & proprie, quasi in effectum instat, sed negatiue, tum quia cum impedire id possit, conferendo alia, aut maiora auxilia, id tamen iusto iudicio non facit: tum etiam quia aliquando iusto etiam iudicio nobis subtrahit de auxilijs, permittit occasiones ruinæ, & sinit demones actius tentare, vel in poenam iustam nostrorum peccatorum, & interdum simul alienorū, vel ad examen & probationem iustam nostrorū peccatorum, aut in alium optimum finem gratia cuius illum permittit: adeo enim bonus est, vt nulla ratione permitteret mala, nisi inde elicere videretur maiora bona. Dum ergo Deus illis modis explicatis permittit aliqua mala in fines optimos, qui inde immediate resultat, interdum dicitur efficere fines ipsos, interdum verò mala & peccata vnde resultant, non positivè in hæc influendo, sed modis iam explicatis in eisdem finibus ac effectibus ac permittendo. Quare non est auctor peccatorum, quæ ita dicitur efficere, sed prouisor, permissor, & prouisor, qui ea sua ineffabili atque infinita sapientia & prouidentia in optimos fines ordinat ac permittit.

Juxta hæc intelligenda sunt varia loca Scripturæ. In primis enim petitio illa, quam Christus Matth. 6. nos docuit: Et ne nos inducas in tentationem, cum verbis Iacobi dispensatione 31. relictis non pugnat: hunc quippe habet sensum. Ne nos inducas, id est, iudici permittas, in tentationem cui succumbamus, sed vel tetationes à demone, aut aliunde nobis imminentes, arce, vel eas vires suggere, quibus prouides nos non ruinuros, quod inuicem verba quæ subiungit, sed libera nos à malo.

Illud secundi Regum 12. Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollā vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cū vxoribus tuis in oculis solis tuius, intelligitur permittendo Absalon filio tuo vt hæc omnia, tum à demone, tum à consiliario suo incitatus, opere compleat, denegandoque illi maiora auxilia, per quæ si tribuerentur, talia peccata deumteter. Hac, inquam, via suscitabo illum, vt primam re & affligā propter peccata tua. Præter hæc quippe sum, illum cupiditate regnandi accessum sua libertate & nequitia his omnibus flagitijs contaminandum: quare in delictis tuis partem dabis vt peccatis illius, quæ impedire poteram, & propter tua demerita non iugulam. Quo loco obiter notandum est, solere Deum in filiorum peccata, imò etiam eorū auctorem damnationem

**Exponuntur nonnulla scripturæ testimonia, quæ sonare videntur Deum esse causam peccati.**

*Disputatio 34.*

*Culpa que in scripturis est peccati ad terius culpa.*



Vperest exponamus nonnulla loca Scripturæ sacre, que primo aspectu sonare videntur Deum esse causam peccati. Ad quorū intelligentiam sciendū est, interdum culpam vnam poenam esse alterius præcedentis culpæ. Ad Romanos enim primo cum præmississet Paulus culpam idololatricæ philosophorū, addidit: Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in pas-

siones ignominie, in reprobum sensum, vt faciant quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, &c. Interdum etiam licet poena, qua aliquis à Deo punitur non sit culpa, instigitur tamen interuentu culpæ alterius peccatoris qui iniuste alium affligit. Quo pacto licet rebellis Absalonis, & eiusdem adulterium cum vxoribus patris commissum grauissima fuerint crimina, ea tamen via punitur Deus adulterium Dauidis cum Bersabee, & homicidium Uriæ, vt ex 2. Regum

*Delictorum peccata. & damnationem permittit Deus ob parentum flagitia.*

permittere, ut parentum delicta puniantur. Nec enim minus punitus à Deo fuisse videtur David per ruinam spiritalem, & æternam damnationem, quam veniale est Absalonem incurrisse, quam per iniurias ab eo acceptas, ut ex plangore & lamentatione Davidis ob miserandum Absalonem interitum licet colligere.

Quod ad locum illum tertij Regum 12, attinet, Non acquirit rex populo: quoniam auersus fuerat eum Dominus, ut suscitaret verbum suum quod locutus fuerat, &c. In primis non videtur condemnandus peccati Roboam, quod nihil voluerit remittere populis de tributis, quæ Salomon pater eius illis imposuerat. Quare esto Dominus positivè eum fuerit auersus, ne vellet remittere partem aliquam tributorum, ut ea ratione iuste puniret in filio delicta patris, sicut antea promiserat, non sequitur Roboam ad aliquod peccatum à Deo impulsus fuisse. Neque enim Scriptura narrat à Deo motam fuisse Roboam ut durum illud & imprudens ac contumeliosum responsum populo redderet iuxta consilium ab adolescentibus datum, qua in re peccasse videtur: sed solum quod fuerit eum Dominus auersus ne petitioni populi consentiret. Adde auersionem illam Deo tribui negatiuè, quatenus ut puniret iuste in filio delicta patris, noluit maioribus auxiliis emollire cor eius ut sanum consilium seniorum, sicut poterat, amplecteretur: innataque cupiditas regibus, opum, potentia, splendoris domus, munificentia, tum etiam ut nulla in re inferiores sint parentibus suis, per se ipsa Roboam poterant inducere, ut liberè, ac mine alio impelleret, petitionem populi repelleret. Neque motionè aliam addidisse videtur Dominus qua eum auerteretur, sed tantum denegasse illi maiora auxilia, quæ minimè denegasset, si delicta Salomonis non præcessissent.

Illud Psalmi 104. Conuertit cor eorum (Ægyptiorum scilicet) ut odirent populum eius, & dolorem faceret in seruos eius, simili modo intelligendum est negatiuè, non comprimendo videlicet demoni, em, ne Ægyptias cetera filios Israël incitaret, neque Ægyptis maiora auxilia tribuendo quibus ab iniuriis inferendis eos contineret, ne pro sua libertate innatum appetitum, emulationem atque odium in populum linguæ ac raris focterac maxime disfundam concitandi atque insciam cupiditatem alios in suis com-

modum opprimendi, sequerentur. Quia enim Deus optimo sine proposito peccata Ægyptiorum permisit, tum ut exerceret & probaret patientiam populi sui, tum vel maxime ut grauius ab Ægyptiis afflictus perciperet egressum, & pluri faceret beneficium liberationis de tam dura seruitute in tantum eorum spirituale bonum, quantum in admirabili synagoga futuræ fundatione moliebatur, idè conuertisse dicitur cor eorum ut odirent populum eius, ut ea loquendi forma filij Israël intelligerent, diuino consilio in suum bonum id effectum esse, non quidem Deo Ægyptiorum peccata operante, sed in illum duntaxat finem ea permittere atque ordinante. Decantant enim eo in Psalmo eximia beneficia illi populo à Deo collata, ordoque diuinae prouidentia in eundem populum describitur, quo in laudem Dei & gratiarum actiones magis excitantur.

Illud ad Romanos 1. Propter quod tradidit illos Deus in delideria cordis eorum, in passiones ignominia, & in reprobum sensum; manifestè patet non innuere actionem aliquam Dei, qua ad id mouerentur aut impellerentur, sed solum relictos fuisse desiderijs & prauis suis inclinationibus, permissoque esse incidere in reprobum sensum, Deo propter illorum demerita specialius non opitulante. Præterea peccatoris obdurationem aut excecationem, iam supra disputatione 10. cum Augustino ostensum est, non fieri Deo duritiam aliquam aut cecitatem peccatori apponente, sed eum maioribus auxiliis non emolliere atque illuminare. Id quod, quotquot Patres ea de re loquuntur, etiam docent.

Illud ergo Itaiæ 63. Quare errare nos fecisti de viis tuis Domine: cum Propheta ipse, nullis alijs interiectis verbis, subiungat, indurasti cor nostrum, non te timeremus te; satis docet in eo sensu Deum fecisse eos errare de viis suis, quod maioribus potentioribusque auxiliis non emolliuerit corda eorum, ut timere ab eis. Qui locus Scripturæ confirmat nonnullas expositiones similibus locutionum, quarum aliquas tradidimus, & nonnullas etiam subiiciemus.

Illud Iob 12. Immurat cor principum populiteræ, & decipit eos ut frustra incendant per inuium. Palpabunt quasi in tenebris & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios; similem cum superioribus locis iam explicatis habet intelligentiam. Dum enim desiderijs nostris pernicio-

niosisque consilijs principes duci sunt ob ipsorum, aut populi peccata, aut alio occulto, iusto tamen iudicio, neque maioribus illustrationibus & auxilijs ea mala impedire vult, dicitur corda eorum immutare, eos accipere, facereque eos errare quasi ebrios.

Illud secundæ ad Theſalonic. 2. Eò quod caritatem veritatis non receperunt, ut salui fierent, idè mittit in illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio; luce clarius constat intelligendum esse de immissione. operationis erroris iusto Dei iudicio in poenam delictorum huius seculi permittit, non positivè immittit. Est enim ibi sermo de Antichristo, de quo dicitur, Cuius eſt aduentus secundum operationem Satana in omni virtute, & signis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis iis, qui pereunt. Et protinus imittit illa erroris, quam Deus immittit, non est alia, quam seductio quæ futura est per Antichristum, cuius aduentus non erit secundum operationem Dei, sed secundum operationem Satana, ut ibi dicitur, quæ Deus propter delicta huius seculi permittit. Quò fit, ut etiã locus hic Scripturæ, expositiones similibus locorū hætenus traditas confirmet. Iusto vero iudicio ob insolentiam, & alia crimina alicuius peccatoris, & ob delicta, aut in examen & probationem aliorum, infligat simul Satana, permittit Deus similes operationes errorum, licet ad modum raro in signis mendacibus, ut in varijs hæresum incendijs toto decursu Ecclesiæ exortis manifestum est.

*Permissio qua Deus vnus peccatum per caum per mittit, ut alterum puniat, in tertium modum præcipitur.*

Præter ea quæ supra dicta sunt, illud etiam ad intelligenda quadam alia loca Scripturæ notandum est: Permissio, qua Deus permittit peccatum vnus ut alterum puniat, interdum ad modum præcepti à Deo iniunt. Ut exprimi in sacris literis, cum tamen solum sit mera permissio. Ut enim habetur 3. Regi 22. interroganti Deo, quis decipiet Achab, egressus spiritus dixit: Ego decipiam illum. Cui Dominus: In quo? Tunc ille: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus: Decipies, & præualebis; egredere, & fac ita. Narrataque visione illa prophetica sibi ostensa, addidit Michas: Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, qui hic sunt, & Dominus locutus est contra te malum. In quibus verbis, illud verbum, Egredere, & fac, quod effugiam habere

videtur imperij, idem valet, quod, id tibi permitto, & liberum facio; in poenam peccatorum Achab. Et verba illa, Ecce dedit Dominus spiritum mendacij, intelliguntur, permitiendo ut Satana transfiguraret se in Angelum lucis ad decipiendos prophetas: per visionem namque istam Michas ostensam describitur, tum consilium diuinum, non cum Angelis malis, sed apud ipsummet Deum habitum, tum Angelorum, siue illi boni siue mali sint, & obtemperatio atque seruitus; qua ab arbitrio & voluntate Dei per omnia pendet, tum denique promptitudo diaboli transfiguratis se in Angelum lucis ad decipiendos homines, si ei permittatur, & promissio qua eidem Deus in poenam Achab permisit ut prophetas illos eluderet. Quando verò Michas dixit Achab: Ascende & vade prosperè, & tradet Dominus in manus regis; ironice locutus est. Sicut & Dominus dum ad Adamum dixit: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, Quod animaduertens Achab ex ipsa verborum pronuntiatione, addidit: Iterum atque iterum adiuro te, &c.

Ad eum etiam modum, quo deceptio Achab per prophetas falsos solum fuit à Deo permitte, à demone autem suggerente, intelligendum est illud Ezechielis 14. Homo qui posuerit immunditias in corde suo, & venerit ad prophetam interrogas per eum me: Ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiatum suarum, ut capiat &c. Et infra: Ego Dominus decepti prophetam illum, permittens nempe in poenam iustam interrogantis, ut deciperetur.

Multo apertius permissio Dei exprimitur nomine præcepti, Regum cap. 16. vbi de Semei conuicente maledicta in Dauidem dum Absolonem fugeret, dixit Dauid: Dominus præcepit ei ut malediceret Dauid; & quis est qui auadet dicere quare sic fecerit? Et infra: Dimitte eum ut maledicat iuxta præceptum Domini. Cernens enim Dauid illud etiam permissum esse à Deo in poenam suorum delictorum, decretum diuinum, quo permittit statuit peccatum. Semei ad punitionem Davidis, appellat præceptum Domini. Quasi diceret, à Deo est illa maledictio ministerio Semei in poenam eorum delictorum, à Deo, inquam, non incitante, sed permitte, sua quoque prouidentia dirigente, & venite maledictione illa in poenam meam. Unde Semei reputauit se Deo subicere, & eorum etiam illa equo animo ferrere, quam contra Semei commouit.

si. Lege Bernardum sermone 34. in Cantica. Simili quoque expositione videndum est in explicandis quibusdam locis que D. Augustinus recenset lib. 3. contra Iulianum cap. 3. Et de gratia & libero arbitrio cap. 20. & 21. Accuset Augustinus eisdem in locis satis aperte doceat, Deum non esse causam peccati: & præterea negadum non sit Deum solere interdum immittere peccatoribus timorem, aut alium motum ne ea effugiant, que in eis, non culpe, sed pene rationem habent: contra verò iis. per quos ab eo puniuntur, solere tribuere vires & audaciam, quibus & bene & male vti possunt, cum tamè præ-

videat eiusmodi rebus eos abusufo ad peccata atque in perniciem aliorum quos Deus punire intendit: nunquam tamen concedendum erit, eos vel moueri vel impelli à Deo ad talium peccatorum actus, quod ex iis, que hæcenus docuimus, satis manifestum est. Nescio tamen verum Augustinus (qui aliis in locis, que partim hac disputatione, partim disputatione 10. citauimus, nobiscum omnino consentit) contra Iulianum, & de natura & libero arbitrio locis citatis, aliquid amplius velit: quod planè vel admittendum non est, vel ex aliis locis eiusdem Paris pie erit exponendum.

**Utrum si Deus ex necessitate nature eo præcisè modo cum libero arbitrio & aliis causis secundis ad opera naturalia influeret, quo re ipsa nunc liberè influit, tolleretur contingentia rerum.**

*Disputatio 35.*

*Scoti opinio tollens verum contingentiam, si Deus ex necessitate nature ageret.*



**S**cotus in primo, dist. 2. q. 2. & d. 8. q. 5. & d. 39. & in secundo, d. 1. q. 3. ait: Si Deus ageret necessitate nature, nullum fore effectum contingentem, sed omnia euentura necessariò. Vnde in secundo sententiarum q. 3. citata affirmat, philosophos asserentes Deum agere necessitate nature, & nihilominus esse effectus aliquos contingentes, latenter asseruisse contradictoria. Quo loco animaduertendum est, non id solum voluisse Scotum, quòd si Deus ponatur omnipotens, hoc est, potens facere singula que contradictionem non implicent, vt fides catholica docet, & simul ponatur agere necessitate nature, sequentur contradictoria: id enim verissimum est, quia darentur infinita actus, exhaustiretur diuina potentia, fierent pugnantia inter sese, cum ad singula, vt seorsum fiant, habeat potentiam; si verò ageret necessitate nature, efficeret omnia ea simul, &c. sed etiam voluisse, quòd si vniuersum hoc esset tale, quale modò est, eodemq; influxu, quo Deus re ipsa in eum liberè modo influit, iudicaret necessitate nature, tolleretur omnino contingentia rerum, eaque de causa affir-

mat, Philosophos latenter asseuerasse contradictoria, cum & Deum agere ex necessitate nature, & contingentiam multorum effectuum asseruerint. Porò hanc fuisse sententiam Scoti, tum ex verbis ipsius, tum ex rationibus quibus eam confirmat, est manifestum; in eoque sensu reiciunt eam Caietanus hoc loco, & infra q. 19. ar. 8. & alij discipuli D. Thomæ, & in eodè sensu eam defendunt Antonius Cordubensis lib. 1. questionum Theologicarum q. 55. dubio 4. Lycherus & alij discipuli Scoti.

Probat Scotus suam sententiam primò, quoniam causa mouens vt ab alia mota, si necessariò mouetur, necessariò mouet: sed omnis causa secunda, etiam humana voluntas, mouet ac operatur vt mota à prima, quippe que nihil nisi virtute primæ producat: ergo si necessariò mouetur à prima, necessariò mouet ac producit suum effectum. Si ergo ponamus causam primam, non liberè, sed necessitate nature concurrere cum causis secundis, planè nullus effectus erit contingens, sed omnes euenient necessariò.

Secundò, quoniam causa prima prius natura respicit effectum, quam causa secunda: ergo si causa prima agit necessariò & non liberè, omnis effectus

*Eam probat primo*

*Secundo.*

effectus in eopriori habebit habitudinem effectus necessarij comparatione cause primæ à qua necessariò producitur, atque adeò nullus effectus erit contingens: quippe cum nulla ratione idem effectus simul habere possit habitudinè effectus necessarij, & contingentis, siue comparatione vnius & eiusdem, siue comparatione alterius ac alterius cause.

*Tertiò.*

Tertiò, Omnis effectus, qui producitur interuenientibus causis secundis, potest produci idem numero à solo Deo: sed tunc totam contingentiam habebit à solo Deo: ergo & modò, esto causa secunda simul concurrat, habet contingentiam suam à Deo: si autem ponamus Deum agere necessitate nature, habere nõ poterit contingentiam comparatione Dei à quo necessariò produceretur: ergo si ponamus Deum agere necessitate nature, contingentia rerum omnino de medio tollitur.

*Scoti opinio qui bus nititur fundamentis, & quam sit periculosam.*

Sententia hæc Scoti his tantum videtur nitenti fundamentis, nempe, concursum Dei generalem cum causis secundis esse influxum, non immediate in effectum causarum secundarum, sed in ipsasmet causas, quo à Deo moueantur & applicentur ad producendum suos effectus. Influxumque illum esse causam efficacem, necessitate imponentem causis secundis, etiam voluntati humanæ, ad operandum: & sufficientem vt etiam sine causis secundis produceretur idem effectus. Que omnia, vt Antonius Cordubensis dubio 4. citato ait, supponunt Scoti probationes. Quòd si fundamenta hæc vera essent, planè radix & causa tota contingentiarum rerum esset sola libertas voluntatis diuina ad operandum, vt locis citatis affirmat Scotus. Posito præterea, quòd Deus necessitate nature concurreret cum causis secundis, eo ipso influxu quo re ipsa liberè cum eisdem concurrir, tolleretur contingentia rerum, vt Scotus affirmat.

Cæterum datis his fundamentis, non video quanam ratione libertas arbitrij nostri salua maneat: quandoquidem, eis positis, à solo influxu Dei penderet quòd operaretur, aut non operaretur hoc aut illo modo nostra voluntas. Neque enim video quanam ratione cõcedi posset liberum arbitrium, saltem ex parte seipsius agere: quod tamen ad rationem libertatis, dominatiue in proprias actiones, est necessarium. Imò neque video quem proprium influxum vnà cum causa prima haberent tunc cause se-

cunda, sed vel Deus ad eorum presentiam efficeret ipsarum operationes, vel omnes, siue liberæ siue non liberæ, comparatione Dei haberent sese profus vt instrumenta artis, que solent habere aptitudinem vt artifex illis medianibus operetur, totum tamen motum accipiunt ab artifice: quare opera omnia, cum aliarum causarum, tum etiam liberi arbitrij, tribuenda essent Deo tanquam illorum artifice: ipsi verò causis solum vt instrumentis ad id tandem à Deo aptatis, quod hæretici maxime contendunt. Vnde pliquam periculosam existimo sententiam hanc Scoti ita explicatã, præsertim cum de fide sit liberum arbitrium nostrum, etiã à Deo motum & excitarum auxilio particulari gratiæ præuenientis, posse pro sua libertate non sequi, sed repugnare motioni & ductui Dei. Verum ea satis impugnata relinquatur ex iis, que disputationibus præcedentibus dicta sunt.

Ad primum ergo Scoti, si solum agamus de concursu Dei generali, de quo solo videtur loqui, facilis est solutio ex his que hæcenus dicta sunt. Quicquid enim sit de maiori, neganda est minor. Concursus non est influxus Dei in causam, sed in effectum vnà cum causa secunda, vt explicatum est: quare causa secunda non prius mota à Deo concursu generali producit effectum, sed influente simul Deo cum ipsa in effectum per concursum generalem, vt cum igne in calorem inducendum in aquam, producit effectum, que solutio videtur esse de mente Caietani hoc loco, & q. 19. art. 8. Quauis enim videatur concedere Scoto, à causa prima moueri causam secundam per concursum generalem, quasi causa secunda motionem aliquam præuiam accipiat à prima: sed esse causam primam intimè cooperari cum secunda in effectum, quod non videtur esse aliud, quam intimè, vnà cum illa, influere per concursum generalem immediate in effectum absque actione aliqua in causam. Quare solis verbis à nobis differe videtur, Imò & Scotus ipse in quarto, d. 1. q. 1. in responsione ad vltimum, nobiscum contentere videtur. Constituit enim discrimen inter instrumentum comparationis artificis à quo mouetur, & inter causam secundam comparatione primæ à qua pender in productione sui effectus, quòd instrumentum recipiat motum ab artifice,

*Reuera contingens via salua maneret, licet Deus eo vniuersum saluauerit, si quam nunc adhibet, ex ne cessitate nature influeret. Ad primam Scoti.*

siſice, cauſa verò ſecūda, quando producit ſuum effectum, nihil omnino de nono ab eo recipiat, ſed ſolum Deus inſuſtat cum illa in effectum. Verba Scoti eo loco hæc ſunt: Cauſam ſecūdam agere in virtute alterius non eſt recipere tunc aliquid ab illo altero: ſed tantum habere ordinem inferiorē ad illud alterum agens in ſuo ordine ſummi. Et paucis interiectis addit: Ex hoc patet, quòd cauſa primæ in cauſam ſecundam, quando ſimul agunt, non eſt influentia noua quæ ſit creatio alicuius inherētis cauſæ ſecundæ: ſed influentia ibi eſt determinatus ordo iſtarum cauſarum in agendo effectum communem. Ad probationem minoris dicendum eſt, cauſam ſecundam dici nihil producere niſi virtute primæ: tum quoniam omnem vim, quam habet ad agendum, accepit mediātē vel immediātē à primā, atq; ab eā immediātē cōſeruat; tum etiam quoniam, ut agat, indiget cooperatione cauſæ primæ per concurſum generalem in eundem effectum.

*Gratia præueniens ſit ac cooperantis motus libero arbitrio necesse sitatem nō imponit, ut ſe ad Deum cōuertat.*

Quoniam verò liberum noſtrum arbitrium, motum prius tempore vel natura ac excitatum à Deo per auxilia gratiæ præuenientis & cooperantis, elicit opera naturalia quibus ſe ad gratiam gratum facientem diſponit: atque quemadmodum liberè à Deo ſe motum, in poſtate ſua habet ſequi motum Dei, elicereq; vterius opera quibus ſe diſponat ad gratiam, vel ea non elicere; ita eſto à Deo agente ex neceſſitate naturæ eodem modo moueretur, liberū illi eſſet eadem opera elicere, aut non elicere, ſoluendum eſt argumentum Scoti quatenus conſici poſſet ad probandum, quòd ſi Deus neceſſitate naturæ conferret eadem auxilia gratiæ, quæ re ipſa liberè conferret, tolleretur contingētia operum, quibus nos ad gratiam gratum facientem diſponimus. Atque ad maiorem illius argumenti dicendum tunc eſſet, cauſam, quæ mouet vt ab alia motam; eſto neceſſario mouetur, non tamen neceſſario mouere, quādo motus quem recipit neque eſt tota, neque ſufficiens cauſa eius motus, qui ab ipſa emanare debet, ſed adhuc ad eum neceſſaria eſt, tanquam pars cauſæ libera cooperationis & influxus cauſæ ita motæ, vt in re propoſita cernitur. Quare, eſto per impoſſibile Deus neceſſitate naturæ inſuſtaret eadem auxilia gratiæ, quæ re ipſa liberè conferret, maneret nihilominus

libertas in voluntate noſtra, vt auxiliis illis cooperaretur, aut non cooperaretur, atque adeò contingētia in operibus, quibus ſe ad gratiam diſponeret.

Ad ſecundū neganda eſt maior. Solum enim reſpicit effectum vt cauſa vniuerſaliter inter efficiētes, cuius influxus indifferens eſt vt ſequitur effectus huius potius rationis, quam alterius pro ratione influxus cauſæ particularis qui acceſſerit. Neque effectus prius tempore, aut natura, à cauſa primā, quam à ſecunda emanat, ſed ab vtraque ſimul tanquam ab vna integra cauſa ſimpliciter: cum neutra per eam præciſe influxum quo re ipſa inſuſtat, ſic ſatis vt ſine altera effectum producat.

Ad tertium neganda eſt maior, ſi velit, omnem effectum, qui producitur interuenientibus cauſis ſecundis, poſſe produci à ſolo Deo influente præciſe per eum influxum quo concurrit cum cauſis ſecūdis, quaſi ille ſolus, ſine interuentu cauſæ ſecundæ, ad produciōnē cuiuſque ſufficiat. Si verò nihil aliud velit, quam poſſe produci à ſolo Deo, influente tamē per alium maiorem influxum, conſeſſa maiori & minori, neganda eſt prima conſequentia, ſi in conſequentē velit, habere contingētia illam à ſolo Deo. Habet nanque illam comparatione etiam cauſarum ſecundarum, atque ita comparatione earum, vt etiam ſi per impoſſibile Deus ageret ex neceſſitate naturæ per ſolum concurſum generalem quo cum cauſis ſecundis inſuſtat, maneret nihilominus contingētia in rebus ratione cauſarum ſecundarum duntaxat. Cum enim Deus, ſolo concurſu generali influens, & cauſa ſecunda ſint vna cauſa integra effectus cauſæ ſecundæ, neutraq; ſine altera ad eiuſmodi effectus produciōnem ſufficiat, vtique ſicut in ſyllogiſticis ratiocinationibus, quoniam conſuſio inferitur ex vtraque præmiſſa, & non ex altera tantum, ſatis eſt alteram præmiſſarum non eſſe neceſſariam, vt conſuſio eſſe poſſit non neceſſaria: ita quando duæ cauſæ concurrunt ad produciendum eundem effectum, quarum neutra ſine altera ſufficit, ſatis eſt vnam earum non agere ex neceſſitate naturæ, ſive ea ſit cauſa prima ſive ſecunda, vt effectus non oriatur neceſſarius, ſed contingens, ratione alterius partis cauſæ quæ non neceſſario agit.

*Ad ſecundum.*

*Ad tertium.*

De multiplicibus auxiliis particularibus, & quæ eorum peculiariter auxilia gratiæ dicantur.

*Disputatio 36.*



Explicauimus hæcenus concurſum Dei generalē, & quo pacto cura libertate arbitrii cōſentiat, idem deinceps circa particularia auxilia, quibus ad ſpiritualem ſalutem vitamq; æternam adiunamur, præſtandum eſt. Ea verò multiplicia ſunt & varia: quantum autem omnia, quatenus gratis à Deo impenduntur, æternaque ipſius prouidentia præordinantur & præparantur, nomen gratiæ ſortiri poſſunt; ea tamen ſola auxilia gratiæ præcipue appellari conſueverunt, à quibus opera noſtra habent quòd ordinis ſint ſupernaturalis, & quæ vel tanquam diſpoſitiones ad gratiam gratum facientem, vel ad incrementum illius, meritiſque vitæ æternæ: ad ſempiternam conſerunt felicitatem. Quo ſit, vt neque externa prædicatio verbi Dei, promulgatioque Euangelij, neque obiurgationes ac exhortationes, ſive hæc omnia verbo, ſive ſcripto ſiant, neque denique conatus totus Eccleſiæ, quo vel in adducendis hominibus ad fidem, vel in eis permonendis ad poenitentiam, aut in conſeruandis, ac promouendis filiis ſuis laborat, nomine auxilij gratiæ, comparatione eorum qui talibus medijs ad ſpiritualem ſalutem adiunantur, ſint intelligenda, vt de auxilijs gratiæ in ſequentibus diſputationibus erit nobis ſermo. Imò neque miracula ipſa, donum prophetiæ, genera linguarū, ſermo ſcientiæ, ſermo ſapiētiæ, & aliæ gratiæ aliquibus de Eccleſia gratis in aliorum utilitate collatæ, computanda ſunt inter auxilia gratiæ, vt de eis nunc loquimur; comparatione eorum qui ad fidem, vel ad poenitentiam per ea dona adiunantur. Neq; item inſpirationes cogitationis ſue piæ, ab Angelis ſanctis abſq; alio ſpeciali auxilio Dei excitatæ, terroresq; aut alij affectus ab eisdem commotione humorū corporis atque ſpirituum animalium ſimiliter excitati, quibus ad bonum allicimur, & à malo deterretur, ſunt inter auxilia gratiæ, vt modò loquimur, referenda: ſicut neque compreſſio illa qua dæmonem coercet, ne nos impugnet, con-

*Auxilia particularia quæ gratuita auxilia proprie nominantur.*

trariæque cogitationes, atque affectus exciter. Etenim quævis hæc omnia, & alia his ſimilia, peculiariter auxilia ſunt, quæ liberum arbitrium adiunant, tum vt in officio pro ſua libertate ſe contiueat, tum etiam vt præſente auxilio gratiæ præſe ſumpto, cooperetur opera ſupernaturalia quæ ad temporariā felicitatē modo paulò antè explicato ſpectent: quia tamē, neq; ſingula neq; omnia ſimul ſumpta, ſatis ſunt, vt abſq; alio auxilio Dei aliquid efficiat, quòd ordinē gratiæ ex eo attingat, quòd ſupernaturale ſit prædicto modo, ad ſempiternamque cōſeruat felicitatem, appellari non mereatur auxilia gratiæ præſe ſumpta, quomodo ea hoc loco accipimus.

Aduertendum tamen eſt, cuiſmodi auxilia particularia comprehenduntur in auxilio illo quotidiano, quo diſputatione 14. memb. 3. diſput. 17. & ſequentibus dicebamus viros iuſtos indigere vt diu in accepta iuſtitia perſeuerent. Etenim auxilium illud, vt eisdem in locis dicebamus, non eſt ſimplex, quòd ſemel tantum impendatur, ſed multiplex, quo per temporis ſpacia variè nobis Deus ſubuenit ne in lethale peccatum ruamus, nunc hoſtem comprimēdo ne impugnet, nunc timorē aut alij piæ affectū varijs modis excitando, nunc auxilijs gratiæ propriè dictæ liberi arbitrii vires augendo, varijsque alijs modis opitulando. Quare quòd auxilium quotidianum ex plunibus, potentioribusque cuiſmodi auxilijs coaluerit, cō pauciora auxilia gratiæ in eo ſufficiant ad diu iuſtitiam ſemel acceptam conſeruandam.

Quia ergo facile cuique erit manifeſtū, quoniam pacto libertas arbitrii noſtri cum iſ particularibus auxilijs cōſentiat, quæ inter gratiæ auxilia peculiariter non annumerantur: eò quòd talia auxilia ferè ſolum ſint, vel remotiones tentationum & impedimētorum, quò facilius libera noſtra voluntate ad Deum accedamus, vianq; mandatorum illius curamus, vel quaſi iuſtiones, & inuitationes ad id, quæ proinde auxilia liberi noſtri aſſeſam, acceſſum, & curſum velinquit, ſequentibus diſputationibus ſolū nobis erit ſermo.

*Auxilia quotidiana. quoniam. quo ad perſeuerantiam in gratia indigemus quæ includat.*

De mul-

sermo de iis auxiliis, à quibus actus credendi, sperandi, diligendi, aut pœnitendi, quibus adultus liberè se ad gratiam gratum facientem disponit, habent, quod super naturales sunt, & quales ad salutem oportet, tanquam dispositiones ipsi iustificationis dono commensurate ac accommodatæ; nec non de iis auxiliis quibus similia opera post iustificationis donum adeptum, exercetur. Quamvis autè magna ex parte disput. 8. 9 & 17. explicata sint, neque illa sint hoc loco repetenda, aliquid tamen est addendum, ut vis & qualitas horum auxiliorum, ordoque ac influxus totius Dei nobiscum ad eas actiones plenius intel-

ligatur. fiatque magis perspicuum quantum actiones illæ à libero arbitrio nostro influxu pendeant, eique tribuendæ sint, & quo pacto nostra libertas in illis exercendis cum eiusmodi gratiæ auxiliis, diuinoque eadè actiones influxu consentiat. Legebatur autem precor, ut pendulum patiarur intellectum, quousque re hac difficulti per partes variis disputationibus paulatim explicata, tandem feriem totà diuini influxus ad has actiones, simulq; cooperationem nostram, nec non quid ad vnamquamque earum conferat in particulari auxiliis quibus Deus nobiscum cooperatur, nosque ipsos præuenit, explicemus.

Quo pacto Deus ad supernaturales actus cum libero nostro arbitrio concurrat.

Disputatio 37.



Disputatio 8. & sequentibus factis dilucidè ostendimus quatenus tum à libero nostro arbitrio, tum etiam à conatu Ecclesiæ pendeat collatio eiusmodi gratiarum præuenientium, esse ex sola Dei misericordia, ac merè gratis & nō propter bonum aliquem vltimū liberi arbitrii à Deo conferantur, neque omnibus distribuantur æqualiter. Ostendimus præterea Deum semper præfè esse, vnicuique facere volenti quod in se est, tantū vt minimū harū gratiarū conferre, quantum ei sit satis vt iustificationis donū vitamque æternā consequatur. Ostendimus insuper de fide esse eiusmodi gratias præuenientes, etiā quando Deus per eas iam actu existētes liberum nostrum arbitrium excitat ad credendum, sperandum, diligendum, aut pœnitendum vt oportet, nullā necessitatem libero arbitrio imponere, sed illi integram esse gratiæ ita excitanti non consentire, atque adeo nec credere, nec sperare, nec diligere, aut pœnitere vt iuuatur, callidamque gratiam excitantem in suam ipsius perditionem relinquare, atque ita definitum esse in Concilio Trid. sess. 6 cap. 7. & canone 4.

His ita constitutis, cum tangente Deo ac ex-

citante nostrum arbitrium per auxilium gratiæ præuenientis, liberum illi sit consentire, aut non consentire, atque adeo elicere vel non elicere actum credendi, sperandi, aut pœnitendi, constat profecto liberum nostrum arbitriū, & gratiam illam præuenientem, esse duas partes vnius integræ causæ actus credendi, sperandi, aut pœnitendi, prout ad salutem oportet, singulosque eiusmodi actus pendere ab influxu tam liberi arbitrii, quam gratiæ præuenientis; atque à libero quidem arbitrio habere vt actus illi quoad substantiam sint credere, sperare, aut pœnitere: ab influxu verò gratiæ præuenientis habere, vt sint supernaturales, & quales ad salutē sunt necessarii. Quare quivis illorum actuum totus est à libero arbitrio; & totus à gratiæ præueniente seu à Deo per eam tanquam per supernaturale instrumentum in eundem actū influente; at à neutro est, vt à tota & integra causa, sed vt à parte integræ causæ.

Quando audis, esse à Deo per gratiam præuenientem tanquam per supernaturale instrumentum in eundem actum influente, non intelligas ita gratiam præuenientem esse Dei instrumentum, quasi nouo motu aut influxu à Deo suscipatur ad cooperandum cum libero arbitrio & pro-

*Gratia præueniens res est diuina & liberum arbitrium, una sunt causa integra actuum qui ad iustificationem requiruntur.*

*Gratia præueniens res est diuina & liberum arbitrium, una sunt causa integra actuum qui ad iustificationem requiruntur.*

*Etiā generaliter Dei concursus ad actus iustificationis esse optus.*

& producendū effectū supernaturalē; eo modo, quo à multis Sacramenta dicuntur euchi à Deo supernaturaliter, vt instar naturalium causarum sint instrumenta gratiæ: id quod non defuit qui me hoc loco intendisse fuerit arbitratus. Sed intellige esse de numero instrumentorum eius generis, quæ, vt disp. 26. explanatū est, sunt integra virtus causæ principalis, per quam influit in effectum; eo modo, quo vis impressa semini est integra virtus, quæ animal, à quo semen est decilum, generat; & calor est tota vis, quæ ignis producit alterum ignem; quæ proinde instrumenta, vt ibidem dictum est, non indigent nouo motu, aut applicatione à causa principali, vt agant. Quia verò gratia præueniens efficiens est, & non substantia, esse nequit causa principalis, neque agere potest vt quod, sed vt quo, ideoque est instrumentum: neque alterius tanquam causæ principalis, quam Dei, à quo est producta: & cum sit ordinis supernaturalis, atque adeo supernaturalis sit homini, in quo est, iure optimo instrumentū supernaturale est à nobis nūcupata.

Gratiam præuenientem rem esse distinctam ab actibus, ad quos liberum arbitrium à Deo per eam excitatur, tametsi non defuerit qui contrarium dixerit, satis est perspicuum. Actus nanque illi à libero emanant arbitrio: gratia verò præueniens minimè. Item gratia illa causa est efficiens vnà cum libero arbitrio eorundè actuum: causa verò efficiēs res est distincta à suo effectū. Præterea gratia illa potest cassa reddi, libero arbitrio non consentiente, neque cooperante ad actus ad quos hominem excitat, & à Deo confertur: ergo res est omnino ab eis distincta.

Cum autem tam liberum arbitrium, quam gratia præueniens sint causæ secundæ actuum credendi, sperandi, & pœnitendi, vt oportet, nulla verò causa secunda, emanans supernaturalis sit, efficere quicquam possit, nisi à Deo influente simul immediatè per concursum generalē in effectum adiuuetur, idq; propterea quod omnis vniuersum effectus sicut à Deo pedit immèdiatè vt conferuetur, ita etiam vt fiat, vt disputatione 25 & sequentibus ostensum est; liquidò sanè constat, vt liberum arbitrium vnà cum gratiæ præueniente producat quemcumque illorum actuum, necessarium esse vt Deus quoque vnà cum illis immediatè in actum producendum per concursum suum vniuersalem influat. Quo

fit, vt quivis illorum trium actuum, licet sit vnica actio (cui suus sit proprius assignandus terminus productus, vt q. 12. ar. 2. huius primæ partis ostensum est) tres nihilominus habeat partes vnius integræ causæ: à qua ita emanat totus, vt à singulis etiam partibus, partialitate, vt vocant, causæ totus etiam emanet, diuerso tamen modo. Etenim à Deo influente per solum concursum generale emanat vt à causa vniuersali; à qua proinde non habet magis quod sit assensus credendi, aut dolor de peccatis, quam vel actus oppositus, vel actus cuiusvis alterius potentia. Ab influxu verò liberi arbitrii, vnà cum notitiis & cæteris necessariis vt quoad substantiam actus producat, habet tanquam à causa particulari, vt quoad substantiam actus, sit potius assensus fidei, aut dolor de peccatis, quam aliquis alius diuersus actus. A gratiæ verò præueniente, seu à Deo vt per illam tanquā per suum instrumentum vnà cum libero arbitrio influit in eundem actum, habet vt sit actus supernaturalis specie distinctus ab actu purè naturali credendi, aut dolendi de peccatis, quem liberū arbitrium suis solis viribus tunc eliceret, si eū eō nō influeret simul gratia præueniens: quare à concursu Dei per gratiam præuenientem habet actus ille vt sit dispositio congrua proportionem & accommodationem habeas cum dono iustificationis supernaturali.

Antequam hæc magis examinemus atq; in lucem eruiamus, quartè fortè aliquis, an sine eiusmodi auxiliis gratiæ præuenientis ac excitantis, quibus prius moueat, & quasi liberū inuiter arbitriū, possit Deus de potētia sua absoluta producere eū liberū actus fidei, spei, & pœnitentiæ, quales ad iustificationem sunt necessari, influēdo quidē immediatè in eos actus, eo modo quo per concursū generalē influit in actus merè naturales at peculiari alio lōgè maiori influxu.

Cui questioni respondendum est, posse sine dubio Deum id efficere. Quemadmodū enim supra in hac prima par. q. 12. ar. 3. disputatione 1. ostensum est, posse efficere vt intellectus beati sine lumine gloriæ conspiciat diuinā essentia, eō quod contradictionem non implicet suo peculiari influxu immediato in visionem componere influxum in genere causæ efficientis luminis gloriæ in eandem visionem: sic etiam, cum simili modo contradictionem non inuoluet complere influxum quo gratia præueniens in genere

*Dubium.*

*Satisfit.*

generis cause efficientis in illos actus insuit, poterit Deus de potentia absoluta tanto ac tali influxu immediato in eorundem actus cum libero arbitrio cooperari, ut efficiantur tales, quales essent, si præueniens gratia antecederet, maximè si, ut non pauci doctores scholastici affirmant, liberum arbitrium sine auxilio gratiæ possit eos actus quoad ipsorum substantiam producere.

**Quædam circa credendi, sperandi, diligendi, prænitendi, & alios supernaturales actus, diluuntur dubia. Appendix ad præcedentes.**

*Disputatio 38.*

**C**IRCA ea, quæ à disputatione 8. dicta sunt, & quæ à disputatione præcedente de supernaturali- bus actibus, credendi præsertim, sperandi, diligendi, ac prænitendi à nobis dicuntur, atque in sequentibus addentur, vir quidam doctus, datis ad me licentis nonnulla obiecit, non quidem animo nostra impugnandi, quasi ea illi displicerint, sed potius optans, ut res magis elucidaretur, atque ut enodatis, quoad fieri posset, difficultatibus, plus omnibus placeret. Hic autem locus opportunus magis ad ea proponenda ac diluenda mihi visus est, quam vilis vniquam antea, & quàm ea, quæ sequentur, ne vel solum dicendis ininterremperemus, vel intempèrè ea infereremus.

Cum nobiscum conueniat actus illos circa idem obiectum elici posse, vel solis virtus nostri arbitrij merè naturales, minimeque fini nostro naturali proportionatos, ut à disputatione 7. ostentum est, vel ope auxilijs ac donis Dei supernaturales, ac eidem fini commensuratos, ut à disputatione 8. est explanatum, explanatioque progredimur non in mentio contendit esse aliquid intrinsecè ac essentialè actibus illis, per quos species inter se distinguantur, & ratione cuius quidam eorum fini supernaturali sunt commensurati, alij non item. Hoc autem, inquit, esse neque influxus Dei supernaturalis: quoniam influxus ille est in genere actionis: intrinsecum autem illud esse debet differentia quædam in genere qualitatis, abstrahèdo ab actione, per quam eam differentia illa, quàm genus, quod illa com- plet ac determinat, à Deo producuntur.

Addit in actu credendi supernaturali perspicuum esse quodnam sit intrinsecè, per quod ab actu credendi naturali de eodem obiecto secer- natur ac distinguatur specie, & per quod sit actus supernaturalis fini nostro supernaturali commensuratus, atque adeò cur excedat vim naturalem nostri intellectus. Summa quippe certitudo illius conuincta cum obscuritate est ratio supernaturalis, seu differentia essentialis contrahens actum credendi in genere ad supernaturalem speciem eius actus, eò quòd intellectus sua vi naturali assentiri nõ possit tanta cum certitudine ac firmitate rei ab ipso non visæ. Quod si, inquit, simili aliquo modo explanari posset, in quo esset posita ratio supernaturalis actuum caritatis, spei, ac ceterarum supernaturalium virtutum, quæ proinde à solo Deo infunduntur, utique tanquam quidpiam nouum à quoquam sufficere traditum summo cum applausu ab omnibus reciperetur.

Subiungit: Quæ admodum actus credendi supernaturalis habet hanc differentiam essentialè, qua ab actu credendi naturali distinguitur, per comparationem ad obiectum sub ratione cognoscibilis obscurè ac certò: ita ceteri actus supernaturales intellectus & voluntatis habere debent suas differentias essentialè, per quas ab actibus naturalibus de eodem materiali obiecto, & à quibuscumque alijs actibus, intrinsecè ac specie distinguantur: neque ad differentiam hanc specificam sufficiunt diuersa principia efficientia, diuersique influxus, quibus ab eis producuntur: neque item sufficit, si vnus horum actuum ab extrinsecò ratione particula-

*Secunda.*

*Tertia.*

ris influxus sit supernaturalis, aliter verò, ad cuius productionem non cõcurrit talis influxus, non sit supernaturalis, nisi in obiecto dentur diuersæ rationes sub quibus, penes quas, atque in ordine ad quas intrinsecè distinguantur specie: eiusmodi autem rationes in obiecto actus amoris naturalis & supernaturalis erga eundem Deum neque explicantur, neque dari videntur. Neque enim vna atque eadem ratio diuinæ bonitatis cognita, diuersam rationem appetibilitatis habet, ut diligatur amore naturali, & ut diligatur amore supernaturali.

**Quarta.** Denique obiicit: Si diuina potentia esse possit creatura, cui naturale sit videre diuinam essentiam, ut nos q. 12. huius primæ partis art. 3. disp. 2. non improbabile iudicamus, tunc actus videntur diuinam essentiam, eamque clarè visam amandi, eiusdem rationis atque speciei essent in illa creatura, & in ijs beatis, qui nunc Deo perfuerunt: cum tamen Deus diuersimodè infunderet ad illos actus in ea creatura, atque infunderet modò, actusque illi essent naturales illi creature, qui tamen supernaturales sunt beatis Deo nunc perfuerentibus ergo quòd ad actus aliquos Deus diuersimodè infunderet, speciali videlicet ac supernaturali influxu, aut solum concursu generali, itemque quòd actus naturales sint, aut supernaturales, ex illo capere non inferit distinctionem specificam inter eos, nisi illi cõiunctum hoc habeant, quòd diuersimodè recipiant obiectum spectatum penes diuersas rationes sub quibus.

**Ad secundam obiect.** His dubijs ac obiectionibus, non eo ordine est satisfaciendum, quo proposita sunt, sed quo dilucidius ac melius res tota intelligatur. Quod ergo ad secundam atinet, obseruandum est: Certitudinem fidei circa non visa, ut 1. part. q. 1. art. 3. disp. 2. dictum à nobis est ortum tanquam à prima radice habere à veritate ac infallibilitate Dei, qui per Christum hominè per Angelos Dei personam sustinentes, per Prophetas, Apostolos, ac alios seruos suos ea reuelauit, credendâque Ecclesiæ proposuit: eo enim ipso obiectis illis subesse nõ potest falsum. Cum autem circa obiecta, in quibus Lutheranus nõ errat, illis adhuc assensum tanquam à Deo reuelatis, & quia à Deo reuelata sunt, nos supernaturale assensum eliciamus, Lutheranus verò naturalè ex suis solis naturalibus, sine influxu mediato vel immediato supernaturali Dei, utique quoad infallibilitatè in obiectis ex prima illa radice, quòd verè

**Certitudi- nis fidei prima radix qua.**

**Harctici fides natu- ralis, qua ratione certa, & quæ non.**

Deus illa reuelauerit Ecclesiæ, per suos seruos ac ministros, pares illi sunt nobiscum, nec plus tali assensui Lutherani potest subesse falsum, quam nostro. In hoc autè assensus noster à Lutherani assensui in re propõita differt, quòd assensus Lutherani ea ex parte, qua ex suis tantùm viribus naturalibus est elicitus, ac proinde in suo esse non transcendit limites fidei humanæ, non repugnat subesse falsum, tamen repugnet ea ex parte qua eo assensui rei verè à Deo Ecclesiæ reuelatæ: nostro autem assensui, quia ex influxu supernaturali Dei immediato, vel mediato per habitum supernaturalem Dei infusa, est elicitus supernaturalis, ac commensuratus fini supernaturali, atque etiam ut per eum Deo reuelanti assentitur, sanè ex utroque capite repugnat subesse falsum. Hinc constat rationem distinctionis vnus illorum actuum ab alio, & commensurationis vnus fini supernaturali, & non alterius, tandem reduci ad influxum supernaturale Dei, quo Deus assensum nostrum (qui alioquin futurus fuisset circa idem obiectum naturalis, nec plus ei ex ipsius natura repugnaret subesse falsum, quàm assensui Lutherani circa idem obiectum) euehit ad esse supernaturale alterius speciei ab assensui Lutherani, & ab assensuique circa idem obiectum futurus erat in nobis, nisi Deus ita supernaturaliter nobiscum infunderet. Quare ad influxum & causalitatem Dei, quo actus nostri euehuntur ad esse supernaturale commensuratum fini nostro supernaturali, ac proinde quo euehuntur ad esse distinctum specie ab esse naturali actuum, qui circa eadem obiecta à nobis elicerentur, recurrendum sanè est, non minus in actibus fidei, quàm spei, & caritatis, ut distinctio eorum specifica & commensuratio quorundam eorum fini supernaturali & non alterius explicetur. Inde enim pronenit, quòd certus in se sit supernaturalis assensus peculiari certitudine conuincta cum ineuidentia obiecti, Quæ quidem certitudo actus non minus nobis ineuidentis est in hac vita, quàm certitudo obiecti ineuidentis cui per actum assentimur. Atque ea de causa tam firmiter ex parte subiecti potest adherere Lutheranus articulo Trinitatis per actum suum naturalem, finique supernaturali minime commensuratum, quam firmiter adherent multi Catholici per actus supernaturales fini supernaturali commensuratos, ut 1. part. q. 1. art. 3. dictum est.

*Fides supernaturalis vnde distinguitur a naturalis de eodem obiecto.*

*Obiectis prima.*

Illud circa eandem obiectionem est attendendum. In assensu quem Lutheranus Philosophus elicit circa ea, quae sunt de fide, sibi tamen lumine naturali evidenter cognita, ut quod Deus sit, quod sit unus, & in eo, quae supernaturaliter elicit Theologus Catholicus, non esse eam rationem distinctionis, quod non visus sit certus & incuadens, ideoque elici non possit viribus naturalibus, atque penes id distinctus sit specie ab alio, qui certus non sit, quod prior ille coniunctam habeat certitudinem cum incuadente, posterior non item, sed necessarium esse ad id recurrendum, quod unus sit supernaturalis, quia elicitur concurrente habitu fidei supernaturalis ad illius productionem, alter non item.

Quod in ea obiectione dicitur, summam videlicet certitudinem coniunctam cum obscuritate esse rationem supernaturalem seu differentiam essentialiam contrahentem actum credendi in genere ad supernaturalem speciem actus credendi fidei virtutis Theologalis, eo quod intellectus vi sua naturali assensum non possit tanta cum certitudine ac firmitate rei non visae, ac proinde id esse, quod intrinsicè distinguit actum illum ab actu naturali, credendi de eodem obiecto, & quod illum efficit commenturatum fini supernaturali, quod inquam ita dicitur, non est tam solidum, quae facile dicitur, & primo aspectu solidum apparet. Certitudo enim, ut i. p. q. 1. art. 5. fuse ostendimus, non est aliud, quam negatio quaedam, atque, in re proposita, a certitudine diuinae reuelationis denaturat in actum fidei, eaque certitudo non minus est ipsius actus, atque assensus qui ad genus actionis pertinet, quam termini seu veri per eum actum producti quo fit, ut constituere non possit speciem, neque supernaturalem neque naturalem, illamque intrinsicè distinguere, ac commenturatum efficere fini nostro supernaturali, sed potius sit effectus quaedam rationis actus fidei supernaturalis, non minus, quam diuinae ipsius reuelationis, atque obiecti reuelati, quae certa dicuntur eadem certitudine. Cum item certitudo in genere vniuersa sit certitudini coniuncta cum euidencia, & certitudini coniuncta cum incuadencia, sane certitudo in genere contracta per hoc quod coniuncta sit cum incuadencia, esse non potest differentia vltima intrinsicè constitutiva fidei supernaturalis. Illud insuper obserua, qui illo modo obicit, videri confundere certitudinem ex parte

subiecti, hoc est firmitatem in assentiendo cum certitudine, id est, infallibilitate actus in se. Et cum in hac secunda certitudine differat actus fidei supernaturalis ab actu fidei naturalis, modo proximè à nobis explicato, sermo illius esse videtur de prima certitudine, in qua actus illi de eodem obiecto non differunt: quippe, ut dictum est, & t. par. loco citato fusius est explicatum, pos. sit Lutheranus firmius adhaerere articulo Trinitatis, aut Incarnationis, quam Catholicus aliqui eidem adhaerent articulis. Haec quod attinet ad secundam obiectionem. Quod enim in ea additur, ex dicendis ad tertiam intelligetur.

Quod ad primam obiectionem attinet, ut i. par. variis in locis explanamus, in actibus intellectus & voluntatis, siue naturales illi sint, siue supernaturales, tria spectari debent. In primis actus ipsi qui sunt in genere actionis. Deinde terminus actus, qui est in genere qualitatis, ut est verbum, quod terminat actum intellectus: similiq; modo qualitas alia producitur per actum voluntatis, eumq; terminat. Hi autem termini in esse, & conseruari, pendet ab actibus, quos terminant, & quibus, tanquam terminis eorum, producantur: neque ab illis distinguuntur re, sed solum formaliter, perinde atque ceterae actiones distinguuntur solum formaliter à suis terminis. Tertio spectantur habitus, qui qualitates etiam sunt, siue naturales illi sint, siue supernaturales. Habitus verò non pendunt in conseruari ab actibus, sed permanent cessantibus actibus, redduntque promptam potentiam ad similes actus iterum producendos, atque efficienter cum illis potentis concurrunt ad productionem similibus actuum sequentum. Et quidem naturales habitus comparantur ad antecedentes actus tanquam effectus ad causas instrumentales, quibus producantur. Potentia quippe, vna cum ceteris, quae ad actuum productionem simul cum ipsis concurrunt, causae sunt principales actuum, & per actus habituum, qui vltimus producantur: actus autem non comparantur ad habitus, quos producant, tanquam actiones ad terminum, sed tanquam verae causae instrumentales productiuae eorum, re ab eis distinctae, ut i. p. q. 27 art. 1. disp. 8. membr. 2. dictum est. Supernaturales verò habitus fidei, spei, & caritatis à solo Deo infunduntur, neque attinguntur efficienter ab actibus fidei, spei, & caritatis supernaturalibus, etiam quoad ipsorum augmentum.

*Certitudo qua ex obiecto, et que ex subiecto.*

*Ad primam obiectionem.*

*Actus intellectus, et voluntatis actiones.*

*Termini eorum qualitates.*

*Pendent in conseruari ab actibus.*

*à quibus formaliter distinguntur.*

*Habitus qualitates.*

*in conseruari non pendet ab actibus.*

*Sunt effectus actuum.*

*Actus supernaturales cur naturales de eodem obiecto concitant, pro diuersitate habitus naturalis.*

*Influxus Dei, et noster in actibus supernaturalibus quid.*

*Actus supernaturalis vnde liber. Et unde supernaturalis.*

mentum. Quia tamè actus illi eminenter continent naturales actus fidei, spei, & caritatis, eo quod ad ipsorum productionem concitantur causae omnes, quae producerent actus illos naturales, nisi à Deo per se ipsum supernaturalem influxum eueherentur, ut producerent eos supernaturales, superiotisque cuiusdam speciei, inde euenit, quod producant naturales habitus fidei, spei, & caritatis, qui remanent in eo, qui per lethale peccatum amittit caritatem supernaturalem, atque etiam in eo, qui per infidelitatis peccatum amittit etiam fidem.

Illud deinde est obseruandum, ut supra in hoc opere non semel dictum est, atque in sequentibus repetemus, in actibus fidei, spei, & caritatis supernaturalibus non dari aliquid re aut formaliter distinctum, quod tanquam pars actus, etiam Metaphysica, dicatur ac sit influxus Dei: neque item ibi dari aliquid, quod sit naturale, & aliquid quod sit supernaturale, sed totum actum esse supernaturalem, quoad genus & differentiam, tamen genus per accidens sit supernaturale, quia coniunctum in ea specie cum differentia speciei supernaturalis: sicut dicimus, gradus omnes superiores per accidens esse singulares in vnoquoque individuo ex coniunctione cum differentia indiuiduante. Itaque actus totus est supernaturalis, & totus totalitate effectus quoad omnes suos gradus est à causis naturalibus ad eum concurrentibus, & totus totalitate effectus est à Deo supernaturaliter concurrente ad illius productionem, vel per se ipsum immediate, vel per influxum suorum donorum supernaturalium tanquam per causas secundas: est tamen partialiter partialitate causae, tum à causis naturalibus, tanquam ab vna parte totalis causae illius, tum etiam à Deo supernaturaliter influente tanquam ab altera parte eiusdem causae totalis. Quare actio tota, ut praecise est à causis naturalibus, & ut sic à nobis consideratur, est influxus causarum naturalium: ut verò à Deo supernaturaliter influente, est influxus Dei, solaque proinde consideratione nostra, cum fundamento in re distinguitur in ea actione influxus Dei ab influxu causarum secundarum. Actio tamen illa, sicut ab influxu voluntatis nostrae habet, quod sit libera, & non ab influxu habitus supernaturalis, qui ad illam concurrunt: ita ab influxu habitus supernaturalis habet, quod sit supernaturalis, atque alterius spe-

ciei, ac effectus, si nulla causa supernaturalis ad eam concurreret, & non ab influxu nostro. Nihil enim pugnat conditione vna conuenire actui alicui, quia est ab vna parte causae, & aliam, quia est ab alia, cum tamen totus actus totalitate effectus sit ab vnaquoque earum. Sol quippe, & equus generant equum, neque est aliquid in equo, quod generetur ab equo: & non à sole; & tamen quod effectus sit porus equus quoniam alia species, non habet, quia est à sole, sed quia est ab equo.

Hinc liquet, Dei influxum in actum supernaturalem fidei aut in quemcumque alium, nostra sententia, non esse differentiam essentialiam, distinctiuam, vel intrinsicam actus supernaturalis à naturali de eodem obiecto, sed supernaturalem actum habere suam propriam differentiam intrinsicam & essentialiam: eam verò partialitate causae & non effectus, esse efficienter totam à Deo supernaturaliter influente, & à nobis influentibus naturaliter: ceterum non habere, quod sit talis, quia est à nobis, sed quia mediate, vel immediate est à Deo nobiscum supernaturaliter influente. Liqueat deinde, non in solis terminis horum supernaturalium actuum, qui ad genus qualitatis pertinet, constituendam esse differentiam essentialiam prouenientem à Deo & à nobis totalitate effectus, tamen, non quia à nobis, sed quia à Deo, habentem quod sit supernaturalis, ac alterius rationis, quam esset, si Deus supernaturaliter non influeret; verum etiam constituendam esse similem differentiam in actibus ipsis prout ad genus actionis spectant. Item liquet, non solum differentiam eiusmodi actuum & terminorum esse supernaturalem, sed etiam genera eorum, prout eorumdè differentis coniunguntur, esse in actibus ipsis ac terminis supernaturalibus, tamen per accidens modo explanato. Quamuis autem differentia illa actuum, terminorum, & habituum, sine habitudines transcendentes ad eadè obiecta immediate vel immediate, ut mox ostendetur, quia tamen sunt differentiae diuersorum generum subalternarum, vel etiam alterius praedicamenti, diuersae sunt essentialiter in se sunt.

Quod ad tertiam obiectionem attinet, obseruandum est: Quamuis potentia cognoscens & appetentes, ipsarumque actus distinguantur specie per transcendentes habitudines ipsis intrinsicè ad sua obiecta spectata sub diuersis rationibus.

*Supernaturalis. Et naturalis actus de eodem obiecto distinctiuam.*

*Ad tertiam obiectionem.*

*Certitudo quid.*

*Non est differentia intrinsicè fidei super naturalis.*

*Obiecta  
sua ratio-  
nes sub  
quibus id  
potentia  
principio  
sumuntur  
um sic  
mutantur.*

rationibus sub quibus, vt Dialectici ac Metaphy-  
fici appellant, nihilominus radicem harum ratio-  
niam sub quibus esse possibilem ipsarum  
nec potentiam, atque quorundam aliorum prin-  
cipiorum esse sentiam, quibus potentia ad actus  
specie distinctos determinatur, atque pro di-  
uersitate harum principiorum esse etiam pos-  
sibilem & in ordine ad ipsa, resolare diuersas  
rationes formales, sub quibus in obiectis: et tam-  
dem hae omnia, tanquam ad primam radicem,  
seu originem vnde pendunt, reducuntur ad pos-  
sibilitatem, quam tam principia ipsa efficiuntia,  
quam obiecta naturaliter sumpta, diuina poten-  
tia habent, eo quod eminenter in diuina essen-  
tia continentur. Quo fit, vt excludenda non  
sit diuersitas in principis efficientibus, nec co-  
operantibus actus virtutum cognoscendum ac ap-  
petentium: tum vt ipsorum comparatione intel-  
ligantur, ac resultent diuersae rationes sub qui-  
bus in obiectis in ordine ad quas actus intrinse-  
ce distinguantur specie: tum etiam vt ex illis  
efficienter proxime aut remote tanquam ex  
causis particularibus ad id determinatis resultet  
eandem habitudines intrinsecas actibus, atque  
adeo intrinseca eorundem actuum specifica di-  
uersitas. Quando tamen duo principia efficien-  
tia ita sunt inter se affecta, quod vnum tanquam  
eminenter continens alterum, suppleansque in-  
fluxum illius, cooperatur ad aliquem actum, tunc  
necesse non est, actus, qui ex diuersis illis prin-  
cipiis emanant, specie inter se distingui. Vt quia  
sol eminenter continet calorem ignis, & virtutem  
feminalis mureis, necesse non est calorem immedia-  
te a sole, & immediate ab igne productos, ne-  
que ite mures, quos alter a sole sine mure, alter  
a mure per virtutem feminalis producat, specie  
inter se distingui. Quando ite principium vnu  
solum cooperatur cum alio tanquam virtus ab  
eo derivata, necesse non est, vt ex cooperatione  
huius superaddita oriatur diuersitas specificam  
actu. Et quia habitus naturalis mediante actu  
produciuntur a potentia & a ceteris principis, quae  
cum potentia concurrunt ad productionem actus  
quo talis habitus generatur, atque adeo tota  
vis eius habitus a prioribus illis principis deriva-  
nat, necesse non est, cooperationem postea habi-  
tus ad similes actus vni eum ceteris princi-  
piis producendis vltimam diuersitatem specificam  
in actibus efficere. Explicemus, quae dicta sunt.  
Quia possibilem diuina potentia sunt intellectus

*Nota.*

& sensus, inde proficiuntur, quod cognoscibilia  
diuidantur in intelligibilia, & sensibilia. Et quia  
ea omnia, quae sensui possunt, intelligi etiam va-  
let, inde efficitur, vnu aequidem obiectum ha-  
bere simul duas rationes sub quibus in esse cog-  
noscibilibus: vnam sensibilibus per comparationem  
ad sensum: & aliam intelligibilibus per compara-  
tionem ad intellectum. Quia item possibilem sunt  
sensus externi & interni, quae externis sensibus  
cognoscuntur, sensibus quoque internis perci-  
piuntur, inde prouenit, quod obiectum quod-  
uis sensus externi duas habeat rationes formales  
sub quibus specie distinctis in esse sensibilibus:  
Vnam comparatione sensus externi, secundum  
quam est visibile, aut audibile: & aliam compa-  
ratione sensuum interiorum, secundum quam  
est sensibile aliquo modo percipiendi sensuum  
interiorum. Quia etiam possibilem ac necessariam  
sunt quinque sensus externi, quibus diuersae qua-  
litates percipiuntur, inde fit, quod in eis qualita-  
tibus resultent diuersae rationes sub quibus sen-  
sibilitatis, puta visibilibus, audibilibus, &c. per com-  
parationem ad varios sensus in ordine ad quas  
sensus illi specie inter se distinguantur. Praeterea  
quia vnumquodque horum obiectorum simul  
est vario modo perceptibile variis interioribus  
sensibus, inde emanat, quod in eorum vnoquo-  
que simul sunt variae rationes sub quibus sensibi-  
litas, per comparationem ad varios internos  
sensus, quibus varie obiecta illa ab eis percipiuntur.  
Et quia aliter intelligit Angelus, quam uos,  
inde etiam proficiuntur quod in intelligibilibus  
alia sit ratio intelligibilitatis per comparationem  
ad intellectum nostrum, & alia per compara-  
tionem ad angelicum. Denique quot vires cog-  
noscentes possibilem sunt diuina potentia vltra  
eas, quas produxit, tot species cognoscibilitatis  
sunt in obiectis per comparationem ad illas,  
tamen nos latet, eo quod potentias illas igno-  
remus. Quod si sensus neque diuina potentia  
esse possent, tunc nulla obiecta rationem habe-  
rent sensibilem.

Vt ad actus potentiarum deveniamus: Quo-  
niam potentia ad actus ordinatur, & per illos  
vertitur circa obiecta, eaque attingunt, inde ef-  
ficatur, quod immediate respiciant transcenden-  
tialiter actus, ab eisque proinde immediate spe-  
cificentur, & mediate respiciant obiecta, media-  
teque proinde ab eis specificentur. Ceterum quia  
actus, vt praecise emanant a suis potentis, non  
habent

*Potentia  
quo sensu  
distinguitur  
per  
actus in-  
ternos  
medias  
& medias  
per ob-  
iecta.*

habent vnde in plures species diuidantur ac di-  
stinguantur, tamen si id abunde habeant, vt dice-  
mus, sane potentia specificantur a suis actibus,  
quales essent, si praecise ab ipsis emanarent, non  
vero quales sunt aliunde in multas species diui-  
si, ac multiplicati. Aque vt de nostris potentiis  
loquamur, interueniunt angelicas omniamus,  
scilicet quae de actibus apprehensiuus & de iu-  
diciis dicamus: Quia potentia cognoscentes, vt  
1. part. q. 1. art. 3. disp. 3. ac alibi dicebamus, in-  
ferentes ex se sunt ad hoc vel ad illud materiale  
obiectum cognoscendum ex iis, quae intra huius-  
modi sui obiecti formales continentur, atque im-  
potes ad quoduis illorum percipiendum, nisi aliunde  
tanquam a particulari causa secum influente ad  
notitiam determinentur, hoc autem regulariter  
esse solet species, seu similitudo impressa obiecti,  
inde efficitur, quod cum pro diuersitate speci-  
fica obiectorum materialium imprimatur po-  
tentis species impressa distinctae speciei ab spe-  
ciebus impressis aliorum obiectorum quibus poten-  
tia ad actus cognoscendi, determinatur, actus  
quoque videndi intelligendi, aut quacumque alia  
potentia cognoscendi, itemque illorum ter-  
mini, hoc est, species expressa illis productae,  
pro diuersitate quoque obiectorum materialium  
specie inter se distinguantur, vt disp. 3. citata ex-  
planatum est, atque adeo, vt aliam rationem cog-  
noscibilitatis specie distinctam habeat, candor  
vt visu percipiatur, nempe prout visus determi-  
nabilis est specie impressa candoris secum ad  
candorem videndum cooperantis, a ratione cog-  
noscibilitatis, quam habet color niger, nempe  
quatenus determinabilis est distincta specie im-  
pressa coloris nigri, & ita de ceteris obiectis, quae  
intellectu, vel sensu percipiuntur.

*Actus  
eius de po-  
tentia vn-  
de specifi-  
catur.*

*Assensus  
principio-  
rum vnde  
specie di-  
stinguantur.*

Eodem etiam modo, quia ad assensus prin-  
cipiorum determinatur intellectus in scientiis  
naturalibus a naturis extremorum, vtique pro  
diuersitate naturarum eorundem extremorum,  
concurrentium ad assensus, per notitias simpli-  
ces, quibus apprehenduntur, inter etiam penetrantur,  
distinguuntur inter se specie assensus p. in-  
cipiorum, & consequenter habitus qui inde vl-  
terioris generantur etiam in eadem scientia, vt in  
Geometria, aut Arithmetica, vt eadem disputa-  
tione explicatum est. Etenim principia non to-  
tum in genere, atque prout in diuerso gradu sunt  
abstractionis, diuersimode assensu sunt cognos-  
cibilia, ac conclusiones inde deductae, puta siue

discensu, sed etiam eorum vnumquodque diuer-  
simode est cognoscibile, ac aliud nempe per de-  
terminationem intellectus ex naturis duorum  
extremorum, aut aliunde, vt disputatione  
citata est, quoque explicatum. Quia item ad  
assensus conclusionum determinatur intellectus  
ex assensibus principiorum, media aliqua cou-  
sequencia, vtique pro diuersitate principiorum,  
quibus determinatur, & qualitate bonitatis con-  
sequentiae generantur actus assensuendi per dis-  
cursum specie distincti & consequenter habitus,  
qui inde vltioris generantur, etiam in eadem fa-  
cultate ac disciplina vnus atque eiusdem ab-  
stractionis seu ordinis. Quo fit, vt non solum  
conclusiones in genere, atque etiam vt in diuer-  
so gradu sunt abstractionis, diuersimode sunt  
cognoscibiles ac principia vnde mediate vel im-  
mediate deducuntur, videlicet per discursum, sed  
etiam earum vnaquaeque diuersimode fit cog-  
noscibilis, quam alia, per determinationem sci-  
licet intellectus ex diuersis principis, atque ex  
diuersitate qualitatis consequentiae. Et quemad-  
modum earum vnaquaeque diuersimode est  
cognoscibilis pro diuersitate eorum, a quibus  
intellectus determinatur ad cognoscendum: ita  
quoque pro diuersitate eorum quibus determi-  
natur, generantur actus, & consequenter habitus  
cognoscendi per discursum specie distincti, aut  
etiam genere subalterno. Si enim principia omnia  
evidentia sunt, & similiter consequentia, tunc pro  
diuersitate principiorum, aut vnus eorum, ge-  
nerantur scientiae conclusionum specie distinctae.  
Atque si vna & eadem conclusio, vt haec, Terra  
est rotunda, diuersimode ex diuersis principis  
Philosophiae, naturaeque ac granitatis ipsius ter-  
rae, & ex principis Mathematicis, vt ex lunae  
eclipse, generantur circa vnam & eandem con-  
clusionem scientiae specie distinctae. Si autem  
aliquod principiorum, aut consequentiae boni-  
tas, in evidentia sunt, neque assensus supernatu-  
raliter coparetur diuinae intentione reuelationi,  
tunc generantur opinio, & pro diuersitate princi-  
piorum, quibus intellectus determinatur, gene-  
rantur opiniones specie distinctae.

*Scientia  
est opinio  
sua vnde  
specie di-  
stinguantur.*

*Conclusio  
sua habi-  
tus naturalis,  
et ad  
per se  
evidens in-  
tellectus*



*si est non efficiat desideratum in actu.*

lis habitus, ut supra dictum est; eo quod vis illius tota ab esse principis dimanaverit; ita quoque insufficientis est, ut illius comparatione resulset diversitas ratio cognoscibilitatis in obiecto, cui ita assentitur. Habet autem hoc verum, etiam si habitus per accidens sit infusus a Deo, quales fuerunt habitus scientiarum rerum naturalium a Deo primis parentibus infusi. Quia enim naturales in se sunt, atque eiusdem virtutis & efficacitatis cum acquisitis, solumque sunt supernaturales per accidens quoad modum, quo producti ac infusi sunt, utique non maiorem diversitatem efficiunt in actu, ad quem concurrunt, quam si fuissent acquisiti.

*Habitus per se infusus esse enim efficiat.*

Habitus vero infusi fidei Theologalis virtutis, quia supernaturalis per se, atque in se est, specieque distinctus ab eo, quem Lutheranus de rebus revelatis comparat, atque adeo quem nos compararem, si nostris tantum natus relicti assentium credendi, eisdem rebus eliceremus, atque superioris cuiusdam efficacitatis est, utique influendo simul cum ceteris principis naturalibus quibus nos assentimur revelatis, determinat nostrum intellectum ad eliciendum actum superioris naturae & speciei ab eo, quem nostris solis viribus eliceremus: quare quia ita diversimode determinat intellectum nostrum ad assentiendum rebus a Deo revelatis, consequens profecto est, ut revelata diversimode cognoscibilia sint concurrente habitu fidei infusae ac quando ex solis naturalibus quis eisdem assentitur, atque adeo ut uno vel altero modo spectata diversam rationem cognoscibilitatis sortiantur per comparationem ad diversa principia, quibus intellectus nosse ad eis assentiendum determinatur; idque non solum quando incidenda libet, sed etiam quando concurrunt simul scientia, ut circa assensum huius, Deus est, elicitum a Philosopho Catholico, & a Philosopho Lutetano, duabus dispositionibus citatis dictum est.

*Actus supernaturalis habet, qui est dispositio ad habitum.*

Quod si Deus supernaturaliter sine habitu induat ad actum credendi revelata, ut recipi per auxilia alia particularia insitit ad primum credendi actum, qui quasi dispositio est ad infusionem habitus in adultis: tunc, si is actus eiusdem speciei in se sit cum actibus credendi, qui post acquisitionem habitus fidei infusum producantur, utique diversitas illa determinandi intellectum ad actum credendi supernaturaliter revelata, vel per habitum, vel per alia auxilia particularia, ut

non efficit diversitatem specificam in actu, ita neque per comparationem ad illum resultat diversitas ratio cognoscibilitatis in obiectis revelatis. Ratio autem est, quoniam Deus illo modo sine habitu infusus ad primum actum credendi, insitit tanquam causa eminenter continens in se habitum fidei infusum, supplensque causalitatem illius: ut autem supra dictum est, quando duo efficientia principia ita inter se sunt affecta quod unum cooperatur ad actum aliquem tanquam eminenter continens aliud, supplensque cooperationem illius, tunc necesse non est pro diversitate talium principiorum produci actus speciei distinctos, ut exemplo adhibito in caloribus, qui a sole, & qui ab igne, & in muribus, qui a sole, & qui ab alio mure productur, explanatum est. Dixi, Si actus illi sunt eiusdem speciei: quoniam saltem de actu cognitionis, & amoris, quo aditus dispositioe iustificatur, dictum videntur esse alterius speciei ab eo, qui continuatur & elicitur comparata iam habituali caritate & gratia, habituque caritatis & gratiae cooperante ad illum. Ille enim prior non est meritorius gratiae, neque item gloriae, nisi ut posterius natura spectatur informata habitu caritatis & gratiae: posterior vero, qui cooperante caritate & gratia elicitur, meritorius est augmenti caritatis & gratiae, atque item augmenti gloriae: quae certe sine distinctione specifica inter utrumque actum videntur esse non posse. quippe actus a caritate habituali elicitus vi sua, etiam praecise spectans a caritate, a qua emanat videtur esse meritorius gratiae & gloriae.

Ut ad potentiae appetentes deveniamus: Similiter specificantur immediate per suos actus spectatos tamen, quales essent, si ab ipsismet nudis potentis emanaret, & non quales sunt, prout multiplicatur ac dividuntur specie, ut potentiae appetentes cooperante aliquo alio cum ipsis patenter influente, determinatur ad diversa obiecta, aut ad prosecutionem, vel ad fugam unius & eiusdem rei, ut in eis elucet ratio boni aut mali, hoc est, ratio convenientis aut disconvenientis: mediate vero specificantur ab obiectis. Ut autem interim potentias alias appetentes omittamus: Naturales actus liberi voluntatis, & consequenter habitus qui inde vterius generantur, specie distinguuntur, non solum in genere moris pro diversitate obiectorum diversarum virtutum moralium, ac vitiorum, consideratione habitus

*Ultima dispositio ad gratiam an sit eiusdem speciei cum actu emanante potest ab habitu.*

*Appetentes potentias, ut inmediate per actus, & mediate per obiecta distinguantur.*

*Voluntatis actus unde specie distinguantur.*

rectae rationis tanquam in eo genere regulae ac mensurae, sed etiam, meo iudicio, in genere naturae, pro diversitate specifica obiectorum in esse naturae, ut in illis elucet diversae bonitates, aut malitiae naturales, quae rationes sunt appetendi aut fugiendi ea obiecta. Terro enim voluntas determinatur concurrente varia notitia appetibilis aut respuibilis in obiecto, res diversam rationem appetibilis habet, aut respuibilis, comparatione voluntatis concurrente ac cooperante cum illa tali notitia ad prosecutionem aut fugam talis obiecti. Unde videas unum acquisivisse habitum temperantiae circa unum saporem, aut circa unum obiectum materialiter sub ea ratione consideratum & non circa aliud; quae tamen obiecta, & consequenter actus, & habitus circa illa, eiusdem sunt rationis per comparationem ad regulam rationis temperate edendi ac bibendi.

Concursus autem habituum naturalium ad similes actus voluntatis elictos non efficiunt diversitatem specificam in actibus propter eam rationem, quam de habitibus naturalibus in genere supra reddidimus: idque, esto, habitus illi per accidens sint a Deo infusi, ut primis parentibus infusi fuerunt, ut ex dictis ibidem liquet.


Quia tamen habitus infusus caritatis Theologalis virtutis, qui a gratia gratum faciente nostra sententia minime distinguitur, & per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, in cordibus nostris diffunditur, estque vester illa nuptialis, quae filios Dei adoptivos ab aliis, qui tales non sunt, distinguit, habitus est per se infusus superioris quae naturae, essentiae, atque speciei ab habitu caritatis naturalis, quem infidelis Deum lumine naturali (aut etiam, si hereticus sit, ex revelatione ipsiusmet Dei quoad ea circa quae is hereticus non errat) cognovit diligendo suis viribus naturalibus comparat, & quem nos compararem, si nostris solis viribus relicti Deum, prout a vobis cognoscitur, diligemus: utique concursus huius habitus in genere causae efficiens cum nostra voluntate, & caritatis, quae cum ea ad Deum diligendum concurrunt, actum dilectionis Dei efficit distincte ac superioris speciei ab eo, quem solae vires nostrae naturales efficiunt: ac prout de divina bonitate secundum vnam & eandem rationem in se spectata, aliter diligitur, aliamque subinde rationem diligibilitatis habet per comparationem ad solas nostras vires naturales, aliam vero prout simul cum eis insitit habitus caritatis

virtutis theologalis infusae, aut quodcumque aliud peculiare divinum auxilium, quod nostrum dilectionis actum ad superiorem aliam speciem ac naturam euehit ab illa, quam haberet, si nostris solis viribus naturalibus eliceretur, ut de actu credendi revelatis nostris viribus elicitio, atque elicitio influente simul habitu fidei virtutis Theologalis, vel alio particulari Dei influxu, qui illum ad superiorem specie credendi eueheret, dictum est.

Ex his iam constat cessare, quae in tertia objectione proponuntur: explicatum quippe est quo pacto in eadem ratione bonitatis Dei a nobis apprehensa resultent diversae rationes formales sub quibus in esse rei diligibilis per comparationem ad diversa principia, quibus actus illi efficiuntur in ordine ad quas illi actus specificantur, habeantque proinde differentias essentialiter diversas quibus intrinsece distinguantur, & quarum ratione unus qui superioris naturae est, atque essentiae, proportionatus sit fini nostro supernaturali, alter vero non item. Explanatum praeterea est, quae ratione id originem trahat a diversitate principiorum, quibus voluntas nostra determinatur, aut coadiuvatur ad ita diversimode Deum sub ratione eiusdem bonitatis apprehensum diligendum. Ut simul viam muniamus ad quartam objectionem dissolvendam, ad id peculiariter quod in tertia dicitur, videlicet non sufficere, ut actus illi specie distinguantur, si unus eorum ab extrinseco ratione particularis influxus sit supernaturalis, alter vero, ad cuius productionem non concurrat talis influxus, non sit supernaturalis, dicendum est: Si actus ille prior ex tali influxu solus sit supernaturalis quoad modum producendi, non vero quoad naturam ipsam actus producti, quem admodum visus caeco nato a Christo restitutus supernaturalis erat: solum quoad modum producendi, & non quoad rem productam, quia eiusdem rationis atque speciei erat cum aliis, qui naturaliter in aliis producebantur hominibus; id quidem est verum: ceterum longe aliter rem habere in re, de qua disputamus. Ut enim explanatum est, actus ille prior supernaturalis est ex illo influxu quoad rem ipsam productam, alteriusque superioris naturae & speciei ab actu dilectionis, quem vires omnes naturales producere valent.

Ad quartam objectionem dicendum est nos non negare, actum unius speciei esse posse naturalem & supernaturalem comparatione diversarum virtutum.

*Supernaturale est quod dupliciter.*



*Res una naturalis & supernaturalis comparatione distincta.*  
 forū. Quin potius dicimus diligere Deū com-  
 munitate ad finem nostrū supernaturalē, esse  
 quidem supernaturalē comparatione nostrā  
 voluntatis in se spectare, & cum ceteris, quae illi  
 connaturalia sunt: at vero si spectetur, ut iam est  
 affecta habitu caritatis virtutis Theologalis, &  
 ut cū illa habitus ille efficiens, naturaeque ne-  
 cessitate intluit esse naturale: tamen si, quia ha-  
 bitus ille supernaturalis est comparatione nostrae  
 voluntatis, nobis quoque supernaturalē sit dili-  
 gere Deum communitate ad finem superna-  
 turalem, etiam quando habitum caritatis virtu-  
 tis Theologalis habemus infusum. Simile quid  
 etiam diximus: part. 9. 12. art. 3. dist. 1. ad 3. Scoti  
 argumentum de visione beatifica spectata, tū re-  
 spectu intellectus nostri in se, tum vt est iam

perfusus lumine gloria. Quod autem modo di-  
 citur est: Si sint duo actus de eodem obiecto  
 elicitio ab eadem potentia, quorum vnus natu-  
 ralis illi sit, alter verò supernaturalis, non ratio-  
 ne modi producendi, sed quia est eminentioris  
 naturae ac essentiae, actus illos esse distinctos spe-  
 cie, eminentiamque ac distinctionem superio-  
 ris ab inferiori provenire efficiens ac radi-  
 caliter ex influxu causae superioris, quae ad eum  
 actum adiuuat potentiam comparatione cuius  
 is actus est supernaturalis. Ad argumentum vero  
 in forma, concessa maiori & minori, conce-  
 di simul potest consequentia: actus enim, de  
 quibus loquimur, coniunctum habent respicere  
 diuersimodè obiectum spectatum penes diuer-  
 sas rationes sub quibus, vt dictum est.

**Particularia Dei auxilia magis explicantur, & Soti ac Vegæ  
 circa hæc opinio excluditur.**

*Disputatio 39.*

*Sententia Soti, ac Vegæ de duplici auxilio per naturam.*



**D**ominicus à Soto primo de  
 natura & gratia, cap. 16 & An-  
 dreas à Vega, libr. 6. in Conci-  
 lium Trid. cap. 6. 7. 8. & 9. affir-  
 mat, liberū arbitriū ad elicien-  
 dū quemcumque prædictorum  
 actū, præter auxiliū particulare gratiæ præue-  
 niētis indigere auxilio alio particulari quo Deus  
 cum libero arbitrio immediatè concurrat, illud-  
 que moueat ad eisdem actus. Primum appella-  
 nt gratiæ præuenientis ac excitantis auxilium,  
 secundum verò gratiæ coadiuuantis. Primum di-  
 cunt frustrari interdum, dum liberum arbitrium  
 motum & excitatum per gratiam præuenien-  
 tem, non vult præbere assensum, nec conari ad  
 eliciendum actum ad quem inuitatur & excita-  
 tur: secundum verò dicunt nonquam frustrari,  
 sed necessariò agere liberum arbitrium quoties  
 per illud à Deo mouetur. Cæterum cum ex vna  
 parte affirmet liberum arbitriū non, nisi prius  
 inuocari secundo auxilio, elicitur eiusmodi actus;  
 ex alia verò dicant præterente eo auxilio necessa-  
 riò liberum arbitrium producere tales actus, eò  
 quod auxiliū illud inane reddi nequeat, labor

illis est defendere quānam ratione, admissa ne-  
 cessitate eiusmodi auxiliij, salua maneat libertas  
 arbitrij ad eos actus eliciendos vel non elicien-  
 dos, confugiuntque ad sensum compositum &  
 diuisum, vixque intelligas quid sibi velint, & quo  
 pacto ea ratione libertatem arbitrij tueatur: qua  
 de te legito Andream à Vega libr. 1. 3. in Conci-  
 lium Trid. cap. 13. Addunt præterea, pro ratione  
 intensionis, quæ conuenit in eiusmodi auxilio particu-  
 lare gratiæ coadiuuantis, accipiendam esse  
 quantitatem intensionis actus, quem liberum ar-  
 bitrium tali auxilio adiutū producit, cōtentionis  
 videlicet, seruoris assensus fidei, spei, aut dile-  
 ctionis. Cū enim, inquit mouere & moueri  
 correlatiua sint, mutuoque sibi respondeant, ne-  
 que fieri neque intelligi vlla ratione valet quòd  
 aliquis seruētis cōuertatur, intensionemque ali-  
 quem eiusmodi actum eliceat, quin à Deo po-  
 tentiori & maiori auxilio gratiæ adiuuetur.

Verum multa sunt quæ mihi in hac doctrina  
 non probantur. In primis non video, præter auxi-  
 lium particulare gratiæ præuenientis, & con-  
 currens Dei generalem, necessarium esse auxi-  
 lium aliud particulare gratiæ, vt liberum arbi-  
 trium

*Argu-  
mentum.*

*Gratia  
præueniēs  
cum solo  
libero ar-  
bitrio abs-  
tium*

*que alio  
speciali  
auxilio  
sufficit ad  
credendū,  
spectandū  
et præueni-  
endum.*

trium aliquem illorum actū possit elicere. Ere-  
 nim illa tria vna integrā & sufficientē cau-  
 sam illorum complere videntur, vt disputatio-  
 nem 37. satis à nobis explicatum est: quare,  
 esto Deus quodcumque aliud particulare auxi-  
 lium denegaret, ex illis solis sequeretur effectus.  
 Neque conciliū Tridentinum sess. 6. cap. 5. &  
 canone 7. aliud, quin potius hoc ipsum aperte  
 innuit: cum ad eos actus, præter excitantem &  
 præuenientem gratiam, solum dicat requiri li-  
 berum influxum nostri arbitrij quo assentiat  
 & cum illa cooperetur, defectūque illius dicat  
 frustrari posse præuenientem gratiam ne actus,  
 ad quem liberum arbitrium excitat, sequatur.  
 Præterea præexistente illustratione intellectus,  
 actiue fidei supernaturalis, & actu spei etiā su-  
 pernaturalis in voluntate, atque immisso in vo-  
 luntatem affectu amoris Dei supernaturalis, quo  
 tanquam præueniente gratia voluntas à Deo exci-  
 tatur & inuitatur vt de peccatis suis doleat  
 propter Deum, quo quæso alio auxilio superna-  
 turali indiget voluntas, vt contritionem super-  
 naturalem eliciat: planè satis illi sic adiutæ tunc  
 erit, si Deus solum concursum generalem, quo  
 cum ceteris causis secundis concurrere solet,  
 impendat.

*Gratia  
præueniēs  
& coadiu-  
uans sunt  
vna &  
eadem.*

Deinde falsum omnino videtur & discrepans  
 à dictis patrum, & concilio Tridentino locis ci-  
 tatis, asserere gratiam coadiuuantem distinctam  
 esse à gratia præueniente ac excitante. Illa enim  
 eadem gratia, quæ liberum arbitrium præuenit  
 ac excitat ad actus, quibus se ad iustificationem  
 disponit, dicitur cooperans, si arbitrium cum  
 ea consentiat, atque simul pro sua libertate in-  
 fluat. id quod non obscure significat conciliū  
 Tridentinum cap. 5. citato dum ait: Exordium  
 iustificationis in adultis à Dei præueniente gra-  
 tia sumendū esse, hoc est, ab eius vocatione, qua  
 nullis eorum existentibus meritis, vocatur, vt  
 qui per peccata à Deo auersi erant, per eius exci-  
 tantem atque adiuuantem gratiam ad conuer-  
 tendum se ad suam ipsorum iustificationem, ei-  
 dem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando,  
 disponantur: vt ita tangente Deo cor hominis  
 per Spiritus sancti illuminationē, neque homo  
 ipse nihil agat, inspirationem illam recipiens,  
 quippe qui illam & abicere potest, neque tamen  
 sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram  
 illo libera sua voluntate possit, &c. Ecce, concil-  
 ium Tridentinum eandem appellat præuenien-

tem, excitantē, & adiuuantem gratiam, eidem-  
 que gratiam assentiendo & cooperando ait li-  
 berum arbitrium ad iustificationem disponi.  
 Dispositio ergo illa fit cooperante & consentiē-  
 te libero arbitrio cum gratia præueniente ac exci-  
 tante, ac proinde cooperante simul cum eo-  
 dem gratia illa, quæ actum liberum præuenit, &  
 ad eiusmodi actum excitauit. Non ergo sunt dis-  
 tinctæ gratiæ, præueniens & cooperans atque  
 adiuuans, sed vna & eadem, quæ spectata ante-  
 quam liberum arbitrium cum ea cooperetur  
 eliciatque actum liberum, per quem ad iustifica-  
 tionem disponatur, dicitur præueniens: spectata  
 verò prout cooperante iam cum illa libero ar-  
 bitrio, ipsa etiam cooperatur & influat in eum-  
 dem actum, dicitur cooperans & adiuuans. Idem  
 etiam aperte significant verba illa canonis quar-  
 ti citati: Siquis dixerit, liberū hominis arbitrium  
 à Deo motum & excitatum nihil cooperari as-  
 sentiēdo Deo excitati, &c. Vbi vides conciliū  
 affirmare, liberum arbitriū cooperari cum Deo  
 excitante, dum assentitur, ac se ad gratiam ius-  
 tificantem disponit, ac proinde Deum per gra-  
 tiam excitantem cooperari etiam cum illo ad  
 eandem dispositionem: cooperans enim coope-  
 ranti dicitur cooperans.

Illud præterea vehementer displicet, quod  
 subiungit, videlicet, pro quantitate auxiliij gratiæ  
 cooperantis spectandam esse quantitatem actus,  
 quem liberum arbitrium tali auxilio adiutum  
 producit, quasi existente æquali auxilio Dei, non  
 possit esse intensior & feruentior actus contritio-  
 nis aut dilectionis in homine vno quā in alio,  
 quamdiu in via sunt; aut existente auxilio inæ-  
 quali non possit esse æqualis actus in duobus,  
 aut maior in eo, qui minori auxilio adiuuatur.  
 Etenim cum liberum arbitrium vna cum auxi-  
 lio Dei efficiens in actum, quo se ad iustifica-  
 tionem disponit, influat, sitque causa libera po-  
 tens maiori aut minori conatu pro sua libertate  
 influere, vixque ab inæquali conatu & influxu li-  
 beri arbitrij provenire potest, vt, conferente Deo  
 duobus hominibus æquale auxilium gratiæ ad-  
 iuuantis, vnus eorum intensius operetur, meli-  
 usque se disponat ad gratiam iustificantē, quā  
 alius; & vt, conferente eisdē inæqualia auxilia,  
 æquè operentur, aut is interdum plus, qui mi-  
 nori suffulsius est auxilio. Id quod & doctores  
 passim affirmant, & aperte sonat verba illa con-  
 cilij Trid. sess. 6. c. 7. Iustitiā in nobis recipiētes  
 vnu

*Cōtrentio-  
nis actus,  
& quibus  
alios su-  
pernatu-  
ralis, non  
soli auxi-  
lio gratia  
cooperans  
respon-  
det quo ad  
intentionem.*





reus ad actum qui  
bis suffi-  
firmatur,  
pendet à  
cooperatio-  
ne liberi  
arbitrii.  
\* Gratia  
præueniens  
est coope-  
rans una  
et eadem  
diversi-  
modè spe-  
data.

poenitendi, pender à cooperatione & influxu li-  
beri nostri arbitrii in eisdem actus per intelle-  
ctū & voluntatem; eod quod similitur gratia præ-  
ueniens causa sufficiens non sit eorundè actui si-  
ne nostri arbitrii in eos cooperatione ac influxu.  
\* Ex dictis intelligitur facillè, vnam & eandem  
numero gratiam, quatenus excitat, allicit & in-  
uitat arbitrium nostrum ad actus credendi, spe-  
randi, diligendi, aut poenitendi, appellari præue-  
nientem ac excitantem gratiam, eaque conside-  
ratione præuenire arbitriū nostrum ad eiusmodi  
actus: quatenus verò consentiente iam nostro  
arbitrio, & cooperante actus ad quos illa inuitat,  
& allicit, ipsa quoque nostro influxu & actione  
cooperari eisdem actus, appellari adiuuantem ac  
cooperantem gratiam. Id quod non obsecrè si-  
gnificat: concilium Tridentinum sess. 6. cap. 5.  
verbis illis disputatione præcedente relatis, quæ  
libet paulò attentius expendere. Illa sic habent:  
Declarat sancta synodus iustificationis exor-  
dium in adultis à Deo per Christum præueniente  
gratia sumèdum esse, hoc est ab eius vocatione,  
qua nullis eorum existentibus meritis, vocan-  
tur, vt, qui per peccata à Deo auersi erant, per  
eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad  
conuertendum se ad suam ipsorum iustificatio-  
nem, eidem gratiæ liberè assentiendo & coope-  
rando disponantur: vt ita, tangente Deo cor ho-  
minis per Spiritus sancti illuminationem, neque  
homo ipse nihil omnino agat, inspirationem il-  
lam recipiens, quippe qui illam & abicere po-  
test, neque tamen sine gratia Dei mouere se ad  
iustitiam coram illo libera sua voluntate pos-  
sit. Ecce, gratiam, à qua dixit sumendum ius-  
tificationis exordium, & quam appellauit præ-  
uenientem, vocantè, & excitantem, dixit esse ad-  
iuuantem adultum ad conuertendū se ad suam  
iustificationem, eidem gratiæ liberè assentiendo  
& cooperando. Quo loco obsecrè, eidem gra-  
tiæ dixisse, & non alteri numero, illique eidem  
assentiendo & cooperando. Cum autem coope-  
rans cum cooperante secum sit cooperans, ma-  
nifestè docuit, sicut arbitrium ipsum cooperatur  
cū gratia quādo se disponit ac mouet ad iustitiam:  
ita etiam gratiam ipsam cum arbitrio ipso coope-  
rari eisdem actus, quibus ad iustitiam dispo-  
nitur ac mouetur, qui sanè non alij sunt, quam  
actus credendi, sperandi, diligendi, ac poenitendi  
vt ad salutem oportet, læ apertissimè significat  
illa alia verba canonis 4. Si quis dixerit hoerum

hominis arbitriū à Deo motum & excitatū nihil  
cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vo-  
canti, quo ad obtinendā iustificationis gratiam  
se disponat, ac præparet, neque possit dissentire, si  
velis, anathema sit. Ecce definitur, liberum arbi-  
trium à Deo motum, & excitatum (vtique per  
gratiam præuenientem, & excitantem) coope-  
rari cum Deo excitante, atque vocante, & atque  
ad eod Deum ipsum per eandem gratiam cum li-  
bero arbitrio consentiente cooperari dispositio-  
nem, qua ad iustificationis gratiam se disponit  
ac præparat: posseque idem arbitrium dissentire,  
& non cooperari cum Deo, si velit.

Illud ad pleniorè tertij nostri asserti intelli-  
gentiam addèdum est. Deum, qui suauiter om-  
nia disponit, quod potest facere per causas secu-  
das, non solere efficere per seipsum solū, etiam  
quando effectus supernaturales sunt. Hac ratio-  
ne licet (iuxta probabiliorè sententiam, quam  
quæst. 12. huius primæ partis ostendimus) pos-  
sit per seipsum immediatè efficere cum intelle-  
ctū beati visionem beatificam abique interuen-  
tu luminis gloriæ, lumen tamen gloriæ per mo-  
dum habitus infundit, quo perpetuò efficiatur.  
Hac etiam ratione iis, qui iustificantur, infundit  
supernaturales habitus virtutū Theologicarum,  
quibus per suum arbitrium, & eo ipso quod filij  
adoptiui Dei facti sunt, operari possunt super-  
naturales actus eorundem virtutum, promereri-  
que augmentum gratiæ, & gloriæ, vt sic habi-  
tus gratiæ & caritatis, cooperante ipsorum ar-  
bitrio, fiat in eis fons aquæ salientis in vitam  
æternam. Eodem modo, cum ad iustificatio-  
nem adulti cooperationem illius per suum li-  
berum arbitrium exigat, idque postulet status  
viæ, licet solus efficere possit iustificationem,  
necessitatemque ad actus supernaturales ad eam  
de lege ordinaria requisitos inferre voluntati, so-  
lam spontanei rationem eidem relinquedo; non  
tam en id ita efficit, sed supernaturaliter excitat  
suauiter, allicit, mouet, ac vocat liberum arbi-  
trium auxilio gratiæ præuenientis: tum verò ab  
arbitrio eo pacto excitato & moto exigat con-  
sentium, seu cooperationem ad actus ad quos  
gratia præueniens allicit, & vocat: per idemque  
gratia præuenientis auxilium tanquam per in-  
strumentum præstè est Deus cooperari cum eo-  
dem arbitrio eisdem actus, si & arbitrium ip-  
sum liberè cooperari velit, vt ea ratione meri-  
tum vitæ æternæ ac laudem, prout vitæ status  
effla-

*Effectus  
superna-  
turales,  
quos Deus  
facere po-  
test per  
causas se-  
cundas,  
non con-  
suevit ef-  
ficere per  
seipsum  
solum.*

efflagitat, illi relinquatur iuamenq; ad actus super-  
naturales credendi, sperandi, diligendi ac poeniten-  
di, quibus ad iustificationem disponimur, suo mo-  
do respondeat inuamini ad actus quos post ha-  
bitus virtutū Theologicarū cōparatos elicimus,  
seruata in eis omnibus arbitrii nostri libertate.

*Consen-  
sus nos-  
ter gratia præ-  
uenienti,  
est coope-  
rans una  
illa actus  
ad quos  
illa voca-  
mur.*


Quarto asserueramus, consensum arbitrii no-  
stri Deo excitanti, allicenti, ac vocanti per au-  
xilium gratiæ præuenientis, non esse aliud, quam  
liberum nostri arbitrii influxum & coope-  
rationem cum eodem gratiæ auxilio ad superna-  
turales actus credendi, sperandi, diligendi, ac  
poenitendi, ad quos inuitamur, & qui dispositio-  
nes sunt ad iustificationem. Id sanè satis dilige-  
ntiè sonant duæ definitiones concilij Tridentini  
paulò antè propositæ. Ratione verò huius con-  
sensus, quo cum gratia præueniente cooperamur,  
quique in nostra situs est potestate, ait cōcilium  
Tridentinum cap. 5. citato Zachariæ, 1. dictum  
esse, Conuertimini ad me, & conuertat ad vos,  
nosque libertatis nostræ ad conuersionem no-  
stram eo testimonio admoneri, quia videlicet,  
consentire illo modo, quod in nostra positum  
est libertate, est nos ipsos ad Deum conuertere:  
ratione autem gratiæ præuenientis ad id nobis  
necessariæ, subiungit concilium, nos Ioelis 2. re-  
spondere, Conuertet nos Domine ad te, & con-  
uertemur: ea nanque responsione ait concilium  
nos confiteri, vt conuertamur, Dei gratia præ-  
ueniri nos, eaque ad id præuentione indigere.

Postumus confirmare consensum nostri ar-  
bitrii Deo excitanti, allicenti, ac vocanti per au-  
xilium gratiæ præuenientis, nō esse aliud, quam  
influxum liberum & cooperationem arbitrii no-  
stri cum eodem auxilio gratiæ in predictos  
actus: tū quia oppositæ sententiæ auctores non  
indicabunt quid aliud sit: tum etiam quia qui-  
uis in se ipso experitur, dum pondus & malitiā  
suorum peccatorum, Deique bonitatem mehte  
peruoluit, aut hæc ipso concione audit ex-  
plicari, vel pij alicuius libri lectione tacitus se-  
cum expendit, subitoque interioris lux circa eadè  
in intellectu affulget, affectusque displicentiæ  
peccatorum & dilectionis Dei cum teneritudine  
ac dulcedine quadam interdum coniunctus ob-  
oritur, quibus ad contritionem allicitur, & in-  
uitatur, experitur inquam quiuis nostrum nihil  
aliud esse affectui huic præuenientis gratiæ con-  
sentire, quam opere eum liberè sequi, influendo  
& cooperando cum illo dolorem de peccatis pro

pter Deum quem eo ipso diligere incipit, ad que  
actum affectus ille, luxque illa incitarunt. Por-  
rò eiusmodi consensus liberi arbitrii cum non  
aliud sit, quam liber influxus & cooperatio ar-  
bitrii nostri in actum contritionis, tanquam  
partis minimæ præcipuæ totius causæ integræ  
illius actus, atque adeo facti cooperatione Deo  
simul ac præcipuè in eundem actum per auxi-  
lium gratiæ præuenientis, quæ iam tunc ratio-  
nem etiam subit gratiæ cooperantis, & adiu-  
uantis arbitrium ad eundem actum, sanè talis  
cōsensus ac influxus arbitrii neque re, neque ra-  
tione formali distinguitur ab actu contritionis:  
quin neque sunt ibi duæ actiones, sed vna nu-  
mero tantum supernaturalis actio tam re, quam  
ratione formali, quæ spectata præcisè vt ab arbi-  
trio nostro, tanquam à minus præcipua parte in-  
tegræ ipsius causæ, emanat, dicitur consensus  
& influxus liberi arbitrii nostri in illam; quate-  
nus verò emanat à Deo per auxilium gratiæ  
præuenientis, tãquam à præcipua parte integræ  
causæ à qua habet vt supernaturalis sit & qualis  
ad salutè est necessaria, dicitur influxus, & actio  
Dei per gratiam coadiuantem. Quo fit, vt  
consensus liberi arbitrii Deo excitanti ac vocanti  
per gratiam præuenientem, nihil in re sit quod non  
sit supernaturale, & quod nō simul à Deo ema-  
net, non solum tanquam ab alliciente, excitante,  
& inuitante ad id arbitrium nostrum, sed etiam  
tanquam à cooperante per auxiliū gratiæ; atque  
adeo fit vt nihil omnino habeat adultus ex iis,  
quæ ad iustificationem sunt necessaria, & qui-  
bus à non iustificato discernatur, de quo gloriosi  
possit, ac si id à Deo non acceperit; tamen si ad  
multa ex iis, quæ ad iustificationem sunt neces-  
saria, liberè cooperetur ac influat, ita vt in ipsius  
potestate sit non cooperari, & non insuere, at-  
que adeo impedire ne in rerum natura existant.

Nostra itaque sententia anathema ceteri de-  
bet, qui affirmaverit consensum arbitrii nostri  
Deo excitanti & vocanti per auxilium gratiæ  
præuenientis esse actum naturalem, aut posse  
elici sine auxilio & cooperatione eiusdem præ-  
uenientis gratiæ: sed iterum esse etiā anathema,  
qui dixerit eandè consensum non esse in libera  
arbitrii nostri, ad modum explicatum, potestare,  
cooperationemque liberam arbitrii nostri non  
esse necessariam ad supernaturales actus quibus  
ad gratiam disponimur, & quibus ab iis discer-  
nimur, qui non iustificatur. Verum hæc de re in  
X 3 ma-

*Consens-  
sus arbi-  
trij nostri  
gratia præ-  
uenienti  
actus su-  
pernatu-  
ralis.*



*Auxilij  
sufficiens  
in ineffi-  
caciem &  
efficaciam  
distinguit.*

materia de predestinatione redidit sermo. Antequam quintum asseritum subiiciamus sciendum est, nos non negare communem illam distinctionem auxilij sufficientis, in efficacem & inefficacem: ita tamen vt efficacem libertatem arbitrij, ac proinde meritum & laudem ab eo non tollat, sed in potestate ipsius sit, nihil tali auxilio impediens, non conuerti, atque adeo casum inefficaxque illud reddere: & ita vt sufficiens inefficax auxilium, verè in se ipso sufficiens sit, per arbitriumque ipsum stet, quòd illo non conuertatur, atque adeo quòd efficac non sit; vt eo pacto & ratio auxilij sufficientis integra in eo auxilio maneat, & arbitrij libertas, vt conuertatur, perseueret in iis, qui, cum præstò sit Deus illis, quantum satis est vt conuertantur, opitulari, quia & multis eorum longè maioribus auxiliis prouiderit, quam alijs qui conuertuntur, per ipsos tamen stat quòd non conuertantur. Quò sit, vt diuisio sufficientis auxilij in efficacem & inefficacem, nostra sententia, ab effectu, qui simul ab arbitrij libertate pendet, sumatur, illudque auxilium sufficiens, siue maius siue minus in se sit, efficac dicatur, cum quo arbitrii pro sua libertate conuertitur, cum tamen, nihil eo auxilio impediens, potuerit non conuerti: illud verò inefficax dicatur, cum quo arbitrium pro eadem sua libertate non conuertitur, cum tamen potuerit conuerti; alioquin tale auxilium sufficiens non esset ad conuersionem.

*Auxilium  
sufficiens  
efficax  
aut ineffi-  
cax esse,  
ab arbitrii  
viro eius,  
cui præstata  
vult, per-  
dat.*

Hinc quinto loco asserimus, auxilia preuenientis atque adiuantis gratiæ, quæ lege ordinaria viatoribus conferuntur, quòd efficacia aut inefficacia ad conuersionem seu iustificationem sunt, pendere à libero consensu & cooperatione arbitrij nostri cum illis atque adeo in libera potestate nostra esse, vel illa efficacia reddere consentiendo & cooperando cum illis ad actus quibus ad iustificationem disponitur, vel inefficacia illa reddere, continendo consensum & cooperationem nostram, aut etiam eliciendo contrarium dissentium. Hoc sane est, quòd disertissimi verbis definit concilium Tridentinum duabus definitionibus relatis. Hoc ipsum est, quòd postulat ratio viæ, & sine quo libertas arbitrij nostri ad iustificationem in pñcto, quo ad Deum à peccatis conuertitur, non potest salua consistere. Hoc etiam sonat doctrina, quam contrariè sententiæ auctores nobiscum docere solent, nunquam Deum viatori denegare auxilium sufficiens

quo conuertatur, & per peccatores, qui non conuertuntur, stare quominus conuertantur & iustificentur; eo quòd suo arbitrio efficere nolunt id totum, quòd possunt. Hoc ipsum itè est, vnde laudi, ac vitæ æternæ merito tribuitur peccatori quòd conuertatur ac iustificetur, & vitio ac vituperio iis qui in suorum peccatorum sordibus perseuerant, nec, vt possunt, conuertuntur. Hoc ipsum præterea est, vnde iure optimo de peccatoribus conqueritur Deus, quòd vocauerit, & reuertint: atque vnde iustum iudicium Dei pendet, quo malos ob sua demerita, & quòd respicere noluerint, puniet ac ignominia afficiet; bonos verò ob facta his contraria honore ac premio cumulabit. Si non est Dei gratia, ait Augustinus epist. 146. ad Valentinum, quomodo Christus saluat mundum? & si non est liberum arbitrium, quomodo iudicat mundum? Hoc ipsum denique est, quòd vel ipsa experientia in vnoquoque nostrum testatur quòd ad Deum conuertimur. Quis enim in se ipso experitur, dū de peccatis propter Deum dolet, in sua potestate. Sc continere cum actum quo dolet, non solum diuertendo ad alia, sed etiam dissentiendo, complacendoque tunc in iis ipsis peccatis de quibus dolet: eaque ratione inter iusti laudes computatur, quòd potuerit transgredi, & non sit transgressus; facere mala, & non fecerit: id quòd non video cur excipiendum sit in pñcto ipso, momentòque iustificationis.

Illud obserua, quanuis sine auxilio excitatis, præuenientis, ac cooperantis gratiæ, nullo modo conuerti possit peccator; quoniam sine illo elicere non potest actus credendi, sperandi, diligendi, ac penitendi quales ad salutem sunt necessarii, nihilominus quatenus nostra conuersio simul pendet à libero consensu nostri arbitrij ac cooperatione ad eisdem actus, vtrique id omne quòd allicit, inuitat, adiunatque arbitrium nostrum vt facilius consensum præbeat, ac cooperatur conuersionem, computatur inter auxilia, quæ ad conuersionem præstantur. Eiusmodi sunt egregij concionatores, qui doctrina & exemplo conuersionem nostram adiuent, & sunt pleraque alia, inter quæ ad conuertendum ad fidem, præcipuum locum tenent miracula, quippe quæ attestantur, Dei esse reuelationes quæ ad fidem pertinēt, atque adeo mirum in modum suadent præbendum illis esse assensum: quia ratio ne in longè maiori culpa sunt qui visis miraculis

*Præter auxilia gratia, alia adiuantia ad conuersionem.*

*Miracula esse multum adiuantia conuersione ad fidem.*

*In quo alij dissentiant.*

lis non conuertuntur, quæ alij qui miracula non viderunt. Hac de causa, cum Deus semper sit ad ostium peccatoris præstò, vt sufficienti præuenientis gratiæ auxilio eum adiuuet, & saepe cor illius pulset, per peccatoremque ipsum stet quòd non conuertatur, Christus Dominus Matth. 11. merito exprobrare cepit ciuitatibus, in quibus factè sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent penitentiam, dicens: Vt tibi Corozain, vt tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factè sunt in vobis, olim in cilicio & cinere penitentia egisset. Verùm tamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quàm vobis, &c. Propter vim hæc quæ est in miraculis vt eis visis plurimi ad fidem conuertantur. Actorum 4. Apostoli & ceteri fideles orauerunt Deum dicentes: Domine da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quòd manum tuam extendas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri per nomen sancti filij tui I E S V. Et cū orassent, motus est locus in quo erant congregati. Eandem vim primæ ad Corinth. 14. tribuit Paulus dono prophetiæ dicens: Si conueniente vniuersa Ecclesia in vnum, omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiora, cōiucitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta enim cordis eius manifesta sunt; & ita cadens in facie adorabit Deum, pronuntians, quòd verè Deus in vobis sit. Ecce tibi nostram hac tota de re sententiam paulò accuratius explicatã paucis sub aspectum subiicimus: nunc in quo alij à nobis dissentiant, accipe. Afirmant, ad iustificationem adulti duplex gratiæ auxilium esse necessarium, vnum præuenientis atque excitantis, quòd dicunt reddi posse casum arbitrio nostro non adhibente consensum: atque de hoc tantum censent intelligendas esse definitiones concilij Tridentini supra relatas: aliud verò gratiæ coadiuuantis, quòd dicunt ex se esse auxilium efficac, non verò ex libera determinatione & cooperatione voluntatis cum illo, ac proinde nulla ratione posse casum reddi, sed ita mouere & determinare voluntatem ad credendum, sperandum, diligendum, & penitendum, vt eo præsentè in facultate voluntatis non sit eos actus non elicere: solique quantitati euiusque auxilij dicunt respondere intentionem ac feruorem in credendo, sperando, diligendo, ac penitendo. Addunt, sine tali auxilio ex se efficaci, quòd voluntatem præueniat, ac moueat, non minem, quantumuis illo alio præ-

uenientis ac excitantis gratiæ auxilio moueat, posse elicere actus ad iustificationem necessarios.

Hac sola ratione dicunt verum esse illud Pauli primæ ad Corinth. 4. Quis te discernit? quid habes, quòd non accepisti? Si nanque, inquit, dato auxilio cum quo quis se ipsa iustificatur, à consensu & determinatione libera voluntatis pendet, quòd tale auxilium efficac sit, & quòd ille conuertatur, aut non conuertatur, & non è contrario, quia auxiliū efficac in se est, ita ab eo determinatur voluntas, vt sine eo determinari non possit, eo autè præsentè non possit non determinari; sanè iam dabitur in iustificatione aliquid ex parte arbitrij nostri quòs, qui iustificatur, ab eo, qui non iustificatur, discernatur, nempe liber ille consensus & cooperatio arbitrij nostri. Si item datis æqualibus auxilijs ex parte Dei, fieri potest vt vnus pro sola sua libertate & consensu conuertatur, alter verò non item, iam certè solus liber ille arbitrij nostri consensus eos discernit, cum cætera sint paria; quòd tamen cum doctrina Pauli pugnat.

Eadem sola ratione affirmat verum esse, non dari causam predestinationis & reprobationis aduulorum, sed fuisse sola libera voluntate Dei. Quibus namque pro sola sua libera voluntate præbere statuit eiusmodi auxilium efficac, quo mediante vltimò conuerterentur, predestinati sunt, eo quòd eo præsentè non possint non conuerti: quibus verò pro eadem sua libera voluntate statuit non cōferre eiusmodi auxilium efficac sine quo non poterat conuerti, sed solum alia inefficacia ad conuersionem, illos non predestinauit, manseruntque proinde in reprobatorum numero.

Multa sanè sunt, quæ aduersus hanc sententiam non modicam efficiunt difficultatem. In primis satis diuicidè, nisi fallor, ostensum est, concilium Tridentinum definitiuè, auxilia omnia gratiæ, quæ ad actus credendi, sperandi, diligendi ac penitendi, quibus ad iustificationem disponitur, adultis viatoribus conferuntur, pendere vt efficacia sint, cassaque non reddantur, à libero ipsorum consensu & cooperatione cum illis, atque adeo non solum spontaneam, sed & liberam esse ipsorum ad Deum conuersionem, ita vt pro sua libertate possint non conuerti, in eo ipso temporis momento in quo credendo, sperando, ac dolendo de peccatis ad Deum conuertuntur: simulque perspicue ostensum est,

*Primum aduersa pariter argumentum. Prima probatio.*

*Secunda probatio.*

*Secundum argumentum.*

*Impugnatur.*

est gratiam cooperantem vnam & eandem numero esse cum praeueniente ac excitante, fori- tique rationem cooperantis, quatenus consen- tiente iam libero nostro arbitrio gratia prae- uenienti & cooperante per liberum consensum ad actus quibus conuertimur atque ad iustificatio- nem disponimur, ipsa quoque gratia coo- peratur, ac influit in eodem actu. Quare non video qua ratione salua fide Catholica ea sententia possit defendi. Aesane cum concilium Tridentinum illis definitionibus damnare iudicauerit pestife- rum inceptumque Lutheri & eiusdem sequacium errorem, quo assererent arbitrium nostrum rem esse de solo titulo, aut potius titulum sine re, ex- planareque intrinsece fidelibus libertatem, ex scripturis satis perspicuam, vt disp. 23. ostensum est, quam ad nostram iustificationem habemus; curtae admodum, insufficientesque omnino ad id efficiendi illarum definitiones, si, vt aduersa sen- tentiae auctores volunt, in eis solum esset sermo de auxilio praeueniente, atque insufficiente ad iusti- ficationem, praeter illudque necessarium esset aliud, sine quo esse non posset conuersio, & quo, ex solo Dei beneplacito, praesente, in potestate nostri arbitrii non esset non conuerti: tunc enim libertas ad nostram iustificationem maneret ad- huc res de solo titulo, aut potius titulus sine re; cum ab arbitrio nostro non penderet quod con- uerteremur, aut non conuerteremur, sed a solo auxilio Dei efficaci. Adde, concilium Tridenti- num, cum can. 1. aduersus Pelagianos definiuit, nos non posse credere, sperare, diligere, aut po- nitere vt ad salutem oportet absque praeueniente Spiritus sancti inspiratione & adiutorio, pro- prius canone 4. aduersus Lutheranos definite lib- ertatem, quam ad illos eodem actu eliciendos habemus, non obstante quod a Spiritus sancti illuminatione & adiutorio praedicto modo pen- deant. Quare de libertate ad illos actus, & non ad aliquid praeuium, ad eosque eliciendos insuf- ficiens, est eo in loco sermo.

Deinde aduersus eandem sententiam facit dif- ficultatem, quod eiusdem sententiae defensores explicare nequeant quid aliud sit liber ille con- sensus arbitrii nostri quo consentimus Deo prae- uenienti, excitanti, ac vocanti nos per suam gra- tiam ad nostram conuersionem, atque adeo ad actus credendi, sperandi, diligendi, ac premendi, quam cooperatio & influxus liberi arbitrii no- stri in eodem actu. Ad haec, vel consensus illi-

ber, quem consistunt, est actus merè naturalis, vel supernaturalis: non dicent esse merè natura- lem, quandoquidem sit excitante & alliciente ad illum gratia praeueniente: ergo erit superna- turalis. Quare cum non sit supernaturalis aliunde quam ex influxu ad illum gratia praeuenientis; consequens est, vt praeueniens gratia compara- tione illius rationem habeat gratiae cooperantis, atque adeo vt vnum & idem sit auxilium gra- tiae praeuenientis, & cooperantis, diuersorum comparatione spectatum.

Item postquam Deus nos praeuenit, & ex- citauit auxilio gratiae praeuenientis, vel quod conferat nobis auxilium efficax, pendet ex libe- ro illo nostro consensu gratiae praeuenienti, ita quod si consenserimus, praestabitur; si vero non consenserimus, non praestabitur: vel nihil ab illo pendet. Si pedit, recurrit argumenta quae hi ipsi auctores aduersus nos efficiunt, nempe aliquid dari ex parte arbitrii nostri, quo ij, qui iustifican- tur, discernantur ab iis qui non iustificantur, ille scilicet consensus liber & supernaturalis, à quo auxilium efficax, & iustificatio pendet. Praeterea, quod eo dato, praedestinatio & reprobatio non fuerint pro libera tantum voluntate Dei praedestinantis, sed pro ratione illius vsus, seu con- sensus liberi arbitrii praeuisti, à quo pendet, quod conferatur aut non conferatur auxilium effi- cax, ac proinde quod adultus iustificetur aut non iustificetur. Si vero, quod est efficax auxilium con- feratur, aut non conferatur, non pendet ex illo consensu, sed aequè auxilium efficax conferetur aut non conferetur, siue adultus gratiae prae- uenienti consentiat, siue non consentiat; sanè perit communis illa doctrina qua doctores asseruerat, facienti, quod in se est, Deum non denegare gra- tiam, & auxilia ad iustificationem & salutem sufficientia; atque omnino libertas nostra ad iustificationem è medio tolli videtur.

Tertio facit difficultatē, quod homo in quo- cunque temporis momento potest iustificari, neque est necessē vt gratia praeueniens ac exci- tans tempore, sed sufficit si natura assistat ad no- stram iustificationem: si ergo adultus in instanti iustificetur, dicendum erit iustificari sine praeuio libero consensu quo ita gratia praeuenienti ac ex- citanti liberè consentiat, vt in potestate ipsius sit tunc non consentire, atque adeo in tali iustifica- tione locum non habere definitiones illas con- cilij Tridentini; quod nequaquam est tutū in fide.

Consecutio

Consecutio probatur, quoniam si is iustificatur in eo instanti, utique in eo habet auxilium illud efficax, quo praesente, in facultate arbitrii non est non elicere vltimam dispositionem ad gratiam, atque adeo nec dissentire gratiae praeuenienti & excitanti: implicat enim contradictionem, quod quis in eodem temporis momento dissentiat Deo excitanti & vocanti per gratia praeuenien- tem, & simul eliciat dispositionem vltimam ad gratiam gratum facientem. Saltem argumentum probat auxilium illud efficax pendere, vt sit aut non sit, à praeuio illo consensu quo quis ita gra- tiae excitanti consentiat, vt possit non consentire, atque adeo aliquid esse à nostro arbitrio à quo ita iustificatio pendet, vt in nostra potestate sit efficere, vt illa non sit in rerum natura, nec de- tur auxilium efficax.

Quarto difficultatem facit, quoniam vel huiusmodi efficax auxilium gratiae cooperantis est influxus Dei immediatus cum nostra volun- tate ad actū conterendi de peccatis, vltimamue dispositionē ad gratiam, vel est influxus praeuius in voluntatem, quo à Deo mota ac praeuenta in potestate ipsius non est non conteri, ac dispo- ni omnino ad gratiam. Primum non sonat ipso- rum verba, quoniam dicunt praeueniri & moueri voluntatem eo auxilio. Praeterea influxus imme- diatus, non in voluntatem quatenus futura est principium actus, sed vna cum voluntate in actum, non videtur qua ratione necessitatem in- ferat voluntati, vt cooperetur suo influxu alio- qui libero. Si verò dent secundum, utique auxi- lium illud simul habet rationem gratiae prae- uenientis, quatenus mouet, & inclinat, imò quate- nus iuxta eos necessitatem imponit voluntati vt influat in actum conuersionis, atque etiam gratiae cooperantis cum voluntate vterius ad eundem actum: neque enim affirmare possunt, con- tritionem, dispositionemue vltimā ad gratia, à sola voluntate elici immediate, quasi diuinū auxilium non influat etiam immediate cū illa: cum ergo vnam & eandem confiteatur esse gratiam prae- uenientem & cooperantem cum voluntate dis- positionem vltimam ad gratia, cur non potius stant definitioni concilij Tridentini, asserentq; influxū illum voluntatis nostrae in conuersionem esse consensum quo gratia, à qua mouetur, con- sentit, scilicet utique illum ita esse liberum, vt in fa- cultate voluntatis sit non elicere illum, vt con- cilij definit, statasq; nos ter vix ac meriti nostrū

efflagitant, ac proinde confiteatur à libero nostro influxu & cooperatione cum illo pendere quod auxilium illud efficax sit, aut non sit?

Illud etiam attendant, cum tam eiusmodi auxilium quam voluntas causa quaedam secundae sint, principiumque efficiens actum conuersionis, simul requiri concursum Dei generalē quo cum ipsis immediate Deus influat in conuersionis actū; alioquin nulla sequeretur actio: quippe cum causa omnia secunda pendeat in agendo ab im- mediato Dei in actionem & effectum influxu.

Quinto difficultatem facit, quod iuxta hanc sententiam licet salua maneat ratio spontaneae, perit tamen libertas aduolutorum, vt conuertantur, aut non conuertantur, in eo ipso instanti in quo conuertuntur, ac iustificantur: quod sanè cum fide Catholica pugnat. Consecutio probatur, quoniam iuxta hanc sententiam, ad arbitrio nostro non pendet quod conferatur, aut non confere- tur auxilium efficax; eo autem ex solo Dei beneplacito praesente non est in potestate nostra non conuerti: quare perit tunc facultas arbitrii vt conuertamur.

Neque satisfacit responsio qua dicunt, eius- modi aduultum in sensu composito non posse non conuerti in illo instanti; posse tamē in sensu diuiso, idque satis esse ad rationē libertatis. Haec, sponso 18 scilicet, inquam, responsio non satisfacit quoniam in re proposita non video quid aliud sit compositus & diuissus sensus, quam praesente auxilio efficaci, non posse non conuerti, sine facultate tunc in arbitrio sic disposito vt non conuertatur; & ab- sente eo auxilio, posse non conuerti, imò non posse conuerti sine facultate in arbitrio tunc vt conuertatur: hoc autem non est libertas in ar- bitrio ipso vt conuertatur aut non conuertatur; sed est libertas in Deo vt libera collatione auxilij efficacis illud conuertatur, aut vt, continendo idem auxilium, illud non conuertatur: non secus ac la- pidem vi mea posse moueri in dexterā partem, & non moueri, si vim non adhibeam, non est li- bertas in lapide vt moueatur aut non moueatur, sed est libertas in me vt illum moueam aut non moueam.

Quod de sensu composito ac diuiso dici ali- quando mento conuenit, locum habet, quam- uo in arbitrio ipso verè adest facultas ad conuersionem, nihil omnino impediens re qua praesens est & cohaerere non potest cum tali conuersione: at si conuersionem, vt per arbitriū potest, esset futurum, nunquam

*Autorum partis ad uersa res sponso 18 scilicet.*



namquam res illa præexistisset. Verbi gratia: Præexistente scientia in Deo, quod Petrus in tali temporis puncto Christum sit negaturus: non potest Petrus in sensu composito Christum non negare; quia hæc duo coherere non possunt, quod Deus præficeret Petrum pro sua libertate negaturum Christum, & quod Petrus Christum non negaret: tamen quia, etiam præexistente eadem scientia, tam integrum Petro est Christum non negare, ac si illa non præexistisset; quod non ideo negaturus sit Christum, quia Deus id præficeret, sed iocundo Deus id altitudine sui intellectus præuenit, quia ita erat futurum, præficeretur contrarium, si quemadmodum pro eadem libertate esse potest, ita re ipsa esset futurum; inde est, quod posse Petrum in sensu diuino non negare Christum, satis sit ad verissimam Petri libertatem quando adest talis præscientia. In re autem proposita, ex sententia autorum partis oppositæ, quando adest auxilium efficax, omnino non potest adultus non conuerti; quando verò illud non adest, omnino non potest conuerti, adeo ut quidam eorum affirmant, Tyrios & Sidonios, de quibus Matth. 23. est sermo, etiam si apud illos factæ fuissent virtutes & signa, quæ Corozai & Bethsaida sunt facta, non fuisset conuertendos. Ratio verò eorum est, quoniam re ipsa non habuerunt auxilium gratiæ cooperantis efficax, aliòquin sine eiusmodi signis & virtutibus fuissent conuersi: signa autem & virtutes sine efficaci gratiæ auxilio nequaquam ad conuersionem sufficiunt. Atque ut hæc suam tueantur sententiam, recurrunt ad violentas quasdam ac peregrinas illius loci expositiones, in quo Chilibus tam perspicue contrarium docet. Nos verò, ut effugium hoc euerteremus, diximus supra, auxilium quo Deus (qui semper est ad ostium peccatoris, & sæpe pulsar) paratus est cuius; opitulatus, esse satis ad conuersionem cuiusque; & idcirco tam per Tyrios & Sidonios, quam per habitatores Corozain & Bethsaidæ fuisse quominus conuenterent, omnesque proinde in culpa fuisse. Quia tamè signa & virtutes multum adiuuant arbitrium nostrum ut cooperetur, ac prebeat consensum gratiæ qua Deus prestò est illi opitulati, & reuera Tyrij & Sidonij consensum præbuisse, si virtutes, quæ Corozain & Bethsaidæ sunt factæ, illis fuissent exhibitæ, ut Christus apertissimè eo loco docet, idcirco in longe maiori culpa fuerunt habitatores Corozain &

Bethsaidæ pro sola sui arbitrii libertate, quæ fuerint Tyrij & Sidonij, ut idem Euangelij locus aperte confirmat.

Ad primum verò eorum, quibus memorati autores ducuntur ut auxilium esse efficax constituant, negandum est id colligi ex illo Pauli testimonio, ut sæpe ostensum est. Ad primam verò probationem, neganda est conclusio, si intelligatur de consensu qui ita fit à libero nostro arbitrio, ut non simul ac præcipue sit à Deo, non solum ad id alliciente, & vocante, & incitante per auxilium gratiæ præuenientis, sed etiam cooperante per idem auxilium gratiæ, ut explicatum est. Quare Deus est qui præcipue iustificatū discernit a non iustificato, sed cooperante ipsius adulti, qui iustificatur, arbitrio, ut est de fide; ac proinde nihil habet iustificatus, quo à non iustificato discernatur, quod à Deo non accepit, atque adeo de quo gloriari possit quasi id non accepit: id tamen non tollit, illud ipsum pendere simul à libera cooperatione, & influxu arbitrii talis iustificati, sine quo illud ipsum non esset.

Ad secundam verò probationem, dicendum est, quædo dicimus, datis duobus æqualibus auxiliis ex parte Dei, fieri posse ut vnus pro sua libertate conuertatur, & alter non, solum esse nobis sermonem de auxiliis gratiæ præuenientis & excitantis, qua gratiæ præuenientis & excitantis auxilia sunt: quia tamen auxilia gratiæ cooperantis distincta non sunt, quoad principij efficiens cooperationem, ab auxiliis gratiæ præuenientis & excitantis, sed vnum & idem omnino cum illis ut ostensum est; quod verò cooperentur cum nostro arbitrio, tum dispositionem ad gratiam, hoc est, contritionem, & actus credendi & sperandi, tum etiam concomitanter consensum gratiæ præuenienti, influxumque nostri liberi arbitrii ad eodem actus, pendens est à cooperatione ipsa arbitrii nostri cum eadem gratiæ præueniente: indeque est, quod non solus consensus liberi arbitrii eius qui iustificatur, hoc est, contritio ut à libero ipsius arbitrio emanat, eum discernat à non iustificato, sed etiam influxus ille gratiæ præuenientis à quo sortitur ratione gratiæ cooperantis, hoc est, contritio ipsa ut partialitate causæ emanat efficiet à gratia præueniente. Quare, si in summo rigore sit loquendum, quando in duobus adultis dantur æqualia auxilia gratiæ præuenientis, neque absolute est affirmandum, cum æqualibus auxiliis vnum illorum con-

*Ad primum  
partis ad-  
uersæ ar-  
gumentum.  
Ad primam  
probationem.*

*Ad secundam  
probationem.*

uerti, & alterum non conuerti, nisi addatur ac dicatur, gratiæ præuenientis: etenim quando vnus illorum pro sua libertate conuertitur, iam auxilium gratiæ præuenientis ipsi collatum habet in eo nouum influxum gratiæ cooperantis cum ipsius arbitrio quæ non habet in alio: neque item affirmandum est, existentibus in duobus adultis æqualibus auxiliis gratiæ præuenientis, vnum eorum pro sola sua libertate conuerti, & alterum non: quoniam licet conuersio illa à libertate pendeat, sicutque ab arbitrio pro sua libertate, non tamen sit pro sola sua libertate, sed cooperante simul auxilio gratiæ præuenientis per influxum à quo sortitur rationem gratiæ cooperantis; quamuis cum hic prestò sit, gratiamque præuenientem dependentem à cooperatione arbitrii comitetur, solum exigatur cooperatio libera arbitrii nostri. Quia tamen molestum esset loqui semper in illo summo rigore, obscuramque reddere orationem adhibendo restrictiones minime ad id, de quo agitur, intelligendum necessarias; quando in sequentibus dicitur, vnum cum æqualibus, aut etiam cum minoribus auxiliis pro sua libertate conuerti aut saluari, quando alius neque conuertitur neque saluatur, intelligendum id est de auxiliis gratiæ præuenientis, & de aliis quæ ad salutem conducunt: non verò de influxu illo gratiæ præuenientis à quo sortitur rationem gratiæ cooperantis iustificationem ac salutem: quando enim hic adest, gratiæque cooperantis rationem sortitur gratiæ cooperantis iustificationem, semper peccator conuertitur & iustificatur; quod tamè influxus ille ad esset, pendens fuit à libera cooperatione arbitrii nostri, ut sæpe dictum est.

Hinc patet merito affirmandum esse, in sensu composito fieri non posse ut adest influxus gratiæ cooperantis, seu (quod idem est) auxilium cooperantis gratiæ, quatenus est cooperans conuersionem, quin peccator per suum arbitrium conuertatur: nihilominus tamen in sensu diuino, atque simpliciter, in eo ipso instanti, in quo peccator conuertitur, esse in facultate arbitrii ipsius non conuerti, atque adeo ita liberè adhibere consensum, influxum, & cooperationem ad credendum, sperandum, & penitendum, ut possit tunc eam cōtinere, & non conuerti, quin & dissentire. Ratio horum est, quoniam licet gratia præueniens, quæ præueniens est, antecedit consensum nostri ar-

bitrii & cooperationem ipsius ad actus credendi, sperandi, & penitendi quibus ad Deum conuertimur; influxus tamen & cooperatio eiusdem gratiæ cum nostro arbitrio ad eodem actus, à quo gratia præueniens rationem sortitur gratiæ cooperantis, non antecedit libertatem nostram consensum & cooperationem ad nostram conuersionem, sed concomitantur & ab ea pendet: non secus atque consensus & influxus habitum virtutum ad nostras operationes pendet à cooperatione ipsarum potentiarum, ut supra fuit explicatum: id quod in causa est, ut habitibus vtamur ad nostras operationes quando pro arbitrio nostro volumus operari. Quare, non vtamur quædo ab operatione pro eodem arbitrio cessare volumus. Quare sicut in sensu composito implicat contradictionem eorum habitus, qui in nostris potentis resident, operationem habere, quin & potentia cooperentur, & nihilominus in sensu diuino, ac simpliciter, potentia, quæ libero arbitrio subsunt, liberè tunc operantur, possuntque non operari; quia non prius est habitus cum illis cooperari, quam ipsæ cum illis liberè cooperentur: ita in re proposita, licet contradictionem inuoluat, esse influxum illum gratiæ præuenientis cum nostro arbitrio à quo gratia illa sortitur rationem gratiæ cooperantis conuersionem nostram, quin arbitrium ipsum eandem cooperetur, ac conuertatur; quia tamen influxus ille gratiæ cooperantis non antecedit consensum, determinationem, & cooperationem arbitrii nostri ad eandem conuersionem, quin potius ab ea pendet ut sit in rerum natura, nullam omnino necessitatem, nisi tantum consequentia, imponit arbitrio nostro, neque ab illo facultatem auferit non cooperandi, si velit, in eo ipso instanti in quo conuersionem ipsam cooperatur. Quò fit ut necessitas illa in sensu composito non proficiatur ex efficacia qua auxilium gratiæ cooperantis moueat ad conuersionem arbitrium nostrum, ita ut instanti, in quo conuertitur, integrum illi non sit non conuerti, aut ita ut existente equali influxu gratiæ cooperantis, non possit vnus pro sua libertate maiori conari, intentioneque actu conuerti quam alius.

Secundum eorum, quibus prædicti autores docentur, nullam aduersum nos vim habere, lib- quidò constabit in materia de prædestinatione.

*Ad secundam  
argu-  
mentum.*

Discrimina duo inter concursum generalem cum libero arbitrio ad actus naturales, & auxilium gratiæ præuenientis ad actus supernaturales, vnâ cum maiori prædictorum expositione.

*Disputatio 41.*



**X** hæcenus dictis intelliguntur facile duo illa discrimina quæ disputat. 19 & 20. constitimus inter concursum Dei generalem cum libero arbitrio ad actus naturales, & auxilium gratiæ præuenientis, ea ex parte quâ gratia præueniens est, ad actus liberi arbitrii supernaturales quibus ad gratiam se disponit. Primum era, quod concursus Dei generalis ad actus naturales nõ est concursus Dei in liberum arbitrium vt causa est illorum actuum, quali prius suscipiat in se eum motum, eoquæ applicetur & potens reddatur ad insuendum in actum, sed est influxus immediatus vnâ cum libero arbitrio in actum: at verò auxilium gratiæ præuenientis, ea ex parte quâ gratia præueniens est, est influxus Dei in liberum arbitrium, quo illud mouet & excitat, potensq; reddit, vt eo pacto motum, & tanquam habens iam in seipso principium efficiens actum supernaturalium, simul insuendo vterius eos producat. Secundum discrimen, quod ex hoc primo oritur, erat. Quod influxus Dei cum libero arbitrio per concursum generalem ad actus naturales, nec tempore nec natura antecedit influxum liberi arbitrii in eisdem actus, sed à se mutuo pendunt, simulque omnino sunt in rerum natura, & in eadem numero actionem & effectum vniuntur, gratia verò præueniens, quâ præueniens gratia est, tempore vel natura antecedere solet influxum liberi arbitrii ad actum supernaturalem, potestq; frustrari, si arbitrium ipsum pro sua innata libertate non velit cum ea dicere actum, per quem ad iustificationem disponatur.

Dixi todes gratiam præuenientem, quâ gratia præueniens est, tempore vel natura antecedere influxum liberi arbitrii: quoniam si sumatur vt potest tempore vel natura sortitur rationem gratiæ cooperantis, videlicet dum, consentiente

iam libero arbitrio influenteque in suum actum, ipsa quoque in eundem actum insuit, cooperanturque simul cum libero arbitrio. tunc influxus ille, per quem sortitur rationem gratiæ cooperantis, neque tempore, neque natura antecedit influxum liberi arbitrii: quin potius perinde hi duo influxus, vnâ cum concursu vniuersali, quo Deus insuit etiam in eundem actum, sunt simul, atque à se mutuo pendunt, vniunturque in eandem supernaturalem actionem ab omnibus iis tribus causis tanquam ab vna integra effectam, ac influxus Dei generalis & influxus causæ secundæ in rerum natura simul ponuntur, ac tolluntur, & à se mutuo pendunt, vniunturque in eandem actionem & effectum naturalem ab vtraque causa productum.

Ruardus Tapper in articulo de libero arbitrio in dubium vertit, an Deus prius saltem natura concurrat cum libero arbitrio ad opera supernaturalia, an omnino simul. Dicitque idem ea de re esse dicendum, quod de concursu Dei cum eodem libero arbitrio ac cæteris causis secundis ad actiones naturales. Atque pro ea parte, quæ asserit concurrere simul, concursumque Dei non esse influxum in causam secundam, sed vnâ cum causa secunda in operationem ac effectum illius, citat Andream à Castro nouo, cuius opera ad manus meas nondum deuenierunt, Gabrielum in secundo, dist. 1. q. 2. & d. 37. & Gregorium in primo, dist. 45. conclusionem 5. Pro contraria verò parte, nempe quod prius natura concurrat, concursusque ille sit influxus immediatus in causam, & mediatus in actionem & effectum causæ, citat ea que ex Scoto & Caetano disputatione 35. retulimus, & tandem non terminatam questionem relinquit, quasi neutra pars sit improbabilis.

Cæterum ex dictis patet, si sit sermo de influxu Dei cum libero arbitrio tã per concursum

*perantia rationes sortitur.*

*Ruardi sententia.*

*Gratia quoad id unde præuenientis rationem sortitur, præuenit influxum liberi arbitrii ad actum supernaturalem; quoad id verò unde accipit rationem cooperantis, non item.*

generalem, quam per influxum illum gratiæ, à quo gratia præueniens sortitur rationem gratiæ cooperantis, Deû perinde concurrere simul cum libero arbitrio ad opera supernaturalia, ac cum eodem & cæteris causis secundis concurrat simul per cõcursum generalem ad opera naturalia. At verò si sit sermo de influxu illo, quo Deus in liberum arbitrium immittit gratiam præuenientem, per quam illud mouet ac inuitat ad actum supernaturalem, talis influxus & motus Dei, qui gratiæ præuenientis, quâ gratia præueniens est, dicitur, natura, & interdum etiam tempore, antecedit concursum liberi arbitrii, idque adeo certum est, vt contrarium sit error in fide, vt ex definitione concilij Tridentini sess. 6. ca. 5. & canone 4 est manifestum. Quia enim influxus ille Dei in fluxum liberi arbitrii in actum supernaturalem antecedit, ideo gratia præueniens atque excitaus liberum arbitrium ad eum actum appellari solet; ab illaque definit concilium sumendum esse exordium iustificationis. Et in concilio Arausicano secundo, canone 14, ita habetur: Nullus miser de quacunque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia præuenitur, sicut dicit Psalmista, Cito anticipet nos misericordia tua Domine; & illud, Deus meus misericordia eius præuenit me. Idem sonant plerique alij canones eiusdem concilij. Vnde Hypognofticon lib. 3. August. aur quicquid alius eius operis auctor, In omni, inquit, opere sancto prior est voluntas Dei, postea liberi arbitrii: id est, operatur Deus, cooperatur homo. Et de bono viduitis cap. 17. Nostrium est velle, sed voluntas etiam ipsa mouetur vt surgat.

Et Gregorius 16. Moralium, cap. 10. aliâ c. 11. in expositione postremorum verborum capit. 21. Job, ait: Suprema pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis, vt subsequente quoque nostro libero arbitrio, bonum, quod iam appetimus, agat nobiscum. Quod tamen per impediunt gratiam in extremo iudicio ita remunerat in nobis, ac si solis præcessisset ex nobis. Quia enim diuina nos bonitas, vt innocentes faciat, præuenit, Paulus ait, Gratia autem Dei sum id quod sum: & quia eandem gratiam nostrum liberum arbitrium sequitur, adiungit, Et gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus

laboraui. Qui dicit, de se, nihil esse conspiceret, ait: Non autem ego. Et tamen quia se esse aliquid cum gratia inuenit, adiungit, Sed gratia Dei mecum. Non enim diceret, mecum, si cum præueniente gratia subsequens liberum arbitrium nõ haberet: vt ergo se sine gratia nihil esse ostenderet, ait, Non ego: vt verò se cum gratia operatum esse per liberum arbitrium demonstraret, adiungit, Sed gratia Dei mecum.

Et lib. 24. cap. 6. aliâ cap. 12. exponens illa verba Job 33. Liberavit animam suâ ne periret in interitum. Quia, inquit, præueniente gratia in operatione bona nostrum liberum arbitrium sequimur, nosmetipsi nos liberare dicimur, qui liberanti nos Domino consentimus. Vnde Paulus cum diceret, Abundantius illis omnibus laboraui; ne labores suos sibi tribuisse videretur, illico adiungit: Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Quia enim præueniente Dei gratia etiam ipse per liberum arbitrium fuerat secutus, apte subiunxit, mecum, vt & diuino muneri non esset ingratus, & tamen à merito liberi arbitrii nõ remaneret extraneus. De hoc autem qui liberatori suo semetipsum cognoscendo consentit, rectè dicit, liberavit animam suam ne periret in interitum. Idem Anselmus in illa verba 1. ad Corinth. 15. Gratia Dei sum id quod sum.

Occasione horum testimoniorum, illud addendum erit hoc loco quod & titulus disputatione 17. propositus postulare videbatur, & paulo post erat subiiciendum. Nempe habitus fidei, spei, & caritatis supernaturalis semel acquisitos, rationem habere gratiæ præuenientis & cooperantis comparatione actuum qui ab illis emanant: \* necnon peculiariter quædam auxilia, quibus Deus illustrando intellectum, variosque affectus mittendo in voluntatem per dona sapientiæ, scientiæ, pietatis, timoris, aliisque Spiritus sancti, excitare solet iustos post comparatum iustificationis donum, ac inuitare, & coadiuare ad eiusmodi actus producendos. Id quod facile erit intelligere ex iis quæ disputatione 8. & aliis dicta sunt. Gregorius ergo in testimonio illis loquitur de gratia præueniente tam ad actus quibus ad iustificationem disponimur, quam ad actus meritorios quos post donum iustificationis comparatum exercemus,

*Gratia præuenientis rationem habet habitus fidei, spei, & caritatis comparatione actuum qui ab illis emant. Idem de motibus Spiritus sancti.*



De variis acceptionibus gratiæ præuenientis, operantis, cooperantis, & subsequæntis.

*Disputatio 42.*

**H**æcenus dicta disputatione hæc postulata videntur, qua Patres & concilia intelligantur, ambiguitasque de medio tollatur. Gratia præueniens, gratia operans, gratia cooperans, & gratia subsequens, variè consueverunt vsurpari. A concilio namq; Tridentino & à Patribus hæc gratia præueniens & gratia cooperans eo planè modo accipiuntur, quo à nobis hæcenus explicata sunt. Estque proximissima illa vsurpatione. Verum quia gratia præueniens, quæ talis, tunc sit habitus infusus, sine motu illi quibus excitatur & inuitatur liberum arbitrii, sit à Deo nulla requisita cooperatione liberi arbitrii; sumptaque operatione latè, vt comprehendit causalitatem causæ formalis, gratia præueniens sola efficit, vel iustificationem, vel excitationes atque inuitationes illas liberi arbitrii; appellari etiam consuevit gratia operans, collatione facta cum ipsamet dum posteriori tempore vel natura suo influxu in genere causæ efficiens cooperatur cum libero arbitrio actus supernaturales quibus se disponit ad iustificationem, vel actus promerentes incrementum gratiæ & gloriæ, quo pacto dicitur iam gratia cooperans eisdem actus vnà cum libero arbitrio. Quo fit, vt vnà & eadem gratia, eomparatione effectus formalis quem formaliter efficit, dicatur gratia operans, maximè cum ita à Deo gratis ad eum finem sit producta, vt necessarius non fuerit consensus liberi arbitrii; eomparatione verò influxu in genere causæ efficiens vnà cum libero arbitrio ad actum supernaturalem, dicatur gratia cooperans. Id quod eum doctrina Diui Thomæ prima secundæ, q. 111. art. 2. & tertio rectè congruit.

Alio modo sumuntur gratia operans & cooperans ab Augustino, libro de gratia & libero arbitrio cap. 17. ac alibi videlicet, vt quicquid supernaturale Deus efficit in nobis quousque nos perducet ad eum iustificationis, siue ad illud cooperemur nostro arbitrio siue non, dicatur gratia operans; id verò, quo deinceps nos

adiuuat vt totam legem impleremus, perseueremus, & proficiamus in iustitia semel accepta (quod sine superaddito auxilio gratiæ, vt in precedentibus ostensum est, præstare non possumus) appelletur gratia cooperans. Quia enim quicquid nobis tribuit vsque ad iustificationis donum, atque ipsa etiam prima gratia gratum faciens, qua iustificatio completur, merè gratis nobis confertur, neque ante illam in nobis est vnde vitam æternam promereamur, inde ortum habuit vt gratia illuc vsque collata ab Augustino appellaretur operans, Quoniam verò, postquam gratia iustificans gratuito Dei beneficio nostra effecta est, & in nobis, instar fontis aquæ viæ salientis in vitam æternam, scaturit, nos sumus qui ea nostram operamur salutem, legemque ita implemus, vt æterna retributione digni efficiamus, inde etià effectum est, vt auxilium gratiæ, quo post illam acquisitam ad hoc ipsum nos adiuuat, ab eodem Augustino appelletur gratia salutem nostram nobiscum cooperans. Atque hic planè est sensus & mens Augustini eo loco in tradenda distinctione gratiæ operantis & cooperantis, vt expenditur illud caput luce clarius erit manifestum. Tamen si aliter Augustinum intellexerint D. Thomas duobus articulis citatis, Sotus primo de natura & gratia cap. 16. & quidam alij. Gratiam enim quousque operari meritorie incipimus appellat Augustinus operantem: quia tamen illa, nisi auxiliis corroboretur & augeatur, non est satis ad totam legem implendam, superandaque difficultates maximas, quæ decursu temporis occurrunt (vt exemplo debilis adhuc gratiæ, quam Petrus habebat, cum ad puella ostiariæ interrogacionem Christum negauit, eo loco docet) id gratiæ, quod Deus iustus addit, vt legem toto vitæ tempore implerent, idque perficiant quod ipse per donum iustificationis in eis incipit, appellat gratiæ cooperantem cum illis vt perficiant, in acceptaque iustitia crescant, atque vsque ad finem vitæ perseuerent.

Iuxta sensum explicatum docet eo loco Augustinus,

gustinus, Deum per gratiam operantem præparare nobis voluntatem, videlicet vt ea omnia velimus quæ ad iustificationem sunt necessaria, nempe vt fidem amplectamur, de peccatis doleamus, statuamus Deum nunquam lethali ter offendere, atque adeo legem totam implere: quæ omnia ad iustificationem, & vt apud Deum mereri incipiamus, sunt necessaria. Atque hoc ipsum est quod appellat, Deum incipere operari in nobis opus bonum, iuxta illud ad Philippenses 1. Qui cepit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi I E S V, hoc est, vsque ad consummationem vitæ, quando vnumquemque nostrum particulari iudicio iudicaturus & pro meritis cuique redditurus est. Id ipsum dicit esse velle illud de quo Paulus ad Philippenses 2. ait, Deus est qui operatur in vobis velle & perficere: in eodemque sensu subiungit: Vt ergo velimus, sine nobis operatur Deus: cum autem volumus, & sic volumus vt faciamus, nobiscum cooperatur. Neque enim asserere intendit, nos non cooperari ad velle, quo iustificamur, illudque à nobis non effici, sed à solo Deo. Id quippe & fidei esset contrarium, & pugnaret cum doctrina ipsiusmet Augustini multis aliis in locis, quæ precedentibus disputationibus attulimus; præterea nec instituto, nec doctrinæ illius capitis esset consentaneum. Neque item asserere intendit quodecumque velle nostrum merè internum non esse à nobis, sed à solo Deo, solumque imperium executionis, actumque externum, Deum nobiscum cooperari. Etenim id quoque tam fidei Catholice, quam doctrinæ eiusdem Augustini repugnaret, & nihil omnino ad illius capitulum institutum conduceret. Sed illud dicere conatur: Radicem meriti vitæ æternæ eius velle, quo primò iustificamur, non esse aliquid quod in nobis talem volendi actum antecedit, sed esse gratiam iustificantem posteriori natura merè gratis à Deo nobis collatam: eaque de causa boni illius actus esse à solo Deo per gratiam operantem in sensu à nobis paulò antè explicato. At verò postea decursu temporis, quod opere impleamus quæ tunc statuimus, quod est perficere quod Deus per iustificationem in nobis incipit, esse simul à nobis, & à Deo per gratiam cooperantem. Si ergo gratia operans sumatur vt eo capite sumptis Augustinus, omnis actus supernaturalis liberi arbitrii, quo se ad iustificationem

quisque disponit, dicitur esse à gratia operante, ad eamque pertinere: & ita passim loquuntur doctores, & concilium Colonienle in tractatu de sacramentis nouæ legis.

Gratia subsequens contra gratiæ præuenientem distinguitur, colligiturque distinctio ex illo Psalmi 38. Misericordia eius præueniet me, vnà cum illo Psalmi 22. Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Gratia subsequens sumitur à concilio Colonienle, vt idè est ac gratia cooperans, vt ab Augustino in acceptione proximè explicata sumpta est. Quæ in re contentit aperte Augustinus ipse libr. 2. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 9. vsbita ait: Caritas ex Deo est, nec initium eius ex nobis, & perfectio eius ex Deo: sed si caritas ex Deo, tota nobis ex Deo est. Auertat enim Deus hæc amantiam, vt in donis eius nos priores faciamus, posterioriorem ipsum: quoniam misericordia eius præueniet me, & ipse est cui fideliter veraciterque cantatur, quoniam præuenisti eum in benedictione dulcedinis. Et infra: Benedictio dulcedinis est gratia Dei, qua fit in nobis, vt nos deleat & cupiamus, hoc est, amemus quod præcepit nobis, in qua si nos non præuenit Deus, non solum nõ perficitur, sed nec inchoatur ex nobis. Si enim sine illo nihil possumus facere, profectò nec incipere, nec perficere: quia, vt incipiamus, dictum est, Misericordia eius præueniet me: vt perficiamus dictum est, Misericordia eius subsequetur me. Et aduersus Pelagianos qui dicebāt, homines à seipsis sine Dei auxilio habere propositum bonum studiumq; virtutis, quo tãquam merito præcedere digni sunt adiuuari gratia subsequente, paulò inferius addit: Hominis propositum bonum adiuuat quidem subsequens gratia, sed nec ipsum esset nisi præcederet gratia. Studium quoque hominis quod dicitur bonum, quanuis cum esse cœperit adiuuentur gratia, non tamen incipit sine gratia. Et de natura & gratia cap. 32. de iustificatione nostra ait: Vbi quidem operamur & nos, sed illo operante cooperamur, quia misericordia eius præuenit nos. Præuenit autem vt sanemur, quia & subsequetur vt etiam sanati vegetemur. Præuenit vt vocemur, subsequetur vt glorificemur. Vtrumque enim scriptum est, Deus meus misericordia eius præueniet me, & misericordia eius subsequetur me per omnes dies vitæ meæ. Quæ planè consistunt id quod de gratia operante & cooperante ex mente Augustini.

*Gratia subsequens*

*Gratia operans, & cooperans que pacto ab Augustino deservit*

Augustini dictum est. Contendit nanque aduersus Pelagianos, propositum recte viuendi, seruandae legem, quod cum a peccato resurgimus & iustificamur concipimus, non esse a nobis, nec propter illud nos mereri adiutorii gratiae ad idem propositum in decursu vitae opere implendum, vt Pelagiani affirmabant; sed ad vtrumque necessarium esse auxilium gratiae: atque vt gratiam necessariam ad primum distingueret a gratia necessaria ad secundum, illam appellauit operantem & praeuientem, hanc vero cooperantem & subsequenter. Vnde lib. 4. aduersus Iulianum cap. 3. Cum diuinitus, inquit, adiuuatur homo, non tantum ad capeffendam perfectionem adiuuatur, quod ipse posuisti, vti que volens intelligi, cum per se incipere sine gratia, quod perficit gratia: sed potius quod Apostolus loquitur: Vt qui in vobis bonum opus cepit, perficiat vsque in finem.

Interdum gratia subsequens sumitur, vt est idem quod gratia cooperans, sumpta in prima accceptione supra explicata. Imo interdum quatenus gratia quae alteram sequitur, dicitur subsequens comparatione eius quae antecedit; quod fit, vt vna & eadem gratia comparatione praecedentis possit appellari subsequens, comparatione vero eius, quae sequitur, possit appellari praeuientis: id quod Augustinus de natura & gratia cap. 3. 2. satis inuuit, & docet D. Thomas prima secundae q. 111. art. 3.

Argumentum est  
hinc D.  
Augusti.

Ex proxime dictis facile erit intelligere, quid sibi voluerit Augustinus in Enchiridion cap. 32. vnde posset aliquis huiusmodi argumentum lumere ad labelactata ea quae de auxilii gratiae constituta sunt. Si enim vt haecenus dictum est, ab influxu libero arbitrii nostri, & ab influxu gratiae praeuientis & cooperantis pendet opera quibus ad iustificationem praeparatur, & quibus post primam iustificationem meremur augmentum gloriae; sane sicut quia pendet a gratia, vere dixit Paulus ad Romanos 9. Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis: ita quia vsque adeo pendet a nostro libero arbitrio, vt solus influxus gratiae minimè sufficiat, vere poterimus vicissim dicere, non est Dei miserentis, sed volentis & currentis est hominis: consuetudinem autem: est contra Augustinum in Enchiridion loco citato, & contraueritate: ergo opera quibus a Deo praeparatur ad gratiam, a sola gratia Dei pendunt: non vero a nostro libero arbitrio.

Totus enim hic discursus videtur esse Augustini capite citato, vbi ita ait: Si propterea dictum est, non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei: quia ex vtroque fit, id est, ex voluntate hominis, & misericordia Dei: vt sic dictum accipiamus, non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei: tanquam diceretur, non sufficit sola voluntas hominis si non sit etiam misericordia Dei: non ergo sufficit sola misericordia Dei, si non sit etiam voluntas hominis; ac per hoc, si recte dictum est, non volentis hominis, sed miserentis est Dei, quia id voluntas hominis sola non implet, cur non & è contrario recte dicitur, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, quia id misericordia Dei sola non implet? Porro si nullus Christianus dicere audebit, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, ne Apostolo apertissime contradicat: restat, vt propterea recte dictum intelligatur, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, vt totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam praeparat adiuuam, & adiuvat praeparatam. Praeedit enim bona voluntas hominis multa Dei donis, sed non omnia: quae autem non praededit ipsa, in eis est & ipsa. Nam vtrumque legitur in sancti eloquiis, & misericordia eius praueniet me, & misericordia eius subsequetur me. Nolentem prauenit vt velit, volentem subsequitur ne frustra velit. Haec Augustinus.

Quid sibi voluerit Augustinus his verbis, factis apertum est ex iis quae illo eodem capite ante praemisit, vbi ita habetur: Iterum ne quisquam, & si non de operibus, de ipso gloriatur libero arbitrio voluntatis, tanquam ab ipso incipiat meritum, cui tanquam debitum reddatur praemium bene operandi, ipsa libertas audiat eundem gratiae praecorem dicentem: Deus est enim qui operatur in vobis & velle, & operari pro bona voluntate. Et alio loco: Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Cum proculdubio si homo eius aetatis est, vt ratione iam utatur, non possit credere, sperare, diligere, nisi velit nec peruenire ad palmam supernae vocationis Dei, nisi voluntate concurrerit. Quomodo ergo non volentis neque currentis sed miserentis est Dei, nisi quia & ipsa voluntas, sicut scriptum est, a Deo praeparatur? Alioquin si propterea, &c. Vbi subiungit verba quae priori loco relata sunt.

Ex his luce clarissimè censat, Augustinum eo loco, vt & in plerisque aliis, quae proxime adducta

ducta sunt, impugnare dictum Pelagianorum contententium, assensum fidei, propositumque recte viuendi, seruandique totam legem, quod dum a peccato resurgimus ac iustificamur concipimus, esse a nobis absque vilo auxilio gratiae, per illudque nos mereri gratiae auxilium ad idem propositum in decursu vitae opere implendum. Aduersus hunc errorem argumentatur optimè Augustinus; primo, quod ipsemet Paulus docet, Deum non solum efficere in nobis pro sua bona voluntate operari & perficere, sed etiam ipsum velle & propositum primum, quo, dum credimus & iustificamur, constituimus recte viuere, legemque opere implere. Secundo, quoniam si eiusmodi velle ac propositum primum, quo iusti esse incipimus, est a nobis solis, sine ope gratiae Dei, illoque meremur vt Deus in decursu vitae nos adiuuet vt opere impleamus quod tunc statuimus; planè pars quaedam voluntatum nostrarum & cursus nostri, quo ad vitam aeternam peruenimus, eaque prima, a qua pars reliqua, vt à merito nostro, penderet, esset solum a nobis: pars vero alia posterior simul esset a Deo per gratiam cooperantem, & a nobis: quare sicut, quia cursus & voluntates nostrae elicitae, quo ad vnam sui partem, essent a Deo, dictum esset à Paulo, Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis: ita propter aliam, quae solum esset a nobis, quaeque causa esset meritoria alterius, quae simul esset a nobis & a Deo, verè dici posset, Non est Dei miserentis, sed hominis volentis & currentis, quod nullus Catholicorum audebit concedere. Id autem, ait optimè Augustinus, non aliunde est, nisi quia om-

nes voluntates nostrae quae ad vitam aeternam conducunt, & totus cursus quo in vitam aeternam tendimus, partim per gratiam praeuientem seu operantem, & partim per gratiam cooperantem & subsequenter, est a Deo; ac cooperantibus simul nobis per nostrum liberum arbitrium, tam ad velle, quam ad cursum totum, vt expressè illo eodem capite affirmat Augustinus. Quia ergo, licet nos ipsi sumus, qui liberè, nullaque necessitate acti, volumus, & currimus, vt oportet ad vitam aeternam, nihilominus, quod totum velle, & currere, & singula illius partes sint qualia oportet, habemus a Deo praeuientem & cooperantem per suam gratiam pro sua libera voluntate, verè dictum est à Paulo; Non est volentis neque currentis, quod velle & currat vt ad salutem oportet, sed est Dei miserentis, qui sua gratia & misericordia tribuit nobis vt ita velimus & curramus. Contra verò, neque aptè, neque verè diceretur, Non est Dei miserentis, sed hominis volentis & currentis, quod velle & currat vt ad salutem oportet, de quo velle & cursu loquebatur eo loco Paulus: nam quod in perditionem currat, ipsius hominis est tantum. Porro licet, quod velimus & curramus vt ad salutem oportet, non sit nostrum cum currimus, sed Dei miserentis, qui cursui nostro gratia & misericordia sua id tribuit: at quod is cursus sit, non solum pendet ab influxu Dei per gratiam, sed etiam a libero influxu nostri arbitrii, vt haecenus est ostensum, & ibidem satis inuuit ac alibi saepe docet Augustinus.

## Quid D. Chrysostomus de gratia praeuiente senserit. Disputatio 43.



Illud hoc loco duximus aduertendum, licet Chrysostomus de gratia eadem serè doceat, quae ceteri Patres: nihilominus, sicut Augustinus, sine culpa, antequam esset Episcopus, se nondum bene perspecta & examinata, quam postea occasione Pelagianorum diligentius discul-

fit, in eo fuit errore vt crederet, initium fidei, hoc est, primum actum credendi, esse a nobis: ita Chrysostomus, cum intelligere non valeret quamnam ratione libertas arbitrii nostri salua posset consistere, si Deus sua gratia nostram praeueneret electionem, credidit electionem, qua primò acceptamus bona, eaque facere decernimus, esse priorem ipsa Dei gratia: postea

verò subsequi gratiam qua adiuvamur & cooperatur Deus. Unde homilia 12. in Epistolam ad Hebræos ait: Ecce, inquit non dormiet, neque dormiscet, qui custodit Israhel, & ne des in commotionem pedem tuum. Non dixit, non commovearis, sed, non des. Igitur in nostro arbitrio est non dare, & nullo alio. Si enim voluerimus stare firmi & immobiles, non commovebimur. Quid ergo? nihil Dei est? omnia quidem Dei sunt, sed non ita ut liberum lædatur arbitrium. Si igitur Dei sunt (inquit) omnia, quid ergo nos culpamus? Propterea dixi, ut liberum arbitrium non lædatur. In nostro itaque arbitrio est, & in Deo: oportet quippe nos eligere primum quæ bona sunt, & tunc ipse, quæ sua sunt, introducit. Non antecedit nostras voluntates, ne lædatur liberum arbitrium: cum autem nos elegerimus, multam tunc nobis offert auxilium. Et infra: Nostrum eligere tantum est & velle, Dei autem efficere & ad perfectionem perducere. Quia ergo illius est, quod amplius est, eius dixit esse vniuersum. Hæc ille. Eandem doctrinam innuit in illud Psalmi 120. Non des in commotionem pedem tuum. Porro hæc cum errore esse coniuncta, ex his quæ hæcenus diximus perspicuum est. Quia tamen res hæc difficillima erat illis temporibus, antequam toties fuisset disputata & examinata, errare potuit humano more absque ulla culpa Chrysostomus nesciens distinguere gratiam vocantem, præuenientem, ac excitantem ad bonam electionem liberum arbitrium, quam vel reddere potest casam liberum arbitrium, si ei non consentiat, vel ei consentiendo & cum illa cooperando per suum influxum liberum, potest efficere ut transeat in gratiam cooperantem & coadiuantem nostras electiones. Porro Chrysostomus vinctus quinque annis ante Augustinum, & ante Hieronymum defunctus est, concertationesque eum Pelagianos post illius mortem exitere.

Quod si homilia de Adâ & Eua, quæ in primo tomo operum Chrysostomi habetur, ipsius sit, certe in ea correxit errorem illum, omninoq;

cum cæteris Patribus consensit. At merito non creditur esse illius: autor namque illius homilia, ut patet, legit opera Augustini, concertationesque parum aduersus Pelagianos, ad quas auditores remittit, homiliaque illa propter errorem Pelagianorum videtur conscripta. In ea verò, præmissis ferè omnibus quæ de gratia cæteri patres docent, hæc verba subiunguntur: His ergo Ecclesiasticis regulis & diuina sumptis auctoritate documentis, confirmati sumus, ut omnium bonorum effectuum atque operum, & omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profiteamur autorem. Et non dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita provenire: per quem item fit, ut aliquid boni & velle inueniamur & facere. Quo utique auxilio & munere Dei, non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tenebroso lucido, de pravo rectum de languido sanum, de imprudente sit prouidum. Tanta enim est erga omnes bonitas Dei, ut nostra velle esse merita, quæ sunt ipsius dona, & pro his quæ largitus est, æterna præmia sit daturus. Agit quippe in nobis ut quod vult, & velimus & agamus. Nec otiosa in nobis esse patitur, quæ exceda, non negligenda donauit, ut nos cooperatores gratiæ Dei simus. Et in his, quæ in nobis ex nostra viderimus remissione languere, ad illum sollicitè recurramus, qui sanat omnes languores nostros, & redimit de interitu vitam nostram, qui quotidie dicimus: Ne inducas nos in tentationem, sed libera nos à malo. Profundiores verò difficilioresque partes incurrentium questionum, quas laicus pertractauerunt, qui hæreticis resistunt, non necesse habemus aliter: quia ad confitendam gratiam Dei cuiusque operis digni, nihil pœnitentia subtrahendum est. Satis sufficere credimus quæcundam prædictas regulas Apostolica scripta nos docuerunt, ut prorsus non opinemur Catholicum, quod apparuerit præfixis sententiis esse contrarium. Hæc ibi.

Num motus gratiæ experimento deprehendantur.

*Disputatio 44.*

Hæc etiam disputatio à præfenti instituto non est aliena, ut gratiæ auxilia magis nota fiat. Præferim quia disputatione 30. dixisse me recordor, illustrationes & auxilia gratiæ præuenientis interdum, non solum ab his qui in virtute multum profecerunt, Deoque familiares sunt, sed etiam ab his qui ad fidem vocantur, aut à peccatis illustri aliqua cõtritione resurgunt, solere experientia ipsa deprehendi. Ne quem ergo id sorte conturbet, atque ut pateat in quo sensu id sit accipiendum, & quare non semper experientia deprehendantur, id in primis non solum multorum iustorum experientia, sed etiam sequentibus Scripturæ sacræ testimoniis potest confirmari.

Psalmo 30. ait regius Propheta: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Psalm. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Et infra: Gustate & videte quoniam suavis est Dominus. Et primæ Petri 2. Si tamen gustastis quia suavis est Dominus. Psalm. 88. Beatus populus qui scit iubilationem. Domine in lumine vultus tui ambulabunt. Psalm. 93. Consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Psalm. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. Eiusmodi namque cordis dilatacionibus, illustrationibus, & consolationibus Spiritus sancti, quibus caritas feruet, qui sperant in Domino mirabunt fortitudinem, assumunt pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient, ut I. 2. 40. habetur. Act. 9. Ecce! a dicitur ambulas in timore Domini, & consolatione sancti Spiritus replebaris. Spiritus sanctus paraclæus, id est consolator dicitur. Et de eo carne Ecclesia: Consolator optime, dulcis hospes animæ, dulces refrigerium, in labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium. O lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium, &c. Ad Rom. 8. Spiritus testimonium perhibet spiritui nostro quod sumus filij. Et Bernar. in sermone ad milites templi, capite 11. Spirituales

generatio non quidem in carne sentitur, sed in corde, ab his dumtaxat qui cum Paulo dicere possunt, nos autem sensum Christi habemus; & eam tenus profecisse se sentiunt, ut & ipsi cum omni fiducia dicant: Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei. Nec minus Magdalena & Augustinus, dum illa à peccatis resurrexit, & hic ad fidem vocatus est, motus & auxilia gratiæ in seipsis experti sunt, multique alij prodigi filij, qui per donum gratiæ deuotionis sensibilibus, dulces patris cœlestis amplexus, quibus eos ad se attrahit, mentes eorum illustrans, corda inflammans, dulcesque amoris pariter & doloris lacrymas, quod tantum partem offenderint, faciens eos effundere, quasi experiantur. Vix enim inuenitur Christianus, qui decursu vitæ, vel in concionibus & exhortationibus, vel dum se præparat, & accedit ad confessionem, aut communionem, vel in aliis similibus euentibus, non experiat motum aliquem gratiæ ac deuotionis sensibilibus, quem si aduertere velit, facillè poterit in seipso agnoscere.

Explicandum tamen est, in primis quibus de causis, licet Christi fideles motus gratiæ recipiant, nihilominus quæ sæpissime deprehendere eos nequeant, ex iis, quæ in seipsis experiantur, vel verisimiliter iudicare se eos recipere: deinde verò in quo sensu accipiendum sit, eos à fidelibus interdum experimento percipi.

Quod ad primum attinet, prima ratio est. Quoniam motus gratiæ præuenientis sæpe sunt admodum debiles, tum propter modicam præparationem & conatum nostrum, & præcedentia multa delicta, præuasiq; affectiones: tum etiam quoniam spiritus ubi vult spirat, nemini interim denegando quæ ad salutem opus sunt.

Quia ergo, quando motus gratiæ præuenientis sunt admodum debiles, parum lucis & claritatis, modicumque affectus & feruoris superaddunt actibus intellectus & voluntatis, quos homines solis suis viribus naturalibus, quoad substantiam, possent elicere, solumq; eos actus eueniunt, ut supernaturales sint, & quales ad finem super-

*Cur gratia motus sæpe non deprehenditur ab illis, qui eos recipiunt.*

*Gratio præuenientis motus cur interdum debiles.*

supernaturalem sunt necessarij, inde est, quod experientia deprehendi & agnoscere nequeant.

*Gratia sua inter-  
nū Deus solum in-  
tellectum ac volun-  
tatem tā-  
gū, non  
autē par-  
tem sensi-  
tivam de-  
notionis  
dono affi-  
cit.*

Secunda ratio est, quoniam Deus interdum per gratiæ suæ dona, solum mover intellectum & voluntatem, & nihil illustrationis sensibus interius, nihil affectus viribus sententibus appetentibus communicat, sed totam partem senti-entem omnino acida in suis solis viribus relinquit: interdum verò non solum intellectum & voluntatem, sed etiam vires sentientes divina illustratione, atque affectu gratiæ etiam perfundit, ut cor & caro simul in Deum ipsum exultent: quod est donum sensibilibus gratiæ, ut vocat, vna cum essentiali & præcipua gratiæ intellectus & voluntatis à Deo conferri. Quia ergo, dum sumus in corpore, nihil intellectus intelligit, nisi sensus interni simul circa idem obiectum aliquo modo operentur, cum necessariū sit intelligentem phantasmata speculari; neque item voluntas quicquam appetit, nisi secum etiam trahat vim sentientem appetentem quæ simul feratur in idem obiectum aliquo modo sensu interno effortatum & apprehensum: ea verò, ad quæ motus gratiæ conferuntur, ut sunt Deus, & quæ de eo creduntur, vel ab eo sperantur, & cætera omnia quorū intuitu de peccatis est dolendum, à sensuum experientia longè distant; efficitur, ut quando moribus gratiæ solum intellectus & voluntas afficitur, nulla interim illustratione aut affectione supernaturali communicata viribus sententibus, difficilè à nobis deprehendatur: tum propter ariditatem partis sentientis, tædiumque ac molestiam, quam dulcedine & suavitate spiritali deficiat, sicut experiri, dum simul cum intellectu & voluntate circa ea quæ à sensuum experientia remota sunt, & in quibus nihil iucunditatis suæ propriæ, cōmodiue inveniunt, cooperantur, quod planè in causa est, ut neque suppositum ipsum tam libenter persistat in operationibus intellectus & voluntatis, neque ad earum excellentiam, iucunditatem, ac propriam spiritali consolatione attendat, eamque deprehendat: tum etiam quoniam dum sumus in corpore, plus afficimur & trahimur suavitate quam in parte sentiente experimur, propter illius vehementiorem vim, & quod sensuum cognitioni & affectibus multum afflicti, parum promovemur & afficimur ea voluptate quæ operationibus intellectus & voluntatis inest. Atqui hinc est quod sæpe, qui longè excellentius cōditionis donum

habent, quam alij, qui ex eo faciliè in lacrymas prorumpunt quòd pars sentiens faciliè affectu amoris & doloris cōmouetur, imò etiam quàm ipsimet antea habuerint, quòd vel corpore aliter erat affecti, vel Deus simul illustrabat, donòque gratiæ sensibilibus vires sentientes afficiebat, conqueantur quòd ad contritionem, affectumque amoris & doloris, ut perorant & conantur, non perveniunt, neque tam contritionem in se ipsis experiant, quam Dei misericordia, aliquando experti sunt: cum tamen solo dono sensibilibus devotionis careant, quod illis vtiliter à Deo denegatur, ut dum ignorant se habere quod optant, quodque abundantè eis concessum est, conferunt humilitatem, & plus conentur ad illud obtinendum, eaque ratione cumulatiùs meritum acquirant.

Est enim magnopere animadvertendum, illustrationem & affectum gratiæ essentialis prævenientis, non ex eo maiora & præstantiora iudicanda esse, quòd vires organice internæ maiori & clariori luce perfervantur, quæ interdum ex meliori dispositione capitis, maioriq; & puriori copia spirituum animalium provenire adiuvantur; potest neque item ex maiori, magisue sensibili affectu partis sentientis, qui simili modo provenire adiuvantur potest, ex varia corporis habitudine, facileque lacrymas excitare solet: sed ex eo quòd profundius penetrat & expandat quàm digna sint ea, quæ credenda proponuntur, ut us assensum præbeamus, quàm bonus Deus secundum se sit, quot beneficiis illi sumus devincti, quantum expedit supplicia evadere sempiterna, & æterna sui felicitate, quàm fecunda & turpia sint peccata, quatumq; malū sit Deum lethalius offendisse; tum etiam ex affectu ac proposito voluntatis, quò homo adherere statuit, tum iis quæ credenda proponuntur, tum etiam præceptis & cōsiliis divinis, eaque de causa subire quæcumque adveniat: quæ planè, quò maiora sunt, eò ex maiori affectu timoris, aut amoris essentialis Dei proveniunt, ex maioriq; odio & detestatione peccatorum. Ex robore verò ac firmitate, qua quisque, intuitu Dei, in ætiori observatione præceptorum & cōsilliorum persistit, vias divinas ea de causa sustinens, iudicandum est quantum in virtute & perfectione atque in caritate & amore Dei profecerit, iuxta illud Ios. 14. Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me.

*Contritio est inter-  
dum mi-  
nus percipi-  
atur ab eo qui illam  
habet illam  
firmitatem.*

*Gratia, ac verus  
perfectus  
unde iudicanda.*

Est

*Devotio essentialis  
& vera.*

*Devotio sensibilibus  
quædam.*

Est nanque quædam devotio quæ vera & essentialis nuncupatur, & in decreto firmo & præparatione animi Deo in omnibus per prospera & adversa obsequendi posita est: hæc eò maior est, à maioriq; gratia essentiali emanat, quò firmior intuitu Dei perseverat: ideoque ex illa maiores vires internas gratiæ debemus conciliare. Est item alia devotio, quæ sensibilibus nuncupatur, illustrationibus & affectibus in vires sentientes redundans, quæ mirum in modum animam recreat, tædium ac laborem in operando pellit, cor & carnè in Deum vivum exultare facit, ea dilatat cor, servat caritas, pennæ velut aquilæ, & vires assumentur, quibus via mandatorum sine difficultate curritur, ut non immerito vir quidam divino spiritu plenus de ea agēs dixerit: Satis suaviter eum equitare qui ab omnipotente portatur. A facie huius olei computrescit & leve ac suave fit iugum mandatorum & consilliorum Christi; quod, eadem gratia absente, asperum & grauc, imò & vera crux invenitur, quam, ut conglorificemur, portare post Christum iubemur.

Devotio hæc, si germana & vera sit, quasi illustratione quædam est divini vultus in serenos suos; quam regius Psalm. 30. illis verbis postulabat: Illustra faciem tuam super servum tuum. Per eam quasi præfens Deus ad protegendum & fauendum sentitur, testimoniumque reddit spiritui nostro quòd ab eo diligamur, & sumus filij. Ea quasi aditus aperire videtur, ut Deum, tanquam nobis propitium & præsentem, reverenter quidè, at audacter alloquamur. Denique hæc est illud absconditum, de quo idem Propheta ibidem dicebat: Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. Dum enim per huiusmodi donum facies divina super serenos suos irradiat, eosq; protegit, tam facile perturbationes ab hominibus excitatas, & contradictiones linguarum perferunt, ac si nihil ab his rebus læderentur. Eiusdem doni ratione idè Propheta ait: Gustate & videte quoniam suavis est Dominus. Et Petrus, Si tamen gustastis quoniam suavis est Dominus. Et Bernardus, Gustato spiritu despicit omnis caro.

Verum licet donum hoc non solum corroboret & custodiat spiritum nostrum iuxta illud Iob 10. Visitatio tua custodiuit spiritum meum, sed etiam crescere mirum in modum nos faciat;

non tamen semper adeit, sed quàm sapissimè, etiam iis, qui ad cor converuntur & elivium ac sicut valde iustitiam, abest: interdum ob culpam etiam lenem, si lenis appellanda sit, ut idem vir pius alicubi ait, quæ tantum bonum abesse facit: interdum in eorum bono, aut probationem. Hæc nanque vita, non ad otium & frivocationem, sed in pugnam & probationem ac certamen instituta est. Vnde Iob 7. Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Quæ de causa potius dari solet iis, qui perfectionis viam aggrediuntur, lacteque adhuc indigent, ne labore & molestia succumbant, quàm iis, qui in virtute multum profecerunt, quique iam solido cibo uti possunt. Hæc de primo.

Quod verò ad secundum attinet, cum sæpe id, quod existimare quis posset effectum esse gratiæ, non nisi à naturali & ad pios tenerosq; affectus apta corporis constitutione evenire possit: cum etiam Satanas sæpe transfiguratus in Angelum lucis, variasq; cogitationes & affectus, tum corporis, tum spirituum commotione excitare possit, quæ tantam iucunditatem viribus sententibus afferant, ut in admirationem hominem rapiant: & denique cum, quando illustrationes aliquæ & affectus ita à Deo immittuntur, ut ab anima deprehendantur, & verissimiliter à Deo immitti credantur, certum non sit hæc pertinere solum ad gratias gratis datas, nec vtrum Deo per gratiam suam vocanti & excitanti respondèamus per nostrum liberum arbitrium quantum sit satis ut donum iustificationis cōsequamur, an verò aliquid adhuc in nobismetipsis existat & nos lateat quòd diuine maiestati displiceat, sit planè, ut licet sæpe iusti in seipsis experiantur illustrationes & motus gratiæ, quos verissimiliter meritoque credunt esse à Deo, imò quibus in fide roborantur, adeoque caritate inflammanantur, ut perfecta caritas foras mittat timorem, ac proinde qui non lenia spiritus sunt testimonia quòd sint filij Dei per gratiam gratum facientè adoptati; nihilominus regulariter nunquam ita certi omnino sunt, vel motus illos esse immittos à Deo, vel se esse in gratia gratum faciente constitutos, quin falli interdum possint. Atque ita semper eos coram Deo humiliari oportet, & sub occultis Dei iudicij vereri, ne forte, etiam existimantibus tam verissimilibus indicis, iustitiam Dei non sint affecti. Vnde Ecclesiastes 9. Sancti iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei,

*Devotio-  
nis sensibi-  
lis donum  
est solum  
sensu  
sub-  
stantiatum.*

*Non autem  
certum  
signum à  
prædictis  
affectibus  
devotio-  
nis, ut  
quis sciam  
se esse in  
gratia.*

& tamen nescit homo verum amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum servantur incerta. Et Iob 9. Si venerit ad me, non videbo eum; si abierit, non intelligam. Et paulo infectius: Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.

Et Paulus primae ad Corinthios 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. In sensu ergo explicato intelligendum est fideles sepe in se ipsis motus gratiae experiri.

Verum ad motus gratiae praeuenientis intellectus & voluntas efficienter concurrant, & de ordine & modo quo generentur. Disputatio 45.



uperest examinemus an motus gratiae praeuenientis & excitantis a solo Deo efficiantur: an vero simul etiam intellectus efficienter concurrat ad illustrationes gratiae quibus illustratur, & voluntas ad affectus & motus gratiae excitantis, quos suscipit.

facit homo bona, quae non Deus praestet ut faciat homo. Porro quae ita fiunt in homine, ut homo ea non faciat, non videntur esse alia, quam motus gratiae praeuenientis, quibus a Deo vocatur, attrahitur, & inuitatur.

Secundo ex illo Apocalyp. 3. Sto ad ostium, & pulsos, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, &c. Quibus verbis se docet Christus habere instar pulsantis ad ostium dum peccatores vocat: cum ergo pulsatio fiat solium a pulsante, neque in habitatore domus sit libertas nisi ad audiendum, vel ad occidendum aures ne sonitum percipiant, itemque ad aperiendum, vel non aperiendum, utique motus gratiae praeuenientis, quibus peccator vocatur, erunt solium a Deo: peccatoris vero solium erit illis consentire, vel dissentire, atque adeo ianuam cordis aperire, vel non aperire.

In contraria sententia est Dominicus a Soto primo de natura & gratia cap. 16. nempe, motus illos esse simul efficiat: ex ab intellectu & voluntate. Quae sententia est proculdubio amplectenda. Ratio est, quoniam ut disputatione 8. 9. & aliis explicatum est, illuminationes illae nihil aliud sunt, quam cognitiones ab externo concionatore, aut ab Angelo interitis, aut aliunde excitatae, & a Deo peculiari supernaturaliq; influxu adiutae, quibus homo conspicit, aut penetrat id quod sub talem cognitionem cadit, eo cognitionis genere quod ex tali supernaturali Dei influxu ad salutem sitiam aliquo modo accommodata. Neque Deus immitit novas species quibus cognitiones illae fiunt, sed inferens se per suum influxum cognitionibus, quae per species acquiras fiunt, & a concionatoribus, aut ab ipsomet Deo, vel

Contra-ria Soti opinio approbatur. Ratio.

Opinio Fegs.

Andreas a Vega lib. 6. in concilium Tridentinum cap. 8. existimat, in primis ut intellectus intelligat, & voluntas velit, necessarium non esse, ut intellectus, qua formaliter intellectus intelligit, efficiatur ab illo saltem tanquam ab una parte totius causae efficientis: sed per intellectionem a Deo solo, aut ab Angelo productam, & in eo receptam, posse formaliter intelligere. Eodem modo necessarium non esse, ut volitio, qua voluntas formaliter vult, sit ab ea saltem tanquam a parte causae efficienter producta; sed recte posse velle per volitionem a solo Deo productam. Hanc putat esse communem Philosophorum sententiam. Deinde vero, quod ad questionem propositam attinet, probabilius existimat, illustrationes, & alios motus gratiae praeuenientis, quibus peccatores, tum ad fidem, tum ad iustificationem vocantur, esse a solo Deo efficienter, interueniente aliquando ministerio alicuius Angeli inspirationis immitentis: intellectum vero & voluntatem nullo modo concurrere ad eiusmodi motus efficienter, sed solium eos in se suscipere.

Probatum present.

Probat suam sententiam primo, quoniam id videtur definitum in concilio Arausicano secundo, canonis 20. ubi ita habetur: Multa in homine bona fiunt, quae non facit homo: nulla vero

ab Angelo, aut aliqua alia ratione excitatur, efficit cognitiones illas ad salutem accommodatas, plus vel minus pro ratione maioris vel minoris influxus: quare Deum ita illuminare & vocare, non est aliud, quam suo influxu cooperari illo modo ad illas cognitiones quibus voluntas excitatur. Cum ergo cognitio non solum sit actio, sed etiam sit vitalis actio, quae suapte natura postulat ut sit a principio interno eius in quo est: nulla vero actio, etiam non vitalis, denominare possit nisi id, a quo efficienter emanat, ut in hac prima parte, quaestione 12. art. 5. ostensum est, (neque enim calefactio, quae non fieret ab igne, sed a solo Deo in aquam, posset vlla ratione denominare ignem calefacientem) consequens est, ut praedictae illuminationes, cognitionesque supernaturales, necessarii sint ab intellectu tanquam ab una parte totius causae efficientis: tametsi non intellectum ipsum, sed Deum, a quo est peculiaris ille supernaturalis influxus, denominant illuminantem, & vocatem: intellectum vero, a quo habent ut sint cognitiones, denominant cognoscentem, & simul etiam illuminatum, quatenus cognitiones ipsae atque influxus Dei in eo recipiuntur.

Gratia praeuenientis affectus eius quo pacto concurrunt simul voluntate sunt.

Idem dicendum est de affectibus gratiae, quibus praeuia cognitione voluntas erigitur, & inuitatur, tum ad eliciendam spem, tum ad diligendum Deum, antequam actum spei, aut amoris, vel doloris ex dilectione eius eliciat. Licet enim ad huiusmodi affectus & motus non cooperetur voluntas qua liberum arbitrium est, sed, velut nolit, praesente cognitione insurgant, & patiantur illos supernaturales, rationemque habentes gratiae praeuenientis, si Deus simul in eisdem specialiter influat, nihilominus motus illi actiones quaedam vitales sunt, quas in se ipsa experitur voluntas, ad quas proinde necesse est concurrat efficienter, non quidem qua liberum arbitrium est, sed qua voluntas, & natura quaedam est: eo modo quo efficienter etiam concurrat ad motus primo primos, qui non affectus, atque excitationes voluntatis ad volendum aut noverendum sunt, sed volitiones aut nolitiones: rationem tamen virtutis ac vitij non habent, esto certa bonum aut malum obiectum versentur, eo quod liberae non sint.

Vt vero res haec scitu dignissima plenius intelligatur, animaduertendum est: Ex contemplatione rei valde amabilis, & quam multum refert

adipisci, naturaliter constringere in voluntate motum quendam, quo voluntas ad illam afficitur: qui motus non est volitio, sed affectio voluntatis ad illam rem, a cuius bonitate quasi tangitur & allicitur ad volendum eam. Neque hic motus solum in hominibus solet antecedere volitionem, sed etiam in Angelis. Prius namque tempore, vel natura fuit, Luciferum ad id affici voluntate, quod per superbiam obtinere voluit, quam per voluntatem illud vellet contra legem Dei. Sicut prius etiam fuit, Euam affici ad pomum vetitum, id quod scriptura Genesios 3. factis inuitatis verbis; Vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis aspectuque delectabile, quam illud comedere vellet contra legem Dei. Porro licet in contemplatione eiusmodi rerum integrum sit volutati, eas velle aut nolle, vel continere volitionem ac nolitionem; attamen quod ad illas non afficiatur, non alia ratione impedire potest, quam arcendo cogitationem, & diuertendo ad alia, vel proponendo voluntati res alias quae ad contraria omnino eam allicere solent: sublati namque impeditis, ex contemplatione similium rerum constringit eiusmodi motus mere naturaliter in voluntate. Unde Augustinus 3. de libero arbitrio cap. 15. Voluntatem, inquit, non alliciat ad faciendum quodlibet, nisi aliquod visum: quod autem quisque vel sumat, vel respuat, est in potestate; sed quo viso tangatur, nulla est potestas. Et subiungit, idem etiam cerni in Angelis. Quod si existente affectu ad aliquam eiusmodi rerum, menti occurrat via & aditus, quo obtineri posse creditur, naturaliter etiam constringit in voluntate motus quidam quasi creationis illius ad sperandum, qui tempore, vel natura antecedit actum liberum spei. Porro motus ille a noticia bonitatis obiecti, & noticia viae qua obtineri posse creditur, aut non impossibile iudicatur, cooperante voluntate, non ut libera, sed ut natura quaedam est, efficienter; constringiturque naturaliter in voluntate, eo maior, quo noticia bonitatis obiecti, & viae qua obtineri posse creditur, maior ac verisimilior est, ut de illo alio metu affectus voluntatis ad obiectum bonum cognitum dictum est.

Ex his facile intelligi potest, motus gratiae praeuenientis actiones esse vitales, qui sunt quomodo fiant, & an sint motus liberi arbitrij, qua liberum arbitrium efficit, vel non, atque quouique a libero arbitrio pendeant, Eucum cum Deus per

Gratia praeuenientis motus totiusque actionis distinctus est a Deo & a nobis procedat.

Gratia praeuenientis motus actiones sunt vitales, & quo pacto fiunt.

gratiam, quam nobis largitur, non tollat, sed ponat ac perficiat naturam, eamque adiuet in suis motibus, vt vnusquisque ex supernaturali auxilio & gratia talis sit, qualis ad salutē oportet: sicut ad dignoscendos & explicandos motus gratia, necesse esse attendamus ad progressum ac ordinem, quem natura ipsa potentiae cognoscens & appetens seruaret, si illos eosdem actus, quibus iustificamur, suis solis viribus quoad substantiam actus producerent, vt ea ratione intelligatur quo pacto Deus per auxilia ac dona gratiae se inserat & cooperetur cum natura, eamque adiuet vt supra suas vires eos producat quales ad salutem sunt necessarii.

Disputatione 8. §. & sequentibus ostēsum est, Deum, cum aliquē illuminat & vocat ad fidem, non producere species atque notitias rerum credendam, sed haberi eas ex rebus ipsis antea cognitis, vel ministerio concionatoris, vel aliqua alia ratione, vt iam ibi explicatum est: eaque de causa dictum ibidem est, illuminationem nostram, & internam vocationem, quā à Deo vocamur ad fidem, multum pendere à nostro libero arbitrio, & conatu Ecclesiae. Cum enim sine cuiusmodi notitias non fiat, vti quae quantum illarum vel à nostro libero arbitrio, vel à conatu Ecclesiae pendunt, tantum, tanquam à conditione sine qua non illuminabimur, pender regulariter & secundum communem cursum diuinae prouidentiae, quod à Deo illuminemur, & vocemur. Idem dictum est ibidem de motibus gratiae excitantis ad contritionem.

Accipe ergo ordinem motuum gratiae praeuenientis, simulque cognosce quoniam sint isti motus, & quomodo fiat. Dum homo, nondum ad fidem supernaturaliter interitus vocatus, cogitat & expendit res credendas, per notitias concionatoris ministerio aut aliunde comparatas, influit Deus in eandem notitias influxu quodam particulari ac supernaturali, quo cognitio nem illam adiuvat, tum vt res melius & dilucidius expōdatur, & penetretur, tum etiam vt notitia illa iam limites notitiae supernaturalis & ad finē supernaturalis in suo ordine & gradu accommodatē attingat. Influxus verò ille dicitur motus gratiae praeuenientis ad fidem supernaturalem & illuminatio: notitiaeque illa & cognitio, effecta iam à Deo supernaturalis per talem influxum, appellatur gratia praeuenientis ex parte intellectus. Ex cognitione verò & penetra-

tione earum rerum quae ad fidem spectant, nempe cum expenditur quā digna sint quibus assensus adhibeatur, quantumque id expediat, oritur naturaliter in voluntate motus affectionis ad res ita cognitās, quo allicitur, & quasi inuitatur ad imperandum intellectui assensum, quo eis assentiatur. Cum hoc ergo motu quasi se inserit etiam Deus, influens in illum per auxilium particulare, illumque eo auxilio quasi acuit, vt magis urgeat & alliciat, efficitque illum supernaturalem vt in suo ordine & gradu sit etiam ad salutem accommodatus. Auxilium itaque quae ad fidem spectant, quatenus à Deo supernaturalis efficitur per auxilium illud, dicitur gratia praeuenientis ad assensum fidei ex parte voluntatis. Disputatione namque octaua explicatum est, vocationem ad fidem, idue quo ad credendum Deus nos trahit, duos illos motus gratiae praeuenientis, tam intellectus, quā voluntatis, comprehendere.

Ex his patet, hos duos motus gratiae praeuenientis actiones esse vitales intellectus & voluntatis, multumque pendere à libero arbitrio, in quo & liberum arbitrium posse illos desiderare & petere à Deo, & quodammodo se ipsum aptare & disponere, vt, iuxta communem cursum ac ordinem diuinae prouidentiae, facilius sibi à Deo donentur: at propterea loquendo non sunt actus liberi arbitrij, non solum quoniam illustratio intellectus esse potest per cogitationes in quas absque vlla deliberatione, motusque liberi arbitrij incidit homo, vel quas Angelus aut Deus in eum impresserit aut excitauerit, vel alius per sermonem suggererit ante omnem motum liberi arbitrij, sed etiam quoniam, quod cogitatio illa euadat illustratio & gratia praeuenientis, solum id habet ex influxu supernaturali Dei, & per comparationem ad Deum tanquam ad causam illuminantem, non verò per comparationem ad intellectum; quauis, nisi simul cooperaretur intellectus, cogitatio & illustratio illa non esset in re natura: quare talis illustratio, quā illustratio est & gratia praeuenientis, non est actus liberi arbitrij. Affectus verò supernaturalis voluntatis circa ea quae ad fidem spectant, merè naturaliter oritur in voluntate existente illustratione intellectus, simulque influente Deo in illum per con-

cursum particularem, neque cooperatio voluntatis ad illum est in libera potestate voluntatis, sed merè naturaliter ex ea resultat, quatenus natura est, nō verò quatenus liberum arbitrium est, vt paulo antea fuit explicatū: tamen, vt liberum arbitrium est, arcedo cogitationem, aut adducendo rationes allicientes voluntatem in partem oppositam, possit impedire ne insurgat. Porro liberum arbitrium his duobus motibus gratiae praeuenientis adiutum & excitatum, liberam adhuc habet potestatem imperandi, aut non imperandi assensum fidei. Quod si voluntas fidem amplecti velit, actumque credendi imperet intellectui, influente simul motu gratiae praeuenientis, quam habet, elicit in seipso actum supernaturalem, quo fidē amplecti vult, quoque assensum imperat intellectui: simulque intellectus motus imperio illo supernaturali voluntatis, illustrationeque diuina adiutus, elicit actum supernaturalem assentiendi reuelatis, hisque duobus actibus supernaturalibus intellectus & voluntatis homo ritē dispositus suscipit habitum fidei supernaturalem, à Deo solo infusus, quo deinceps similes actus supernaturales valeat producere: complectiturque is habitus duas partes, vt disputatione octaua explicatum est: alteram quae in voluntate residet ad imperandos assensus credendi intellectui: alteram quae in intellectu, ad eliciendos eosdem assensus imperatos à voluntate, sita est: haec verò pars sola est, quae habitus fidei supernaturalis proprie appellatur.

Reliqui motus gratiae praeuenientis, ad spem, & contritionem, aut attritionē supernaturalem necessarii, in hunc modum generantur. Dum intellectus, illustratus iam lumine fidei supernaturalis, sempiternam beatitudinem homini à Deo praeparatā cogitat, bonitatem ac excellentiam illius, tum multa alia & praecleara Dei opera, ac beneficia in hominem collata, de quorum numero sunt Christi incarnatio ac passio, consideratque reliqua media quae sibi ad vitam aeternam consequendam abundantissimè suppeditata sunt, naturaliter oritur in voluntate non solum affectus ad beatitudinē, quo allicitur & inuitatur vt eam amore concupiscentiae velit, sed etiam motus erectionis quo attrahitur & allicitur ad eam ipsam à Deo sperandam. Quauis autem hic motus à libero arbitrio pendeat, si à cogitatione ex qua motus oritur cesset, vel si dilectates proponat quibus voluntas omnino

deprimatur, ac deterreatur, nihilominus, subiens impedimentis, merè naturaliter in voluntate insurgit, eique quasi se ingerit Deus specialiter influendo, eumque acuit, & efficit supernaturalem, vt in suo ordine & gradu sit qualis ad salutem necessarius est: per eumque supernaturaliter erigit & quasi inuitat voluntatē vt eliciat actū supernaturalem sperandi sempiternā beatitudinē, & media ad illā comparandam necessaria. Motio ergo illa, siue influxus supernaturalis Dei appellatur auxilium gratiae praeuenientis ac excitantis voluntatē ad sperandū vt ad salutē oportet. Ex quibus etiā patet eiusmodi motum operationē esse vitalem voluntatis, neque esse actum illius quā liberū arbitrium est, sed quā voluntas ac natura est: tamen illi modis illis supra explicatis pēdeat à voluntate vt liberū arbitrium est. Per eiusmodi ergo gratiam liberum nostrum arbitriū, à Deo praetūm & excitatum, elicit, si vult, primum actum spei supernaturalis liberum, quo ritē dispositum consequitur à Deo habitum spei supernaturalis per quē in posterū elicere possit alios similes actus supernaturales quotiescunque voluerit.

Deinde cum intellectus lumine fidei illustratus, praerexiteret; actū spei supernaturalis in voluntate, Dei bonitatem, tum secundum se, tum erga nos, considerat, & tam multa ac magna beneficia quibus tam suauiter nos praeuenit, naturaliter excitatur in voluntate motio affectus amoris amicitiae erga Deum, quo ea potentia allicitur & ad Deum diligendum inuitatur. Hinc etiam motui (qui, licet eatenus pendeat à libero arbitrio, quatenus potest de Deo non cogitare, alioque cogitationem diuertere, nihilominus, posita debita notitia ac lumine in intellectu, naturaliter oritur in voluntate) se inserit Deus, illumque suo supernaturali influxu nō solum acuit & incendit, sed etiam efficit supernaturalem, qualis videlicet in suo ordine & gradu est ad salutē necessarius. Influxus ergo, quo Deus in illū influit, appellatur auxilium gratiae praeuenientis ad diligendum vt ad salutē oportet: motio verò ipsa & affectus, vt est à Deo per illum influxum, dicitur gratia praeuenientis & excitans liberum arbitrium ad diligendum Deum vt ad salutē oportet. Quod si simul accedat cognitio magis iudicium, multitudinis, atque ingratitude peccatorum, quibus Deum offendimus, liberum arbitrium gratia eadem praeuenit, vt elicere potest actum dilectionis Dei supernaturalis.

Gratia praeuenientis motus ad contritionem.

Motus gratiae praeuenientis actum sperandi.

*Contritio qua ultimi est ad gratiam dispositio.*  
ita poterit elicere actum veri doloris de peccatis propter Deum ex affectu amoris supernaturalis dilectum: qui est vera contritio, & ultima dispositio ad gratiam gratum facientem, quæ in eodem instanti, postquam tamen natura, contritionem ipsam consequitur.

*Attentio nis motus*  
Quod si quis intellectu per lumen fidei illustrato, cogitet se propter lethalia peccata ius ad sempiternam felicitatem amisisse, ignem, & cruciatum sempiternum, extremamque miseriam promeruisse, naturaliter ex tali cogitatione insurgere solet in voluntate motus timoris Dei, qui adeo peccata detestatur & acerbe punit. Huic autem motui solet se inferere Deus influxu supernaturali, cum accendat, ut plus stimulet ac pungat, tribuendoque illi esse supernaturale seruilis timoris. Eo autem timore liberum arbitrium adiutum & excitatum, elicere potest dolorē supernaturalem de peccatis ex Dei timore ac gehennæ, qui dolor est attentio supernaturalis cum sacramento sufficiens ad gratiam iustificationis comparandam.

*Ad primū Vige ar. gumini*  
Ad primum ergo argumentum Andree à Vega dicendum est, ea quæ conciliū Arausicanum dicit fieri in homine, quæ homo non efficit, esse tum habitus supernaturales infusos, quos solus Deus efficienter producit, tum etiam motus gratiæ præuenientis, qui, ut explicatum est, non sunt ab homine cooperante per intellectum & voluntatem, quatenus rationem liberi arbitrij sortiuntur. Porro eo loco illa solum censetur homo facere, quæ per liberum arbitrium, quæ liberum arbitrium est, efficit. Est enim ibi sermo aduersus Pelagianos de bonis quæ ad vitam æternam spectant: cum enim illi contenderent, hominem per suum liberum arbitrium absque auxilio gratiæ posse, imò se ipsa efficere, aliqua eiusmodi bona quibus auxilia gratiæ sibi deinceps conferenda promeretur, desiniunt Concilij Patres, Deum quidem sine homine cooperante per suum liberum arbitrium, efficere in homine aliqua de numero eorum bonorum; hominem verò per suum liberum arbitrium nullum eorum posse efficere, nisi Deus illi per suam gratiam præstet, ut illud efficiat. Quare non ne-

gant Patres, vel intellectum, vel voluntatem, quatenus natura est, cooperari ad motus gratiæ præuenientis.

Ad secundum dicendum est, Christum, dum peccatores vocat, non pulsare ostium quod vita careat, minimeque pulsationem percipiat: sed pulsare ostium cordis, hoc est, intellectum & voluntatem, quæ duo vocationem motumque, quo peccator à Deo vocatur, in seipsis experiuntur, neque aliter quam ciciendo simul operationes vitales, quibus peccator à Deo vocatur, & ad fidem, vel ad penitentiam, vel ad aliquod aliud bonum allicitur, quæ proinde in seipso experimento deprehendit homo, ut & cæteras vitium, tam cognoscentium quam appetentium operationes, imò sicut, qui pulsat ostium, ea ratione pulsât ut qui intus est percipiat sonum, indeque moueatur ad aperendum ostium: ita Deus ea ratione pulsât ac mouet cor, ut motus percipiatur, indeque vletus per liberum arbitrium moueatur homo ad consentiendum motui, efficiendumque id ad quod per illam inuitatur, ut ea ratione aditus Christo in animam concedatur: motio autem illa minime deprehenderetur, nisi ad eam vitaliter influerent potentia, in quibus recipitur. Intereest ergo inter ostij ac cordis pulsationem, quod licet utraque, ea ex parte quæ pulsatio præcisè est, sit solum efficiens à pulsante (neque enim motus gratiæ præuenientis, ea ex parte quæ sunt ab intellectu & voluntate, sunt pulsationes, neque per eas intellectus aut voluntas se ipsa pulsant; sed solus Deus est qui per eas intellectum pulsât & voluntatem) nihilominus ad actionem pulsandi nullo modo conuenit efficiens ostium, sed solus is, qui pulsât, interuentu eiusmodi actionis efficit sonum, qui si ad aures perueniat existentis intra domum, auditu percipitur; integrum tamè illi manet aperite vel non aperite ostium: ad rem verò, quæ est pulsatio cordis, necesse est, ut efficiens cõcurrat cor ipsam, ut & percipi valeat, & inde pro sua libertate, ad aperendum cor Christo Domino, homo moueri possit. Porro in testimonio illo Apocalypsis 3, audire vocem Christi, nõ est illam percipere, sed ei consentire & obedire.

*Ad secundum. Christus ut dicitur pulsatur. re ad ostium peccatoris.*

Vtrum credendi, sperandi, diligendi, ac poenitendi actus efficienter emanent à Theologicis habitibus in eo instanti, quo ad ipsos vltimò disponunt, & quid sit iustificatio.

## Disputatio 46.

**N**uper est sine primæ huius Cordiæ parti examine propositæ difficultatis imponamus. Vtrum scilicet supernaturales credendi, sperandi, diligendi, ac poenitendi actus, quibus adulti ad iustificationem disponunt, in quo instanti vltimò ad habitus Theologicum virtutum disponunt, illique à Deo infunduntur, efficienter emanent ab eisdem habitibus tunc primò infusis, ut quidam volunt: an verò, ut nos à disputatione octaua, & rursus à 37. nõ obscurè explicasse videmus, tunc non emanent ab habitibus, qui postertius natura in eodem temporis momento infunduntur, sed effecti sint supernaturales, vltimæque dispositiones ad eos habitus, per distincta auxilia ac motus gratiæ præuenientis ac excitantis hæcenus explicata: si autem post illud instans in eisdem actibus persistamus, tunc toto tempore sequenti emanent ab habitibus iam infusis, meritoriique sint augmentum gloriæ tum etiam gratiæ in primo instanti omnino gratis acceptæ. Inde verò accepta occasione simul explicabimus, quid iustificatio sit, de qua toties, in præcedentibus facta est mentio.

D. Thomas prima secundæ q. 113. art. 7. ad quartum, & art. 8. ad secundum, Caiet. & Bartholomæus Medina ad eundem art. octauum, Sotus 2. de natura & gratia cap. 18. & in quarto, d. 14. q. 2. art. 6. & Causus in relect. de poenitentia parte prima ad finem, in ea sunt sententia, ut dicat, vltimam dispositionem adulti ad gratiam efficienter emanare à gratia ipsa, in quo instanti gratia primò infunditur. Quin Sotus affirmat particulare auxilium, quo ille actus supernaturalis fit, vltimòque ad gratiam disponit, non esse aliud, quam ipsummet influxum gratiæ habitualis ad eundem actum in genere causæ efficientis.

*D. Thomas opinio.*

Hæc sententia probatur primò: Quoniam actus, quo adultus vltimò disponitur ad gratiam, meritorius est vite æternæ in eo ipso instanti, in quo gratia infunditur: sed non potest esse meritorius, nisi emanet à gratia: ergo emanat à gratia in instanti, in quo gratia infunditur. Secundò, gratia gratum faciens habitus est operatiuus, agens seu cooperans quantum est ex parte sua, ex necessitate naturæ: sed agens ex necessitate naturæ, præsertim si instantanea agat actione, in quo instanti primò est, operatur, ut Sol, in quo instanti est productus, illuminauit: ergo gratia gratum faciens in quo instanti infunditur adulto, qui per suam operationem tunc vltimò ad eam disponitur, cooperabitur ad eundem actum, qui in eo ipso instanti producit. Tertio, causa in vno & eodem instanti possunt esse sibi inuicem cause, atque adeo possunt se mutuo præcedere in alio atque alio genere causæ, ut quando aer suo motu aperit fenestram & ingreditur aulam, in genere causæ efficientis prior est aeris ingressus, quam apertio fenestree; ingrediendo quippe aperit fenestram: at verò in genere causæ dispositiue, & quasi materialis, cum fenestree apertio dispositio cõditione prærequisita sit, ut aer ingrediatur, prior est, quam aeris ingressus: item iuxta eos, qui resolutionem fieri affirmant vsq; ad materiã primã, in quo instanti introducit forma substantialis ignis, ab ea efficienter emanat calor, quo conferretur in materiã, atque adeo in genere causæ efficientis forma substantialis precedit in materiã suã requisitam dispositionem: tanquã in genere causæ materialis ac dispositiue prior sit illa eadem dispositio in materiã: exemplũ etiam adhibet D. Thomas in aeris illuminatione, quæ in genere causæ efficientis antecedit expulsiõnem tenebrarũ; cum tamè in genere causæ materialis prior sit tenebrarũ expulsiõ, quam luminis receptio: eodem ergo modo in genere causæ efficientis prior erit gratiæ infusio, vltiorque illius influxus in actum, quo adultus vltimò se disponit ad gratiam, quã sit dispositio illa: cum tamen in genere causæ materialis prior sit ea dispositio, quã gratia animam informet, ad eundem actum informet.

*Probatur primò.*

Hæc sententia probatur primò: Quoniam actus, quo adultus vltimò disponitur ad gratiam, meritorius est vite æternæ in eo ipso instanti, in quo gratia infunditur: sed non potest esse meritorius, nisi emanet à gratia: ergo emanat à gratia in instanti, in quo gratia infunditur.

Secundò, gratia gratum faciens habitus est operatiuus, agens seu cooperans quantum est ex parte sua, ex necessitate naturæ: sed agens ex necessitate naturæ, præsertim si instantanea agat actione, in quo instanti primò est, operatur, ut Sol, in quo instanti est productus, illuminauit: ergo gratia gratum faciens in quo instanti infunditur adulto, qui per suam operationem tunc vltimò ad eam disponitur, cooperabitur ad eundem actum, qui in eo ipso instanti producit.

*Secundò.*

Tertio, causa in vno & eodem instanti possunt esse sibi inuicem cause, atque adeo possunt se mutuo præcedere in alio atque alio genere causæ, ut quando aer suo motu aperit fenestram & ingreditur aulam, in genere causæ efficientis prior est aeris ingressus, quam apertio fenestree; ingrediendo quippe aperit fenestram: at verò in genere causæ dispositiue, & quasi materialis, cum fenestree apertio dispositio cõditione prærequisita sit, ut aer ingrediatur, prior est, quam aeris ingressus: item iuxta eos, qui resolutionem fieri affirmant vsq; ad materiã primã, in quo instanti introducit forma substantialis ignis, ab ea efficienter emanat calor, quo conferretur in materiã, atque adeo in genere causæ efficientis forma substantialis precedit in materiã suã requisitam dispositionem: tanquã in genere causæ materialis ac dispositiue prior sit illa eadem dispositio in materiã: exemplũ etiam adhibet D. Thomas in aeris illuminatione, quæ in genere causæ efficientis antecedit expulsiõnem tenebrarũ; cum tamè in genere causæ materialis prior sit tenebrarũ expulsiõ, quam luminis receptio: eodem ergo modo in genere causæ efficientis prior erit gratiæ infusio, vltiorque illius influxus in actum, quo adultus vltimò se disponit ad gratiam, quã sit dispositio illa: cum tamen in genere causæ materialis prior sit ea dispositio, quã gratia animam informet, ad eundem actum informet.

*Tertio.*

Vtrum

Non desuerunt, qui cum sentirent adulti iustificationem completi actibus virtutum insularum, affirmaverunt habitus Theologicarum virtutum efficienter concurrere ad adulti iustificationem; eaque de causa a Suis credendi, sperandi, & diligendi. in quo instanti sunt vltimae dispositiones ad habitus, & in quo ipsi primò infunduntur. efficienter ab eisdè habitibus produci. Atq; id probatè ex verbis illis Concilij Tridentini, sess. 6. c. septimo: in iustificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per IESVM Christum cui inscribitur, fidem, spem, & caritatem: nam fides, nisi ad eam spes accedat & caritas, neque vnit perfectè cum Christo, neque corporis eius viuum membrum efficit.

*Quartò.* Hinc eiusmodi eliciebant argumētum, quod ordine sit quartum. Vnitè & efficeat membrum viuum, efficiētiā proculdubio significat: cum ergo hæc efficiētia posita non sit in habituum insularum informatione, qua animam illiusque potentias informat, sed in eorūdem habituum influxu ad a. Suis affectuosè diligendi, sperandi, & credendi, qui in eodem instanti eliciuntur, Christoque eum, qui iustificatur, vniunt; consequens est, vt infusi habitus efficienter concurrant ad actus illos, quando in primo iustificationis momento eliciuntur. Confirmatur, quoniam iustificatio vita est spiritualis eius qui iustificatur: viuere autem spirituale nec esse, nec intelligi valet sine operatione spiritualis vitæ.

*Consi.* Sotus in quarto loco citato non solum confiteri contrariam sententiam esse communem, sed etiam Diui Thomæ opinionem difficilem esse, quæ intelligatur & defendatur. Medina etiam contrariam sententiam satis probabilem indicat, atque affirmari posse liberum arbitrium non elicere cum gratia gratum faciente vltimum dispositionem ad eandè gratiam, sed cum motione distincta auxilij gratiæ prouenientis: atque diuina Thomam locis citatis nomine gratiæ non intellexisse gratum facientem, sed eiusmodi particulare auxilium. Postea verò opinionem Diui Thomæ defendit. Licet enim negari non possit, Diuum Thomam, præter gratiæ habitusalem, constituere etiam illud aliud particulare auxilium, vt patet prima secundæ q. 99. art. 7. & sequentiū, & quæst. 112. art. 2. nihilominus locis aliis citatis manifestè affirmat, gratiam ipsam gratum facientem efficienter concurrere

ad actum liberi arbitrij qui in instanti, in quo ipsa infunditur, elicitur. Ego etiam fateor me nunquam valuisse intelligere, quoniam pacto gratia ipsa grati faciens cōcurrere possit ad actum liberi arbitrij, qui ad eam dispositio est prærequisita: vnde semper probabiliorem multo iudicavi communem opinionem contrariam. Occasione verò quarti argumētum propositi, & vt res hæc tota dilucidior fiat, ante omnia explicandum nobis est, quid nomine iustificationis, de qua nunc sermo est, intelligatur. Prætermisissis verò aliis eius vocabulis acceptionibus, necnon ea iustificatione, qua quis nullo in se procedente peccato iustus fit, quo pacto tam Angeli omnes, quàm primi patentes, in quo instanti conditi sunt, vnà cum natura iustitiam gratiæ acceperunt; item ea, qua iustus incrementum iustitiæ accipit, de qua Apocalyp. vlt. Qui iustus est, iustificetur adhuc: & Eccles. 8. Ne verearis vsque ad mortè iustificari; est enim merces operi tuo: & Iacobi 2. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo: impij seu peccatoris iustificatione, ex verbis Concilij Tridentini sessione 6. cap. 4. potest in hunc modum definiri. Est translatio ab statu lethalis culpæ in statum gratiæ & adoptionis filiorum Dei per IESVM Christum Saluatorem nostrum.

Non attuli eandem proflus definitionem Concilij eo in loco, sed eam que ex Concilij verbis elici poterat: quoniam dum Concilium eo in loco ita iustificationem definit: Est translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam IESVM Christum Saluatorem nostrum; non definit vniuersum impij iustificationem, sed eam solum, qua nondum fidelis nec originali labe mundatus, in gratiæ statum transferitur. A capite nanque 14. eiusdem sessionis agere incipit Concilium de illa alia impij iustificatione, qua vir fidelis, post iustificationem primam in lethalem culpam prolapsus, iterum iustificatur. Quin Concilium Tridentinum vsque ad caput decimum quartum eam solum iustificationem infidelis adulti, modumque quo fiat, potissimum explicat, qua, dum cum solo eo dolore de peccatis accedit, qui cum baptismo sufficit, & attritio dicitur, iustificatur, vt ex cap. 6 progressusque toto est manifestum: quod ante oculos est habendum. Progressu verò illius iustificationis explicato, facile erat omnè aliam iustifi-

*Iustificatio non est sola peccatorum remissio.*

*Iustificatio est causa qua.*

*Iustificatio quid.*

*Quæ iustificationem definiunt Concilium Tridentinum.*

*Iustitia quæ formaliter iustitiam, est habitusalis caritas & gratia.*

iustificatione intelligere. Vt ergo ex eisdè Concilij verbis definitionem cōficeremus, quæ omnem vniuersum impij iustificationem comprehendere, loco illorum verborum, est translatio ab statu in quo homo nascitur filius primi Adæ, diximus, est translatio ab statu lethalis culpæ.

Hanc iustificationem, ait Concilium cap. 7. non esse solum remissionem peccatorum, sed & sanctificationem, ac renouationem per gratiam & dona, eaque ratione hominem per eam ex iniusto fieri iustum, & ex inimico amicum, & hæredem vitæ æternæ. Eiusdem iustificationis subiungit esse causam efficientem misericordem Deum, qui gratuito sanctificat, signans & vngens spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, Meritoriam verò Christum redemptorem nostrum, qui sua sanctissima passione in ligno crucis nobis sanctificatione promeruit, & pro nobis Patri satisfecit. Formalem autem iustitiam Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua videlicet ab eo donati, renouamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed verè iusti nominamur & sumus, iustitiam in nobis recipientes, vniuersisque suam. Quamquam enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis Christi communicatur, id tamè in impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimæ passionis merito per Spiritum sanctum caritas Dei diffunditur in cordibus eorum qui iustificatur, atque ipsi inhaeret. Hæc Concilium ibi. Ex quibus profectò, & cæteris, quæ eodem capite, & c. 8. ac 10. & denique toto sessionis progressu subiūgit, aperè cōstat, iustitiam qua formaliter iusti sumus, quæque misericorditer nos Deus iustos facit, esse habitualem caritatem & gratiam, quam Christi meritis nobis infundit, & qua, etiam dormientes & amentes, iusti sanus.

Observandum autem est, verbum, facio, & quæ ex illo componitur, interdum sumi ad significandum solum influxum ac causalitatem efficientis causæ, atque aded actionem, qua effectū attingit, & a qua formaliter efficere dicitur: interdum verò ad significandam causalitatem aliarum causarum. Dicimus namque candorem efficere candidum, nō in genere causæ efficientis, sed formalis: & gratiam, quæ est terminus formalis iustificationis, efficere gratum, ab eoque formali effectu nomen gratiæ gratum facientis accepit.

Iuxta hæc ergo, si nomen verbale, iustificatio, sumatur vt actionem significat, qua Deus nos efficienter iustos facit, transferri que de statu lethalis culpæ, loco illorum verborum, est translatio ab statu in quo homo nascitur filius primi Adæ, sanè iustificatio non est aliud, quàm infusio habitualis caritatis & gratiæ, qua, tanquam actione, iustificationis effectū attingere ac perficere dicitur. Si verò sumatur vt significat causalitatem causæ formalis, non est aliud, quàm actio, seu informatio, qua habitualis caritas & gratia, à Deo infusa, actuat & informat animam eius qui iustificatur: ea enim actuatione formaliter expellitur peccatum (non sicut ac lumine recepto in aère formaliter excluduntur tenebræ, quæ in ipso erant) & iustum efficit eum, quem actuat & informat; ac proinde in genere causæ formalis ab statu peccati in statum iustitiæ & adoptionis filiorum Dei eundem transfert, atque conuenit. Sumpta iustificatione hoc modo, dicimus gratiam & caritatem iustificare, Deumque eadem gratia & caritate, tanquam formali causa, iustificare; tamèsi infusione ipsa eiusdem gratiæ, tanquam actione, dicatur iustificare.

Ratio iustificationis à nobis definita & explicata communis proculdubio & vniuersa est omni vniuersum impij iustificationi quæ post Adæ peccatum fit, siue illa paruulorum sit & amentium interueniente sacramento, siue adultorum attritum donata interueniente similitè sacramento, siue contritum habentium supernaturalem dolore de peccatis propter Deum summè dilectum, qui eo ipso, esto nondum sacramentum aduentum, iustificatur. Quin licet Tridentinum Concilium hanc eoque vltimam: adultorum infidelium iustificatione à capite quarto innuat, potissimū tamè explicationem iustificationis adultorum infidelium attritum donatam persequitur, ideoque huius iustificationis ait baptismum esse causam instrumentalem.

Hinc iam facile erit intelligere, nullam esse vim quarti argumētum propositi, neque eam esse germanum sensum verborum Concilij Tridentini, quibus argumentum nititur, quem illius sententiæ auctores intendunt. Enimvero nullas est probabilitate, cuiusque negare potest id, quod Concilium illis verbis docuit, conuenire etiam iustificationi paruulorum, per habitusque supernaturales fidei, spem, & caritatis, quos, dum baptizantur, recipiunt, vni Christi, vni que illius

*Quartè argumētum solum.*



membra effici: cum tamē nullam vitalem operationem tunc habeant, nullamque omnino actum fidei, spei & caritatis exerceat: quare vnio, de qua illis verbis est sermo, non est per infusionem habituum in genere causę efficientis in actus fidei, spei & caritatis, quos iustificatus tunc exerceat.

Confirmat.  
soluitur.

Patec etiam nullam esse vim confirmationis eidē argumento addicte. Etenim in parulis iustificatis, & in nobis ipsis dormientibus, vita est spiritalis per caritatem & gratiam, qua formaliter iusti sumus, sine vlla operatione vitę spiritalis, quę ab eisdem habitibus tunc emanet. Neque intelligere valeo quoniam pacto, iuxta sententiam autorum quibus cum disputamus, defendi possit, actum qui à iustificato in instanti, in quo primò gratiam accipit, elicitur, meritorium non esse gratię, si, vt affirmant, à vita gratię & caritatis in eo ipso instanti efficienter emanat: idem namque actus vltra illud instans continuatus, aut quicunque alius post gratiam acceptam de nouo elicitus, ea ratione non solum glorię, sed & gratię est meritorium, quia à gratia vitę spiritalis animę efficienter emanat: nemo autem dicere audebit, actum illum in primo instanti, in quo gratia acquiritur, meritorium esse gratię: quoniam eo dato, prima gratia caderec sub meritum, quod est erroneum.

Illud ad hac est addendū, quanuis perperam, & plusquam periculose in fide negare quis veller quod Concilium verbis illis docet, iustificationi parvulorum conuenire, nulla tamen ratione negare posset, conuenire iustificationi eorum infidelium adultorum, qui ex solo seruilis timore attriti, baptismo accedente iustificantur: quandoquidem illis capitibus de ea possimum iustificatione est sermo, cuius instrumentalis causā est baptismus, vt saltem negari non possit, de ea etiam ibi esse sermonem: at verò per caritatem & gratiam, quam ea iustificatione accipiunt, ita Christo vniuntur, vnaque ipsius membra efficiuntur, vt tamen caritas nullam tunc eliciat actum: presertim cum, si dormientes aut amentes baptizantur, vt ipse qui ante somnum vel amentiam baptismum petissent, gratiam similiter recipient.

Sensus autem illorum verborum Concilij Tridentini intelligitur facile, si attendamus, vniuersalem Ecclesiam, quę est à lapsu primorum parentum, corpus quoddam esse mysticum, cuius

caput est Christus quā homo. Per id verò homines mysticē vniuntur Christo, per quod sunt de corpore Ecclesię: eò quod sunt eo ipso membra Christi. Id autē fuit semper fides in Christo, siue implicita, siue explicita, pro diuersis fidei status Ecclesię: neque enim aliud nomē est sub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri; & hunc proposuit Pater propitiorem per fidem, &c. At verò eo ipso quod quis, siue in sacramento siue extra sacramento, & siue paruulus sit siue adultus, habitum suscipit fidei supernaturalis, quemadmodum efficitur pars Ecclesię vniuersalis, ita efficitur membrum Christi, suo capiti in eo corpore vnitum, eamque vniōnem habet siue dormiat, siue vigilet, & siue fidei actum eliciat, siue non, sed impotens omnino tunc sit ad eum eliciendum, vt sunt paruuli & amentes. Licet autem fidei habitus mysticē vniat Christo, membrumque illius in corpore Ecclesię efficiat, nisi tamen accedant habitus spei, & caritatis, quę spiritalis vita est animę, mortem peccati expellens, vimque ad opera vitę eternę meritoria tribuens, vnit imperfectē, solumque constituit membrum ad hoc mortuum per lethale peccatum, nullum exerceat valens opus eternę vitę meritorium. Hinc constat habitus infusus fidei, spei & caritatis vniere Christo quatenus homini, & quatenus caput est Ecclesię (de qua vniōne sermo est aperte in eo loco Concilij) non in genere causę efficientis, sed potius quasi formalis: eo pacto quo forma vnit se materie disposita, & pars aquę vnit se alteri partibus autem qui eos habitus nobis infundit, nępe Deus, est qui Christi meritis, suaque misericordia nos vnit eidem Christo efficienter per eosdem habitus, tanquam per causas formales, nos vna Christi membra efficiendo. Longē alia est vnio, quę caritati per suum actum tribuitur, quatenus amor, iuxta Dionysium, vniat amantem cum te amata, illumque in eam transfundat, de qua est sermo in quarto argumento proposito: eiusmodi namque vnio est cum proprio obiecto caritatis, nempe cum Deo, quatenus Deus est, & non cum Christo quatenus homo est, & Ecclesię caput; de qua sanē vnioe sermo non est in eo Concilij loco.

Atque vt sacri Concilij mens plenius introspectiatur, ratioque iustificationis magis in aperto sit, obseruandum est, institutum Concilij ab illis verbis esse reicere ac damnare pestiferum illum

*Primum in Ecclesia à lapsu primorum parentum vni corpus mysticum, cuius caput Christus quā homo. Fide mysticē vniuntur Christo in corpore Ecclesię. Et membra illius sumus, tamē si caritate imperfectē. C. vii. Spirituālis vitę anima.*

Lutheranorum errorem, quo asserbant solam fidem iustificare, simulque explanare in quo sensu iustificatio interdum in scripturis sacris fidei tribuatur. Hac de causā, cum totum iustificationis progressum à quinto capite vsque ad illa verba explicasset, docuissetque ad iustificationem concurrere fidem & spē, cōpleri verò per caritatem & gratiā cordibus eorū, qui iustificatur, infusam, intulit: Vnde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum (subintellige non solam fidem) sed hæc omnia simul infusa accipit homo per I E S V M Christum cui inseritur, fidem, spem & caritatem Eius verò, quod subintelligendum dixi, subiungit continuo rationem, dicens: Nam fides, nisi ad eam spes accedat, & caritas, neque vnit perfectē cum Christo, neque corporis eius, hoc est Ecclesię, vnum membrum efficit. Quare ratione verissimè dicitur, fidem sine operibus mortuam & otiosam esse, & in Christo I E S V neque circuncisionē aliquid valere, neque præputium, sed fidem, quę per caritatem operatur. Atque hanc fidem ante baptismi sacramentū ex Apostolorum traditione petere catechumenos ab Ecclesia, cum petunt fidem vitę eternę præstantem, quam sine spe & caritate præstare non potest. Vnde statim verbum Christi audiūt, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Itaque veram & Christianam iustitiam accipientes, eam eum primam solam pro illa, quam Adam sua inobediētia sibi & nobis perdidit, per Christum I E S V M donatam, candidam & immaculatam iubentur statim renati conseruare, vt eā proferant ante tribunal Christi, & habeant vitam eternam. Hætenus Concilium. Profertō iustitia & stola, quę catechumeni pro ea, quę Adam sibi & nobis perdidit, in baptismo suscipiunt, & quam cādidam & immaculatam seruare iubentur, non est alia, quam habitualis caritas & gratia, quę Adam suo peccato sibi & nobis perdidit, eiusdemque rationis est in paruulis & in adultis baptizatis, quam proinde paruulorū nomine petunt ab Ecclesia parini ante eorū baptismum: ea autem, vt conseruetur, indiget obseruatione mandatorū, quo tēpore sub lethali culpa obligant, neque per solam infidelitatem, vt Lutherani asserbant, sed per quodcumque aliud lethale peccatum etiam amittitur, ob eamque rationem fides in adultis sine operibus mortua & otiosa dicitur.

Deinde Concilium cap. 3. sequenti explicat,

Paulum ad Romanos 3, in eo sensu dixisse, iustificari hominem per fidem, & gratis, quia fides est humana salutis initium, fundamentum & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire. Gratis verò, quia nihil eorum, quę iustificationem præcedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promerentur: quia si gratia est, iam nō est ex operibus; alioquin gratia, vt ibidem Apostolus ait, iam non est gratia. Hætenus Concilium. Ecce, fidem, quam dixit esse humanę salutis initium, addidit esse fundamentum & radicem omnis iustificationis, atque ad eam iustificationis paruulorum: quod sanē intelligi non potest nisi de fide habituali infusa, quę primò vnit nos cum nostro capite (tamēsi imperfectē, vt explicatum est) nolque illius membra efficit. Cum verò salus nostra in vnione cum nostro capite in corpore Ecclesię sit posita, illaque sit prima vnio, & radix ac fundamentum cæterorum, merito habitualem fidem infusam appellauit initium nostrę salutis, & basim ac fundamentum eorum, quę ita ad iustificationem pertinent, vt in iustificato permanent, suoque capiti illum vniat, à quo vita caritatis & gratię, quę est integra & perfecta ipse salus, non, nisi posita vnione per fidem, deriuatur. Hoc verò non tollit quominus in adultis necessarium sit, natura saltem, præcedat supernaturalis credendi actus, quo ea, quę sunt fidei, ex auditu concipientes, diuinaque illustratione ac auxilio præuerti & excitati, liberē moueantur in Deum, credentes vera esse, quę diuinitus reuelata ac promissa sunt, vt idem Concilium cap. 5. & 6. tradit, sicque diuinitus adiuti vltimò seipsos disponant ad fidei habitum suscipiendum, quo Christo capiti suo inserti, membraque illius efficiant, salutis initium, radicemque ac fundamentum iustificationis in se ipsis habeant.

Hinc iam facile intelligitur, aliud esse salutis initium, radicem ac fundamentum iustificationis, de quo sermo est in Concilio Tridentino cap. 8. citato: aliud verò exordium iustificationis adultorum per frequentem, excitantem ac vocantem gratiam, quę auxiliis sit particularibus, nequaquā in iustificato permanentibus, sed transiuntibus, de quibus sermo est cap. 5. & 6. præcedentibus. Illud quippe primum commune est omni vniuersim iustificationis: hoc verò secundū proprium.

*Salutis initium, & fundamentum, diuinitus in conuert. Tr. vi. ab exordio iustificationis.*

Injustificatio summi ne peccati pro praeiis adspis in omnibus supernaturaliter credendi, sperandi, paritendi, quibus adultus disponitur.

proprium est justificationis aduorum, ac, natura saltem illud aliud in eis antecedit.

Dicit aliquis fortasse, adulti justificatione posse etiam summi pro praeiis dispositionibus actuum supernaturalium credendi, sperandi, diligendi ac poenitendi, quos de lege ordinaria exigit ratio sanctitatis & iustitiae parens Deus, vt iustitiam, habitualemque caritatem Christi meritis ipse solus infundat, quae formaliter iustificet: eo pacto quo praemia alteratio, ad formae substantialis introductionem necessaria, generatio substantialis dicitur, denominatione sumpta ab introductione substantialis formae, ad quam alteratio illa ordinatur, & ad quam est via. Adde, ad justificationem adulti hoc modo sumptam, concurrere efficienter caritatis & gratiae habitum in eo ipso temporis momento, in quo infunditur: non vero solum influxum auxiliij supernaturalis transeuntis, atque influxum habitus caritatis & gratiae euehi ad esse supernaturale dispositionis vltimae ad eundem caritatis & gratiae habitum requisita.

Qui haec ita dixerit, in primis attendat, latum esse discrimen inter praemiam alterationem comparatione introductionis formae substantialis, in qua introductione posita est propriissima ac formalis ratio generationis substantialis, & inter prauias dispositiones adulti ad iustificationem necessarias. Praemia namque illa alteratio attingit efficienter vnionem formae substantialis cu materia, illique qui ita alterando disponit materiam, verè dicitur generare substantialiter, ac proinde mirum non est, si alteratio illa, denominatione sumpta à termino, quem introducit ac efficit, generatio dicatur tanquam via ad illam: at vero praemia supernaturalis dispositiones, neque meritorie, nequum efficienter physice attingunt introductionem caritatis & gratiae: sed solum sunt conditiones sine quibus Deus meritis Christi, ex suaque misericordia nò vult ea infundere: neque qui, Deo cooperante, se ipsum eo pacto disponit, dicitur se ipsum iustificare, sed solus Deus est, qui illi iustificat: quare quidquid Canus 12. de locis c. 13, ad 7. & Ruardus Tapper in articulo de iustificatione pagina 9 §. Huc sensum, in contrarij dixerint, profectò nò est quòd introductio illarum dispositionum iustificatione appellatur, sed appellanda solum est dispositio ad iustificationem, solumque est concedendum talem adultum, Deo cooperante, se ipsum disponere ad iustificationem, non vero se ipsum iustificare: imò neque

Dispositio nes ad iustificationem: huiusmodi in iustificatione. Qui Deo cooperante se ipsum disponit, aut dicitur se ipsum iustificare, sed Deo cooperante.

ad iustificationem cooperari, sed solum se disponere, & preparare. Quò fit, vt esto concedendū esset, caritatis & gratiae habitū efficiēter cōcurrere ad vltimam dispositionem ad eundem habitum, asserendum tamen non esset concurrere efficienter ad iustificationem: eò quòd vltima illa dispositio neque iustificatio sit, neque pars iustificationis, sed dispositio ad iustificationem, quae in sola infusione habitus caritatis & gratiae est posita.

Deinde attendat, saltem in ea adulti iustificatione, quae accedente sacramento fit cum sola actione, affirmari non posse habitum caritatis & gratiae efficienter concurrere ad vltimam dispositionem ad eundem habitum. Etenim neque actus liberi arbitrij tunc est vltima dispositio ad gratiam, sed sacramentum vnà cum illo complet vltimam dispositionem: ad sacramentum autem nemo dixerit concurrere efficiēter habitum caritatis & gratiae: neque in eo instanti est vllus actus dilectionis, vel elicitus, vel imperatus, ad cuius proinde productionem concurrere possit efficienter habitus caritatis & gratiae, sed solum est dolor de peccatis ex solo timore seruili per longè diuersum influxum euectus ad esse supernaturale timoris.

Eslo autem admitteremus supernaturale contritionis actum, qui est vltima dispositio ad gratiam, improprie (ne inepte dicā) ea ratione appellari posse iustificationem, quia dispositio viae, est ad iustitiam, certè non video posse cum probabilitate defendi ad illum, quatenus vltima dispositio est ad gratiam, efficienter concurrere habitum ipsius caritatis & gratiae ad quem vltimò disponit, vt ea ratione possit consequenter dici, habitum gratiae & caritatis concurrere efficienter ad impij iustificationem.

Primo, quoniam si efficienter emanat ab habitu caritatis & gratiae, non video quo pacto defendi possit non esse meritorium, non solū gloriae, sed etiam gratiae, vt supra deductū est: quod tamen plusquam periculosè in fide concederetur. Haec autem opinione data concedendū esset, etiam quatenus vltima dispositio est ad primam gratiam, esse meritorium gratiae: quoniam, vt vltima dispositio est, asseritur emanare efficienter ab habitu gratiae, imò per influxum ipsius habitus in genere causae efficientis compleri in ratione vltimae dispositionis ad eundem habitum.

Secundo, quoniam intelligere non valeo quomodo

Caritatis & gratiae habitus non concurrunt efficienter ad vltimam dispositionem ad gratiam.

nam pacto ad actum, qui ita praerequisitus est ad habitus infusionem tanquā dispositio ad illum, vt à libero consensu & influxu arbitrij in illum pendeat vt sit aut non sit in rerum natura in eo ipso temporis momento in quo est vltima dispositio ad habitum, concurrat efficienter idem habitus praexistens, & informans animam ac potentiam, influensque in genere causae efficientis prius natura, quam sit idem actus, qui ad ipsum disponit: praesertim cum de fide sit, liberum arbitrium, praeventum & excitatum à Deo per auxilium gratiae ad actum illū eliciendum, posse non consentire, & non elicere illum in eo ipso instanti, in quo eum elicit, & in quo est iam à Deo excitatum & praeventum, cassam reddendo gratiam ita receptam, neque vterius donum iustificationis assequedo. Quo fit, vt gratia, qua arbitrium praeventur, excitatur, & adiuuatur in eo ipso instanti, in quo elicit assensum, dolorēque de peccatis quo vltimò se disponit ad iustificationis donum, neque sit habitus ipse caritatis & gratiae quo formaliter iustificatur, neque influxus illius, sed auxilium & motio omnino distincta anteceditur tum iustificationem ipsam, tum etiam vltimam dispositionem & influxum liberi arbitrij ad illam: neque satis intelligo quo pacto libera maneret voluntas ad eliciendum & non eliciendum actum contritionis, si prius in genere causae efficientis acciperet habitum caritatis & gratiae, influxuque illius iuuaretur ad actum contritionis eliciendum. Etenim habitus gratiae semel, priusque, natura collatus, quā contritionis actus eliciatur, nò potest nò esse, ac proinde, vel concedendū esset voluntatem nò manere tunc liberam ad non eliciendum actum contritionis, vel posse ad eundem recipere habitum caritatis & gratiae, quin ad illā sit vltimò dispositus, quae nullus concedet.

Tertio, quoniam Concilium Tridentinum, vt supra abundè est explicatum, auxilijs gratiae praeventis & excitatis distinctis ab habitu caritatis & gratiae, & quae, postquam à Deo collata sunt, possunt arbitrij libertate cassa reddi, docet adultos disponi vltimò ad iustificationis donum, habitumque caritatis & gratiae: & tunc deorum habitum infundi, quādo illis auxilijs liberoque arbitrij influxu ad eam dispositio. Vt enim omittam quae hac de re aperte cap. 5. & 6. scilicet 6. docet, tertius canon eiusdem sessionis sic habet: Si quis dixerit, sine praeventis Spiritus sancti

inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut poenitere posse sicut oportet vt ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit. Ecce, spiritus sancti inspiratione & adiutorio affirmat hominem elicere actus credendi, sperandi, diligendi & poenitendi sicut oportet (hoc est, ita vt sufficientes dispositiones sint) vt ei iustificationis gratia conferatur, ac proinde affirmat, iustificationis gratiam, quae aliud non est quàm caritatis & gratiae habitus, confecti praexistentibus illis actibus tanquam dispositionibus vltimis, quae à praedictis prauiis particularibus auxilijs, liberoque arbitrij influxu dependent. Et canon quartus ita habet: Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium, à Deo motum & excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat ac preparat, neque posse dissentire si velit, anathema sit. Ecce, liberum arbitrium ad eam supernaturalem dispositionem, quam cum habuerit, iustificationis gratiam, atque adeo caritatis habitum posterius natura obtinebit, affirmat à Deo moueri & excitari, vtique per distinctum auxilium & influxum; liberumque ipsam arbitrium sic cooperari Deo ita excitanti ac vocanti, vt dissentire possit post eam vocationem & excitationem, si velit, neque se vltimò ad iustificationis gratiam praeparare. Nescio quid apertius dici poterit, vt intelligeretur vltimam dispositionem ad iustificationem, ad habitumque caritatis & gratiae, non fieri efficienter ab habitu ipso caritatis & gratiae, sed à prauiis illis alijs auxilijs.

Vt verò haec magis nota fiant, & argumenta contrariae opinionis facilius dissoluatur, obseruandum est, habitus infusus fidei, spei & caritatis seu gratiae, esse quidem non solum operatiuos, sed etiam, quantum est ex se, operari ex necessitate naturae, attamen non esse integras causas suorum actuum, vt est non illi in eis pendere à libero influxu potētiarum, in quibus resident, in eodem actus. Praetera proprium eorum modum influendi in suos actus esse alluciendo potentias, facilesque reddendo ad suos actus producendos: haec namque est propria cooperatio cum potētis ad eorum actus, sicut actus & habitus naturales sint, sive supernaturales.

Hinc in primis efficitur, vt nobis vel dormientibus, vel liberè ab actu exercitio cessantibus, habitus nullam prorsus eliciat actionem: atque

Fidei, si ei, caritatis, & gratiae habitus infusus operatiuus sunt, idè n. cessante natura quādam esse.

Et habitus eius operatiuus quāda modo iam dicitur.

atque ut per liberum influxum potentiarum viamur habitibus ad operationes quādo volumus.

Ex eodem etiam capite oritur, ut quāuis habitus, si natura saltem, precedat influxum potentiae ad operationem, possit in eodem instanti, in quo primò existit, concurrere efficienter ad operationem potentiae, eam alliciendo, & facilioreque reddendo ad actum quem tunc producit: nihilominus, si aliunde potentia prius natura influat & producatur, quā habitus adueniat, nequaquam habitus posterior natura adueniens concurrere possit in eodem instanti ad eandem operationem: cò quòd quomādmòdum nò adiuuit potentiam eam alliciendo & promptiorem reddendo ad influxum prius natura in eum actum emissum, ita neque adiuuare eam possit ad eum actum, ut priori influxu est productus.

*Habitus Angelis & primis parentibus infusi in primo instanti eliciuntur.*  
 Ex priori parte huius illati ortum habuit, ut habitus fidei, spei & caritatis Angelis omnibus & primis parentibus in primo instanti in quo conditi sunt infusi, efficienter concurrerint ad actus credendi, sperandi, & diligendi, quos in eo ipso instanti elicerent. Et enim cum prius natura illos accepissent, quoniam eos actus eliciunt; cò quòd, ut infra in hac prima parte suo loco dicemus, nulla expectata eorum praua dispositione eis fuerint collati, sed simul Deus, ut Augustinus ait, fuerit in eis condens naturam, & largiens gratiam, concurrere iure optimo potuerunt cum potentis, eas alliciendo & promptiores reddendo ad influendum in eo ipso instanti in actus quos tunc elicerent. Idem dicendum est de habitibus naturalibus, quos primi parentes per infusionem vnā cum natura à Deo acceperunt, quales ipsi suis viribus poterant comparare. Habitibus namque eiusmodi, quia prius natura illis collati sunt, quā actus exercerent, concurrere potuerunt efficienter ad actus scientiarum & virtutum, quos primi parentes in eo ipso instanti elicerent.

*Habitus acquisiti non cooperantur in quo primo instanti.*  
 Ex posteriori vero parte eiusdem provenit, quòd licet habitus naturales, qui solis nostris viribus comparantur, operantini sunt, agantque ex parte sua necessitate naturae, & nihilominus, ut communis fert omnium sententia, in instanti in quo primò sunt, non influant cum potentia ad actum quo producuntur; cum tamen eodem temporis momento eliciantur ac existat. Quia enim potentia prius natura in eum actum influat, illamque producat, quā habitus per eundem

actum in eodem temporis momento productus existat; utique allicere & adiuuare potentiam non potest ad influxum in eundem actum prius natura emissum, atque adeò neque ad productionem actus. Si tamen potentia perseueret in eodem actu, tunc habitus iemel acquisitus eam alliciatque habitalem reddit ad influendum in eundem actum toto tempore sequenti, ac proinde actus ille deinceps simul est efficienter à potentia & ab habitu.

Hæc eadem est causa cur in re proposita habitus caritatis & gratiæ in instanti iustificationis impij infusus non concurrat efficienter ad actum contritionis ac dilectionis supernaturalis tunc elicit. Cum enim actus ille, quatenus est dispositio ad habitum caritatis & gratiæ, natura antecedat habitum ipsum; sanè prius natura à libero arbitrio auxiliis gratiæ praeuenientis excitato, præuenit, ac suffulto emanat influxus in eum actum, quā habitus impij sufficienter iam ad eum dispositio infundatur, ac proinde adiuuare non potest liberum arbitrium in eo instanti ad eundem actus productionem efficienter tunc cum eo influendo. Licet ergo adules per habitus fidei, spei, & caritatis, qui illi in iustificatione infunduntur, vim accipiat ad supernaturaliter credendum, sperandum, & diligendum, ac proinde ad promerendum non solum beatitudinem, sed etiam augmentum gratiæ, nullam tamen efficientiā eius facultas exercent in actus, qui tanquam dispositiones eorundem infusionem antecedunt, sed in cōtinuatione postea corū & in actibus alijs, qui post ipsorū infusionem à potētis de nouo producuntur. Atque id planè satis aperte innuit cōcil. Trid. sess. 6. si autē legatur ac expendatur. Et enim vsq; ad c. 10. exclusiue, dum totum iustificationis progressum explicat, quousq; infidelis adultus in iustitia constituitur, nullū omnino vestigiū reperit unde aliquis subodorari possit ex mente concilij iustitia ipsam ad actus aucti efficienter concurrere, quin potius supernaturalē totā efficientiam & concursum distinctis auxilijs gratiæ praeuenientis & excitantis attribui. Capite autē decimo explicata iā integrè prima iustificatione, subiungit conciliū: Sic ergo iustificati & amici Dei ac domestici facti, eures de virtute in virtutem, renouemur, ut Apostolus inquit, de die in diem, hoc est, mortificando membra carnis suæ, & exhibendo ea arma iustitiae in sanctificatione, per obseruationē mādatorū Dei &

*Habitus caritatis & gratiæ in instanti iustificationis nō concurrunt ad contritionem & dilectionem.*

Ecclesiae, in ipsa iustitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, crescunt, atque magis iustificatur, sicut scriptum est: Qui iustus est, iustificatur adhuc. Et rursus: Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum? Hoc verò iustitia incrementum petit sancta Ecclesia, cum orat: Da nobis Domine fidei, spei, & caritatis augmentum. Hæc cap. illo 10. Tribus verò sequentibus agit de mandatorum obseruatione iustificatio necessaria, & de perseuerantia in accepta iustitia dono.

Illud postremo est obseruandum, quāuis dispositio vltima ad gratiam incipere solet in adulto per primum sui esse, in quo simul caritatis & gratiæ habitus infunditur; moraliter tamen loquendo actum illum non posse tunc desinere per vltimum sui esse, sed semper cōtinuari per tempus aliquod. Tempore ergo toto, quo actus ille post primum instans, in quo habitus infunditur, perseuerat, eodem efficienter ad eum habitus caritatis & gratiæ, vt sepe dictum est, ac proinde toto eo tempore est meritorius incrementi gloriæ & gratiæ.

*Ad primū argumentum contraria opinionis.*  
*Caritatis & gratiæ habitus sui contritionem meritariam reddat viam aeternam.*  
*Et nō gratia in primo instanti eliciuntur.*

Ad primū ergo argumentū in contrarium, concessa maiori, neganda est minor. Vt enim actus ille (præsertim cum ex influxu praeuenientis gratiæ cum libero arbitrio fit supernaturalis) meritorius sit vitæ aeternae, satis est si in eodem instanti posterioris natura coniunctum habeat habitum caritatis & gratiæ, per quem redditur actus elicitus ab eo homine, qui in eodē instanti est filius adoptiuus Dei: quemadmodū enim adultus ipse per habitum, quem recipit, gratus Deo efficitur, acceptaturque in vitam aeternam: sic etiā actus ille supernaturalis, prius natura efficiet elicitus, aduentu eiusdem habitus gratus efficitur & acceptatur in vitam aeternam tāquam dignus per coniunctionem habitus vita aeterna. Imò verò ratio cur actus ille meritorius sit solum vitæ aeternae, & non gratiæ, est: quoniam gratia nulla ratione illum antecessit, vt eū, tanquam semen præexistens & sōns suapte natura saliens in vitam aeternam, dignum incrementi gratiæ efficeret.

*Ad secundum.*

Ad secundum concessa etiam maiori, ad minorem dicendum est, nō solum esse verā, quādo vis ad agendum natura antecedit influxū actionis: non verò quādo vis ad agendum est solum causa coadiuuans; & ad actionem minimè necessaria, atque aduenit posterioris natura quā

emanauerit influxus actionis, vt in re proposita accidere ostensum est.

Ad tertium negandum est antecedens. quādo vnū est dispositio praequisita vt alterum existat: talis enim praequisita dispositio emanare nequit efficienter ab eo ipso, quod, vt existat, illam praequisit in subiecto, in quo recipi debet, atque existere. Neque exempla, quae in eo argumento afferuntur, id sufficienter probant.

Ad primum namque negandum est aëris ingressum priorem esse in genere causae efficientis apertione fenestrae. Aliud quippe est vis impressa aëri, qua mouetur & cōprimatur ad fenestrā, aliud motus ipse aëris, quo ad fenestram accedit, ad eamque comprimitur, aliud vis impressa fenestram, qua fenestra aperitur, moueturque; apertionis motu, & aliud ingressus aëris per fenestram, quā procudubio vltimus est effectus in genere causae efficientis. Etenim licet in genere causae efficientis prior sit influxus in aërem quā in fenestram, & mediante influxu in aërem causae efficientes influant in fenestram; effectus tamen in genere causae efficientis illum ordinem habent, qui paulò ante cōmemoratus est, vltimusque est aëris ingressus per fenestram. Nam causae primariae illa omnia efficientes primò imprimunt vim aëri, qua illum mouent versus fenestram: impressio verò, vis, impetūsque illius, nō est localis motus, sed alteratio aëris; vis autē illa eo ipso, quòd aëris resistentiam superat, illū mouet localiter versus fenestrā, eumque ad illā clauam comprimit: aer autē ita localiter motus, & cōpressus ad fenestram, mediante vi, quam impressam habet, & motu compressionis sui ipsius ad fenestram, imprimi fenestram vim aliam in partem aulæ interiorē: eum autem ea vis qualitas sit, impressio illa est alteratio fenestrae, & non localis motus: instans verò in quo vis fenestrae impressa tanta est, quanta resistentia fenestrae, est vltimū non esse motus localis apertionis fenestrae: quoniam tunc non est motus, & immediate post, quādo vis illa resistentiā fenestrae superabit, erit motus apertionis fenestrae; eū verò motū cōsequitur motus ingressus aëris, in eodem quodē tempore, sed postea natura, quatenus prius est per motū illū primum auctri in genere causae efficientis impedimentū fenestrae prohibetis ingressum, quā sequi in eodē genere causae aëris ingressum: neque enim aer suo ingressu aperit fenestrā, sed vi quā fenestrae imprimi antequā illa aperia-

*Ad tertium.*

tur, aëque ipse ad fenestram apertionem ingrediatur. Idem accidit quando clauum clauo trudimus: prior namque in genere cause efficientis est expulsio clauum qui truditur, quam ingressus alterius clauum in fenestram, qui truditur, deriuetur per clauum quo eum trudimus.

Ad secundum exemplum, admissio resolutionem fieri vsque ad materiam primam, quamuis nisi id tam aperte docuisset Aristoteles, non sine probabilitate maxima defendi posset contrarium, cum & experimento ipso quasi tangi, ac videri oculis videatur, & non leues euitet difficultates: qua opinandi via insilliter dicebimus, accidentia corporea subiectari quidem in materia prima prout facta est in actu primo per formam substantialem, tamen conditionem, sine qua non est subiectum huius numero accidentis, esse, quod forma substantiali sit informata, hac tamen, vel illa indifferenter. Admissio tamen, ut dixi, illo pronuntio de resolutione vsque ad materiam primam, dicendum est, a forma quidem substantiali ignis in instanti, in quo introduciatur in materiam, emana e calore, quo, postquam introducta est, conseruatur in materia; illum tamen numero calore neque preteriri in materia, neque esse prius in materia, etiam in genere cause materialis ac dispositiua, quam forma ipsa substantialis exiit. Aliud namque est loqui de dispositione requisita in materia, ut ea mediante producat formam substantialis ignis, & hæc non emanat a forma substantiali, quæ introduciatur, sed a generante, antecedente in genere cause efficientis ac materialis seu dispositiua formam substantialem ignis geniti, ut omnes admittunt: aliud verò est loqui de conditione preterita in materia, ut non repugnet introductioni formæ geniti, nempe de expulsiōe a materia contrariarum dispositionū, quæ secum non parantur formam ignis, & neque hæc dif-

positio, seu conditio preterita, sit a forma geniti, sed a generante, antecedente; tam in genere cause efficientis, quam materialis, introductione formæ geniti: & aliud est loqui de dispositionibus connaturalibus formæ geniti, quæ per accidens emanant ab ea in instanti in quo introduciatur, quatenus per expulsiōem formæ ligni sit resolutio vsque ad materiam primam, atque ita quemadmodum desinent subiecto quoad actum primum, quo informabatur, per accidens desinunt dispositiones præcedentes, ita per accidens in materiam, in qua nihil manet quod repugnet, a forma quæ introduciatur emanat tota latitudo suarum dispositionum, quibus in materia conseruatur: eiusmodi namque dispositiones necesse non est præcedant in materia. sed satis est si concomitentur formam substantialem, consequanturque illius introductionem in materiam omnibus accidentibus præcedentibus denudatam. Quare negandum est, eiusmodi dispositiones, etiam in genere cause materialis ac dispositiua, præcedere existentiam formæ a qua emanant.

Ad tertium exemplum negandum est in aëre, qui illuminatur, priorē esse in genere cause materialis expulsiōem, seu non existentiam tenebrarum, introductione lucis. Cum enim tenebræ non aliud sint, quam lucis absentia in subiecto apto illam recipere, proculdubio contradictionem implicat cōcipere aërem sine tenebris, & non affectu luce: quare neque in genere cause materialis est prior in aëre non existentia tenebrarum, quam introductio lucis.

Ad quartum argumentum negandum est, vniuersi & efficere membrum viuum significare in eo loco Concilij efficientiam, ut ostensum est.

Similiter ad confirmationem negandum est, esse non posse vitam spiritualem sine operatione vite, ut ex his, quæ in explicatione questionis præpositæ diximus, constat.

*Ad quartum.*

*Ad confirm.*

in aperto sit. Ad hæc modum, quo Deus futura contingentia agnoscat, ostendemus, ac tandem diuinam præsentiam cum nostri arbitrij libertate, remittēque contingentia componemus.

*De duobus modis complexionem aliquam dici posse contingentiam.*

Ut radix originæ contingentie intelligatur, sciendum est, complexionem aliquam duobus modis dici posse contingentem, quod ad præsentem institutum attinet. Vno quia, si ad naturas extremorum præcisè spectet, subiectum non magis vendicat sibi prædicatū, quod de ea affirmatur, quam oppositū. Ut Socrates se Jere, est cōiungens: quoniam Socrates, quantum est ex se, non magis sibi vendicat sedere, quam stare, aut iacere. Contingentia hoc modo sumpta, non excludit fatalem necessitatē. Si namque agentia omnia agerent necessitate naturæ, proculdubio singula, quæ eueniunt, quantum spectatis extremorum naturis, nihil pugnet aliter euenire, comparatione tamen causarum, prout dispositæ & constitutæ sunt in hoc vniuerso, fatali quadam atque infallibili necessitate eo modo euenient, quo re ipsa eueniunt: quandoquidem quæ causa, iuxta constitutionem & dispositionem huius mundi vniuersi, impedire posset aliam causam, re vera eam impeditur. Quare ea hypothefi data, quicquid causas omnes huius vniuersi cognosceret, in illis certò atque infallibiliter omnia quæ sunt futura cognosceret. Altero verò modo complexio aliqua futura dicitur contingens, quia excludit non solum necessitatem quæ ex naturis extremorum proueniat, sed etiam fatalem atque extrinsecam necessitatem, quæ ex dispositione causarum eueniat, ita ut posita hæc rerum vniuersitate, quam ceterimus, atque eo prorsus modo causis omnibus constitutis, quo nunc re ipsa sunt, in differens sit talis complexio ut eueniat, vel non eueniat, ex eisdem causis ex quibus solet euenire. Atque hoc posteriori modo est nobis sermo de contingentia hoc loco, dum illius radicē inquirimus. Radix namque contingentie primo modo spectatæ, sunt ipse met naturæ complexionis extremorum.

Disputatione 35. retulimus sententiam Scoti afferentis, radicē totam contingentie esse solam voluntatem diuinam, eamque ibidem impugnamus, & ut periculosam, fideique Catholice parum congruentem, reiecit. Ut ergo pateat quibus causis diuersarum rerum contingentia, tanquam radice atque originē de emanet, tribuenda sit, sciendum est: Rerū quasdam esse, quarū productio & conseruatio ita a solo Deo pendet, ut

vi agentium naturalium nulla ratione destitui possint, cuiusmodi sunt Angeli, cæli, humanus animus, & materia prima: quasdam verò, quarum conseruatio non pendet a solo Deo. Rerū, rerum quædam esse, quæ pertinent ad ordinem naturæ: alias verò quæ ad ordinem gratiæ, sempiternæque felicitatis spectant; quæ sunt media supernaturalia quibus ad beatitudinem sempiternam disponimur, & præparamus.

Sit ergo prima conclusio: Cum nihil creatum necessarium sit comparatione primæ cause, ut in hac prima par. q. 3. ait. 4. disputatione 1. demonstratum est, sed cuncta ita ab eo effecta sint, ut potuerint non esse radix totius contingentie quæ cernitur, tū in eo quod fuerint ea quæ primò a solo Deo producta sunt, qualis scilicet prima constitutio huius mundi vniuersi quoad omnes suas partes atque ornatus illius, tū etiam in eo quod conseruentur & perseverent ea, quorum conseruatio a solo Deo pendet, soli liberæ voluntati diuinæ est tribuenda. Non est tamen Deus appellandus causa contingens, sed libera, comparatione huiusmodi effectuum: qui licet liberè ab eo fuerint producti, atque adeo non sint in eo sensu effectus contingentes, quoniam casu ac fortuito ex concursu duarum diuersarum causarum & præter intentionem vtriusque sint producti, sed sint effectus liberi: quatenus tamen & effici, & non effici, a sua causa poterunt, ab eademque conseruari, & non conseruari in futurum possunt, dici iure optimo possunt, & fuisse & fore contingenter. Atque ita cum ceteris doctoribus deinceps loquemur, & in eo sensu hoc loco radicem contingentie eorū inuestigamus. Proposita conclusio notissima est, quoniam eiusmodi omnes effectus ex sola libera voluntate diuina habet quod & esse, & non esse possunt, ac proinde illa sola radix & tota ratio contingentie eorū dicenda est.

Antequam subiciamus sequentes conclusiones, notandum est: Satis verisimile vident, quantum in brutis neque; ea libertas sit admittenda, quam disputatione secunda diximus esse in amentibus & pueris antequam perueniant ad eum usum rationis qui ad culpam & meritum sufficiat, esse titulum. nihilominus in eis vestigium quoddam libertatis quoad aliquos motus, ita ut in eorū potestate sit, in vnam aut in alteram partem moueri. Quando namque bellua fatigata ex diuturna sessione ambulare appetit, neque in aliquem peccati locum trahitur a notitia & appetitu al-

*Prima conclusio. Rerū contingentia quatenus ad Deum referenda sit.*

*libertas vestigiū in brutis, non libertas ad meritum.*

*De radice contingentie.*

*Disputatio 47.*



Vesque libertatem arbitrij nostri sub aspectū meum subiectimus, eandemque cum generali Dei concursu, & diuina gratia pro nostra tenuitate conciliamus, dūque contingentia, tum

in naturæ, tum etiam in gratiæ operibus, qua licet perspicuitate ostendimus. Nunc ut ad Diui Thomæ explicationem redeamus, atque ea, quæ huius articuli sunt propria, de radice contingentie primò est disputandum, ut ea ratione futurorum contingentia integrè constituta, magisque in aper-

cuius obiecti quod in eo loco sit, planè in potestate ipsius videtur esse suum, in vnam aut in alteram partem moueri. Non tamen tantum vestigium libertatis concedam belluis, vt si ab apponita, præuia cognitione alicuius obiecti incitantur in obiectum certum, nullaque existente causa qua retardentur, vt metu fultis, aut alterius rei, in potestate ipsarum sit non moueri in tale obiectum. Qui tamen neque vestigium hoc libertatis belluis voluerit concedere, is nulla ratione appetitui brutorum radicem proximam alicuius contingentie tribuere debet.

Obiectio.

Verùm obiectis, quamuis libertas, aut illius vestigium (si constitutum sit) formaliter & tanquam in subiecto sit in appetitu; attamè tanquam in radice est in cognitione & notitia indifferenti quæ liberum actum antecedere debet; hæc autem esse non potest in brutis, eo quòd esse debeat cognitio collatiua & comparatiua vnus obiecti cù alio, & quæ inter vnũ & alteram obiectũ discernat; quæ tamè in brutis esse nõ potest. Imò verò, vt brutũ indifferenter dirigere possit gressum in vnam aut alteram partem, necesse est cognoscat suum quòd tendit sub ratione finis, & singulas rationes conuenientie aut disconuenientie, quæ sunt in dirigendo potius gressum per vnam quam per alteram partem. & conferat illas inter se, atque ex collatione inferat & colligat, quæ conuenientie aliis præponderent & fortiores sint: vt item indifferenter surgat vel adhuc se contineat & perseueret iacens, aut indifferenter gressum nitrat, vel pedem contineat, necesse est cognoscat actus suos, & negationes eorum, & rationes bonitatis & conuenientie quas habent, illasque cõferat inter se; quæ omnia valde sunt aliena à brutis.

Responso. Libertas ad lethalem culpam ac meritum sufficit, & ad operam artem atque humanam prudentiam vel mediocriter exercendam, necesse sit, non quidem vt, quoties liberè quouis modo operatur, ea omnia cogitet & de eis omnibus deliberet, quæ in argumento proposito continentur, sed vt potens sit ea omnia cogitare, atque de eis omnibus deliberare, plus vel minus, prout maioris ingenij perspicacitate ac naturali prudentia fuerit præditus, & prout plus in rebus agendis fuerit exercitatus, maioremque experientiam ac dexteritatem in consiliis inueniendis fuerit consecutus, nihilominus necesse

non esse, vt quoties homines quicquã vel quoad exercitium vel quoad speciem actus liberè exercent, illa omnes cognitions & deliberationes antecedeat. Si namque flagitiosissimi homines, qui nihil de sua salute & de lege Dei curant, aut etiã cogitant, sed tanquã bruta animalia ad delectationes gustus & tactus feruntur, certe, quãdo oblata eis re turpi sub ratione delectabilis, statim in illam consentiunt, sine talibus collationibus & ratiocinijs id efficiunt, factique est, si ea omnia potuerint cogitare, & de eis deliberare, idque facere omiserint, vt liberè quoad exercitium & speciem actus id voluisse dicantur, & vt ad lethalem culpam eis imputetur. Quãdo item prudentes aut imprudentes homines aliquò tēdunt, gressusque magis vel minus concitatos emittunt, & versus vnam vel alteram partem itineris, aut in vnijs loci eos emittunt, atque gressus aliquarum lorum continent, vel iter proficiuntur, liberè sanè hæc omnia efficiunt, neque ratiocinantur ac deliberant quæ in argumento proponuntur, vt experientia ipsa testatur, sed satis ad id est notitia ampli spatij, per quod gressus conficiunt, vnã cum innata libertate ad vno vel altero modo ambulandum, aut ad gressus continendum. Eodemque modo, vt brutum, quando à quiete surgit, atque vel ambulare libet, vel ad querendum cibum qua parte se obtulerit pergit, sanè vt hanc vel illam lineam gressuum conficiat ex insinitis, quas versus partem anteriorem potest cõficere, itemque vt gressus magis aut minus concitatos emittat, & vt nunc primum gressum conficere incipiat, aut paulò post, atque vt interdum gradum contineat, aut vterius progrediatur, satis videtur esse notitia totius spatij quòd pergere potest vnã cum innato suo vestigio libertatis qui in appetitu ipso residet. Sed quòd idem est vnã cum innato suo vestigio dominij eorundem actuum, vt potens sit, vnam vel alteram lineam conficere, aut tardius aut celerius illam absolueret, aut donec vel paulò post illam incipere, & denique gradum interdum continere, aut vterius progredi. Etenim quando libertas, vel libertatis vestigium ex parte appetitus adest, neque obiectum tam vehementer promouet, vel appetitum pro sui qualitate necessitè, sola libertas, aut libertatis vestigium sufficit, vt cum motum non imperet, quem potest imperare, atque adeo necessaria non est notitia negationis motus, vt motũ non imperet; neque enim, vt brutum aut homo mo-

Ad libertatis vestigium qualis cognitio sufficit.

tum non imperet, necesse est vt velit aut appetat non imperare eum, ad quod necessaria esset cognitio negationis motus, sed satis est, si merè negatiue se habeat, motũ non imperãdo, vt potest, quòd non satis ab aliquibus animaduertitur. Eodemque modo quando libertas aut libertatis vestigium adest, à sola libertate, aut libertatis vestigio pronenit, quòd existente eadem notitia obiecti & viæ, motus concitatio aut minus concitatus imperetur. Porro singula quæ hæcenus dicta sunt à vestigio libertatis pendere, sufficientissima sunt ad radicem proximam contingentie alicuius in bruti appetitu constituendam, vt ex se est notissimum.

Ad obiectionem ergo in primis dicendũ est, nos neque constituere libertatem in cognitione potius, quam in appetitu, vt eã constituit Durandus; neque item constituere tot indicia & imperia potentie cognoscens, quor alijs constituant: quin potius arbitrari, solum simplicem notitiam obiecti in ratione delectabilis, aut in ratione alia appetibilis, sufficere ad appetendum, non solum sensitiuo appetitu brutorũ, sed etiam volutate humana & Angelica, de qua re aliquò dicimus inferius in materia de peccato Angelorũ, & diximus susũs 1. 2. q. 9. art. 1. vbi Aristotelè ea de re exposuimus. Dicendum deinde est, ad vestigium libertatis brutorum satis esse notitiam ampli spatij per quod gradiendo, volando, aut natando possunt iter conficere; satis item esse, quòd notitia obiecti, ex cuius imaginatione ducuntur, non tam vehementer moueat, vt pro qualitate appetitus bruti illũ necessitet ad actus exercitium, vt explicatum est; neque necessarias esse cognitions, collationes, & demonstrationes quæ in argumento commemorantur, vt etiam explicatum est.

Secunda conclusio. Verũ contingentia qua ratio ne tollere debet.

His ita constitutis, fit secunda conclusio. Si secludas liberum arbitrium tam hominum quam Angelorum, atque appetitum sentientem bestiarum ad actus quosdam in quibus cernitur vestigium libertatis, posita constitutione mundi vniuersi qua nunc est, Deumque nihil agere supra communem cursum, ordinemue inditũ rebus, tollitur cõtingentia ab effectibus omnibus causarum secundarum, omniaque fatali quadam necessitate opus est euenire. Probatur conclusio, quia his omnibus positis, causæ omnes secundæ agent ex necessitate nature, & quæ, iuxta constitutionem huius vniuersi, poterit alteram im-

pedire, re ipsa impediet: ergo quæcunque eueniant, ita euenient, vt ex suis causis non possint re ipsa aliter sese habere: atque adeo fatali atque extrinseca suarum causarum necessitate euenient.

Tertia conclusio. Posita eadem constitutione vniuersi, Deumque nihil agere supra communem cursum, ordinemue rerum, radix prima, remota tamen, contingentiæ effectuum omnium causarum secundarũ ad ordinem nature spectantiũ est voluntas Dei, quæ liberũ arbitrium hominum & Angelorũ condidit, atque appetitũ sentientem bestiarum, quæ circa aliquos actus quasi vestigio quodã libertatis præditæ videntur: proxima verò & immediata radix est liberum arbitriũ Angelicũ, & humanũ, & appetitus sentiens bestiarum, quoad eos actus in quibus bestia vestigiũ libertatis habere videtur. Prima pars, nepe quòd voluntas diuina sit prima radix, notissima est: quoniam cum, si quid aliud radice non habeat radicis contingentie, necessariũ sit illud tandem habere esse à volutate diuina, vtrique necessariũ quoque est voluntate diuinam semper primã radicẽ constituturẽ. Secunda verò pars ex eo probatur, quoniam cũ carerẽ causæ secunda ex necessitate nature agat, atque vnaquæq; nõ impedita, existentiũque circumstantijs quæ re ipsa sunt, determinata sit ad id quòd agit, ad idque quod possit eisdem circumstantijs ex ipsa sequitur; solum verò liberũ arbitrium Angelicũ & humanũ in sua potestate habeant hoc aut illud vno vel altero modo agere, vel omnino abstinere ab operatione quæ ad ipsi sit nata emanare, nec nõ appetitus sentiens bestiarũ qui ad aliquos actus vestigium habet libertatis; consequens est, vt contingentia cuiuscuque effectus, qui à causis secundis proficiuntur, ex aliqua illarum trium causarum tanquam ex proxima radice proueniat.

Quo loco animaduertendum est, aliud esse omnẽ effectum contingentiẽ causarum secundarum emanare proximè ab aliqua illarum trium causarum, aliud verò radicẽ proximã contingentie cuiusque eorũ esse aliquã illarum trium causarum: primũ namque est falsum, secundũ verum. Etenim plurimi effectus cõtingentes emanant immediatè à causis naturalibus, radix tamè immediata cõtingentiæ eorũ nõ est causa ipsa naturalis à qua oriuntur necessitate nature, sed aliqua illarũ aliarum trium. Vt quòd hæc lucerna, ad quam literis operam nauo, lucem modò ex se emittat.

Tertia conclusio. Contingentia radice proxima est voluntas diuina esse remota causa secundarum causarum quæ.

Nõ omnẽ effectus contingentes immediatè emanare à proxima radice contingentis.

emittat, effectus est contingens qui potuit non esse: & cum necessitate naturæ oriatur ab ipsa, nec lucerna tanquam à causa naturali, radix tamen contingentia illius, non lucerna, sed is fuit qui illam per suum liberum arbitrium accendit, tum et à non omnes causas liberae quæ cõcurrerent ad confectionem huius olei, & ceterarum rerum, quæ ad inflammandam lucernam necessarie sunt. Quod sit, non solum effectus, qui ab illis tribus causis immediatè emanant, contingentes sunt, sed etiam ex permixtione earum cum causis naturalibus in hoc vniuerso, innumeris effectus causarum naturalium, sine etiam contingentes. Neque verò sola variatio, quæ oritur in effectibus causarum naturalium ex immediato influxu alicuius illarum trium, efficit contingentiam in effectibus causarum naturalium, sed etiam quæcumque alia quæ ex huiusmodi effectibus oritur videtur in quibuscumque aliis effectibus causarum naturalium, quos mutata quacumque circumstantia facile est variari, efficit in eis contingentiam.

Dichum est in cõclusionem proposita, Deo nihil operante supra communè cursum, ordinemue inditum rebus; quoniam si vel aliquid eo modo efficiat, vel subtrahat concursus causis naturalibus quod iam modo debitam, tunc contingentia effectuum causarum naturalium in voluntatem diuinam tanquam in immediatam radicem etiam reducetur. Quod enim ignis Babylonicus non combusserit tres illos pueros quos si sua natura relinqueretur, combuisset, in voluntatem diuinam, quæ liberè suum concursum generalem subtraxit, referendum est. Verum cum nihil horum soleat efficere, nisi propter ordinem gratiæ, nempe ut sic homines vel ad fidem trahat, vel in fide magis confirmet, vel ad aliquid simile, huiusmodi effectus in iis, qui pertinent ad ordinem gratiæ, merito numerari possunt.

qua parte fractio acciderit, dicitur casu & fortuna, ac proinde contingenter fieri. Quod si quis contendat, non bene inferri, ex simillima singularum partium vasis per omnia æquabilitate, non esse maiorem rationem quare in eo euentu hæc potius parte, quam illa frangendum sit: præbeat Deus per specialem influxum æqualem resistendi vim ei parti vel partibus, quibus dicitur fractionem fieri debere; inde enim fiet iam, ut non sit maior ratio quare hæc potius parte, quam illa frangi debeat, cum æqualem resistendi vim singulæ partes à Deo acceperint. Idem enuenit in ruptione finis tenuissimi, omnique ex parte æquabiliter resistentis, si in contrariis partes maxima vi adhibita eius extremitates distraherentur. Item si belluæ obicerentur dua objecta, ita eius appetitui consona, & attemperata, ut æquabiliter à quouis eorū attraheretur, & simili modo non esset maior ratio quare potius vi appetitus, atque obiectorum, ceterarumque circumstantiarum concurrentium, moueretur in vnam partem, quam in aliam. In his omnibus euentibus existimabamus, emanaturos esse effectus à suis causis, quoniam radiculum esset asserere in propositis euentis nec vasis, aut finis fractionem, aut motum belluæ futurum. At cum non esset maior ratio, quare in vno puncto vasis, aut finis, quam in aliis fieret fractio, aut quare potius sequeretur motus in vnam partem, quam in aliam dicebamus contingenter effectus illos esse ita euenturos, ut tulisset casus. Quoniam ergo hi & alij similes euentus, non videntur posse naturaliter contingere, nisi fortè in bellua, quæ, cum vestigium libertatis appetitus sentiētis videatur habere, ratione illius, in quam partem libuerit, in tali euentu constituta moueri poterit, non curauimus eos inter radices aliàs contingentia immediatas recensere.

Quarta conclusio. Contingentia effectuum ad ordinem gratiæ spectantium, partim in humanam aut angelicam voluntatem, & partim in voluntatem diuinam, tanquam in proximam & immediatam radicem, reducenda est, prout effectus liberè emanauerit, vel à sola voluntate diuina, ut fuit incarnatio filij Dei, & infusiones aliquorum habituum ac donorum, vel à voluntate creata, cooperante & coadiuante diuina per auxilium aliquod speciale. Conclusio hæc atedò nota est, ut probatione non indigeat,

Quarta conclusio. Contingentia effectuum ad ordinem gratiæ spectantium, partim in humanam aut angelicam voluntatem, & partim in voluntatem diuinam, tanquam in proximam & immediatam radicem, reducenda est, prout effectus liberè emanauerit, vel à sola voluntate diuina, ut fuit incarnatio filij Dei, & infusiones aliquorum habituum ac donorum, vel à voluntate creata, cooperante & coadiuante diuina per auxilium aliquod speciale. Conclusio hæc atedò nota est, ut probatione non indigeat,

Verum omnia, quæ in tempore sunt, fuerunt, ac erunt, sine ex æternitate Deo præsentia secundum suas proprias existentias. Disputatio 48.



Confirmata rerum contingentia, explicandum est quoniam pacto futura contingentia à Deo cognoscantur, & qua ratione præscientia, quam de illis habet, cum eorundem contingentia cohercat. Antequam autem questionem hoc loco à D. Thoma propositam discutiamus, tribus sequentibus dissertationibus varias eisdem de rebus doctorum sententias examinabimus. Atque ut expeditius dissertatione sequente sententiam D. Thomæ discutere possimus, proposita difficultas est nobis ante omnia disputanda.

Ferrariensi primo cõtra Centes capite 66. & 67. & impugnatur à Scoto, Durando, & aliis. Quare reiciendi sunt Syluester in constato, Herucus in primo, d. 38. atque Hispalensis eadem d. q. 1. qui contendunt; Diuum Thomam non esse intelligendum de esse existentia, quod res, quæ in tempore sunt successiue, ex æternitate habeant in æternitate, sed de esse obiectiuo & cognito, quo cognoscantur quoad illud idem esse existentia quod decursu temporis, habebunt.

Sententiam hanc D. Thomæ impugnat Scotus in primo, d. 39. Durandus dist. 38. q. 3. Gregorius & Gabriel eadem dist. Aureolus apud Capreolum locis citatis, & plerique alij. Primò, quoniam quod non est, nulli rei potest coexistere: coexistentia namque requirit existentia vtriusque extremi: sed futura nondum sunt, neque fuerunt: ergo nec Deo, nec æternitati coexistunt ex æternitate, ac proinde non sunt presentia Deo secundum esse existentia ex æternitate.

Secundò. Sicut in Deo æternitas cõplectitur omne tempus, ita immensitas diuinæ essentia complectitur seu attingit omnem locum: sed Deus neque est præsens, neque coexistit alicui loco antequam locus existat, ut q. 8. & 10. huius primæ partis explicatum est: ergo neque æternitas erit præsens, aut coexistet alicui tempori antequam tempus ipsum existat: quo fit, ut tempus futurum, quod nondum existit, nec modo, nec ex æternitate coexistat, præsensue sit æternitati.

Tertiò. Quæ non possunt coexistere inter se, nec poterunt cum vno tertio coexistere: sed præteritum tempus & futurum non possunt simul inter se coexistere: ergo non possunt ex æternitate esse presentia Deo secundum suam esse existentia, aut æternitati coexistere.

Quartò. Si quæ successiue sunt in tempore, ex æternitate esse, & simul in ipsa æternitate, cum contradiçtoria sint successiue vera in tempore; quippe cum hæc propositio, Adamus est, quondam fuerit vera, & hæc, Adamus non est, modo sit vera; contradiçtoria essent simul vera in æternitate, quod est absurdum.

D. Thoma sententia de existentia rerum simul in æternitate exponitur.

Sententia D. Thomæ ut vtriusque impugnetur. Primò.

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

An dari possit proxima alia contingentia ratio.

Non percensimus hoc loco inter radices contingentia, effectus illos in quibus prima conclusio dicitur q. 13. art. 2 & ad Aristotelem quarto Physicorum dicebamus certam contingentiam, qualis ceteretur in fractione vasis pleni aqua, si ea cõgelaretur, nec haberet aër externus quæ ingrederetur ad replendum vacuum: tunc enim si vas omni ex parte fuerit vniforme, & æqualis omnino resistentia, cum non sit maior ratio quare hæc parte potius, quam illa frangatur: necessaria verò frangendum sit, ne detur vacuum, profectò

*Quin. d.*

Quinto. Si que successiue sunt in tempore, ex aeternitate essent simul in ipsa aeternitate, sequeretur non esse cuiusque rei, quae generatur, non praecedere esse eiusdem rei: sequeretur praeterea, esse eiusdem rei esse productum antequam in tempore produceretur, atque ita vel bis producta, vel non posse produci in tempore; quae sunt valde absurda.

*Existitiam omnium simul in aeternitate quo p[er] se definiti possit.*

Vt intelligatur in quo sensu doctrina haec D. Thomae defendi possit, sciendum est: Verba, quibus in enunciationibus vtimur tanquam copulis, praeter suum significatum principale, ad significare durationem aliquam tanquam mensuram veritatis earundem enunciationum. Si namque verbum sit praesentis temporis, durationem praesentem; si praeteriti, praeteritam; si futuri, futuram durationem significat. Porro duratio praesens, quod ad rem atinet de qua modo agimus, duplex esse potest, nempe vel tempus aut punctum temporis praesens, vel aeternitas, quae semper est praesens. Duratio vero praeterita, vel futura, esse nequit aeternitas: quippe cum in ea secundum se sumpta, nec praeteritum nec futurum esse possit. Quod sit, ut verba tam praeteriti, quam futuri temporis, nec adsignificent, nec adsignificare possint aeternitatem tanquam mensuram veritatis propositionum, sed solum tempus, in quo ratio praeteriti & futuri esse potest. Quare sensus harum propositionum, Adamus fuit, Antichristus erit, hic est: Adamus in tempore praeterito fuit, Antichristus in tempore futuro erit. Verba vero praesentis adsignificare possunt, tanquam mensuram veritatis propositionum, tam tempus aut punctum temporis praesens, quam aeternitatem praesentem. Vide sensus huius propositionis, Adamus est, duplex esse potest. Vnus, Adamus in duratione temporis praesentis, aut momenti temporis praesentis, est: in quo sensu est falsa. Alter, in duratione praesenti, quae est aeternitas, est. In quo sensu propositio est vera: quoniam in nunc, indivisibili quidem, ac infinito aeternitatis, quod complectitur omne tempus, & in quo existit quicquid in tempore existit, est praesens tamen existentia: quam habuit tempore quo fuit. Si namque singularis, Deum ipsum in indivisibili nunc sive aeternitatis, quod & est supra omne tempus, & complectitur totum tempus, formare hanc propositionem Adamus in hoc nunc aeternitatis est, perspicue intelligemus illam esse veram. Propositiones itaque de praesentibus

ti, licet in communi usu sumantur inter nos ut adsignificent differentiam temporis praesentis, in utroque tamen sensu possunt usurpari, praesertim quando sermo est de existentia rerum in aeternitate, qualis modo nobis est.

Iacō ergo hoc fundamentum, Caietanus hoc loco, Capreolus & Friranensis locis citatis dicunt, propositiones has, Omnia coexistunt Deo, Omnia sunt in aeternitate, Omnia coexistunt simul Deo, aut aeternitati, posse habere duplicem sensum. Vnum, ita ut verba illa, coexistunt, & sunt, adsignificent differentiam temporis praesentis, sitque sensus, omnia in tempore praesentis, aut in momento temporis praesentis, coexistunt Deo, sunt in aeternitate, coexistunt simul Deo, aut aeternitati, & in hoc sensu dicunt illas esse falsas: quoniam ut vnum verè dicatur coexistere cum alio, aut existere in alio, necessaria est existentia vtriusque in duratione consignificata per copulam propositionis in qua id affirmatur: quae cum futura nec in praesenti tempore, nec in momento temporis praesentis existant, sit, ut in eo neque coexistat Deo, aut aeternitati, neque sint in aeternitate, ut ex iis quae diximus q. 10. ar. 1. disputatione 2. est satis manifestum. Vide etiam, si placet, rationes quibus idè hoc loco probat Caietanus. In sensu explicato sumptis videtur propositiones illas, qui doctrinam D. Thomae impugnant.

Alterum vero sensum posse habere dictae propositiones, ita ut verba illa consignificent, non tempus praesens, sed aeternitatem semper praesentem, sensusque sit, omnia in nunc aeternitatis coexistunt Deo, omnia in nunc aeternitatis sunt in aeternitate, omnia in nunc aeternitatis coexistunt simul Deo, aut aeternitati, hoc est, neque antea neque post (cum non detur antea aut post aeternitatem) sed in ipso indivisibili ac infinito nunc aeternitatis complectente totum tempus. In hoc sensu propositiones sunt verae, & sumuntur à D. Thoma & à Boetio primo de consolatione proa vltima, sicutque frequentes apud sanctos, maxime apud Augustinum & Anselmum.

In eodem sensu interdum negant sancti Patres in Deo esse proprie praesentiam. Etenim cum in indivisibili nunc aeternitatis, quod est propria duratio scientiae divinae, omnia sunt praesentia & coexistant, neque in eo sit prius & posterius, quasi in aliquo aeternitatis possit scire res antea quam sint, sit ut, comparatione existentiae rerum in aeternitate, non sit praesentia in Deo;

*Praesentiam rerum in quo sensu negari solent.*

*In quo propriissime modo consuevit.*

Deo: tamen collatione facta ad tempus, sit in Deo propriissime praesentia, qui res scit tempore infinito anteaquam sint. Neque eò quod producantur postea res, variatio aliqua sit in scientia divina. Atque ita intelligendus est Augustinus de quaestionibus ad Simplicianum libro 2. qu. 2. ubi ait: Dei scientiam, comparatione rerum quae in tempore sunt futurae, proprie non habere rationem praesentiae. Et Anselmus de casu diaboli cap. 21. dum ait: Praesentia Dei non proprie dicitur praesentia: cui enim omnia semper sunt praesentia, non habet futurorum praesentiam, sed praesentium scientiam. Et Boetius primo de consolatione proa vltima cum affirmat, in Deo proprie non esse dicendum praesentiam esse, sed providentiam.

Miror Caietanum hoc loco sibi, ut primo inuentori, tribuere rationem hanc defendendi doctrinam D. Thomae: cum ante eum eodem modo eum defenderit Capreolus locis citatis, eandemque distinctionem innuat Richardus quodlib. 3. q. 1. & alij Caietano antiquiores.

Illud tamen admonerem, non videri concedendas has propositiones, Omnia ex aeternitate fuerunt in aeternitate, aut coexistunt simul Deo, vel aeternitati. Cum enim copula earum sint praeteriti temporis, non possunt adsignificare, tanquam mensuram veritatis illarum, durationem aeternitatis, in qua non est praeteritum, sed tantum durationem temporis praeteriti. Haec tamen possunt concedi, Omnia ex aeternitate coexistunt Deo, Omnia ex aeternitate sunt praesentia Deo secundum suum esse existentiae, Omnia ex aeternitate simul coexistunt Deo, aut aeternitati: quippe cum ex ipsa aeternitate omnia in nunc aeternitatis coexistat & sint praesentia Deo ac aeternitati. Atque his propositionibus, & non illis aliis, vtiur D. Thomas hoc loco. Haec etiam potest concedi, ex aeternitate semper verum fuit dicere, Omnia sunt praesentia Deo, aut coexistunt Deo: quoniam sensus est, in quocumque tempore praeterito proferatur haec propositio, Omnia coexistunt Deo, esset vera: ac verbo, coexistunt, consignificante nunc aeternitatis.

*Ad primum argumentum una propositum.*

Ad primum ergo argumentum aduersationum, concessa maiori atque etiam minori, si sit sensus, quod futura nōdum sunt in tempore praesentis, nec fuerunt in praeterito, neganda est consequentia, si consequens intelligatur, quod neque

Deo, nec aeternitati coexistunt ex aeternitate in ipso momento aeternitatis, quod consignificatur per verbum illud, coexistunt: licet enim futura neque sint in tempore praesentis, neque fuerint in praeterito, sunt tamen in nunc indivisibili aeternitatis, quod complectitur tempus futurum in quo erunt. Si vero in consequente verbum coexistunt, adsignificet durationem temporis, ita ut sit sensus, quod neque Deo, neque aeternitati coexistunt in tempore vero vel imaginario quod ex aeternitate vique ad praesens temporis punctum elapsum fuit, concedenda est consequentia: quoniam cum in eo tempore non extiterint, neque Deo tunc, neque aeternitati potuerunt coexistere. Atque in eo sensu videtur sumi ab aduersariis; cum tamen D. Thomas contractum docuerit.

*Ad secundum.*

Ad secundum, concessa maiori, & minori, concedenda est etiam prima consequentia. Cum enim, ut duo aliqua coexistant, requiratur existentia vtriusque, sine diabolo contradictionem implicat, aeternitatem praesentem esse temporis, aut illi coexistere, vel tempus aeternitati, antequam tempus existat, vel in seipso, si in tempore quis dicendus sit coexistere aeternitati, vel in aeternitate ipsa, si in nunc aeternitatis, quod complectitur omne tempus, dicatur coexistere, aut praesens esse aeternitati. Vnde ad id quod vltimis inferur, si in consequente verbum, coexistat, adsignificet differentiam temporis praesentis, in quo tempus futurum coexistat aeternitati, concedenda est etiam secunda consequentia: neque cotarium voluit D. Thomas: si vero adsignificet aeternitatem ipsam, in qua tempus, quod est futurum coparatione puncti temporis praesentis, coexistat, & praesens sit ipse aeternitati, neganda est consequentia; idque sine consequens illud proferatur modo, sive in quocumque alio tempore vero vel non vero verius aeternitatem: in aeternitate namque ita per copulam consignificata, prout complectitur tempus futurum, tempus illud coexistit ac praesens est eidem aeternitati.

*Ad tertium.*

Ad tertium, si sensus maioris sit, quae non possunt coexistere inter se secundum suas proprias durationes, non posse coexistere cum quodam tertio in illis eadem durationibus, si adsignificentur per copulam propositionis qua dicantur eum illi coexistere, concedenda est: neque etiam tempus praeteritum & futurum in ea duratione temporis.



temporis in qua non potest coexistere vnum cum alio, possunt coexistere simul Deo aut eternitati, vt explicatum est. Si verò sensus maioris sit, quæ non possunt coexistere vnum cum alio secundum suas proprias durationes, non possunt coexistere cum quodâ tertio in duratione eiusdem tertii, quæ complectatur durationes vniuersarum illorum, & adsignificetur per copulam propositionis qua dicantur cum illo tertio coexistere. neganda est: tempus namq. præteritum & futurum, quæ in nullo tempore possunt coexistere vnum cum alio in æternitate, quæ vtrinq. complectitur, possunt coexistere cum Deo, cuius eternitas est propria ipsius duratio, aut etiam cum æternitate ipsâ.

*Ad quæ-  
stionem.* Circa quartum argumentum, atque vt intelligatur quam propositiones de prædicatis oppositis veræ sint aut falsæ, copulis adsignificantibus ipsum nunc æternitatis, sciendum est: Propositionum quasdam constare prædicato contradictorio; quarum vtraq. est affirmans, vt sunt istæ, Socrates est sedens, Socrates est non sedens: alias verò esse propriissimè contradictorias, quarum vna affirmat, altera negat, cuiusmodi sunt hæc, Socrates sedet, Socrates non sedet. In vtriusque verò vt & in quibuscunque aliis, in quibus eadem rei tribuntur prædicata opposita, ad oppositionem, quando copula significat nunc temporis, necessarium est, vt significet eadem nunc temporis: oppositio etenim est circa idem, secundum idem, & eodem tempore. Hæc ex Dialectica notissima sunt.

His ita constitutis, sciendum est: Quando oppositiones sunt affirmantes, constantque prædicatis oppositis, hoc esse discrimen, quòd si copulæ adsignificent idem nunc temporis, non possunt esse ambæ veræ: at si adsignificent idem nunc æternitatis, possunt esse simul veræ. Ratio est, quoniam cum omnia, quæ conueniunt alicui rei diuersis temporibus, simul illi conueniant in nunc æternitatis; & Socrati diuersis temporibus conuenire possit, sedere & non sedere, videntem esse & esse cæcum, calidum esse & frigidum; sit, vt omnia illa verè illi possint tribui simul, si copulæ propositionum adsignificent idem nunc æternitatis. Quare, copulis adsignificantibus ipsum nunc æternitatis, propositiones affirmantes, quæ prædicatis oppositis constant, nullam habent oppositionem. Quamvis verò propositiones sunt de eodem subiecto

& prædicato, & vna affirmat, altera negat, tunc siue copulæ adsignificent idem nunc temporis, siue idem nunc æternitatis, inter eas oppositio cernitur. Vnde hæc sunt contradicentes, Socrates sedet, Socrates non sedet, siue copulæ adsignificent idem nunc temporis, siue nunc æternitatis. Ratio est, quia negatio habet vim distribuendi id quòd negat, idemque est dicere, Socrates in æternitate non sedet, ac dicere, in ea nullo modo sedet, neque vt æternitas respondet huic tempori, neque vt respondet illi, aut cuiuscunque alteri. Quare, sedete Socrate in aliquo momento temporis, hæc est vera, Socrates in æternitate sedet; hæc verò falsâ, Socrates in æternitate non sedet. Neque valet hæc cõsequencia, Socrates non sedet in tali parte temporis, ergo in æternitate non sedet.

Ex dictis facillè intelliges, regulam illâ Aristotelis secundo de interpretatione capite primo, ex affirmante infinita negantem finitâ effiaci consequentia concludi; non habere locum in propositionibus, quarum copulæ adsignificent nunc æternitatis: quem tamen habet in propositionibus adsignificantibus nunc temporis, de quibus Aristoteles eo loco locutus est. Cuius rei ea est ratio: Quoniam regula illa ex eo vim habet, quòd cum prædicata contradicentia, vt sedens & non sedens, conuenire non possint eidem subiecto in eodem instanti temporis, vti que si non sedere verè affirmatur de Socrate in aliquo temporis momento, sedere de eo in eodem instanti verè negabitur: at cū prædicata contradicentia affirmari possint de Socrate in eodem nunc æternitatis, prout æternitas respondet diuersis partibus temporis, non valet hæc cõsequencia; Socrates in æternitate est non sedens, ergo non sedet in æternitate.

His ita explicatis, ad argumentum propositionum dicendum est, propositiones illas successiue vt in tempore, non esse contradicentes: eò quòd copulæ earum non adsignificent idem nunc temporis, sed aliud ac aliud: ad contradictionem verò necesse sit vt significetur idem tempus. Quòd si adsignificarent idem instans temporis, essent quidem contradicentes, sed tunc ambæ veræ esse non possent. Si ergo in argumento proposito sit sermo de propositionibus illis, quæ adsignificant diuersa momenta temporis, quo pacto non sunt contradicentes, & contendatur veritatem vniuersæ esse simul in

*Explicitur  
Arist.  
regula.*

*Ad quin-  
tum.*

nunc æternitatis, prout complectitur diuersa tempora in quibus successiue ambæ veræ repetiuntur, concedendū est totum, neque id aliquod absurdum continet. Atque in hoc tantum sensu verum esse potest quod hoc loco Caietanus affirmat, videlicet nullum esse incommodū, duas enunciationes contradicentes secundum nunc temporis, esse in eodem nunc æternitatis: id tamen est improprie dictum. Si verò cõtendatur, copulis illarum propositionum cõsignificantibus idē nunc æternitatis, quo pacto essent contradicentes, propositiones illas posse in æternitate esse simul veras, tunc neganda esset cõsequencia illius argumenti. Propositio enim, quæ negat, esset falsâ, eò quòd sensus illius esset, quòd Adamus nullo modo in æternitate, etiam vt æternitas responderet tempori in quo existit, existit, quod constat esse falsum.

Ad quintum argumentum dicendum est nullum esse absurdum, non esse rei, quæ generatur, non præcedere in nunc indivisibili æternitatis esse eiusdē rei, vt præcedit in tempore: eò quòd

æternitas careat priori & posteriori, & sit tota simul: ipsum tamen non esse rei, quæ generatur, est in æternitate, non adæquatè, sed solum prout æternitas respondet tempori, quod est antequam res generetur: esse verò rei iam genitæ simili modo in eadem æternitate inadæquatè existit, vt respondet tempori, in quo iam res genita dicitur. Ad secundam verò partem eiusdem argumenti neganda est sequela: neque enim esse rei, quæ generatur, prius existit in æternitate, quàm in tempore, sed simul. Vt enim in duratione æternitatis non producit alia productione, neque per alias causas ab eis per quas producit in tempore: ita neq. existit per aliam existentiam, aut prius in æternitate, quàm in tempore, sed eo ipso quòd producit & existit in tempore, coexistit in æternitate, cui coexistit tempus. Quare non est in æternitate adæquatè, sed solum prout æternitas respondet tempori in quo talis res existit, illudque latitudine sui duratiua, indivisibili quidem, at infinita & tota simul, complectitur.

*Vtrum idè res futuræ contingentes certò à Deo cognoscantur, quia ei sunt præsentis secundum suam existentiam: indeque contingentia earum cum diuina præscientia rectè concilietur.*

*Disputatio 49.*

*D. Thom.  
sententia*



ius Thomas hoc loco, vestigijs Boëtij quinto de cõsolatione profa vltima insiltes, partem affirmantem amplectitur, quæ sequentibus fundamentis, licet non eodem ordine ab eo propositis, innititur. Primum est: Cum æternitas, vt pote in diuisibilis ac infinita duratio, existat tota simul, ambæque totum tempus, omnia quæ successiue sunt, & sunt in tempore, sunt ex æternitate præsentia Deo secundum illud idem esse extra suas causas quòd successiue acquirunt in tempore: quare cum cognitio diuina, vt & esse diuinum, æternitate mensuretur, sit, vt cognitio

diuina simul ex æternitate feratur in omnia contingentia, vt in duratione æternitatis sibi sunt iam præsentia secundum illud idem esse existentia: extra suas causas, quod decursu temporis sunt habitura.

Secundum fundamentum est, quod aduocantem duobus modis spectari potest. Vno, vt est iam in seipso extra suas causas, quo pacto non cõsideratur vt futurum, nec vt in vniuersa partem contingens, sed vt præsens, & determinatum ad vnum. Atque hoc modo spectatum subdi potest certè ac infallibili cognitioni: certè namque oculis conspicio Socratem sedere, dum ille iam actu sedet. Altero modo potest spectari, vt est

*Secundum.*



vt est adhuc in sua causa; quo pacto consideratur vt futurum & contingens nondum determinatum ad vnum; quippe cum causa contingens indifferens sit ad opposita. Si hoc modo spectetur, non subditur certis, & que fallere nequeat, cognitioni; atque adeo, quicunque cognoscit effectum contingentem in sua tantum causa, non habet de eo certam, sed coniecturalem tantum cognitionem.

Ex his duobus fundamentis infert D. Thomas, cum diuinus intellectus cognoscat omnia futura contingencia, non solum, vt sunt in suis causis, sed etiam vt vnumquodque eorum est actu in se ipso secundum suum esse existentie extra suas causas diuino conspectui presentis, vt ex primo fundamento est manifestum, Deum certa notitia cognoscere omnia contingencia: cum nihilominus vnumquodque sit in tempore contingens futurum, si cum suis causis comparatur. Atque hac ratione vult contingenciam rerum in tempore, facta collatione cum ipsarum causis, cum insalubili ac certa presentia Dei coherere. Idem docet q. 2. de veritate ar. 12 & primo contra Gentes cap. 67.

Verum dubium est, verum D. Thomas ex eo tantum capite volentem in Deo esse certam ac immutabilem scientiam futurorum contingentium: an vero etiam ex eo, quod in Deo sint ideas, quibus, saltem post determinationem liberam sue voluntatis, certo cognoscatur futura, etiamsi non essent sibi presentia secundum suas existencias, vt disputatione sequenti, & disputatione penultima latius erit examinandum.

Caietanus hoc loco, & quidam alij ex discipulis D. Thomae affirmant, quibus fauet D. Thomas hoc articulo cum inquit: Vnde omnia quae sunt in tempore, sunt Deo ab aeterno presentia, non solum ea ratione qua habet rationes rerum apud se presentes, vt quidam dicunt, sed quia eius intuitus fertur ab aeterno supra omnia propter sunt in sua presentia. Nonnunc namque rationum rerum quas Deus apud se habet presentes, videtur intelligere D. Thomas ideas rerum, vt Caietanus hoc loco, & quidam alij affirmant. Afferere que videtur, futura, quae sunt in tempore, esse quidem presentia Deo tanquam obiecta certo cognita ea ratione qua habet rationes rerum apud se presentes: at non sola ea ratione, sed quia eius intuitus fertur in ea omnia vt sibi presentia, & secundum esse existentia,

An senserit D. Thomas etiam ex rationibus idearum esse in Deo certam scientiam futurorum contingentium.

Nihilominus quod D. Thomas in contraria fuerit sententia, videtur primo suaderi, quia in secundo fundamento dupliciter statum futuri contingentis distinguit, alterum vt est iam in actu extra suas causas, alterum vt est adhuc in sua causa; priorique modo dicit subdit posse certam cognitionem posteriori vero non item. Et quaest. 2. de veritate art. 12. in corpore & ad sextum clare videtur asserere, nec comparatione diuinae cognitionis, posse rem contingentem ita spectatam cadere sub certam cognitionem. Qua ratione hoc loco subdit: Vnde quicunque cognoscit effectum contingentem in sua tantum causa, non habet de eo certam, sed coniecturalem tantum cognitionem. Secundo, quoniam si D. Thomas crederet rationes solas idearum sufficere vt Deus futura certo cognosceret antequam vel in tempore vel in aeternitate essent extra suas causas, id amplius explicasset, descendissetque ad explanandum modum, quo rationibus idearum posset Deus certo cognoscere quae in facultate sunt liberi arbitrij creati, declarassetque quoniam pacto in libertas arbitrij cum diuina presentia, ea ratione spectata, conciliaretur: neque tantopere fuisset sollicitus in explicanda certitudine diuinae presentiae, solum ex capite presentiae rerum secundum esse existentiae in aeternitate, atque in concilianda solum contingencia rerum cum certitudine presentiae ex illo tantum capite. Tertio, quoniam si D. Thomas verbis illis paulo antea relatis intendisset, Deum ex vtriusque capite habere certam scientiam de futuris contingentibus, diciturus esset: Vnde omnia quae sunt in tempore, sunt Deo ab aeterno presentia, non solum ea ratione qua habet rationes rerum apud se presentes, vt quidam dicunt, sed etiam quia eius intuitus fertur & caetera: id enim verisimiliter inuenerit D. Thomam voluisse veritatem esse sufficientem rationem. At ceteras rationes idearum esse sufficientem rationem certo cognoscendi futura contingencia non cohaereat cum doctrina, quam tradiderat in secundo fundamento, & non dixerit, sed etiam quia, &c. sed solum dixerit, sed quia, & caetera, & praeterea sit legitima ratio ob quam in illis verbis non excluditur omnino rationes idearum: nempe, quod cum in illis verbis non esset sermo solum de presentia futurorum contingentium, sed de presentia omnium quae sunt in tempore, inter quae multa sunt necessaria, & multa quae habent causas determinatas

vt pro-

vt producatur, quae tamen impediti possunt: atque vt ea omnia, quae necessaria sunt, causasue habent determinatas, certo essent presentia Deo secundum esse obiectuum, satis essent rationes idearum, maxime si omnia agerent ex necessitate naturae: sane non erant tunc excludendae rationes idearum, caetera de causa D. Thomas dixit: Vnde omnia, quae sunt in tempore, sunt Deo ab aeterno presentia non solum ea ratione qua habet rationes rerum apud se presentes (quasi diceret, ea enim sola ratio non esset sufficiens, vt omnia, etiam secundum esse obiectuum, ita illi essent presentia vt ea certo cognosceret) sed quia eius intuitus, &c. quasi dicitur, haec est vniuersalis ratio quare ita illi omnia sunt presentia, vt omnia, etiam contingencia futura, certo cognoscat. Cum, inquit, haec omnia ita sunt, verisimile est D. Thomam noluisse hoc loco affirmare, Deum etiam ex capite rationum idealium, futura contingencia certo cognoscere.

Verum vt circa hanc rem totam dicam quod sentio, in primis rationibus paulo ante adductis nihil obstantibus, affirmare non ausim D. Thomam, quem in omnibus patronum potius quam aduersariorum habere percipio, credidisse, ex solo capite presentiae rerum secundum esse existentiae Deum cognoscere certo futura contingencia; quin potius, vt credo, si ea de re consuleretur, contrariam sententiam affirmaret. Moueor primo, quoniam primo contra Gentes cap. 67. ratione, ex eo probat, Deum cognoscere futura contingencia, quod sicut ex causa necessaria certo cognoscitur effectus necessarius: ita ex causa contingente completa, si non impediatur, cognoscitur certo effectus contingens: quare cum Deus non solum sciat causas effectuum contingentium, sed etiam ea quibus possunt impediti, sit, inquit D. Tho. vt certo ex suis causis cognoscat futura contingencia. Verum est tamen Ferrariersem eo loco exponere rationem hanc, non quidem de futuris contingentibus quorum causa est liberum arbitrium; quippe cum libere arbitrio, etiam non impeditum in potestate sua habeat producere aut non producere effectum, vel hunc effectum potius quam aliorum contrarium; sed de futuris contingentibus quae emanant a causis naturalibus: suapte natura determinatis ad certos effectus, ceterum ea ratione contingentibus, quod impediti possunt ac eos producant. Moueor secundo, quoniam

id dignitati diuinae scientiae derogaret, imo periculosum esset in fide, ne aliquid amplius dicam. Persuadere autem mihi non possum, D. Thomam id in animum suum induxisse, quod dignitati diuinae scientiae aliqua ex parte derogaret, fideique Catholicae minus esset consentaneum; maxime cum nihil sit quod omnino cogat, & iudicia sint non leuia pro contraria parte, torique viri docti affirmant, Diuum Thomam ex capite etiam rationum idearum asseruisse, Deum certam scientiam de futuris contingentibus habere.

Sit ergo prima conclusio in hac disputatione: Deus non ex eo solo capite, quod res existant extra suas causas in aeternitate, cognoscit certo futura contingencia; sed ex alitudine suae scientiae, potius nostro modo intelligendi, cum fundamento tamen in re, quam quicquam statueret, comprehendit in seipso omnia, quae contingentes, aut merè liberè, per causas omnes secundas ex sua omnipotentia possibiles essent futura, ex hypothesi, quod hos vel illos rerum ordines, cum his vel illis circumstantiis vellet statuere: eo autem ipso quod libera sua voluntate fieri statuit cum ordinem rerum & causarum, quem re ipsa statuit, prius, non solum quam quicquam esset in tempore, sed etiam nostro modo intelligendi cum fundamento in re, quam quicquam creatum existeret in duratione aeternitatis; in se ipso atque in illo suo decreto comprehendit omnia, quae per causas secundas contingerent aut liberè re ipsa erant, aut non erant futura.

Hac conclusio quoad primam partem, imò & quoad reliquas, tam certa est, vt oppositum non dubitem esse periculosum in fide. Probarur primo, quoniam ex scripturis sanctis constat, Deum optimum maximum habere certam cognitionem aliquorum futurorum contingentium, quae ex libero arbitrio humano pendunt: quae tamen nec fuerunt, nec erunt vnquam in rerum natura, ac proinde nec existunt in aeternitate: ergo non ex eo solo capite, quod futura contingencia extra suas causas in aeternitate existant, Deus certo illa cognoscit. Consequens est manifesta, antecedens vero probatur. Quoniam Deus scit futurum fuisse in Tyris & Sidoneis penitentiam in cinere & cilicio; ex hypothesi quod in Tyro & Sidone factae fuissent virtutes, quae Corozaim & Bethsaida factae sunt, vt constat ex illo Mat. 11. Si in Tyro & Sidone factae

Prima conclusio. Ex sola contingencia ante omnem ipso vniuersalem existentiam quomodo Deus agnouit.



essent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cunctis & cuncte poenitentia egissent: poenitentia autem illa, cum hypothetis, ex qua erat futura, re vera data non fuerit, nunquam fuit, nec erit in rerum natura & tamen erat futurum contingens ex libero hominum arbitrio dependens. Item r. Reg. cap. 23. Consultavit David Dominum, ut Saul delecturus esset in Ceilam, & respondit Dominus, descendet. Iterum consultavit nuntium vini Ceila, qui tantum beneficium à Davide acceperant, traditum cum essent, & viros qui cum ipso erant, in manibus Saul, & respondit Dominus, tradent. Ecce, Deus duo illa futura contingentia quae ab humano arbitrio pendeabant, agnovit, & reuelavit David; quae tamen nunquam in rerum natura existerent aut existent, ac proinde neque in aeternitate. Confirmatur praeterea, quoniam Deus praevidens peccata in quae laboraretur iusti, si diu in hac vita perseveraret, saepe eos misericorditer tollit de hoc mundo, iuxta illud Sapientiae 4. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne scilicet deciperet animam illius. Et paucis interiectionibus: Placita erat Deo anima illius, propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum. Cum ergo peccata illa essent de numero futurorum contingentium, eaque praeviderit Deus, nec unquam habitura sint existentiam in rerum natura; sit, ut non ex solo capite, quod res in aeternitate existant, Deus certo futura contingentia cognoscat.

Scio Cornelium Ianfenium cum Ambrosio exponere hunc locum de translatione Enoch. Communis tamen expositio cum Cypriano de immortalitate prope finit, & li. 4. ad Quirinum, Aug. Epist. 105. & 107. & de praed. sanct. c. 14. est de translatione iustorum per mortem. Lege Lynam & Dionysium Carhusianum ad eum locum Et consentit ea expositio cum antecedentibus & sequentibus in eo capite, imò & cum capite praecedente & sequente. Qui vim eius testimonij enervare vellet, exponere deberet ne malitia, id est, ne forte malitia, mutaret intellectum illius, & ne scilicet, id est, ne forte scilicet deciperet animam illius: quasi verumque dubium atque incertum esset Deo: quam expositionem quis non videat duram, peregrinam, & absurdam esse loci illius? legitimam vero esse, quem Augustinus epist. 105. citat, & Doctores communiter tradunt, nempe, ut malitia non mutaret intellectum illius, & ut scilicet non deciperet

aniam illius, ut Deus futurum praevidebat, & ideo properavit educere illum de medio iniquitatis, quia placita erat ei anima illius. Esto autem sermo esset de translatione Enoch, eodem etiam modo exponendus erat locus ille, confirmatque nostram sententiam.

Secundo, Deus per scientiam naturalem se ipsum comprehendit, & in se ipso omnia quae in ipso eminenter sunt, atque adeo liberum arbitrium cuiuscunque creaturae quam per suam omnipotentiam potest condere: ergo ante ullam liberam determinationem suae voluntatis ex altitudine suae scientiae naturalis, qua infinite superat singula quae in se ipso eminenter continet, penetrat quid liberum arbitrium cuiusque creaturae, data hypothetis quod velit illud creare in hoc vel in illo ordine rerum cum his vel illis circumstantiis, aut auxiliis, pro sua innata libertate sit facturum; cum tamen, si vellet, posset continere actum, aut facere oppositum, & si esset id facturum, ut liberè potest, Deus id ipsum prospiceret, non verò, quod re ipsa ab eo faciendum esse prospicit: indignum namque altitudine & perfectione divinae scientiae, imò & impiè, minusque coherentis cum comprehensione liberi arbitrii singularum creaturarum, esset asserere, Deum ignorare quid ego pro libertate mei arbitrii essem facturus, si me constitueret in alio ordine rerum, vel si in hoc ipso, in quo me constituit, statuisset conferre mihi maiora aut minora auxilia, quam re ipsa donare statuit, vel si concessisset mihi longiorem vitam, aut graviores tentationes permisisset: sit ergo, ut, etiam antequam quicquam libera sua voluntate statueret, per scientiam naturalem cognoverit certo futura omnia contingentia, non quidem absolute esse aut non esse futura, sed ex hypothetis, si ipse hunc aut illum ordinem rerum cum his aut illis circumstantiis statueret creare, ac proinde sit, ut eo ipso, quod liberè elegit eum ordinem rerum, quem re ipsa elegit, in ipsamet electione & decreto sit voluntatis, prius, nostro saltem modo intelligendi curae fundamento in re, quam quicquam vel in tempore, vel in aeternitate inde secundum esse reale existentia emanaverit, cognoverit certo & absolute quamquam contingentes essent, aut non essent futura: non ergo indiget Deus existentia eorum in sua aeternitate, ut ea certo cognoscat. Coacti sumus tangere radicem totam, unde credimus Deum certo cognoscere futura omnia contin-

contingentia, atque unde non obscure, ni fallimur, libertatem arbitrii & contingentiam rerum cum divina praesentia disputatione penultima componemus.

Tertio, Deus non accipit cognitionem à rebus, sed in se ipso atque ex se ipso cognoscit omnia: ergo existentia rerum, siue in tempore, siue in aeternitate, nihil conferit, ut Deus certo sciat quid futurum aut non futurum sit. Quia enim Deus in se ipso ante omnem existentiam obiectorum, habet unde omnia plenè ac perfectè cognoscat, inde est quod existentia rerum creatarum nihil perfectionis conferat cognitioni, quam de illis habet, neque in ea ullam efficiat variationem. Quare in Deo novitia intuitiva, & abstractiva, seu potius simplicis intelligentiae, nullo modo differunt, sed solum ex conditione, si existat aut non existat obiectum, vna eademque novitia atque evidens, & atque perfecta secundum se, dicitur intuitiva, aut simplicis intelligentiae, ut ar. 9. ostensum est. In nobis verò & in Angelis quoniam evidens cognitio futurorum contingentium pendet ab eorum existentia, & experimento, quo cognitione deprehendimus ea in rerum natura secundum suam realem existentiam existere, inde est quod experimentalis intuitivaque cognitio, tum in Angelis, tum in nobis, specie distinguatur ab abstractiva, sitque multò perfectior quam abstractiva, atque adeo quod existentia obiectorum conferat ad perfectionem novitiae, quam Angeli vel homines efformant, ut illo eodem articulo & alibi explicatum est.

Quarto, In Deo est providentia, & praedestinatio circa futura contingentia: ergo est praecognitio certa, qua cognoscit, antequam quicquam existat, quid futurum, aut non futurum sit, ex hypothetis ac conditione, quod hoc vel illud auxiliū aut medium adhibeat, vel quod hoc aut alio modo res disponat. Sin minus, quam ratione praedestinavit, & disposuit res per suam providentiam, effectus quidem bonos contingentes per causas tam naturales, quam liberas intendendo, malos autem permittendo, ut inde maiora eliceret bona? Quomodo item sit praedestinatio quarundam causarum liberè agentium ut ad effectus ac fines contingentes his vel illis mediis peruenirent? Ut enim artifex, nisi prius intelligeret modum, quem postea habere deberet artefactum ex eo quod vno aut altero modo in eius confectione manus & instrumenta fabri-

lia admoverentur, nesciret huiusmodi media applicare, ut tale evaderet artefactum, quale illud esse vult: ita etiam nisi Deus, antequam decreto libero suae voluntatis constitueret adhibere media, & disponere res eo modo, quo re ipsa ordinatae sunt, praevideret quid ex tali dispositione & ordine esset futurum, nesciret profecto decreto illo res, ut ad fines oportet ordinare, quin potius quasi casu, & praeter antecedentem scientiam Dei, res secundum esse existentia vno aut altero modo indifferenter evaderent, ex eam verò existentia deprehenderet quales evasisent; quae planè absurdissima atque impissima vel sunt, ita & iudicari debent. Quo fit, ut, antequam quicquam existat, praecognoscat Deus certo futura contingentia, ante illud quidem decretum liberum suae voluntatis, per scientiam quodammodo naturalem, atque ex hypothetis quod hoc vel illo modo velit res creare, & disponere; in illo verò decreto libero, quod tamquam causa antecedit existentiam futurorum contingentium tam in aeternitate quam in tempore, absolute, & absque vlla hypothetis & conditione.

Potest confirmari praecedens ratio, quoniam Deus permittit peccata: id autem dicitur quis permittit, quod praeviderit futurum, nisi ipse impediat, & potest impedire, nec tamen vult: cum ergo peccata de numero sint futurorum contingentium, sit, ut futura contingentia prius saltem natura, seu potius nostro intelligendi more cum fundamento in re, à Deo certo cognoscantur ex hypothetis quod non vel ita impedire, quam vel in tempore, vel aeternitate sint. Conclusio proposita ex his quae dicimus conclusionem sequenti magis adhuc corroborabitur.

Secunda conclusio. Licet in sensu disputatione praecedente explicato, facile defendi possit, hanc propositionem: Omnia quae in quacunque differentia temporis sunt, fuerunt, & erunt, coexistunt Deo, aut sunt praesentia Deo secundum suum esse existentiae extra suas causas; verum esse in quocunque instanti versus aeternitatem ea profertur, copulis tamen illis, coexistunt, & sunt, consignantibus, non quidem nunc temporis in quo profertur, sed nunc aeternitatis, non sumptu inadaequate, ut responderet praesens huic aut illi instanti, vel pari temporis, sed adaequate, ut est duratio in finita complectens vniuersum tempus, tam praeteritum, quam futurum, etiam cognitione apprehensum, arbitri-

*Existit  
veritas  
prout  
in aeterni-  
tate, quae  
in tempo-  
re.*

tror nihilominus, neque esse concedendum res, quae in tempore sunt, prius existere in aeternitate, quam existant in tempore, aut prius praesentes esse Deo in aeternitate secundum suas existencias, quam in tempore sint re ipsa praesentes; neque Deum ex eo capite, quod res existant in aeternitate, praecognoscere certo futura contingencia antequam sint in tempore. Quare propositio illa: Ex aeternitate omnia coexistunt Deo, aut sunt praesentia Deo secundum suas existencias extra suas causas; in sensu disputatione praecedente explicato, nihil, ut credo, conducit, vel ad ostendendam certitudinem praesentiae divinae de futuris contingentibus, vel ad conciliandam contingentiam rerum cum divina praesentia.

Moueor ad hoc asserendum primo, quoniam praeterquam quod ab existentia rerum creaturarum nihil omnino conferatur scientiae, quam de illis Deus habet, nec ab illa pendeat, nec vllam perfectionem, ac proinde neque certitudinem, ab ea recipiat, ut paulo ante explicatum est: existimandum non est, res, quae successiue fiunt in tempore, existere prius in aeternitate, quam in tempore, ut ex anticipatione aliqua, quam, quoad existentiam extra suas causas, habeat in aeternitate, cognoscantur certo in aeternitate, dum adhuc futurae sunt in tempore: quod tamen verum esse oportebat, ut extrinsecus existentia in aeternitate praecognosceret eas Deus certo, antequam in tempore fierent. Quod si Boetius, & D. Thomas, caeterique, qui ex illo capite affirmant Deum cognoscere certo futura contingencia, hoc veluerint ingennere fateor, me id non intelligere, neque vlla ratione verum esse posse existimo. Hac enim opinione data, concedendum esset, copula, est, congnificante instans temporis praesentis, hanc propositionem esse veram, Ea quae toto decursu temporis erunt, sunt iam secundum suum esse existentia in aeternitate quoniam licet in instanti temporis, in quo ea propositio profertur, nondum ea existant in tempore. quae adhuc sunt futura: in eo tamen ipso instanti temporis essent in aeternitate, propter anticipatam illam existentiam, qua res prius sunt in aeternitate, quam in tempore fiat: quoniam autem multi id videntur concedere, eoque modo loquendi vti consueverunt ego tamen nec disputatione praecedente id concessi, nec credo esse verum. Etenim cum ea, quae successiue pro-

ducuntur in tempore, non alias causas habeant, a quibus producantur secundum esse existentiae in aeternitate, quam illas casdem a quibus producantur in tempore, neque tales causas productione, aut secundum aliud esse existentiae, producant ea in aeternitate, quam ea ipsa productione, & secundum idem esse existentiae, quo producant illa in tempore, neque item in eo sensu producant ea in aeternitate, quasi intra aeternitatem, hoc est, intra Deum ipsum, qui est sua aeternitas, eis conferant esse existentiae (sed enim ridiculum & impium esset) sed in eo sensu, quod, dum producant ea in duratione temporis, simul efficiunt ea in duratione aeternitatis existere; eo quod, cum aeternitas indivisibilis sit & infinita, ac proinde in tota coexistat toti tempori, ut tota coexistat singulis partibus & punctis illius, fieri nequit ut aliquid existat in tempore, quin in duratione aeternitatis existat: Cum (inquam) haec omnia ita sint, fit ut existimandum non sit, durationem infinitam aeternitatis, quae totum tempus complectitur, ad eum sensum esse totam simul, quasi attrahat, faciatque ut in ipsa res futurae existant extra suas causas antequam in tempore efficiantur; id enim incredibile esset omnino, & absque vlla necessitate confictum, libertatemque arbitrij, & contingentiam rerum de medio tollerent, ut statim ostendam: sed ad eum sensum, quod tota coexistit toti tempori, & singulis eius partibus, quando tamen vnaquaque pars secundum se ipsam existit, & non antea: non quidem propter vllum aeternitatis defectum, sed quia talis temporis pars nondum secundum se & absolute existit.

Quod autem libertas arbitrij nostri rerumque contingentia omnino tollatur, si quis asserat, ex eo quod aeternitas sit tota simul prius res in ea, quam in tempore, existere, ita ut omnia quae in tempore sunt futura, iam in hoc temporis puncto, imo ex aeternitate sint extra suas causas secundum veras existentias in aeternitate, idque tanta firmitate ut ex ea radice Deus certo cognoscat ea, quae in tempore sunt contingentia futura, facile ostendi potest. Etenim neque liberum arbitrium, neque ceterae causae efficere possent in futurum, quin ipse eadem causa idem, eodemque modo, eademque actione in tempore futuro efficerent, quod iam antea in aeternitate effecerant, vel si possent aliud effice-

*Libertatis  
arbitrij  
quomodo  
tollatur si  
quia dicitur  
res prius  
in aeterni-  
tate, quae  
in tempore  
existere.*

re, non tanta profecto firmitate esset iam modo id in aeternitate, quin possit non esse; atque adeo ex tali verum existentia in aeternitate provenire non posset certitudo divinae scientiae circa ea, quae contingenter in tempore eveniunt.

Moueor secundum (& in idem forte recidit) quoniam quae post haec diem sunt in tempore contingenter futura, ad hanc usque diem indifferentia sunt ut sint aut non sint, tam in tempore quam in aeternitate: actus enim mei liberi arbitrij, qui cras est futurus, potest adhuc non esse in tempore; alioquin non esset contingenter in tempore futurus: cum vero non sit in aeternitate, nisi per esse quod habiturus est in tempore, vti que potest re ipsa non esse in aeternitate, alias neque in tempore esset futurus contingenter: ergo scientia, qua Deus scit actum illum cras esse futurum, non habet ad hodiernum usque diem certitudinem, nihil omnino dubitationis habentem, ex existentia illius actus in aeternitate, quippe qui in ea possit non existere: non ergo existentia rerum in aeternitate est radix quod Deus certo sciat ea quae in tempore sunt adhuc contingenter futura. Quando namque, congnificantibus copulis nunc aeternitatis, dicimus omnia, tam praesentia quam praeterita & futura in tempore, habere esse simul in aeternitate, intelligendum id est, de aeternitate adaequate, hoc est, ut responderet toti tempori: quoniam autem aeternitas usque ad praesentem diem sit, & fuerit, ut responderet instanti praesenti, & toti tempori praeterito, nondum tamen est ut responderet temporis futuro; non quidem quod aliquod aeternitatis desit secundum quod respondeat temporis futuro, sed quod nondum adsit tempus futurum cui correspondeat. Exemplum est accommodatum in puncto medio comparatione circuli qui circa illud describitur, quibus similia esse dicuntur indivisibilis aeternitas, & tempus quod circa illam labitur ac decurrit: ut enim dum describitur circulus, punctum centris nondum responderet parti adhuc describenda, sed solum parti descriptae; idque, non quod puncto centri aliquid desit ratione cuius respondere debet parti describenda, sed quod pars ipsa desit, cui tale punctum existens iam secundum se totum responderet: descripto vero integro circulo, centrum responderet toti circumferentiae & singulis illius partibus: ita indivisibilis aeternitas, interim dum totum tempus non est elapsum, non responderet

*Exemplum  
aeterni-  
tatem expli-  
cans.*

toti tempori, sed parti quae elapsa est. Quare sicut punctum centri potest nunquam respondere parti circumferentiae nondum descriptae, si illa in futurum non describitur: ita aeternitas potest non respondere, vel partibus temporis veri adhuc futuri, vel rebus contingenter in eis futuris, si vel tempus verum cesset, vel eodem perdurante, tales res in illo non sint, ut re ipsa possunt non esse. Ex quibus patet, quod licet, copulis congnificantibus nunc aeternitatis, & sumpta aeternitate adaequate, ut responderet toti tempori etiam cogitatione apprehenso, haec sit absolute vera, Quicquid futurum est in tempore, est praesens Deo, aut est in aeternitate; eo quod quaecumque fuerint in tempore, siue plura siue pauciora, eo ipso necessarii sunt in aeternitate, quae totum tempus complectitur: nihilominus, si loquamur de aliqua re futura adhuc contingenter in tempore, vbi gratia, de peccato Petri futuro cras, haec non est absolute vera, Hoc peccatum est praesens Deo, aut est in aeternitate, sed solum ex suppositione quod futurum sit in tempore: ut enim potest adhuc non esse in tempore, ita potest non esse in aeternitate adaequate sumpta.

Postremo moueor, quia si omnia, quae futura sunt in tempore, ex aeternitate essent extra suas causas praesentia Deo secundum suas existencias per anticipationem quandam in aeternitate, unde praesentia divina certitudinem nancisceretur comparatione eorum, quae contingenter sunt adhuc futura in tempore, sequeretur in hoc nunc temporis nostri esse infinita actu extra suas causas, non quidem quae existerent in eo tanquam in mensura suae realitatis existentiae, sed quae existerent illo modo in nunc aeternitatis, at in hoc nunc temporis nostri, tanquam in mensura existentiae eorum illo modo in aeternitate: omnino autem absurdum videtur concedere, in hoc nunc temporis nostri esse infinita actu in aeternitate, contradictionemque involvere videtur.

Ex dictis patet id quod in calce articuli nostri huius decimae quartae quaestionis asseruimus. Nempe scientiam Dei, eorum, quae adhuc in tempore sunt contingenter futura, nondum habere proprie rationem scientiae visionis, quousque illa actu in tempore existant, sed simpliciter duntaxat intelligentiae; eo quod res obiectae nondum existant. As quoniam duratio propria

illius scientiæ est æternitas, & in æternitate, ut coexistet tempori futuro, illæ tandem erunt præteritæ, simpliciter scientia diuina appellati poterit scientia visionis comparatione omnium, quæ erant in aliqua differentia temporis: atque ita eam cum communi Doctorum sententiâ passim appellauerunt.

Illud insuper admonebo, cum Hieronymus in prioribus commentariis in illud ad Ephesios primo; Sicut elegit nos in ipso; ait, Quod electos nos ut essemus sancti ante fabricam mundi testatus est, ad præscientiam Dei pertinere, cui omnia futura iam facta sunt, & antequam fiant, vniuersa sunt nota: cum etiam in posterioribus commentariis in eundem locum ait, Quia nihil nouum est ei apud quem omnia erant antequam fierent; Non ita hæc intelligere, quasi secundum realem existentiam præexistant, sed quod in esse obiectiuo præexistant euidenter cognita. Quæmodum enim ea quæ non sunt, quodammodo dicuntur esse comparatione potentie diuinæ, quæ ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt vocat, facitque existere: ita quia ea, quæ non sunt, non latent Deum, sed perinde ab eo euidenter cognoscuntur, ac si existerent, dicuntur à Hieronymo præexistere in scientia diuina. Unde post illa verba subiungit: Non (ut quidam hæretici somniant) animas antea in cælo fuisse segregatas. Et in illud Ecclesiasticis primo, Est ne verbum, & cetera, ait: Est dicendum, quod ex præscientia & prædestinatione Dei iam ea facta sunt, quæ futura sunt. Idem affirmat Cyrillus libro 3. thesauri cap. vltimo.

*Argumentum Scoti* Argumentatur præterea Scotus aduersus eandem opinionem Diui Thomæ: Quoniam sicut æternitas est tota simul & coexistit tempori præterito & futuro, ita æuum Angeli est totum simul, & coexistit tempori præterito & futuro: ergo sicut ex existentia in æternitate, eorum quæ in tempore sunt adhuc contingenter futura, præcognoscit Deus ea certò futura antequam in tempore existant, ita ex existentia eorundem

in æuo præcognoscet ea Angelus certò antequam in tempore existant.

Ad hoc argumentum consueuerunt discipuli D. Thomæ respondere: quia cognitio Angeli non mensuratur æuo, sed instante temporis discreti; cognitio verò diuina mensuratur æternitate, in qua ea, quæ in tempore sunt contingenter futura, actu existunt; non esse parem rationem vtriusque. Verum cum Angelus habere posset cognitionem totam simul, quæ omnino coexistat æuo, quæque per comparationem ad tempus nostrum duraret tantum, quantum durat æuum, non ea ratione rectè argumentum dissoluere videntur, maxime quia si futura semper coexistant æuo secundum esse existentie extrinsecas causas, ut coexistunt æternitati, sanè ea deprehenderet Angelus sua cognitione postquam iam in æuo extra suas causas, atque adeò certò illa cognoscet antequam sint in tempore, esto ea nò cognoscat per cognitionem cuius duratio sit æuum, sed nunc temporis discreti.

Melius tamen respondere possent, æuum ex se non habere latitudinem duratiuam, sed solum ex eo quod Angelus conseruetur à Deo maiori vel minori tempore: unde, quod Angelus coexistat tempori futuro, pendere, non solum ex existentia futura temporis, sed etiam ex eo quod Deus conferat esse Angelo, illiusque conseruet, in tempore futuro: æternitatem verò ex se esse durationem infinitam, ut questione decima vtrumque explicatum est; atque inde fieri, ut non sit vtrouique par ratio, quod ea, quæ adhuc futura sunt in tempore, non coexistant in hoc temporis momento cum æuo, ut coexistunt cum æternitate. Hæc responsio solum habet locum, si dicamus, æternitatem eius esse naturæ ut antecedere faciat secundum se ipsa ea, quæ in tempore sunt futura, ut necessario est dicendum, si aliquo modo defendenda sit sententia Boetij & D. Thomæ: esto enim id æternitatis tribueretur, nulla tamen ratione tribuendum esset æuo propter rationem quam proximè reddidimus.

*Vi soluetur à D. Thomæ sequentiibus.*

*Melior soluendi ratio.*

Vtrum per ideas futura contingentia Deus certò cognoscat, simulque examinantur opiniones Scoti & Durandi.

*Disputatio 50.*

*D. Bonauentura opinio.*

**D**IVVS Bonauentura in primo, dist. 39. art. 2. qu. 5. affirmat, ideò Deum futura contingentia certò cognoscere, quia in se habet ideas omnium rerum per quas ita certò futura omnia cognoscit, ac si illa haberet presentia secundum suas existentias. Eandem sententiam tribuunt Diuo Thomæ Caietano hoc loco, & quidam alij ex discipulis D. Thomæ, propter illa verba huius articuli quæ disputatione præcedente retulimus & expendimus. Imò Caietanus affirmat, Scotum intellexisse eodem modo D. Thomam: nescio tamen an Scotus loco statim citando solum D. Bonauenturam, & alios, quos hoc loco D. Thomas impresso nomine eiusdem sententia fuisse docet, intenderit impugnare.

*Argumentum Scoti contra hanc sententiam. Primò.*

Aduersus hanc sententiam argumentatur Scotus in primo, dist. 38. primò: Quoniam ideæ in Deo non representant coniunctionem prædicati cum subiecto complexionis contingentis, quæ eo ipso, quod est contingens, est indifferens ut sit aut non sit, sed representant solum extrema talis complexionis: at ex notitia, quantumuis perfecta, extremorum complexionis contingentis futuræ nequit certò cognosci quæ pars contradictionis sit futura vera; eò quod neutrum extremum debeat, aut repugnet alteri, ut in eorum naturis conspici possit an prædicatum conueniat subiecto, ut certere est quando complexio est necessaria: ergo solæ ideæ diuinæ non possunt esse Deo sufficientes ratio certò cognoscendi futura contingentia.

*Secundò.*

Secundò: Ideæ sunt, & representant res Deo ante omnem actum liberam voluntatis diuinæ: ergo quicquid representant representant merè naturaliter: at complexiones contingentis non naturaliter, sed liberè cognoscuntur à Deo; quippe cum, si nihil libera sua voluntate statueret creare, nullam earum complexionum contingentium, quæ sunt futuræ, cognosceret esse futuram: ergo ratio certò cognosca-

di futura contingentia non possunt esse solæ ideæ.

*Tertiò.*

Tertiò: Ideæ eodem modo representant futura contingentia possibilis quæ nunquam erunt, & futura, quæ in aliqua differentia temporis erunt; quandoquidem quod quædam contingentia sint futura, & alia non, id non prouenit ex ideis diuinis, sed à libera voluntate Dei, quæ rebus contingenter futuris liberè præparauit causas à quibus producerentur, aliis verò, quæ esse poterant, & non erunt, non præparauit causas: ergo ideæ solæ diuinæ non possunt esse sufficientes ratio, ut futura contingentia à Deo certò cognoscantur.

*Quartò.*

Quartò: Quod futura contingentia sint potius futura vno tempore quam alio, non prouenit ab ideis, sed à libera voluntate diuina, quæ statuit condere res potius vno tempore quam alio, & hoc potius modo quam alio ordinare: ergo solæ ideæ diuinæ non possunt esse Deo sufficientes ratio ut futura contingentia cognoscat.

*Scientia Dei naturalis ad quæ se extendat.*

Consentit Scotus ideæ, essentiamque diuinam cognitam ut obiectum primarium, esse Deo rationem sufficientem cognoscendi per scientiam naturalem simpliciter omnia, quæ ex diuina omnipotentia esse possunt, & complexiones omnes, non solum necessarias, sed etiam contingentes, non quidem quod sint futuræ, sed quod esse possunt, ita ut per scientiam naturalem cognoscat quilibet, ut sit aut non sit indifferenter, atque adeò posse esse, & posse non esse. Etenim ex naturis extremorum intelligitur vnam posse conuenire alteri; non tamen vtrum conueniat, necne. Præterea quantumvis complexio sit contingens, eam tamen contingenter esse, ac proinde posse esse, & posse non esse, est quid necessarium: Deus autem omnia necessaria cognoscit per scientiam naturalem.

Etiã si Scotus in his conueniat cum aliis, per motus tamè argumentis propositis ait, Deum in sola determinatione suæ voluntatis cognoscere quæ-

Vtrum

quoniam pars contradictionis cuiusque in positum debeat continenter convenire, atque adeo in sola determinatione libera suae voluntatis cognoscere certo futura contingentia. Et quidem si inter futura contingentia solum continetur, tum et quae a Deo sunt immediate, quae sunt omnia ea quae in prima constitutione mundi a solo Deo producta sunt, tum etiam ea quae sunt a causis secundis agentibus ex necessitate naturae, nulla esset difficultas in sententia Scoti, cum inter futura contingentia continerentur, etiam quae a libero arbitrio creato emanant, & ea denique quae proxime vel remote emanant aut pendunt a tribus illis radicibus contingentiae effectuum causarum secundarum, quas disputatione 47. explicavimus; si Scotus solum vellet omnia submodi contingentia futura carere pendere a libera determinatione voluntatis divinae, quatenus nullum tale esset futurum positum contingens, nisi Deus liber statueret creare hunc mundum cum eo ordine rerum cum quo conditus est, atque ea de causa vellet, ut nunquamque eorum a Deo cognosceretur futuram simpliciter, necessarium esse cum praecognoscere determinationem illam liberam suae voluntatis, in qua, tanquam in parte rationis id cognoscendi, illud cognosceret, nihil etiam esset quod in sententia Scoti improbandum sentirem. At vult, posita etiam constitutione mundi universi, atque ordine rerum & causarum quae nunc sunt, determinationem liberi arbitrii Angelici & humani ad alteram partem cuiusque contradictionis in quocumque temporis momento, verbi gratia, ad volendum vel non volendum hoc, aut volendum contrarium, esse ex determinatione libera voluntatis divinae, qua, tanquam causa prima, ex aeternitate statuerit hoc vel illo modo concurrere sine per generationem suae per specialem consentium cum libero arbitrio creato, illudque hoc vel illo modo determinare, quasi a sola libera determinatione Dei, & modo insuendi cum causis secundis, pendeat, quod liberum arbitrium, & quaecumque alia causa secunda, hoc vel illud operetur aut non operetur, ut disputatione 33. late tenuimus, & impugnavimus: qua ratione, sicut radicem totam contingentiam in sola libera voluntate Dei collocavit, nulla vero ex parte in libero arbitrio Angelico & humano, quod tamen comparatione nonnullorum effectuum est proxima

& immediata causa contingentiae, ut disputatione 47. explicatum est; ita etiam rationem atque radicem integram, unde Deus certo agnosceret, quae absolute & simpliciter essent contingenter futura, determinationem liberam voluntatis divinae esse voluit. Ex dictis tamen disputatione 33. 47. & aliis arbitror satis esse manifestum, sententiam hanc Scoti plus quam periculosam esse in fide: tollit enim libertatem illam arbitrii, quam disputatione 23. ex scripturis sanctis atque ex ipsa experientia demonstravimus, Deumque efficit causam a qua liberum nostrum arbitrium steterit & determinatur ad actus ipsos peccatorum, quibus ipsum offendimus, legemque eius transgredimur, quae omnia cum fide Catholica pugnant.

Quidam D. Thomae discipulus, solis verbis differens ab Scoto, hanc eandem sententiam tribuit Dno Thomae: ait enim, causas omnes secundas futurorum contingentium, sub quibus etiam liberum arbitrium Angelicum & humanum comprehendit, subici determinationi ac dispositioni divinae voluntatis, quae est prima causa ceteris causis tribuens non solum esse & virtutem, sed etiam determinationem ad suos particulares effectus: quia ergo effectus contingentes cognoscuntur certo in suis causis completis & determinatis ac non impeditis, non minus quam effectus necessarii certo in suis causis necessariis cognoscantur; sit, inquit, ut Deus in sua essentia, accedente determinatione libera suae voluntatis, qua causas omnes contingentes determinat ad effectus, cognoscat certo futura omnia contingentia, etiam si immediate emanant a libero arbitrio; quippe cum, eo ipso, non solum agnoscat determinationem omnium causarum, sed etiam quoniam earum ea ipsa determinatione impediatur, aut non impediatur sint effectus aliarum. Quoniam vero, ait, idea, complete & consummate sumpta, non dicit nullam essentiam divinam vel esse exemplar in potentia ad cuius imitationem res produci possunt, quo pacto idea est etiam earum rerum quae esse possunt per divinam potentiam, nunquam tamen erunt; sed dicit essentiam divinam ut est exemplar in actu ad cuius imitationem aliquid est re ipsa futurum: id vero habet ex adiuncta determinatione voluntatis divinae, qua ex aeternitate decrevit effectus producos in tempore, atque per comparationem solum

*Vt Scoti  
sententia  
Dno Tho-  
mae attri-  
buatur  
immerita-  
re.*

lum ad effectus, qui in aliqua temporis differentia sunt, fuerunt. & erunt: inde, inquit, est, quod D. Thomas hoc loco nomine rationum rerum, hoc est, idearum, quas dixit Deum ex aeternitate apud se habere, & in quibus certo cognoscere futura contingentia asseruit, intellexerit non nudam essentiam divinam vel esse exemplar ad cuius imitationem potest, si velit, res efficere, sed intellexerit essentiam unam cum determinatione libera voluntatis a qua habet ut sit exemplar in actu & idea completa comparatione omnium quae futura sunt.

Quia vero ex determinatione hac humanae & Angelicae voluntatis ceterarumque causarum secundarum a libera determinatione & influxu voluntatis divinae, manifeste tollitur libertas arbitrii Angelici & humani ad suos actus, ut late adversus Scotum locis citatis ostendimus, confugit hic autor ad suffugium illud sensus compositi & divisi: ait enim, & si causa contingens, prout subdividitur determinationi primae causae, sint determinatae & completae ad operandum, atque adeo non possint in sensu composito non efficere suos effectus ad quos sunt determinatae & voluntate divina; nihilominus simpliciter & in sensu diviso esse contingentes, in determinatas, & incompletas, ac proinde earum effectus simpliciter esse appellandos contingentes. Hoc vero non satis intelligo. Si namque, nulla habita ratione eius quod pro sua libertate liberum arbitrium creatum erat facturum, Deus aeterna determinatione libera suae voluntatis, influxumque suo illud determinat ad id quod vult, stanteque ea determinatione & influxu divino, liberum arbitrium nihil aliud potest, quam id ad quod ita determinatur, sane non video quam ratione liberum re ipsa maneat, ut ad quod voluit pergit manum; nec qua ratione culpae aut merito illi tribui possit, quod ita a Deo inclinetur & determinatum effecerit. Etenim quod posset oppositum efficere, si Deus oppositum libera sua voluntate voluisset, atque in oppositum suo influxu illud determinaret & inclina-ret, non est arbitrium nostrum esse liberum, sed in Deo esse libertatem, ut nostrum arbitrium movendo, eo indifferenter ad oppositum vratur, ut disputatione 40. in simili alio pronunciato late ostendimus. Quare si autor huius sententiae id tantum vult, dum affirmat, manere nihilominus arbitrium

in sensu diviso causam contingentem, in determinatam, & incompletam comparatione suorum effectuum, plane licet rationem spontanei in eo relinquit, haud dissimilem ei quae in iumento cernitur, quando capistro in vnam aut alteram partem ducitur, libertatem tamen ab eo tollit, fatalemque necessitatem (posita praescientia & determinatione voluntatis divinae, quae ex aeternitate existunt) in eo praeculduo inducit.

Obicit deinde idem autor adversum se ipsum: Divina voluntas non determinat voluntatem creatam ad peccandum; sed eam relinquit indifferenter & liberam; imò per causam indifferenter & indeterminatam non potest haberi certa cognitio effectus futuri: ergo Deus non certo praecognoscit peccata futura. Hanc rationem obiectioem se sufficienter diluit ex eo arbitratur; quia, ut inquit, voluntas creatata infallibiliter debet circa quaecumque materiam virtutis, nisi efficaciter determinetur a divina voluntate ad bene operandum: quocirca ex eo quod Deus cognoscit voluntatem suam non determinasse voluntatem creatam ad bene operandum in materia, verbi gratia, temperantiae, cognoscit eundem, quod voluntas creatata peccabit, & deficiet in materia illius virtutis. Itaque alia futura contingentia cognoscit Deus in suis causis, prout sunt determinatae a prima causa: malum vero culpae futurum cognoscit in sua causa, quatenus non est determinata a prima causa ad bene operandum. Haec ille.

Verum multa sunt, quae in hac responsione displicent. In primis admittit liberum arbitrium exercere posse actiones quibus peccat, non determinatum prius a voluntate & influxu divino: cum ergo illae sint actiones naturales atque effectus reales, quare non poterit simili modo exercere actiones alias liberas merè naturales, ut velle sedere, aut iugere, velle ambulare in vnam aut alteram partem, absque praevia determinatione & influxu voluntatis divinae: quare cum Deo non constituerit demere aut restringere libertatem innatam causis secundis; neque plus auxiliij atque influxus conferre ad actiones naturales, quam ad id sit necessarium; consequens est, ut liberum arbitrium, non determinatum prius a voluntate divina, sed relictum omnino indifferens ad eliciendum vel non eliciendum actum, aut ad operandum potius circa unum obiectum, quàm circa aliud, si ipsum determinet

*Impugnatio  
proposi-  
tae opi-  
nionis.*

determinationem ergo huiusmodi futurorum contingentiam nō cognoscit Deus in determinatione suā voluntatis, qua liberum arbitriū creatum ad suos effectus determinat. Non dicit hic autor, vt credo, Deum determinare liberum arbitriū creatum ad actionem qua peccat, licet illud non determinet ad formale peccati: tum quia verba ipsius id non inuānt; tum etiam quia neque liberum arbitriū aliter se determinat ad formale peccati, quam liberē se determinando ad actionem quæ est peccatum, imō velle, si fieri posset, vt actio illa non haberet rationem peccati: tum vel maximē quoniam illud esset error in fide, vt à disputatione 31. arbitror me satis ostendisse.

Deinde, nō videtur admittere indifferentiam in arbitrio nostro, vt cōtineat, seu vt nō exerceat actus studiosos quos exerceat, sicut admittit indifferentiam ad exercendum & non exercendum actum peccati quando peccat: quare tollit meritum nostrum & libertatem, etiam quoad exercitium, comparatione illius.

Tertio, displicet vehementer id quod præcipue docet. Licet enim id gratis admitteretur in hominibus post lapsum primorum parentum, eō quod eorum sensus prouit ad malum ab adolescentia, quānam ratione admittendum esset in Angelis, & in hominibus in statu innocentia, qui sine vlla difficultate continere se poterant ab omni peccato, & nihilominus pro sua innata libertate poterant peccare: Si ergo accidisset eos ex sua sponte peccare, ignorasset id Deus, posita huius Doctōris sententia, quo quid potest dici absurdus? Deinde licet ex eo quod Deus non determinaret voluntatem creatam ad bene operandum, sequeretur certō illam peccare, nihilominus non esset Deo certum an peccatura esset peccato omissionis, an commissionis, an vti deberet potius hoc medio, quam illo ad peccandum, an maiori vel minori intentione ac conatu, an maiori vel minori tempore in opere peccati persistere foret, & ita de aliis circumstantiis quæ ad grauicatem culpæ pertinent, atque à libero arbitrio pendunt, ac prouide ad quas Deus liberum arbitriū non determinaret; ignoraret ergo Deus hæc omnia contingentia futura.

Postremo, si liberum arbitriū creatum eo ipso, quod non determinatur à voluntate diuina efficaciter ad bene operandum, ita necessario

peccat, vt certū omnino atque euident sit Deo illud peccatum; & Deus ex sua aternitate, prout voluit, statuit determinare illud, vel non determinare ad operandum, quæ quæso libertas fuit in Angelis quādo peccauerunt, aut in nobis est quando peccamus, vt si non velimus nō peccemus? Quānam ratione item verum est, Deum posuisse nos in manu consilij nostri, vt ad quod velimus potrigamus dexteram? Quānam item erit causa Dei in die iudicij aduersus impios, cū non poterint non peccare, si Deus eos ad bonum efficaciter non flecteret ac determinaret; ipse verō pro sola sua libera voluntate ex aternitate statuerit nō determinare? Profecto, hæc sententia admīssa, libertas arbitrij nostri omnino tollitur, petit iustitia Dei aduersus impios, & crudelitas ac impietas manifesta in Deo conspicitur. Quare pluitquam periculosa in fide arbitror hanc sententiam, vt de sententia etiam Scoti in superioribus diximus.

Iuxta ea ergo, quæ disputatione precedente Futura conclusionē prima explicata à nobis sunt, dicendum est, per ideas diuinas, essentiamue diuinam cognitam vt obiectum primarium, certō representari Deo, qui, tum suam essentiam, tum singula, quæ in ea ipsa infinite perfectiū quam in se ipsis continentur, altissimo ac eminentissimo modo comprehendit, representari, inquam, naturaliter ante omnem actum & determinationē liberam voluntatis diuinæ, complexiones omnes contingentes, non solum secundum esse possibile, sed etiam secundum esse futurum, non absolute, sed sub conditione & ex hypothesis, quod Deus statuat hunc vel illum ordinem rerum & causarum cum his vel illis circumstantiis creare. Accedente verō determinatione libera voluntatis, non qua liberum arbitriū creatum determinet ad alteram partē contradictionis (vt Scotus & alij volunt) sed qua, relinquendo illud liberum & omnino indifferentē vt ad volent potrigat manum, statuat creare hūc vel illum ordinem rerum & causarum ac circumstantiarum in quo sint hæc vel illæ causæ liberæ, certō cognoscat complexiones omnes contingentes secundum esse futuram absolute & simpliciter ac sine vlla iam hypothesis & conditione. Itaq; eo differimus ab Scoto, qui arbitratum, rationem ob quam Deus certō cognoscat quānam pars contradictionis cuiusque earum complexio- num contingentium quæ pendunt à libero arbitrio

trio

trio creato sit futura, non esse determinationem voluntatis diuinæ qua liberum arbitriū creatum inflectat & determinet ad vnam aut alteram partem, sed esse determinationem liberam qua liberum arbitriū in hoc vel illo ordine rerum & circumstantiarum statuit creare: neque hanc solam determinationem arbitramur esse rationem sufficientem, quod certō cognoscat quæ pars contradictionis cuiusque harum complexio- num sit futura, sed hanc vnam cum comprehensione in sua essentia cuiusque liberi arbitrij creati per scientiam naturalem, qua comprehensione ante illam determinationem voluntatis certō scit quid tale liberum arbitriū sit futurum pro sua libertate, ex hypothesis & conditione, quod illud creet & constituit in eo ordine rerum; cum tamen possit, si velit, facere oppositum; & si esse, facturum, vt potest, Deus id illa eadem scientia & comprehensione liberi arbitrij in sua essentia sciisset, & nō id quod se ipsa scit à libero arbitrio esse agendum. Itaque quia complexiones positivæ contingentes, quæ à libero arbitrio pendunt, esse nequeunt in rerum natura nisi liberum arbitriū creetur, vtique quod Deus absolute & sine hypothesis cognoscat eas esse futuras, pendet à libera determinatione voluntatis suæ, per quam tali vel tali tempore cum tali vel tali ordine rerum & circumstantiarum creare liberum arbitriū constituat. At quoniam arbitriū, eo pacto creatū & constitutum in eo ordine rerum, liberum manet vt se in vnam aut alteram partem inflectat, profectō nisi Deus altitudine, excellētia ac perfectione suæ scientiæ naturalis, qua omnia eminentissimō quodā modo in sua essentia cōprehendit, ita illud penetraret, vt in eo inspiceret in quam partem pro sua innata libertate se esset in fluxurum, cum si vellet, posset se inflectere in oppositam, & si id esset facturū, vt potest, Deus id cer- neret, nesciret determinatē quæ pars contradictionis eiusmodi complexionum contingētium esset futua. Quare, vt id Deus certō cognoscat, vtique est necessarium, & vtique ei conuenit ex sua, non solum infinita & immensa, sed etiam omni ex parte illimitata perfectione qua Deus est, rationē cuius quemadmodum sub eius omnipotentiam cadit efficere posse creaturas libero arbitrio præditas, suorumque actuum dominas, vt in nobilissimis ipsius experientia ipsa deprehendimus, ita sub ipsius immensam, omni-

que ex parte illimitatam scientiam, qua quicquid sub suam omnipotentiam cadit altissimo ac eminentissimo quodam modo comprehendit, etiam cadit vt ita liberum arbitriū creatum penetret, vt in quam partem pro sua innata libertate se se inflecturum certō deprehendat ac impetatur. Atque hæc est præscientia futurorum contingentium, quam Patres, Iumenque ipsum naturæ doceant Deo cōuenire, quia Deus elicit vt si ei non conueniret, Deus non esset. Vnde Hieronymus 3. lib. dialog. aduersus Pelagianos in persona Criti merito ait. Cui præscientiam tollis, tollis & diuinitatem. Et August. 5. de ciuitate Dei cap. 9. Confiteri, inquit, esse Deum, & negare præscium futurorum, apertissima insania est.

In sensu explicato verissimū est, ideas, essen- In quo sensu va- rium sit idem esse sententiæ diuinam esse rationem obiectiua Deo futura contingentia cognoscendi. tiamue diuinam cognitam vt obiectum primarium, Deo, qui & se ipsum, & quæ eminenter continet altissimo modo comprehendit, esse rationem certam cognoscēdi futura contingentia. Quare, præter D. Thomam hoc loco (si id affirmant) D. Bonauentura, & vniuersum quotquot eam loquendi formam vsurparunt, in hac ipsa fuerunt sententiæ: tamen non, quātum erat satis, rem hanc explicauerunt. In hac eadem sententiā est aperte Durand in primo, dist. 38. q. 3. quo loco affirmat, Deum in sua quidē essentia tanquam in obiecto primario, & causa omnium rerum (putat tamen nō habere rationem ideæ) cognoscere certō futura omnia contingentia, quia ibi, altitudine & perfectione suæ scientiæ atque obiecti, intuetur causas omnes eorum, & determinationem circa productionem effectuum, nō solum earum quæ suapte natura sunt determinatæ, vt sunt quæ ex necessitate nature agunt, sed etiam earum quæ in differentes sunt, & se ipsas in quam partem volunt liberē inflectit, cuiusmodi sunt liberum arbitriū Angelicum & humanum; cognoscat insuper quænam earum se impediunt aut non impediuntur sint (hæc omnia intellige, licet Durandus id non explicet, ex hypothesis quod hūc vel illum ordinē rerū & causarū velit creare.) Porro in causis & ex causis ita cognitis tam certō cognoscitur futura contingentia, quā certō ex causis necessariis cognoscuntur effectus necessarii. Quō sit, vt Deus tanquam in obiecto primario certō cognoscat in se ipso futura omnia contingentia, & tanquam in obiecto secundario cognoscat etiam ea certō in propriis suis causis secundis.

*Ad pri-*  
*mum Sco-*  
*ti argu-*  
*mentum.*  
Ad primum ergo argumentum Scoti neganda est maior. Ex hypothesi namque & sub conditione quod Deus hunc vel illum ordinem rerum velit creare, ideas diuinae naturaliter representant Deo ante omnem determinationem liberam suae voluntatis, omnem complexionem contingentem futuram sub illa hypothesi & conditione, idque propter altitudinem & excellentiam diuini intellectus & diuinae scientiae atque obiecti primarij supra obiecta omnia secundaria quae in eo eminenter continentur.

*Ad secun-*  
*dum.*  
Ad secundum concessio antecedente, concedenda etiam est prima consequentia. Ad minorem vero, quae subiungitur, dicendum est, quantum complexiones contingentes in esse futuro, simpliciter & absque vlla conditione & hypothesi, non naturaliter, sed liberè à Deo cognoscantur, quod tamen sint futurae, ex hypothesi quod hunc vel illum ordinem rerum & causatum velit creare, non liberè, sed per scientiam quae antecedit omnem actum liberum voluntatis diuinae cognosci.

*Ad tertium.*  
Ad tertium concessio antecedente, concedenda est quoque consequentia, si consequens intelligatur, ideas solas diuinas non posse esse rationem sufficientem quod futura contingentia à Deo

cento cognoscantur secundum esse futurum simpliciter ad id namque simul requiritur praecognitio diuinae liberæ voluntatis, qua hunc vel illum ordinem rerum Deus statuat creare. Si vero intelligatur, non esse sufficientem rationem quod futura contingentia certo cognoscantur, non quidem futura simpliciter, sed ex hypothesi ac conditione quod hunc vel illum ordinem rerum velit creare, neganda est consequentia: neque in eo illa est differentia inter futura contingentia, quae in aliqua differentia temporis erunt, & inter ea, quae esse poterant, nunquam tamen erunt: ea namque simili modo cognoscit Deus fuisse futura, aut non futura, ex hypothesi & sub conditione, quod alium talem vel talem ordinem rerum, diuinitus ab eo quem condidit, creare constitueret.

Ad quartum dicendum est, probare optime, solas ideas non esse sufficientem rationem quod futura contingentia cognoscantur à Deo, simpliciter & absque aliqua conditione futura in tali vel tali parte temporis; sed ad id necessariam quoque esse notitiam determinatiuis voluntatis diuinae ad creandum ordinem rerum, quem creauit, in ea parte temporis in qua eum condidit, quod liberè concedimus.

*Ad quartum.*

uentu, interim dum est in sua causa, tanta est in scientia diuina, vt sit scientia vnius partis contradictionis potius quam alterius. Quare, inquit, licet necessarium sit, quicquid euenturum est, id Deum praescire, & quicquid Deus futurum praescit, id ita euenire; & ob id haec propositiones in sensu composito sine necessitate, omne praescitum à Deo euenire, quicquid euenturum est, praescitum est à Deo ita euenturum: nihilominus, inquit, sicut non est necessarium, sed omnino contingens, Petrum in futurum peccare, quia re ipsa potest non peccare, ita neque ad hanc vsque diem est vlla ratio necessarii, quod Deus praesciat illum peccaturum, sed omnino contingens & liberum, ita quod vt Petrus re ipsa potest non peccare, si Deus potest modo atque in futurum efficere vt ipse nunquam praescierit Petrum peccaturum. Vnde voluit necessitatem illarum propositionum in sensu composito fundari solum in necessitate mutuae consequentiae inter has duas propositiones; aliquid praescitum est à Deo euenturum, ergo ita eueniet, & è contrario, non vero quasi vsque ad hanc diem sit vlla necessitas, etiam immutabilitatis, in altero extremorum, nempe in praescientia diuina; quia sine vlla mutatione in scientia, si Petrus non peccauerit, efficit Deus se non aliud praesciisse quam Petrum non peccaturum. Quare in sensu diuiso, non solum ea ratioe volunt hanc esse veram; peccatum Petri praescitum à Deo potest non fore; quia si Petrus re ipsa non esset peccaturus, quod bene potest, Deus peccatum illius nunquam praesciisset; sed etiam ex eo, quia si ipse non peccet, vt potest, Deus modo efficit, se ex aeternitate non aliud praesciisse, quam ipsum non peccaturum. Adhibent exemplum in hac propositione, quod curret, necessario mouebitur, quae in sensu composito est vera, propter solam necessitatem huius consequentiae: aliquid curret, ergo mouebitur: eum tamen in neutro extremo sit vlla necessitas, & ob id in sensu diuiso, quod curret, possit non moueri: quia id, quod curret, potest in futurum nec currere nec moueri.

Eodem modo conciliant libertatem arbitrii cum praedestinatione & reprobatione. Quia si reprobis pro sua libertate, vt re ipsa potest, effecerit quae vt vitam aeternam consequantur sunt necessaria, Deus efficit vt ex aeternitate fuerit praedestinatus, & non reprobis: & è contrario, si praedestinatus, vt potest efficere noluerit quae

pro adipiscenda aeterna felicitate sunt necessaria, efficit Deus vt ex aeternitate fuerit reprobis, & non praedestinatus. Quare, inquit, simili modo haec propositiones in sensu composito sunt verae; praedestinatus necessario saluabitur; reprobis necessario condemnabitur. Haec vero in sensu diuiso, praedestinatus potest condemnari, reprobis potest saluari; sunt verae, non solum ea ratioe, quia si is, qui est praedestinatus, pro sua libertate facturus esset ea (vt re ipsa nihil impediendo praedestinatione potest) quibus damnationem aeternam incurreret, & is, qui est reprobis, acturus esset ea quibus vitam aeternam consequeretur, Deus ex sua aeternitate neque illum praedestinasset, neque hunc reprobasset, sed etiam ex eo, quia Deus efficit modo, vt ille nunquam fuerit praedestinatus, sed reprobis; & vt hic nunquam fuerit reprobis, sed praedestinatus.

Mitor quam multi Doctores amplexati sint hanc sententiam, inter quos sunt in primis quotquot defendunt in Deo esse potentiam ad praeteritum etiam coparatione effectuum, qui iam in tempore extra suas causas emanarunt. De horum numero sunt Athysiodorensis, Gilbertus Porretanus, & quidam Angli, vt Gregorius in primo, dist. 4. q. 1. art. 2. refert, qui etiam in eorum sententiam propendet. Verum cum his q. 25. ar. 4. nobis futura erit disputatio. Eandem amplectuntur D. Bouauentura in primo, d. 40. in secunda parte, art. 1. q. 1. Richard. d. 38. q. 6. Scot. dist. 40. q. vnica. Ochamus & Gabriel d. 38. q. prima. Gregorius q. 2. conclusione 4. & ceteri nominales communiter, Syluester in consilio, q. 22. ar. 5. Driedo de concordia liberi arbitrii, & praedestinationis, parte secunda, cap. 2. & 3. Albertus Pighius lib. 8. de libero arbitrio cap. 1. Andreas à Vega lib. 2. in Concilio Tridentino, cap. 17. in responsione ad tertiam obiectionem, & lib. 12. cap. 22. & Antonius Cordubensis libro primo questionum Theologicarum, q. 55. dub. 11. & 12.

Sententia haec à quibusdam ex Doctoribus citatis defenditur constituendo in Deo potentiam ad praeteritum, coparatione etiam effectuum qui iam in tempore ex suis causis egressi sunt. Ab Ochamo vero, Gabriele, Antonio Cordubensi, & quibusdam aliis Doctoribus nominalibus, quibusdum ad praeteritum potentiam in actu Dei aeterno, nempe in scientia & voluntate

*Quam multi in hac sententia.*

*Potentia ad praeteritum quae adiuuant.*

**Rectene libertas arbitrii, & contingentia rerum cum diuina praescientia concilientur ex eo, quia quodcunque pro innata libertate arbitrii, euenierit, efficit Deus se non aliud, quam id ex sua aeternitate sciuisse.**

*Disputatio 31.*

*Libertatem arbitrii cum diuina praescientia & praedestinatione non qua ratione conciliantur.*



**D**examanda est ea ratio qua plerumque libertatem arbitrii nostri cum diuina praescientia & praedestinatione conciliant, ac bene inter se cohaerere arbitrantur. Assentiamus enim, si Petrus (verbi gratia) quem demus peccaturum in aliquo momento temporis, non peccauerit in eo, quod pro sua libertate facere potest, Deum effecturum, se nunquam sciuisse Petrum peccaturum, quin potius semper ex aeternitate sciuisse eum non peccaturum. Cum enim, inquit, eo modo sciat

Deus vnumquodque esse futurum, quo illud est euenturum, sanè ea, quae necessario sunt ex suis causis euentura, sciet ipse scientia necessaria, quae vero euentura sunt contingenter, sciet scientia contingentia, seu potius libera: & cum in contingentibus futuris euentibus qui à libero arbitrio creato pendunt, quod vna pars contradictionis potius quam alia sit euentura, non pendeat à scientia diuina, quasi ex eo euentura sit, quia Deus praescit illam euenturam; sed pendeat à libertate arbitrii, qua se in vnam aut alteram partem, vt maluerit, inclinatur, vtique quanta contingencia est in euentu,

diuina, non quidem qua scientia & volitio diuina sunt absolute, aut comparatione effectuum qui iam in tempore egressi sunt a suis causis, sed ea præcisè ex parte qua futura contingentia respiciunt tanquam obiecta cognita, & volita aut permissa, ac que à futuris contingentibus, quoad cuiusmodi respectus ( qui in scientia & volitione diuina respectus rationis sunt) pendunt. Neque enim quia Deus futura ea esse præuidet, ideo futura sunt; sed quia pro libertate arbitrij creati sunt futura, ideo futura à Deo præuidentur.

*Ratio con-  
siliandi  
liberū ar-  
bitriū cū  
diuina  
præcisè  
ut ab alijs  
defensio.  
166.*

A Diuo autem Bonauent. Scoto, & cæteris Doctoribus citatis, longè alia ratione ac maiori cum specie probabilitatis, defenditur. Dicunt namque, liberum actum voluntatis diuinæ, & eadem ratione liberam Dei circa futura contingentia scientiam, secundum se ipsam non transire in præteritum, sed semper in egressu esse in ipso nunc indiuisibili æternitatis, quod secundum se nunquam transit in præteritum, aut expectatur, ut futurum, sed totum semper est præsens, totumq; temporis præteriti, præterito ac futuro responderet. Quia ergo, inquit, actus liber voluntatis diuinæ circa creaturas, & scientia libera circa contingentia, licet à nobis, facta collatione cum tempore in quo sumus, ut præterita conspiciantur ac significantur, secundum se ipsa tamen sunt præsentia, & in egressu, atque in Deo liberè egrediuntur, eaque ratione, dū egrediuntur, hinc vel illi parti contradictionis pro arbitrio respondere possunt; sit, ut si homo in tempore eligat certam hanc partem contradictionis, Deus in sua æternitate sic determinet actum suæ voluntatis & scientiæ, ut scientia ex æternitate, ita sit de illa eadem parte contradictionis, ut nunquam fuerit alterius, & à contrario, idque abique vlla mutatione ac variatione diuinæ scientiæ, nec incipiendo cognoscere, sed semper ex æternitate præcognoscendo, quicquid in tempore est futurum, prout hominis arbitrium pro sua innata libertate se voluerit determinare, atque dependenter ab eiusmodi determinatione. Quod sit, ut, abique vlla potentia ad præteritum, tanta sit contingentia, seu potius libertas, modo in scientia diuina ut indifferenter ex æternitate fuerit huius vel alterius partis contradictionis contingenter future, quanta est in libero arbitrio creato, ut talis pars contradictionis sit vel non sit futura.

Potest verò hæc sententia suaderi primò:

Ex illo celebri Augustini dicto: Si nō es prædestinatus, fac prædestineris.

Secundò: Ex illo Ieremię 18. Si poenitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego poenitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei: si fecerit malum in oculis meis, ut nō audiat vocem meam, poenitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei: cum autem in Deo non sit poenitentia pro voluntatis mutatione; sit, ut eo in loco solum significetur libertas Dei in æternitate, per quam, homine liberè flexente suum arbitrium in vnam aut alterā partem contradictionis quam elegerit, Deus liberè etiam illi velit præmium aut pœnam pro ratione electionis.

Tertiò: Quia, data cōtraria sententia, sequitur Deum non liberè creasse mundum quando illum creauit; quod est impium. Sequela probatur, quoniam posita volitione diuina creandi in aliquo cæto tempore mundum, aduenienteque eo tempore, necessariò ex ea voluntate ita determinata persistente sequitur mundus: cum ergo Deus ex æternitate voluerit creare mundum in eo temporis puncto in quo illum creauit, sit, ut si, adueniente eo temporis puncto, non potuerit iam efficere ut ex æternitate non voluerit in eo creare mundum, necessariò iam tunc, & non liberè, eum creauerit.

Quartò: Futura contingentia re ipsa possunt non esse; alioquin re ipsa non essent futura contingentia: ergo re ipsa possunt non esse cognita à Deo euentura: implicat namque esse ita cognita à Deo, & re ipsa aliter euenire: tūc enim Deus falleretur, cognitioque illa non esset scientia; quippe cum de ratione scientiæ sit, ut vera sit & certa: si ergo homo, ut potest, faciat oppositum eius quod re ipsa est facturus, Deus non sciet tunc illud, quod modo scit hominem esse facturum, sed oppositum: id autem non erit facta mutatione aut variatione aliqua in scientia diuina; eò quod in Deo nulla sit omnino mutatio, nec vicissitudinis obumbratio: ergo homine faciente, ut potest, oppositum eius quod est facturus, Deus efficiet ut ex æternitate, non id quod modo scit, sed oppositum sciuerit.

Quintò: Homo in quo temporis puncto aliquid vult, potest illud non velle, ut disputat. 24. ostensum est: ergo Deus in indiuisibili nunc æternitatis, quod semper est præsens, potest non velle quod vult, & nō scire quod re ipsa liberè scit.

*Suadetur  
explicita  
sententia.  
Primò.  
Secundò.*

*Tertiò.*

*Quartò.*

*Quintò.*

*Sen.*

*Refellit-  
tur.*

Sententia hæc, & si tot Doctorum iudiciis se defendat, nullo modo tamen est probanda, cum parum consentanea sit, cum licetis sanctis, cum altitudini, certitudini, ac perfectioni diuinæ scientiæ. A multisque ex eisdem Doctoribus, qui eam amplectuntur, difficilis admodum iudicatur, neque iidem Doctores sibi constare videntur, si attentè legantur. Neque credo alia de causa tam multos in eam iussisse sententiā, nisi quod alia ratio conciliandi liberum arbitrium cum præscientia & prædestinatione illius non occurreret: cum tamè hæc non obscurè certitudini & perfectioni diuinæ scientiæ derogare videatur.

*Scientia,  
qua Deus  
scit quod  
cuiusq; fu-  
turū con-  
tingēs, tā  
necessaria  
iā nūc est,  
ut impli-  
et Deū  
efficere se  
id nesci-  
uisse.*

Est igitur dicendum cum D. Thoma hoc loco in responsione ad primum, cæterisque illius sectatoribus, tam necessarium iam nunc esse, Deum ex æternitate sciuisse quodcumque futurum contingens ex æternitate sciuit esse futurum, ut iam nunc nulla ratione efficere valeat, se illud non sciuisse: quippe cum ad præteritum non sit potentia, & in Deum neque transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio possit cadere. Eadem fuit sententia Richardi de sancto Victore.

Neque D. Thomas q. 6. de veritate art. 3. in responsione ad vltimum docuit contrariū. Consecerat enim huiusmodi argumentum aduersus certitudinem prædestinationis, quam in corpore articuli docet: Quod potest esse & non esse, non habet aliquam certitudinem: sed prædestinatio Dei de salute alicuius potest esse & nō esse: sicut enim potuit ab æterno prædestinare & non prædestinare, ita & nunc potest prædestinare & non prædestinare; cum in æternitate non differant præsens, præteritum, & futurum: ergo prædestinatio non habet certitudinem. Responderet: Dicendum, quod, absolute loquendo, Deus potest vnumquemque prædestinare, & nō prædestinare, aut prædestinasse, vel non prædestinasse: quia actus prædestinationis, cum mensuretur æternitate, nunquam cedit in præteritum, sicut nunquam est futurum, vnde semper consideratur ut egrediens à voluntate per motum libertatis. Tamen ex suppositione hoc efficiatur impossibile: non enim potest non prædestinare, supposito quod prædestinauerit, vel è conuerso, quia mutabilis esse non potest: & ita non sequitur, quod prædestinatio non possit variari. Hæc D. Thom. Ex quibus aperte patet, solum docere, si Deus spectetur in nunc æternitatis, prius na-

tura quam suam voluntatem ad alteram partem contradictionis determinet, posse prædestinare & non prædestinare Petrum; eaque ratione, absolute loquendo, verū esse dicere, posse prædestinare & non prædestinare, aut prædestinasse vel non prædestinasse Petrum; quia actus prædestinationis in æternitate nō transit in præteritum: at ex suppositione, nō quidem quæ fingatur esse, sed quæ verè sit in eodem nunc æternitatis, nempe quod posterius natura determinet voluntatem ad prædestinandum, ut iam in æternitate quatenus correspondit toti temporis præterito eam determinauit, fieri non posse quin possit vllā mutatio. Nec alia planè explicatio huius responsionis D. Thomæ cum verbis ipsis, neque cum reliqua doctrina illius articuli quadrat.

*Confir-  
matio ven-  
ta senten-  
tia.*

D. Thomæ igitur, nos trahere sententia probatur primò: Quoniam si actus liber voluntatis diuinæ in æternitate, ut responderet cuiusque temporis momento, ita esset in libero egressu, ut modo efficere possit Deus se nihil ex æternitate voluisse, aut sciuisse eorum, quæ liberè voluit, ac liberè sciuit, sequeretur dari ad præteritum potentiam comparatione etiā effectuum qui in tempore sunt iam extra suas causas: consequens autem neque aduersarij ipsi cū quibus disputamus admittunt, & infra quæst. 25. ostenditur esse falsum: ergo falsum est etiam antecedens. Consecutio probatur, quoniam eo antecedente dato, volitio, qua Deus ex æternitate voluit creare mundum in eo temporis puncto in quo illum creauit, esset hodie ita in libero egressu, ut possit eam Deus determinare in partem oppositam, efficereque hodie ut ex æternitate voluerit nunquam creare mundum: eo autem concessio, manifestè sequitur, dari ad præteritum potentiam in effectibus qui in tempore sunt iam extra suas causas. Etenim cum libera determinatio voluntatis diuinæ ad creandum mundum in eo tempore puncto, in quo illum creauit, sit immediata & tota causa creandi illum tunc, si hodie Deus potest efficere, ut libera voluntas ipsius nunquam ex æternitate fuerit determinata ad illum non creandum, potest hodie efficere ut nunquā creatio mundi præcesserit: qui namque efficere potest ut nunquam fuerit tota & immediata causa alicuius effectus, efficere etiam poterit ut nō fuerit ipse effectus: ablata namque causa prior, ita



ut nunquam fuerit, continuo quoque auferatur fuisse effectum posteriorum, qui ex eo omnino pendet, eamque consequitur. Neque satisfacet, qui respondent voluntatem diuinam in aeternitate, ut responderet cuiuscumque temporis in momento, esse quidem liberam ad determinandum actum suum in oppositam partem, dummodò tamen ab ea non sit aliquis effectus in tempore egressus; non, inquam, satisfacet qui ita respondent. In primis quia prius non pendet à posteriori: quare si ipsa secundum se, facta hypothetici quòd ab ea non esset iam egressus effectus, libera maneret secundum se ad determinandum actum suum in partem oppositam, efficiendumque ut ex eadem aeternitate nunquam fuisset determinatus ad creandum mundum, idem quoque posset efficere etiam effectus iam esset egressus, a quo adeò efficere nunc posset ut mundus nunquam fuisset. Deinde, quoniam vel post egressum effectum voluntas diuina in nunc aeternitatis est magis determinata in se ipsa ad volendum creare mundum in eo puncto temporis in quo creauit, vel non. Si des hoc secundum: ergo sicut ante egressum poterat liberè determinare actum suum ut esset volitio non creandi mundum, ita poterit post egressum. Si verò des primum: ergo per emanationem effectus variatur in se ipsa, suscipitque vicissitudinis obumbrationem, quod est absurdum. Præterea iam non erit semper in libero egressu in vtranque partem in aeternitate ut responderet cuiuscumque puncto & parti temporis, ut antea dicebas.

Hinc secundo ita licet argumentari: Sicut de nostra voluntate disputatione 24. ostensum est, quòd quantum in eodem puncto temporis prius natura sit libera & indifferens ut in alteram partem inflectatur determinet, nihilominus in eodem ipso temporis puncto est postea natura in alteram partem liberè determinata, postquam verò ita prius natura est determinata, non potest, non solum in tempore sequenti, sed neque in eo ipso puncto temporis efficere, ut se in alteram partem inflectat, quoniam postquam in alteram partem est determinata, non potest non esse determinata de voluntate diuina in nunc aeternitatis est dicendum, quantum prius natura, seu potius more intelligendi nostro cum fundamento in re, in nunc aeternitatis quod totum amplectitur tempus, sit indifferens, ut in vtranque partem determinet sui actum

circa res quas liberè statuit, eaque ratione actus ille liber egrediatur in aeternitate; nihilominus in ea ipsa aeternitate posteriori, nostro intelligendi more cum fundamento in re, est egressus determinatus in alteram contradictionis partem iuxta diuinum arbitrium; postquam verò ita, posteriori quidem nostro intelligendi more, at simul in ipsa indubitabili duratione aeternitatis est egressus determinatus, non potest non esse ita egressus, quia alioquin concederetur potentia ut res iam vno modo effecta, non eo modo esset effecta, postquam semel esset ita effecta, quod aperte contradictionem implicat. Atque hoc est quod D. Thomas docuit quaest. 6. de veritate in responsione ad vltimum citata, cum dixit: Ex suppositione, non quidem quae fingatur, sed quòd Deus in nunc aeternitatis re ipsa determinauerit actum suum liberum ut esset praedestinatio Petri, ut eum re ipsa determinauit, non posse illum non praedestinasse, quia implicat contradictionem, nec iam esse posse sine mutatione Dei, vicissitudinis obumbratione. Ita ergo licet conficere argumentum: Cum in his, quae liberè sunt in indubitabili- bus durationibus, simul sit fieri, & factum esse, egredi actum liberè in vtranque contradictionis partem, & esse egressum determinatum in alteram; sanè quamuis nostro intelligendi more cum fundamento in re, prius fuerit actum voluntatis aut scientiae diuinae circa aliquod particulare contingens futurum eras, egredi liberè, ita ut in vtranque partem poterit Deus illum determinare, simul tamen sint esse egressum determinatum in alteram partem, maximè cum non aliter poterit egredi, quam determinatus in alteram partem, pro arbitrio tamen eius qui actum eliciebat: ergo in aeternitate, ut respondet dici hesterno, temporique infinito quòd dem hesternum praecessit, fuit actus voluntatis aut scientiae diuinae determinatus in eam partem quae futura est eras, vicissitudinè contingens futurum eras, iam tunc habuit respectum tanquam cognitum actu comparatione scientiae diuinae, & scientia fuit iam scientia in actu cum peculiari respectu rationis ad illud obiectum: ergo si, quando liberum arbitrium creatum se determinaret, posset voluntas & intellectus diuinus determinare volitionem & scientiam oppositam partem efficereque ut nunquam pars altera contradictionis fuerit volita nec facta, dare-

tur

tur ad praeteritum potentia, nempe ad tollendam determinationem volitionis & scientiae, quae iam antea fuerat, ac tollendum respectum ad tale obiectum, qui etiam praecesserat, quòd tamen contradictione implicat, ut q. 25. est ostendendum.

Potest confirmari haec eadem ratio, quoniam cum mundus sit iam à diuina voluntate tanquam à sua propria causa egressus; neque ab ea poterit egredi, nisi determinata iam ad mundi productionem; consequens protectò est, ut saltem in eo temporis puncto fuerit determinata, in quo mundus est conditus: cum ergo non fuerit tunc primo determinata, eò quòd nihil Deus poterit in tempore incipere velle; efficitur, ut ex aeternitate fuerit eo pacto determinata: at Deus postquam semel liberè suam voluntatem in alteram partem contradictionis determinauit, non potest iam efficere ut eam non ita determinauerit, alioquin posset facere, ut postquam res aliqua semel esset effecta, non esset effecta: ergo Deus in nullo puncto temporis ante creationem mundi efficere potuit, ut ex aeternitate non statuerit in eo temporis puncto creare mundum, in quo illum creauit, & eadem ratione non potuit efficere, ut non sciuerit mundum in eodem temporis puncto esse futurum: cum ergo eadem sit ratio de quocumque alio futuro contingente; fir, ut nullo temporis puncto possit Deus efficere, se ex aeternitate contrarium sciuerit de quocumque futuro contingente, quam re ipsa modo scit.

Tertio: Quoniam vel Deus in aeternitate, ut responderet huic praesenti, aut cuiuscumque praeteriti temporis momento ex altitudine & perfectione suae scientiae penetrat certò in quam partem liberum arbitrium Petri se inflectet crastina die, vel non: non est dandum hoc secundum; quia tunc Deus non praecognosceret futura contingenta, quòd est haereticum, contra aperissima scripturae testimonia quae disputatione sequente citabimus: si verò deus primum, in illam, & non in partem oppositam, se inflectet; alioquin Deus non certò penetrabat Petri in illam eandem pro sua libertate se esse flexurum: ergo nunquam est futurum, ut se flectat in partem oppositam, esto, si vellet, id posset, & consequenter nunquam Deus ea de causa efficit, ut nunquam ex aeternitate sciuerit id, quòd nunc scit.

In quo ergo ab autoribus contrariae sententiae discrepamus, breuiter dicà. Quantum enim om-

nes conueniamus, etiam posita libera determinatione voluntatis diuinae qua Deus creare decreuit hunc ordinem rerum quas creare constituit, non ideo liberum arbitrium creatum factum esse hoc potius quam oppositum, quia Deus id praecitit: sed è contrario, ideo Deum id praesciuisse, quia liberum arbitrium pro sua innata libertate id erat factum, cum, si vellet, posset re ipsa facere oppositum: \* dilidemus tamen, quia, ut duabus praecedentibus disputationibus explicatum est, asserimus, Deum ex aliudinae & perfectione sui intellectus atque suae essentiae: tanquam obiecti primarij, certissimè cognoscere in se ipso, & in causis secundis quid pro libertate eorum contingenter sit futurum, ita tamen ut possit contingere oppositum, & si futurum esset, ut re vera posset, Deus ex aeternitate id certissimè sciuerit, & non id quòd actu scit. Quare, seruatò integro iure libertatis arbitrij creati, illaque omnino persistente contingentia rerum, non secus ac si in Deo nulla esset praescientia, Deus certissimè cognoscit futura contingentia, non quidem certitudine quae proueniat ex obiecto, quòd in se est contingens, potestque aliter re ipsa euenire, sed certitudine quae proficitur ex altitudine atque infinita illimitataque perfectione cognoscentis, qui certò ex se ipso cognoscit obiectum, quòd secundum se est meritò & salax. Quo fit, ut rerum contingentia, atque libertas arbitrij in futurum, optime consentiant cum certa & non solim omnino immutabili Dei tam scientia quam voluntate, sed etiam ita fixa ac stabili, ut iam modò contradictionem implicet, Deum ex aeternitate certissimè voluisse aut cognouisse euenitum. At verò aduersarij ex eo capite docent libertatem arbitrij, & contingentiam rerum, cum diuina praescientia conuenire, ac rectè consistere, quòd si res aliter eueniat, quando id actu contigerit, Deus ipse efficit, ut non aliud quam illud mer, quòd euenit, ex omni aeternitate praesciuerit. Quasi verò Deus scientiam futurorum contingentium acciperet ab ipso rerum euenit, & ante eum non maior esset certitudo in diuina scientia, quam in obiecto quòd est adhuc contingenter futurum, & quasi non prius in se ipsa haberet ex aeternitate certam determinationem ad alteram partem contradictionis rei, contingenter futurae, quam res ipsa eandem determinationem ex tempore nanciscatur quando euenit.

*Liberum arbitrium creatum non ideo efficit hoc vel illud, quia Deus id praesciuit sed ideo Deus praesciuit, quia ita fuerat creatum. Quomodo liberum arbitrium sit cum diuina praescientia.*

suas causas ponitur. Quæ omnia planè cum omni ex parte absoluta diuine scientiæ perfectione aptè pugnare, certitudinemq; à diuina scientia manifestè tollere, & Deum pendulum ac hærentem circa rerum euentus facere, quis est qui nō videat, si rem paulò attentius mentis trinita expendant.

Vnde quare ita possumus argumentari, si ea ratione contingencia rerum concilianda esset eam diuina præscientia, quod libero arbitrio faciente vnum, Deus efficiet se nunquã præsciuisse nisi illud idem, & libero arbitrio faciente, vt potest oppositum, Deus efficiet se nunquam aliud sciuisse, sequeretur Deum non potuisse prædicere certò per Prophetas, vel per Christum hominem, quæ contingenter erant euentura per liberum arbitrium humanum, quale fuit peccatum quo Petrus ter erat Christum negaturus, & pleraque alia, quod tamen est hæreticum. Nisi fortè admittatur ad præteritum potentia, etiã postquam effectus iam ex tempore fuerit extra suas causas, ac dicatur, si Petrus, vt ponitur, nō peccaret, Deum effecturum, vt reuelatio non foret, quæ tamen iam antea fuerat facta. At manifestè implicat contradictionem dari ad præteritum potentiam, maximè postquam effectus fuit iã in tempore extra suas causas, quæ etiã in se fert omnes auctores aduersus quos disputamus consentiunt, demonstrandumque id est q. 25. Præterea posita ista ad præteritum potentia, periret certitudo, tum scientiæ diuinæ, tum etiã reuelationum quas de rebus futuris habemus: quæ namque certitudo esse potest in scientia, aut in reuelatione, de qua verè possumus dicere, Deum efficere posse vt nihil tale scit scitum aut reuelatum, atque vtrum id effecturus sit nec ne, pendere ex euentu contingenti futuro qui æque esse, & non esse potest eaque ratione tam contingens ac dubium modò sit, vtrum Deus id sit effecturus, quàm contingens ex natura rei est, vt liberum arbitriū creatum se in vnam aut alteram partem pro sua libertate declinet? Professio admittit hac opinione, aut potius errore, neque Petro, neq; cæteris Apostolis, post Christi de futura negatione acceptam reuelationem, esset maior certitudo aut peccatum diuini Petri, quod ita res esset euentura, quàm si talis reuelatio nunquam præcessisset: quandoquidem, veram Deum in futurum effecturus esset vt non præcessisset ea reuelatio, à libera & incerta de-

terminatione arbitrii diuini Petri in vtramque partem pendebat.

Postremò admissa horum Doctorum ratione conciliandi liberum arbitrium & contingenciam rerum cum diuina præscientia, non video qua ratione sit in Deo prouidentia circa futura contingencia quæ à libero arbitrio pendent: si quidem prout fuerit euentus huius aut alterius partis contradictionis pro innata libertate arbitrii, efficiet Deus se ex æternitate sciuisse hoc vel illud futurum: vnde non video quomodo Deus, tanquam præsciens huius partis determinatæ, ex hypothesi quod hæc aut illa media vel auxilia ipse adhiberet, illi ex æternitate prouiderit. Consequenter non relinquitur locus diuinæ prædestinationi ac reprobationi, si omnia adhuc in futurum sunt Deo ita incerta, vt pro ratione partis contradictionis, quæ à libero arbitrio sit euentura, effecturus est adhuc vt ex æternitate hunc vel illum hominem præcognouerit hoc vel illud esse facturum, atque adeo vt hic vel ille fuerit prædestinatus aut reprobatus. Erit etiã ad hunc vsque diem incertus numerus prædestinatorum & reproborum: quandoquidè pro ratione euentuum futurorum effecturus est adhuc Deus vt ex æternitate hos vel illos, plures aut pauciores, prædestinauerit. Quod si res ita habet, quàm ratione dum ad punctum prædestinationis est deuenum, & ad electionem quorundam à aliis non ita electis, exclamauit Paulus ad Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Denique ea opinione data, non video quomodo magis Deus penitentiam Tyriorum & Sidoniorum, ex hypothesi quod in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ Bethsaidæ & Corozain sunt effectæ, quàm eius oppositum præsciuisset; quandoquidem vtrumque à libero eorum arbitrio pendebat: prout verò in vnam aut alteram partem se inclinare vellet, erat Deus effecturus vt vni aut alterum ex æternitate præsciuisset. Longè aliter profectò scriptura de certitudine atque determinatione diuinæ præscientiæ ac prædestinationis loquitur. Ait enim Paulus secundæ ad Timotheum secundo: Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, cognouit Dominus qui sunt eius. Vt interim alia loca scripturæ omittamus. Vnde etiã Augustinus 2. de libero arbitrio cap. 5. Cùm sit, inquit, præsciens Deus vol-

luntatis nostræ cuius est præsciens ipsa erit voluntas ergo erit, quia voluntatis est præsciens: neque voluntas esse poterit, si in potestate non erit: ergo & potestatis est præsciens: non ergo per eius præscientiam potestas mihi admittitur, quæ præterea mihi certior aderit, quia ille, cuius est præscientia, non fallitur, affuturam mihi esse præsciuit. Et de correptione & gratia cap. 7. Illi electi, vt sæpe dictum est, qui secundum propositum vocati, qui etiam prædestinati atque præfati. Horum si quisquam perit, fallitur Deus: sed nemo eorum perit, quia non fallitur Deus: horum si quisquam perit vitio humano, vincitur Deus: sed nemo eorum perit, quia nulla re vincitur Deus. Et de fide ad Petrum cap. 35. Fulgentius, Firmissimè, inquit, tene, & nullatenus dubites, omnes quos vasa misericordie gratuita bonitate Deus fecit, ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum Dei prædestinatos à Deo; nec perire posse quenquam eorum, quos Deus prædestinavit ad regnum: colorum: nec quenquam eorum, quos non prædestinavit ad vitam, posse vlla ratione saluari. Mirro alia D. Augustini testimonia. Quare, salua tot grauissimorum virorū autoritate, sententiam hanc parum in fide securam esse existimo.

Ad primum argumentum ar-

Ad primum ergo argumentum pro ea sententia initio propositum dicendum est nihil tale reperi in August. Nonnulli tamen id volunt colligere ex vltimis verbis Hypognost. li. 6. quo loco cū de prædestinatione multa dixisset, ait. In quantum possumus omnes homines ad bonum opus exhortemur, nulli desperationem demus, pro inuicem oremus, in conspectu Dei nos humiliter dicentes; Fiat voluntas tua. Ipsius erit potestatis iudicium in nobis debitum mutare damnationis, gratiam prædestinationis indebitam prorogare. At perperam ex his verbis id colligitur, cū contrarium antea illo eodem libro ac alibi sæpe docuerit quicquid eius operis fuit auctor. Sed solum voluit, ipsius erit prædestinationis gratia (id est, quæ effectus est prædestinationis, quæ nos ex æternitate prædestinaret) indebitam prorogare, hoc est, dare, vel, iuxta verbi vim, cum incremento, meritorū scilicet, præstare. Non verò vult nos orationibus nostris posse modò obtinere, vt, cū ex æternitate non essemus prædestinati, Deus efficiat, vt ex æternitate fuerimus prædestinati, vt aduersarij contendunt; quod nunquã Augustinus in mentē venit.

Ad secundum dicendum est, tam in eo, quàm in aliis similibus locis scripturæ non esse sermone de penitentia accepta aliquorum duorum modorum, de quibus sermo est in argumento propositio; sed de penitentia pro reuocatione, seu potius pro non executione sententiæ ac voluntatis diuinæ, non absolutæ, sed qua sub conditione, quam in potestate arbitrii nostri gratia ipsius adiuri posuit, hoc vel illud stant. Sensus ergo est: Agam & ego penitentiam, id est, non exequar malum penitentiæ, quod exequi decreui, si non egerint penitentiam.

Ad tertium.

Ad tertium neganda est consecutio. Vt enim creatio, & quicumque alius Dei effectus, simpliciter dicantur liberè fieri à Deo quando in tempore sunt, satis est quod fiant à voluntate liberè in æternitate atque ex æternitate determinata ad producendum talem effectum in tali puncto temporis, esto iam tunc ex immutabilitate Dei, cui omnis vicissitudinis obumbratio repugnat, necessariò ex libero ac æterno decreto, quod re ipsa est in mente diuina, producat. Et hoc est quod D. Thomas docuit q. 6. de veritate, art. 1. in responsione ad vltimum citata; neque aliud conuincit probatio quæ in eo argumento subiungitur, Quare concedendum est, adueniente tempore in quo Deus ex æternitate statuit mundum creare, Deum simul, & liberè, & necessariò cum creare; alia tamen atque alia ratione. Liberè enim creare mundum dicitur, quatenus libera voluntate æterna eum creat: necessariò verò, propter necessitatem immutabilitatis suæ voluntatis ita liberè ex æternitate determinat.

Ad quantum, concessio antecedente, nempe futura contingencia re ipsa posse nō esse, neganda est consequentia, qua inferebatur re ipsa posse non esse scita à Deo. Solum enim sequitur potuisse nō esse scita, & non fuisse scita, si, vt posuit, non fuisset futura: Deus enim ex æternitate id certò penetraret, atque in eo euentu ex æternitate id de tali contingente sciuisset, non verò id quod modò scit. At eo ipso quod certissimè penetravit & præsciuit id futurum esse quod re ipsa eueniet, efficere nō potest vt ex æternitate contrarium sciuerit, Neque in sensu composito, quod Deus id ita certissimè penetraverit & præsciuerit, potest euenire oppositum: tamen in sensu diuiso, nihil omnino impediens præscientia diuina (quæ non fuisset, nisi res ex liber-

Ad quartum.

tate arbitrij humani ita esset futura) perinde possit simpliciter euenire oppositum, ac si nihil esset à Deo prædictum.

*Ad quin- sum.*

Ad quintam, concesso antecedente, concedenda quoque est consequentia de indiuisibili nunc æternitatis absolute sumpto: secus autem de nunc æternitatis vt responderet cuiusque pun-

cto temporis determinato, ante quod semper tempore infinito præcessit determinatio diuinæ voluntatis & scientiæ ad alteram contradictionis partem: facta namque semel determinatione voluntatis ac scientiæ, implicat contradictionem Deum facere vt ex æternitate voluerit aut sciuerit oppositum, vt ostensum est.

**Vtrum in Deo sit futurorum contingentium scientia: qua item ratione cum ea libertas arbitrij, rerumque contingentia consentiant.**  
*Disputatio 52.*



Vanuis quæ in hac disputatione dicenda sunt, facile ex dictis poterant intelligi, vt tamen argumenta aliqua dilectantur, clarisq; consensio libertatis arbitrij, contingentiaque rerum cum diuina præscientia intelligatur, hæc quoque disputatio erit instrumenda.

*Parti neg. fundatur. Primò.*

In partem ergo, quæ negat esse in Deo scientiam futurorum contingentium, argumentatur D. Thomas hoc loco primò, quoniam à causa necessaria proficiunt effectus necessarii: sed scientia Dei est causa futurorum quæ per eam sciuntur: eo quòd, vt art. 8. ostensum est, Deus per suam scientiam sit causa rerum; insuper est necessarius ergo omne, quod ab ea scitur futurum, eueniet necessario, ac proinde in Deo nullius rei contingentis scientia reperiri potest.

*Secundò.*

Secundo, si conditionalis aliqua est vera, & eius antecedens est absolute necessarium, consequens est etiam absolute necessarium, alioquin in bona consequentia esse posset antecedens verum & consequens falsum, quod nulla ratione est admittendum: sed hæc conditionalis est vera, si Deus sciuit hoc esse futurum, id ita eueniet; alioquin scientia Dei esset falsa: & antecedens est absolute necessarium, tum quia æternum, tum etiam quia præteritum, & ad præteritum non est potentia: ergo consequens erit etiam absolute necessarium, ac proinde nullum futurum prædictum à Deo erit contingens.

*Tertiò.*

Tertiò, quicquid scitur à Deo necesse est esse; quippe cum & omne id, quod scitur ab hominibus, necessario sit; Dei vero scientia certior sit

quàm humana: sed nullum contingens futurum necessario erit: ergo nullum contingens futurum à Deo sciri potest.

*Quartò.*

Quartò ita possumus argumentari: Nihil futurum præcognitum à Deo potest non euenire: ergo nihil præcognitum à Deo est futurum contingens. Consequentia est manifesta, quoniam futurum contingens non est aliud, quàm id, quod euenire, & non euenire indifferenter potest. Antecedens verò probatur, quoniam si, quod à Deo est præcognitum euenturum, non eueniret, Deus re ipsa falleretur: ergo si itante scientia posset non euenire, Deus re ipsa falli posset, quod tamen est impium, nullaque ratione esse potest.

*Quintò.*

Quintò, res significatæ per propositiones de futuro contingenti non minus necessariæ sunt, si scientia diuina quæ de ipsis haberetur sit determinatè vera, quàm si propositiones ipsæ de futuro quæ eadem res significant sint determinatè veræ: sed ex eo, quod propositiones de futuro contingenti sint determinatè veræ, colligit Aristoteles primo de interpretatione cap. ultimo sequi res significatas esse necessario euenturas, & consequenter inanes esse nostras consultationes: ergo si scientia diuina quæ de eisdem rebus haberetur, sit determinatè vera, sequitur omnia necessario & nihil contingenter euenire, inanes esse consultationes nostras, tollique prorsus nostri arbitrij libertatem.

*Sextò.*

Sextò, futurorum præscientia tollit libertatem arbitrij: ergo libertas arbitrij & præscientia Dei circa futura contingentia nulla ratione possunt coherere, ac proinde alterum necessario negandum.

um erit. Consequentia est manifesta, antecedens verò probatur, quoniam data præscientia futurorum, hæc est necessaria & optima consequentia; Deus ex æternitate præscitit Petri peccatum cras, ergo Petrus cras peccabit: nimirum namque certitudini diuinæ scientiæ, cui nulla ratione potest subesse falsum, ac proinde quàm certum est Deum ea scientia falli non posse, tam necessaria est consequentia illa: in cuius potestate nõ est tollere antecedens necessariæ consequentiæ, nec in eius potestate est tollere consequens; alioquin efficeret quis posset, vt in bona consequentia antecedens esset verum & consequens falsum, quod cum natura bonæ consequentiæ omnino pugnat: cum ergo in potestate Petri non sit effecere, vt Deus ex æternitate non præscitit peccatum ipsius crastina die futurum, neque id sit in potestate Dei, eò quòd ad præteritum non sit potentia; sit vt in potestate etiam ipsius Petri situm non sit facere, quin peccet cras, ac proinde sit, vt, stante præscientia quam Deus re ipsa habet, nulla in Petro libertas arbitrij permaneat.

*Futurorum contingentium esse in Deo præscientiarum.*

In Deo præscientiam esse futurorum contingentium ex literis sanctis est apertissimum, adeò vt cõrarium non solum ipsa sit, vt Augustinus quinto de ciuitate Dei cap. 9. affirmat, sed etiam manifestus error in fide. Psalm. 138 Intellexisti cogitationes meas de longè, semitam meam & suauiculum meum inuestigasti, & omnes vias meas præuidisti, Tu cognouisti omnia nouissima & antiqua, Sapientia 8. de diuina sapientia dicitur: Signa & monstra scit antequàm fiant, & euentus temporum, & seculorum. Ecclesiastici 23. Oculi Domini lucidiores sunt super Solem, circumspectientes omnes vias hominis, & profundum abyssi, & hominum corda inuenientes in absconditis partibus. Dominus enim Deo, antequàm crearetur, omnia sunt agnita Et c. 39. Opera omnis carnis coram illo, & non est quicquam absconditum ab oculis eius. A seculo vsque in seculum respicit, & non est mirabile in conspectu eius; quasi scilicet aliquid eueniat, quod ipse antea non præscitit. Hæc 41. Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dii estis vos. Et cap. 48. Prædixi tibi ex tunc, antequàm eueniret indicari tibi, ne forte diceretis, idola mea fecerunt hæc, & sculpsit illa mea, & cõstat illa mandauerunt ista. Ioan. 14. Et nunc dixi vobis prius quàm scire, vt cum factum fuerit credatis. Præterea Deus scit coniu-

gentia omnia quando fiunt, & iam actu sunt, iuxta illud ad Hebræos 4. Non est inuisibilis vlla creatura in conspectu eius, omnia nuda & aperta sunt oculis eius: sed non incipit illa scire quando sunt actus; id enim esset à non sciente in scientem mutari, caderetque in Deum aperte vicissitudinis obumbratio: ergo scit contingentia futura antequàm sint. Postremo si in Deo non sit præscientia contingentium futurorum, perit prophetia, corruitque pars maxima scripturarum sanctarum, quod cum fide Catholica manifestè pugnat. Vnde merito Tertullianus secundo libro aduersus Marcionem, Præscientia, inquit, Dei tot habet testes, quot fecit Prophetas.

*Triplex in Deo scientia consideranda. Merè naturalis.*

Triplex scientiam oportet distinguamus in Deo, nisi periculosè in concilianda libertate arbitrij nostri & contingentia rerum cum diuina præscientia hallucinari velimus. Vnam merè naturalem, quæ proinde nulla ratione potuit esse aliter in Deo, per quam omnia ea cognouit ad quæ diuina potentia siue immediatè siue interuentu causarum secundarum sese extendit, tum quoad naturas singulorum, & complexionibus eorum necessarias, tum etiam quoad contingentes, non quidem quòd futuræ essent, vel non essent determinatè, sed quòd indifferenter esse & nõ esse possent, quod eis necessario cõpetit, atq; adeò sub scientiam Dei naturalem etiam cadit. Aliam merè liberam, quæ Deus post liberum actum suæ voluntatis absque hypothesi & cõditione aliqua cognouit absolute & determinatè ex complexionibus omnibus contingentibus, quænam re ipsa essent futuræ, quæ non item. Tertiam denique median scientiam, quæ extrissima & inscrutabili comprehensione cuiusque liberi arbitrij in sua essentia intuitus est, quid pro sua innata libertate, si in hoc, vel illo, vel etiam infinitis rerum ordinibus collocaretur, acturum esset, cum tamè posset, si veller, facere re ipsa oppositum, vt ex dictis disp. 47. & 48. manifestum est.

*Omnia libera.*

*Mediana ter utriusque.*

*Solutio.*

Scitabitur forte aliquis, an huiusmodi scientia media appellanda sit libera, an naturalis. Ad quod in primis respondendum est, eam nulla ratione esse dicendam liberam: tum quia antecedit omnè liberum actum voluntatis diuinæ: tum etiam quia in potestate Dei nõ fuit scire per eam scientia aliud quàm re ipsa scire. Deinde dicendū, neque etiã in eo sensu esse naturalem, quasi ita innata sit Deo: nõ potuerit scire oppositum eius, quod per eã cognoscit. Si nãq; libe-

liberum arbitrium creatum actuum esset oppositum, ut re vera potest, id ipsum sciisset per eandem scientiam, non autem quod re ipsa scit. Quare non est magis innatū Deo scire per eam scientiam hanc partem contradictionis ab arbitrio creato pendente, quam oppositam. Dicendum ergo est partem habere conditionem scientiæ naturalis, quatenus præuenit actum liberam voluntatis diuinæ, neque in potestate Dei sunt aliud scire, partim habere conditionem scientiæ liberæ, quatenus quod sit vnus potius partis quam alterius, habet ex eo quod liberum arbitrium, ex hypothesi quod creatur in vno aut altero ordine rerum, esset potius facturum vnum quam aliud; cum vtrumvis indifferenter potest facere. Atque hoc sanè postulat libertas arbitrii creati, quæ, posita etiam præscientia diuina, non minus est de fide, quam eadem præscientia & prædestinatio, ut disputatione 27. latè ostensum est. Idè aperitissime sonant testimonia sanctorum que mox referemus. Consonantiam communis Theologorum sententia, quam disputatione præcedente ex parte retulimus, & de qua paulo post dicemus. Ne verò primo suo aspectu te hæc doctrina perturbet, memento ista omnia, quæ sequuntur, aperitissime inter se conuenire & coherere: Nihil esse in potestate creaturæ, quod etiam non sit in potestate Dei; Deum sua omnipotentia in se habere posse nostrum liberum arbitrium quocunque ipse voluerit, præterquam in peccatis, id enim contradictione implicat, ut disputatione 31. demonstratum est; Deum, quicquid faciet interueni cause secundæ, posse efficere se solo, nisi in effectu inuoluatur, ut sit a causa secunda; Deum permittere posse peccata, non verò præcipere, aut ad ea incitare vel inclinare, item quod res libero arbitrio prædita, si in certo ordine rerum & circumstantiarum collocetur, in vnam aut alteram partem se flectat, non provenire ex præscientia Dei, quin potius idè Deum id præscire, quia ipsa res libero arbitrio prædicta liberè id ipsum agere debet, neque provenire ex eo quod Deus velit id ab ea fieri, sed ex eo quod ipsa liberè id velit facere. Inde verò aperitissime sequitur, scientiam, qua Deus, antequam statuat eam creare, prævidet quid sit factura, ex hypothesi quod in eo rerum ordine collocetur, pendere ex eo quod ipsa pro sua libertate hoc vel illud sit factura, & non è contrariò. Scientia verò qua Deus absque vlla

hypothesi absolute scit quid per liberum arbitrium creatum sit re ipsa futurum, semper est in Deo libera, pendetque à determinatione libera suæ voluntatis, quæ talè liberum arbitrium in tali vel tali ordine rerum creare statuit.

Quæret fortasse aliquis, vtrum scientia illa media concedenda sit in aliquo beatorum, saltem in sacratissima Christi anima, ut sicut Deus, quæ Deus, penetratione suæ essentia intuetur quid liberè futurum sit per arbitrium creatum, ex hypothesi quod in tali ordine rerum creatur, ita anima illa sacratissima, ex intuitu diuinæ essentia per scientiam beatam, quid futurum sit per liberum arbitrium, maximè hominis iam à Deo producti, intuetur. Dicendum est, neque etiam in ipsa anima Christi concedendam esse eiusmodi scientiam. Ratio est, quoniam non comprehendit diuinam essentiam: Deo autem à Hieronymo, Augustino, & aliis Patribus tribuitur hæc scientia comparatione rerum creaturarum, quia Deus est, eaq; ratione altissima quodam modo liberum quocunque; arbitrium creatum comprehendit. Neque enim ad intuentum in re libera in quam partem se inflecteris est illius comprehensio, neque quæcunque maior comprehensio quam sit res comprehensa, sed necessaria est altissima atque eminentissima cõprehensio, qualis in solo Deo comparatione creaturarum reperitur. Vnde neque Deum concedimus per scientiam naturalem seu mediam (quam de hac re in eo negamus) intueri ante determinationem suæ voluntatis quam partem ipse sit electurus, eò quod intellectus in Deo ea altitudine & præstantia non superet essentiam ac voluntatem diuinam, quæ essentias ac voluntates creatas longè superat. Quæ sicut homo & Angelus ante liberam determinationem suarum voluntatum non cognoscunt in quam partem se inflectere debeant, eò quod intellectus in eis essentiam ac voluntatem infinito illo excessu non superet: ita neque Deus, antequam voluntatem suam determinet, in quam partem ea sit inflectenda cognoscit. Nec satis percipio quānam ratione in Deo integra maneret libertas, si ante actum suæ voluntatis præcognosceret in quam partem esset inflectenda: etenim existente tali scientia, nulla ratione partem oppositam eligere posset: quare si ante determinationem præcognosceret in quam partem foret inflectenda, nō video quando

*Quæstio alia circa scientiam mediam.*

*Solutio.*

*Scientia media nō est in Deo comparatione sui liberi arbitrii, sed solum comparatione creati.*

quando libertatem habuerit ad partem oppositam eligendam.

Ut verò hoc melius percipias, observa: Longè diuersum esse, vnum suppositum per scientiam mediam, ex eminentia sua supra aliud suppositum, scire quid ab illo alio supposito pro sua libertate sit eligendum, ac vnum & idem suppositum per scientiam mediam præscire quid ipsummet liberè sit electurū. Quod enim suppositum vnum excessu infinito aliud cõprehendens sciat per scientiam mediam, non liberè sed quasi naturaliter, quid illud aliud suppositum pro sua libertate complectetur ex hypothesi quod in tali vel tali ordine rerum constitutur, sciturum etiā quicquid in contrariam partem eligeret illud metipsum, si forte, ut re vera potest, in illam sese liberè flecteret, nihil sanè mirum, neque vllum inde libertati alterius suppositi inferret præiudicium: at verò quod vnum & idem suppositum, non liberè, sed quasi naturaliter, prius sciat quid ipsummet volet, quā id actu velit, non video qua ratione salua libertate eiusdè suppositi possit consistere: quandoquidem in illo priori, in quo id non liberè, sed quasi naturaliter sciuit, in potestate ipsius non fuit scire contrarium: quippe cum non liberè, sed quasi naturaliter eam contradictionis partem sciuerit, præexistente verò eiusmodi scientia, cõtradictionem implicet vel le aut sciuisse contrarium; quoniam aut Deus falleretur, aut, postquam aliquid sciuit, id non sciisset, quod cõtradictionem inuoluit. Id quod ex dicendis disputatione sequenti membro 1. dilucidius reddetur. Neque mihi obicias, Christū esse idè suppositū, & prius per scientiam beatam agnouisse certò, in quam partem suum arbitrium se esset liberè inflexurum absque vilo præiudicio suæ libertatis. Neque mihi, inquam, id obicias. Quonia scientia illa non fuit à se, ut homine, sed à tota Trinitate animæ illi sacratissimæ communicata: ex eo, quod à diuinitate humanitati manifestetur quid Christus, ut homo, liberè sua voluntate sit volurus, utiq; non magis impeditur libertas Christi, quā in Petro ideo libertas ad non peccadum fuerit impedita, quod Christus ei reuelauerit suū peccatum futurum: in re enim proposita idem est, diuersam naturam altitudine & eminentia sua aliquid cognoscere de alia natura, illudque ei manifestare; & vnum suppositum aliquid similiter præcognoscere de alio, illudque ei manifestare. Adde, id, quod me-

ritò ob eminentiam infinitam Dei supra arbitrium creatum necessitate compelli asserimus ad eiusdem arbitrii libertatem tuendam, quam experimur, & quæ non minus certa est ex scripturis sanctis, quā diuina præscientia extendendum non esse ad alia absque vrgentissima ratione: quæ tamen in præsentia non datur.

Illud hoc loco est obseruandum. Aliud esse dicere, Deum vi scientiæ, quæ antecedit liberam suam voluntatis actum, non cognoscere in quam partem sua voluntas, arbitriumue suum liberè se sit determinaturum, cum tamen illa eadè scientia cognoscat in quam partem liberam quocunque arbitrium creatum se sit determinaturum ex hypothesi quod collocetur in tali ordine rerum vel circumstantiarum ex infinitis, in quibus vnumquodque eorum potest collocari; atque aliud longè diuersum esse dicere, Deū non cognoscere in quam partem libera sua voluntas se fuisset determinatura ex quacunque hypothesi, quæ non fuit, & esse potuit, ut vtrum voluerit esset Verbi incarnatione in humanitate impassibili ex hypothesi quod Adam non fuisset peccaturus. Hoc secundum ego, neque in hac disputatione, neque alibi vnumquam dixi, quin potius contrarium ex progressu meæ doctrinæ colligitur. Etenim licet Deus vi scientiæ, quæ antecedit liberam determinationem suæ voluntatis, non cognoscat determinationem: has suæ voluntatis, quæ fuissent ex eiusmodi hypothesibus, ac proinde in Deo non sit scientia media comparatione harum determinationum suæ voluntatis, sicut est comparatione determinationis cuiuscunque liberi arbitrii creati data circa illud quacunque hypothesi, nihilominus eas cognoscit scientia libera, quæ consequitur liberam suæ voluntatis actum. Actus enim ille liber circa res à Deo factibiles, in se infinitus, illimitatus, & absque vlla vicissitudinis obumbratione, simul circa omnia obiecta possibilis liberè se in alteram cõtradictionis partem determinauit, non solum liberè statuendo, quæ decreuit facere, aut permittere, liberèq; statuendo reliqua nō facere, aut non permittere, sed etiam liberè statuendo, quæ esset volurus ex quacunque hypothesi quæ esse potuit, & nō fuit. Actus quippe ille respondet plenissime atque illimitate deliberationi, tum per scientiam merè naturalem, tum per scientiam mediam inter liberam & merè naturalem, quæ in Deo ex parte intellectus nostri

*Deus cognoscit determinationem suam voluntatis ex quacunque hypothesi, licet non vi scientiæ, quæ antecedit suam voluntatis determinationem.*

intelligendi modo cum fundamento in re antecessit suae voluntatis a se, absurdumque; esse, summumque; Dei perfectioni repugnans, relinquere, aliquid in altera contradictionis parte ineliberatum ex his omnibus, quae tunc liberè poterat deliberare: praesertim cum in eo locum non habeat deliberare postea, quod ineliberatum reliquerat; neque cum summa illimitataque ipsius perfectione consentiat, nunquam posse id deliberare. Quare per scientiam liberam, quae actum suae voluntatis consequitur, in ea ipsa libera suae voluntatis determinatione cognoscit quid ipse esse voluit in quocunque euentu, & data quacunque hypothesis, quae esse potuit, & non fuit. Primum verò est, quod ego assero, nempe Deum vi praecise scientiae, quae antecedit suae voluntatis actum, non cognoscere in quam partem circa quodcunque obiectum à se factibile se determinabit sua voluntas, cum tamen vi eiusdem scientiae ex hypothesis quod sua voluntas in vni aut in alium ordinem rerum ac circumstantiarum se velit determinare, cognoscat quid quodcunque arbitrium creatum sub eo ordine pro sua libertate sit volitum aut facturum. Ratio autem est, quod intellectus ac scientia illa diuina non sicut infinito intervallo superant perfectione quodcunque arbitrium creatum, quod continent in se eminenter, & quae de causa infinite quodam emipentiori modo, quam illud sit cognoscibile, illud comprehendunt, sic superant perfectione voluntatem diuinam; eminentiorique modo illam comprehendunt, quam illa in se sit cognoscibilis, quod tamen est necessarium ad cognoscendum in libero arbitrio, antequam se ipsum determinet, in quam partem data quacunque hypothesis pro sua libertate se determinabit, ut dictum est. Neque inde sequitur, scientiam illam non comprehendere diuinam voluntatem: quoniam ad comprehensionem satis est cognoscere omnia, ad quae ea voluntas se potest determinare, & quae velle potest, aut nolle: ea verò omnia cognoscit Deus illa scientia, ita praecise spectata, de sua voluntate antequam intelligatur actum elicere. Neque item sequitur, scientiam illam esse imperfectam, eo quod illa, ita praecise spectata, non cognoscat Deus determinationem suae voluntatis: quoniam sicut non censetur imperfecta ex eo, quod nondum intelligatur formam rationem scientiae liberam, quam rationem consequitur secuta determinati-

one diuinæ voluntatis, & sicut voluntas ipsa ac Deus ipse non censetur ex eo imperfecti quod nondum in eis intelligatur, actus diuinæ voluntatis, imò & quod non intelligatur processio Spiritus sancti, quoniam non datur instans in quo in Deo inueniatur vnum sine alio, sed hæc sunt considerationes nostri intellectus in Deo, cum fundamento in re ita neque ex illo capite indicari potest illa scientia imperfecta: quippe cum in Deo non sint multae scientiae, sed vna simplicissima, quae semper habet adiunctam rationem scientiae liberæ, quae cognoscat determinationes liberas suae voluntatis. Neque valet hæc consequentia, Deus ea scientia, ita praecise spectata, non cognoscit determinationes liberas suae voluntatis, aut Deus non cognoscit determinationem liberam suae voluntatis antequam liberè eam determinet, ergo Deus non cognoscit eas determinationes suae voluntatis: quoniam, ut dictum est, cognoscit eas eo ipso, quod actum suae voluntatis elicit, liberæque eum determinat, quod simul est re, sed posterius nostra consideratione cum fundamento in re. Sicut de nostra voluntate dicimus, in quo instans elicit actum liberum ac se determinat ad alteram contradictionis partem, prius natura esse liberam ac indifferentem, ut se in vnâ aut alterâ parte determinet, & posterius natura esse determinatam, actumque determinatum elicere. Quidam contententes in futuris contingentibus semper alteram partem antequam eueniat esse ex æternitate veram determinatè, & alteram determinatè falsam, & quæ ratione ex natura rei vnâ esse cognoscibilem futuram determinatè, & alteram non futuram determinatè, ex eo capite, quod quicquid est ex rei natura cognoscibile, Deus ante omnem actum sui voluntatis naturaliter cognoscat, arbitrantur, Deum ante omnem actum liberum suae voluntatis scire, non solum quid per arbitrium creatum sit ex quacunque hypothesis futurum, sed etiâ quid ipsemet Deus posterius natura, seu nostro intelligendi more cum fundamento in re sit liberè voliturus, eo quod id similitur antequam à Deo statuatur sit determinatè verum.

*Futura contingens non sunt ex natura rei determinata.*

Veruntamen contingentia futura ex natura rei esse determinatè vera, & cum Aristotelis doctrina communique Doctorem scientia, & cum natura ipsa contingentium pugnat, quippe quæ eo ipso ex ipsamet eorum natura indifferentia sunt, ut eorum vnâquodque sit, vel non sit,

fit, ut ad cap. vltimum primi de interpretatione offendimus. Quare corruit perfectio hoc eorum fundamentum: supra naturamque eorum futurorum contingentium quæ ab arbitrio creato pendet, est, quod Deus ea cognoscat, idque provenit ex infinita & illimitata Dei perfectione, qua altissimo eminentissimoque quodam modo vnâquodque arbitrium creatum comprehendit, ut explicatum à nobis est. Quare cum nostrum hoc fundamentum locum non habeat in Deo comparatione liberæ determinationis suae voluntatis, quam nulla ratione potest excedere perfectione, atque id quod in Deo comparatione arbitrii creati propter eminentissimam comprehensionem supra perfectionem obiecti, necessitate compulsi concedimus, extendendum ad alia non sit, ut paulò antea dicebamus; sanè dicendum non est, Deum ante determinationem liberam suae voluntatis cognoscere in quâ partem se sit determinatura; sed diuinum intellectum in eo priori solè illi ostendere cætera omnia vniuersim, etiam quæ per quodcunque creabile arbitrium sunt ex quacunque hypothesis rerumque ordine futura, ut ea plenissima deliberatione existente ex parte intellectus, voluntas pro suo arbitratu omnia statuatur ac disponatur, seruataque arbitrii creati libertate omnia provideatur, & quos voluerit praedestinet, in sempiternamve felicitatem misericorditer perducere statuat.

*Obiectio.*

Obicit fortasse aliquis: Ad cognoscendum satis est proportio inter potètiâ & obiectum, ita videlicet ut in potentia sit tanta vis ad cognoscendum, quanta est entitas seu cognoscibilitas obiecti: ergo quicumque comprehendit voluntatem aliquam, in ea penetrabit in quâ partem pro sua libertate se sit determinatura, ac proinde Deus praecognoscat in quam partem sua voluntas se sit liberè determinatura, & praecipue anima Christi scientia beata praetelligit in quam partem tum sua voluntas humana, tum aliarum aliorum hominum se sint liberè determinaturæ: quandoquidem aliorum modo per eam scientiam eadem comprehendit, quam illa suapte natura sunt cognoscibiles.


*Dissolutio.*

Ad hoc argumentum dicendum est, antecedens esse verum de iis quæ in obiecto cognoscibilia sunt suapte natura, viue entitatis ipsorum: secus autem de iis quæ supra suam naturam ex sola cognoscentis eminentia illimitataque perfectione cognoscuntur, qualia sunt determinatio li-

beri arbitrii antequam sit, & vniuersim futura omnia contingètia antequam existant: ad hæc naque cognoscenda non satis est adequatio potentiae cognoscentis cum radice contingentiae ipsorum, seu cõprehensio talis radicis; sed necessaria est altissima & eminentissima cõprehensio huiusce radicis, qualis est in solo Deo cõparatione liberi arbitrii suarum omnium creaturarum. Quia ergo in beatissimis concedenda non est eiusmodi media scientia, dicebamus quæ sit, art. 8. & aliis in locis, beatos ex solo intuitu diuinæ essentiae, & determinatione voluntatis diuinæ, de constituendo libero arbitrio cuiusque in aliquo ordine rerum, non posse cognoscere certò futura contingentia quæ à tali libero arbitrio dependent: & idcirco manet estationem earum rerum fieri beatissimis per ostensionem scientiae, quam Deus de eisdem rebus habet, vel aliqua alia ratione arbitrabamur.

His ita explicatis, cum rerum omnium creaturarum, ut saepe dictum est, aliq̄ sint à Deo immediate, aliae interuentu solim causatum secundarum, quæ agunt ex necessitate nature absque vlla dependentia à libero arbitrio creato, aliae denique quæ à libero arbitrio creato emanant, aut ab eo variationem aliquam possunt suscipere; in primis Deus causa fuit, siue particularis, siue vniuersalis rerum omnium primi & secundi generis, per solam scientiam merè naturalem primo loco explicatam, accedente libera determinatione suae voluntatis, qua scientia illa ad productionem illo modo eorum effectuum determinaretur, ut art. 8. explicatum ostensumque est. Scientia namque illa sola rationem habet artis, qua Deus modum atque rationem nouit fabricandi res eas illo modo, & providendi singulis ut ad suos fines essent accommodatae: cum verò ars non operetur, nisi determinata per voluntatem artificis executioni mandantis quod arte praescribitur, accedente voluntate diuina, qua Deus liberè voluit ut illæ res essent, scientia Dei naturalis fuit causa earum nostro intelligendi more remota, determinatio verò libera voluntatis diuinæ proxima ac sufficiens. At licet liberum arbitrium Angelicum & humanum res sint primi generis, quia tamen Deus vtrumque condidit, ut in manu consilij sui constitutum, non solum in finem naturalem, sed etiâ supernaturalem diuina ope peruenire posset, aut ab vtroque pro suo arbitratu deflectere: planè ut rerum tertij generis quæ à liberè

*Deus per scientiam merè naturalem quarum rerum causa fuerit.*



Quis sci- entia in Deo sit causa ea- rumque, que à libe- rio crea- to ema- nant.

libero arbitrio pendet, Deus causa esset, interdum solum vniuersalis, interdum vero etiam particu- laris, atque vt circa liberum arbitrium debitam prouidentiam ad vtrumque finem posset exer- cere, nunc hominem variis euentibus exercendo, nunc defectus illius tolerando & permittendo, nunc illum vocando, eique opitulando, atque il- lum in bonum promouendo; denique vt quos- dam homines aut Angelos posset predestinare, omniaque in debitis finibus ordinare, prater sci- entiam mere naturalem primo loco explicatam, necessaria etiam fuit scientia illa media, qua, ex hypothesi quod huic vel illum ordinem rerum vellet efficere, certo praeuideret ea omnia que pro libertate arbitrii, tam Angelici quam huma- ni, in vnoquoque eorum ordinum essent futura. Rerum ergo tertij generis causa est Deus, inter- dum vniuersalis, interdum particularis; remore quidem, nostro intelligendi more, per vtramque scientiam explicatam, proximè vero per deter- minationem suam voluntatis, qua statuens col- locate homines & Angelos in eo ordine rerum in quo eos collocauit, simul statuit hoc vel illo modo cum libero arbitrio illorum cooperari. Ne tamè intelligas causam villo modo esse pec- catorum: hæc enim, quoad culpam & defectum, in solum arbitrium creatum itaqum in causam reducuntur, vt à disputatione 31. ostensum est. Scientia autè libera qua Deus post determinatio- nem suam voluntatis absolute & absque vlla hy- pothesi cognouit, quæ euentura erant ex quo- libet illorum trium generum effectuum, nullo modo est causa rerum: quoniam scientia illa est post liberam determinationem voluntatis Dei, qua tota ratio causet atque principij immediatè operandi ex parte Dei completur.

Sciētiam liberam non esse causam rerum.

Future contingē- tia non quia sci- untur à Deo ideo futura sunt, sed à contrario.

Ex his facile intelligi potest, quantum Deus nullam scientiam sumat à rebus, sed quicquid cognoscit, id in sua essentia & in determinatio- ne libera suam voluntatis cognoscit & compre- hendat, at tamen non quia cognoscit aliquid esse futurum, ideo illud futurum, sed è contrario, quia illud futurum est ex suis causis, ideo cognoscere illud esse futurum. Quia enim res primi generis ex sola libera voluntate Dei, tanquam ex imme- diata & tota causa, sunt futura, ideo Deus per scientiam liberam, quæ determinationem illam voluntatis consequitur in Deo, in ea ipsa deter- minatione voluntatis tanquam in causa quod sunt future, scit eas esse futuras: non verò è con-

trario, quia scit illas esse futuras, ideo sunt futu- ræ: quandoquidem prius, nostro intelligendi more cum fundamento in re, illæ sunt future ex determinatione libera voluntatis diuinæ, quam id à Deo ex eadem ipsa determinatione sciatur. Quia etiam res secundi generis, partim ex libera voluntate Dei, qua causas secundas statuit immediatè creare, & cum eisdè tanquam vniuersalis causa concurrere, partim ex necessa- rio influxu ipsarummet causarum secundarum ita sunt futura, vt nulla alia causa eiusmodi effe- ctus valeat impedire, vtiqum (præexistente scien- tia naturali, qua praeuideret eiusmodi res necessa- rio esse futuras, ex hypothesi quod causas earum vellet creare) praeuicit, in determinatione volun- tatis qua illas statuit creare, per scientiam libe- ram, quæ eiusmodi determinationem consequitur, tales effectus absolute & sine hypothesi esse fu- turos, quia ex dictis causis erant futuri; non verò è contrario, quia sciuit illos esse futuros, ideo futuri sunt ex eisdè causis. Deniqum quia res tertij gene- ris, cooperatibus tū aliis causis secundis, tū etiam Deo partim vt causa vniuersali partim vt causa particulari, ex libero arbitrio creato, aut depen- denter ab illo, ita sunt futura, vt possint non esse, praeuidente Deo per scientiam naturalem, & per illam mediam inter mere naturalem & libe- ram, illas pro libertate arbitrii esse futuras, ex hypothesi quod creare vellet homines & Ange- los in eo ordine rerum quo illos collocauit, in de- terminatione libera voluntatis qua illos ita creare consuevit, sciuit per scientiam liberam, quæ de- terminationem illam consequitur, res illas esse futuras, quia illæ pro libertate arbitrii erant ita euentura: non verò è contrario, quia illas præ- sciuit euenturas, ideo erunt vel fuerunt.

Hoc verò, quod vltimo loco diximus, affir- mat etiam omnes illi doctores quos disputatio- ne præcedente citauimus. Dum enim asseue- rant, libero arbitrio hoc, vel eius oppositum, in- differenter pro innata sibi libertate in futurum eligente, Deum effectuum vt non aliud ipse ex æternitate præsciuerit, manifestè docent, non ideo res esse futuras, quia Deus id præscit, sed è con- trario. In eadem sententia videntur esse ceteri Doctores scholastici, quauis, vt verum fatear, contrarium innuere videatur D. Thomas supra ar. 8. in responsione ad primū, dū exponit, atque in contrariū sensum reducere conatur, testimonium Origenis mox referendū, quo idè aperte docet. Idem

Origen.

D. Ioan. Damasc.

Paruum testimonium pro explicata sententia D. Iust. Mart.

Idem perspicue affirmat communis sancto- rum Patrum sententia. Iustinus enim martyr in expositionibus questionum à Genibus Chri- stianis propositarum, in expositione questionis 58. de prodicione Iudæ & præscientia Dei agens ait: Non causa eius, quod futurum est, præno- tio, sed quod futurum est, prænotionis. Neque enim prænotionem sequitur quod futurum est, sed quod futurum est prænotio. Ita fit vt non Christus prodicionis causa sit, sed proditio causa est Domini prænotionis. Idem dicit esse de præscientia peccati Angelorum & primorū pa- rentum. Quare non loquitur de sola prænotione Christi, qua homo est; hæc enim non antecessit peccata Angelorum & primorum parentum, sed etiam de prænotione Dei, quæ Deus est. Non sumit tamen causam pro vera causa: res namque non sunt causa præscientiæ Christi: ne- que enim increata præscientia, quam habet qua- tenus Deus est, nec creata futurorum contingē- tiū, qua præcitus est quatenus homo, a rebus ipsis desumitur: sed loquitur de ratione quare illa sit, quatenus respectus rationis, quem scientia diui- na habet ad res quas nouit esse futuras, pendet ex eo quod illæ ex suis causis sint futura, vt ex- plicatum est.

Origenes quoque libro 7. in epistolam ad Romanos in illud capitis 8. Quos præcicit, & prædestinauit, ait: Non propterea erit aliquid, quia id scit Deus futurum: sed quia futurum est, scitur à Deo antequam fiat. Nam & si ( verbi gratia ) singamus. Deum non præcitate aliquid, futurum sine dubio erat, quod ita, vt puta Iudas proditor factus est, & hoc ita futurum prophete prædixerunt. Non ergo quia prophete prædixerunt, ideo scit prodidit Iudas, sed quia futurus esset proditor, ea quæ ille propositi sui nequitia gesturus erat, prædixerunt prophete: cum vtiqum, Iudas in potestate habuisset, vt esset similis Petro, aut Ioāni, si voluisset; sed elegit pecunie cupiditate magis quā apostolici consortij gloriam: & hanc eius voluntatem prævidentes prophete, liberos tradiderunt montem. Vt autem scias non in præcietia Dei vnicuique salutis cau- sam poni, sed in proposito & actibus suis, vide Paulum verentem, ne forte cum aliis prædica- uerit, ipse reprobus efficiatur, macerare corpus suum, & subiacere feruntur.

Damascenus in dialogo aduersus Manicheos, Quod præcietia, inquit, diabolo minime causa

fuerit eum malus fuerit, hinc constat. Nam nec medicus, dum futurum morbum prænoicit, morbo causam affert. Verum morbi quidè causa in præposita & immoderata vitæ ratione consi- stit: at medici prænotio erudicionis ipsius argu- mentum est: prænotionis autem causa hæc est, quod ita futurum erat.

Chryllostomus homilia 60. in Matth. super il- lud Matt. 13. Vt mundo à scandalis. Non quia futura, inquit, scandala prædixit, ideo euen- nient: sed quoniam omnino ventura erant, ideo prædixit. Non enim fierent, si nolent ea excogitare nequam homines, atque pe- tissent: quod si ventura non fuissent, nec ipse fu- tura prædixisset. Ventura vero erant, quia multi erant grauius aggrauantes qui noluerunt non agere malignè, & ipse quod futurum erat præ- dixit. Sed si illi curati fuissent, quisquam dicit, ac ne mo esset qui scandala faceret, nonne hic sermo falsitatis crimine teneretur? Certe si curati fua- rique omnes voluissent, non dixisset, nec esse illud scandala venire. Sed quia sua sponte incurabiles futurus prospiciebat, ideo ventura omnino præ- dixit.

Hieronymus in illud Isaie 16. Hoc verbum quod locutus est Dominus ad Moab: Non, in- quit, quod præcietia Dei causam vastitatis at- tulerit, sed quod vastitas futura Dei maiestati prænota scit. Et in principio capitis 26. Hiero- nima: Non ex eo quod Deus scit futurum aliquid, ideo futurum est: sed quia futurum est, Deus nouit, quia præcietia futurorum. Item in illud Ezechiel. 2. Et dices ad eos, &c, sic ait: Non quia illa ventura cognoscit, necesse est nos fa- cere quod ille præciet: sed quod nos propria vo- luntate sumus facturi, ille nouit futurum, quia Deus est. Tertio quoque libro dialog. aduersus Pelagianos: Non ideo peccauit Adā, quia Deus hoc futurum nouerat: sed præciet Deus quasi Deus, quod ille erat propria voluntate facturus.

Augustinus 5. de ciuitate Dei cap. 10. Neque enim, inquit, ideo peccat homo quia Deus illud peccatum præciet: imò ideo non dubitant ipsam peccare, cum peccat, quia ille, cuius præ- scientia falli non potest, non fatum, non fortu- nam, non aliquid aliud, sed ipsum peccatum esse præciet, qui, si nolit omnino non peccare sed si peccare noluerit, etiam hoc ille præciet. Et de prædeterminatione & gratia cap. 15. vel qui- cunqum autor illius operis erit: Si dicitur iam Phæ-

D. Ioan. Chryllost.

D. Hier.

D. Aug.

rationem non potuisse mutari, quia cum presciverat Deus non esse mutandum: respondetur, Dei prescientiam non cogere hominem ut talis sit, qualem presciuit Deus: sed prescire talem futurum, qualis futurus est, quantum eum non sic fecerat Deus.

*D. Cyrill.* Cyrillus lib. 9. in Ioannē cap. 10. Quoniam, inquit, ita nonnulli sponte facturi erant, idcirco prescius Spiritus sanctus futura praedixit.

*D. Leo p[er] mart.* Leo priorus, sermone 16. Non impias furentium manus inmittit in se Dominus, sed admittit; non presciendo, quod faciendum esset, egit ut fieret.

*Libertas arbitrii contingens, etiam cum divina prescientia quae variat ne coheret.* Ex dictis, tam hac quam praecedentibus disputationibus satis, ut credo, est manifestū, quam ratione libertas arbitrii nostri, contingentiāque rerum cum divina prescientia coheret. Cum enim res, quae a nostro arbitrio emanant, aut ab eo pendent, non ideo sunt futurae, quia a Deo praecognoscantur futurae, sed e contrario, ideo a Deo praecognoscantur hoc vel illo modo futurae, quia ita pro libertate arbitrii sunt futurae; quod sic contrario modo, ut possunt, essent futurae, contrario etiam modo, & non eo quo res ipsa sciuntur, praecognoscerentur ex eternitate futurae; imo verò cum scientia, qua Deus absolute nouit has vel illas res esse futuras, non sit causa rerum, quin potius, postea ex libera determinatione voluntatis diuinae hoc ordinere- rum quem cernimus, perinde a suis causis (ut

trium humanum consentirent; quandoquidem quod Deus futurū prescit, id vtiq[ue] necessariū fieri debeat, ait Augustinus: Vnde tibi videtur aduersum esse liberum arbitrium nostrum prescientiae Dei: quia prescientia est, an quia Dei prescientia est? Euodius: Quia Dei potius? Augustinus: Quid ergo, si tu prescires peccatum esse aliquem, non esset necesse ut peccaret? Euodius: Imò necesse esset ut peccaret. Non enim aliter esset prescientia mea, nisi certa prescirem. August. Non igitur quia Dei prescientia est, necesse est fieri quae prescirit, sed tantummodo quia prescientia est: quae si non certa praenoscit, vtiq[ue] nulla est. Euodius: Consentio: sed quorsum ista? Tunc August. Quia, nisi fallor, nō continuo tu peccare cogeres, quem peccatum esse prescires; neque ipsa prescientia tua peccare eum cogeret, quantum sine dubio peccaturus esset: non enim aliter id futurum esse prescires. Sicut itaque non sibi aduersantur haec duo, ut tu prescientia tua noueris, quod alius sua voluntate facturus est: ita Deus neminem ad peccatum cogens, prauidet tamen eos qui propria voluntate peccabunt. Cur ergo non iudicet iustus quae fieri non cogit prescius? Sicut enim tu memoria tua non cogis facta esse quae praeterierunt: sic Deus prescientia sua non cogit facienda quae futura sunt. Et sicut tu quaedam quae nosti meministi, nec tamen quae meministi omnia fecisti: ita Deus omnia, quorum ipse auctor est, praescit, nec tamen omnium, quae praescit, ipse auctor est. Quorum autem non est malus auctor, iustus est victor. Hinc ergo iam intellige, quia iustitia Deus peccata puniat, quia, quae nouit futura, non fecit. Nam si propter ea non debet retribuere supplicium peccantibus, quia prauidit peccaturos, nec recte faciendibus debet praemia retribuere, quia & recte facturos nihilominus prauidet. Imò verò fateamur ad prescientiam eius pertinere, ne quid eum lateat futurum, & ad iustitiam, ut peccatum, quia voluntate committitur, ita iudicio eius impune non fiat, sicut prescientia non cogitur fieri. Haec Augustinus.

Superest ex haecenus dictis admoneamus, quantum verissime a Theologis dicatur, stante scientia, quod Petrus crastina die sit peccaturus, Petrum in sensu diuino posse non peccare, non tamen in sensu composito; duos nihilominus

*D. Aug.*

*Ad primum argumentum inuito quae stionis propositum.*

nihilominus extremos errores esse circa vtrunq[ue] vitandos. Vnum, circa sensum diuinum, quem iam disputatione praecedente impugnamus, videlicet, ne ea ratione credamus posse in sensu diuino non peccare, quasi quicquid indifferenter in futurum Petrus fecerit, Deus in futurum etiam indifferenter sit effecturus, se non aliquid, quam illud idem ex aeternitate sciuisset: id namque est tollere certitudinem & determinationem scientiae diuinae circa futura contingentia antequam eueniant, quod cum nobilitate diuinae scientiae aperte pugnat, indeque absurda maxima sequuntur, ut ibidem ostensum est. Quare concedendum est ex aeternitate firmum fundamentum iam stare, nouit Dominus qui sunt eius. Alterum, circa sensum compositum, videlicet, ne affirmemus ex eo, quod iam praexiit scientia diuina, Petrum re ipsa non posse non peccare, quasi aliquid libertatis & facultatis ad re ipsa non peccandum, si velit, ob praexistente scientiam diuinam amiserit. Eiusmodi enim sensum non dubitare appellare errorem in fide: etenim ita re ipsa in potestate ipsius est collocatum, praexistente etiam ipsa scientia, non peccare, & ita potest continere re ipsa actum, per quem prescius est peccaturus, ac si non existisset ea scientia, ut explicatum est: quare sensus ille non est de mente Theologorum. Ea ergo ratione verissime dicunt, existente scientia diuina non posse Petrum in sensu composito non peccare, quia illa duo, quod Petrus non peccet, & Deus sciat illum peccaturum, non possunt simul coherere. At si, ut in re ipsa potest, non esset peccaturus, nō existisset scientia illa in Deo: atque ita, nihil omnino impediens scientia, quae, si Petrus, ut potest, non esset peccaturus, non existisset, potest modo in sensu diuino non peccare, non focus ac postea si talis scientia non praexistisset.

Ad primum ergo argumentum initio propositum, in primis, quod ad maiorem auctoritatem, dicendum, eam esse veram, si intelligatur tum de causa tota simpliciter, nō verò de tota in aliquo gradu causae, nimirum vniuersalis, ut disputatione 26. explicatum est, tum de causa necessaria, quae non solum necessario existat, sed etiam necessario operetur: a tali namque causa effectus necessarius proficiscitur. Quod verò ad priorem partem minoris attinet, si sit sermo de scientia libera Dei, qua absolute & absque hypo-

thesi ab eo cognoscuntur futura contingentia, negandum est eam esse causam futurorum contingentium, ut ex dictis hoc articulo & articulo 14. satis constat. Si verò sit sermo de scientia Dei, tam naturali, quam de illa aha media, qua ante omnem suum actum liberum futura contingentia cognoscit, sed secundum esse futurum simpliciter, sed secundum esse futurum ex hypothesi quod velit eodere hunc vel illum ordinem rerum in quo sint haec vel illa creatura: libero arbitrio praedita, concedendum erit esse causam futurorum contingentium, non tamen totam, quippe cum eorum futurorum contingentium, quae ab arbitrio creato pendent, liberum etiam ipsum arbitrium sit pars integrae causae, a quo non solum habent ut sint aut non sint, sed etiam ut sint potius haec quam illa. Quod verò ad posteriorem partem minoris attinet, dicendum est: Quamuis cuiusmodi scientia, tum quoad eam partem quae naturalis est in Deo, tum quoad eam quae aliter se habet in Deo, si liberum arbitrium creatum pro sua innata libertate, ut potest, in oppositam partem foret inflectendum, sit necessaria postquam semel concepta est, non tamen necessario producere futura contingentia, sed dependere, tum a libera determinatione voluntatis diuinae, tum etiam a libera electione arbitrii creati, qua hanc potius quam aliam partem contradictionis amplectitur: a determinatione verò libera huiusmodi partium vnius integre causae possunt effectus sortiri contingentiam, nō obstante necessitate praedictae scientiae, ut hoc loco in responsione ad primum D. Thomas docuit.

Pro solutione secundi argumenti sciendum est, propositionem aliquam, quae, spectans naturis extremorum ac causis, seu principio a quo coniunctio praedicari cum subiecto emanat, esse merè contingens, interdum fieri absolute necessariam ex conditione aliqua, non quidem quae fingatur inesse, neque quae, cum inesse & non inesse possit, ponatur tamen inesse, sed quae ita iam re vera iuste, ut contradictionem implicet conditionem tolli. Licet enim duo priora generata conditionem solum efficiant necessitatem secundum quid atque ex hypothesi, quo pacto & equum habere alas si volat, & omne quod est ex hypothesi quod sit, necessarium est esse: tertium tamen genus conditionis efficit necessitatem absolutam, a necessitate secundum quid sita

*Pro solutione secundae di non nulla. Necessarium ex hypothesi.*



ex sola hypothese distinctam. In hoc igitur sensu, licet Adamum fuisse, fuerit absolute contingens; eo quod libere à Deo fuerit productus; eo tamen ipso quod in terram natura fuit, iam hodie ita necessarium est fuisse, ut contradictionem impliciter non fuisset, nulla ratione iam tolli possit aut impediri quin fuerit. Eodem etiã modo, licet contingens fuerit, Deum præscire Antichristum tali modo tempore peccatum, quia si, ut poterit, non esset peccaturus, Deus id non præsciuit; eo tamen ipso quod ex æternitate id prævidit futurum, contradictionem impliciter modo id non præsciuit: tum quod ad præteritum non sit potentiarum etiam quod in Deum nulla possit cadere mutatio. De hoc genere absolute necessitatis intelligendus est D. Thomas hoc loco in responsione ad secundum, dum ait hanc & similes propositiones de præterito veras esse absolute necessarias.

*Scientia divina certitudo vna.*

Sciendum est deinde, quod etiam ex dictis satis aperte colligitur, peculiare quid esse scientiæ divinæ eorum contingentium quæ ab arbitrio creato pendent. Deum ex acumine quidem ac summa perfectione sui intellectus præcognovisse quid esset futurum, quia ita per arbitrium ipsum pro sua innata libertate esset futurum, & si, ut poterit, futurum esset oppositum, id ipsum præsciuit: quare, quod in se erat incertum, sciuit certo, non certitudine quæ proaeniret ex objecto, sed ex acumine & summa perfectione sui intellectus; dependenter tamen ex eo quod ita per arbitrium ipsum futurum esset.

*Solutio secundæ argumenti.*

His ita constitutis, ad argumentum neganda est maior, quando antecedens sola necessitate proximè explicata est absolute necessarium, & conceptio formata est dependenter ex eo quod ita res libere contingens esset futura, contrarioque modo efformanda foret, si res, ut poterit, contrario modo esset futura; certitudinemque habet non ex objecto, sed ex solo acumine & immensa perfectione concipiens. Tunc enim esto conditionalis sic necessaria, quia in sensu composito coherere non possunt illa duo, quod Deus aliquid præsciat futurum, & illud non eo modo eveniat & esto antecedens illo modo sic necessarium, quia præteritum, & quia in Deum nulla possit cadere vicissitudinis obumbratio; nihilominus consequens potest esse merè contingens. Ad illam verò probationem maioris qua inferitur, alioquin in bona consequentia esse pos-

set antecedens verum & consequens falsum; negandum est id sequi. Etenim, si, ut poterit, futurum esset oppositum consequentis, nunquã præcessisset illud antecedens, quod ideo ita acumine & perfectione divini intellectus conceptum est, quia res, cum possit aliter evenire, ita erat eventura. Quare nunquam daretur antecedens verum & consequens falsum. Quò fit, ut consequens illud, posito eo antecedente ut re vera est, solum sit necessarium necessitate consequentiarum, quæ optimè ex eo inferitur: non verò necessitate consequentis; quoniam conditio, illa non, ut reddat antecedens illo modo absolute necessarium, ita reddit consequens, quod nullo modo afficit, sed & esse & non esse simpliciter potest: si tamen non esset futurum, ut poterit, nunquam præcessisset antecedens illud, neque, proinde in eo conditio illa reperiretur, quæ ex solo acumine, & perfectione divina provenit.

*Ad tertium.*

Ad tertium, si in maiori sit sermo de necessitate consequentiarum, quatenus consequentia hæc est necessaria; hoc vel illud Deus scit futurum, ergo futurum est, concedenda est. Si verò in ea sit sermo de necessitate consequentis, quasi necesse sit, rem scitam à Deo futuram, esse secundum seipsam necessariam, aut certam, neganda est. Ad probationem verò, si ea intelligatur de necessitate consequentis, quasi sit sensus, omne quod ab hominibus scitur, est necessarium necessitate consequentis, aut saltem certum secundum se, (sumptò vocabulo scientiæ latius ut comprehendit etiam cognitionem certam de complexionibus contingentibus sensuum experimento comprobata) ergo omne quod à Deo scitur futurum, erit etiam necessarium necessitate consequentis, aut saltem secundum se certum, quippe cū scientia Dei sit multò certior quàm nostra; neganda est consequentia. Ratio autem est, quoniam scientia nostra nullam habet certitudinem ex perspicuitate & altitudine cognoscetis supra res cognitivas, quasi certius perspiciamus res quam res sint in seipsis & ex sua natura: quæ de causâ certitudo scientiæ nostræ pender ex necessitate, aut certitudine obiectorum secundum se, neque potest esse maior in scientia nostra, quam in obiectis secundum se reperiantur. At verò scientia divina ex acumine ac altitudine cognoscetis, qui in obiecto secundum se incerto perspicit certò quid futurum sit, habet maiorem certitudinem secundum se quàm sit certitudo obiectorum. At-

que

que hæc est ratio, quare in solo Deo, non in hominibus, scientiã futurorum contingentium ponamus, ut quæst. 1. huius primæ partis dictum est. Pro nobis ergo pugnat, scientiam Dei esse certiorē nostrā: inde enim aperte inferitur, non esse parē rationem, si nostra scientia non potest haberi nisi de obiecto iam secundum se certo: ita nec Deus suam scientiam nisi de simili obiecto habere possit. Quia enim eiusmodi contingentia futura incerta obiecta in se sunt, Deus tamen altitudine & eminentia sui intellectus certissimè ea cognoscit, ac proinde propriissimè de eis, supra naturam ipsorum, scientiam habet; regius propheta, qui dono prophetiæ quorūdam illorum revelationem acceperat, Psal. 50. cum Deo agens dicebat, Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi: incerta dixit, vim, naturamque reuelatorum exprimens; sapientiæ verò tuæ addidit, propter certissimam, omnique ex parte infallibilē de illis, ex altitudine, eminentia, infinitaque perfectione divini intellectus cognitionē. Scio Hebræi textū nō habere duo illa verba, sed vnum solum quod occulta atque abdita significat, ac proinde incerta hoc loco iuxta Hebræum textum intelligenda esse nobis, siue in se incerta etiam sint, siue non. Cæterum doctrina à me hæc in re tradita, vera in se est. Atque illo modo transiisse septuaginta interpretes, & iuxta illos habere editionem vulgatam, non parum eandem doctrinam corroborat.

*Ad quartum.*

Ad quartum, si illud antecedens, nihil futurum præcognitum à Deo potest nō evenire, intelligatur in sensu composito, concessio antecedente, neganda est consequentia. Ad probationem verò dicendum, ut aliquid simpliciter sit futurum contingens, satis esse quod in sensu diuiso possit esse & non esse: quandoquidem si non esset futurum, ut, nihil impediens præscientia divina, re ipsa potest, non præcessisset præscientia illa divina cum qua non coheret non evenire. Si verò antecedens illud intelligatur in sensu diuiso, negandum est. Deinde ad probationem illam, si quod à Deo præcognitum est eventurum, non eveniret, Deus re ipsa falleret, ergo si scire scientia possit non evenire, Deus re ipsa possit falli; respondendum est in primis, si iam antecedens quam consequens intelligantur in sensu composito, concedenda esse: neque enim deseruiunt ad probandum illud aliud antecedens in sensu diuiso, neque nos dicimus, itante scientia, posse in

sensu composito non evenire. Quoniam verò dicimus, præscientiam, quæ actu exiit, nihil omnino impedire quin possit aliter evenire, atque ita, nihil impediens scientia, posse in sensu diuiso non evenire, quia si nō esset eventurum, ut re ipsa potest, nunquam talis scientia præexistisset, admissò antecedente illius probationis, neganda est consequentia. Quoniam cum hoc, quod est posse actu non evenire, stat absque ulla fallentia eventurum esse ut est præcognitum: quoniam si non ita esset eventurum, ut re ipsa potest, nunquã Deus præcognovisset illud eventurum. Cum præscientia ergo illa divina pugnat quidem esse aliter eventurum, sed stat optimè posse simpliciter aliter evenire: veruntamen si esset aliter eventurum, non fuisset illa præscientia, quæ nullam necessitatem aut certitudinē consequens ponit rebus futuris, sed tam incertas illas relinquit secundum se, & comparatione suarum causalium, ac si nulla esset talis præscientia.

*Ad quintum.*

Ad quintum neganda est maior. Ratio est illa, quam in responsione ad tertium reddidimus. Cū enim scientia & cognitio nostra non habeat maiorem certitudinem, quàm sit certitudo obiecti secundum se spectati, vbi que si habere-mus certam scientiam de futuris contingentibus, propositionesque earundem rerum determinatè essent veræ: id ex eo esset, quia ipse secundum se certò & determinatè essent futura; quod non alia ratione esse posset, nisi quia res secundum se essent necessaria necessitate consequentis. Cū verò scientia divina, ex acumine & perfectione scientis, de futuris etiam contingentibus, in quibus nulla est certitudo ex se & ex suis causis, sit certissima, vel sæpe explicatur esse, sit, ut ex eo quod futura contingentia certò cognoscuntur à Deo, non sequatur, necessariò ex natura rei esse eventura, ut sequeretur si cognitio nostra de iis rebus esset certa, aut propositiones, quas de eisdem formamus, essent determinatè veræ.

*Ad sextum.*

Ad sextum negandum est antecedens. Ad probationem, concessa maiori, nempe illam esse necessariam & optimam consequentiam; Deus ex æternitate præcivit Petrum peccatum eras, ergo Petrus eras peccabit; ad maiorem, si sensus illius sit in cuius potestate non est tollere antecedens bonæ consequentia, non est tollere, hoc est, non ponere consequens quod ex tali antecedente sequitur ponendum esse: in hoc enim tan-

Gg 3





nim sensu minor dederunt argumento; eo quod Petrum non peccare eras, ut est præcognitum à Deo, non sit Petrum tollere aliquid, sed non potest peccatum quod ex illo antecedente necessitate sequitur ponendum; neganda est, quando si non esset futura positio consequentis, ut potest non fore, nunquam Deus præciscisset Petrum peccatum, atque adeo non fuisset antecedens. Quare licet neque in potestate Petri, neque ipsius Dei, sit iam nunc efficere ut in Deo non fuerit talis præscientia, est tamen in potestate Petri, etiam nunc, id efficere (hoc est, non peccare) quod si, ut potest, esset factus, non fuisset unquam illud antecedens. Quo fit, ut ex potentia Petri ad non peccandum, non sequatur posse dari in bona consequentia antecedens verum, & consequens falsum: quoniam si non esset peccaturus, ut potest, antecedens illud nunquam omnino fuisset.

*Concluditur  
conferentia  
libertatis  
arbitrii  
contingentia  
verum  
etiam diuina  
previdentia.*

Ex his que hæcenus diximus, satis arbitror esse perspicuum libertatem arbitrii nostri, & contingentiam rerum, cum diuina præscientia apprimè conuenire, nec eam aliquo modo in causa esse, quominus Deo opitulante, qui quantum cuique opus erit semper præstabit auxilium, in potestate nostra sit peccata omnia lethalia vitare, ab eisdem post lapsum resurgere, vitam denique æternam consequi, vel amittere, per nosque metipios stare, si illam non consequamur: non secus ac si in Deo nulla esset præscientia futurorum. Quare cum non aliter Deus præsciat ea, que ad nostram salutem, aut condemnationem, quam que ad alios effectus contingenter futuros spectant, neque ex diuina præscientia maiorem necessitatem illa quam hæc consequantur, profectò sicut insana mentis reputaretur agricola, qui de diuina præscientia sollicitus segetis reddere ductus, quod Deus ex æternitate omnia præsciat, & vitilla præscit ita euentura fiat, vel semina terre non mandaret, vel minus quam alioqui foret mandaturus, quoniam, nihil impediens aut conferens præscientia, ut sementiam fecerit, ita metet; quo enim plus seminis terre

commiserit, eo plus metet; quod si nihil seminauerit, nihil colliget; quod postea non diuina præscientia, sed saxe stultitiæ ac culpe tribuere debet: ita etiam multo demeritis censendus is est, qui de diuina præscientia sollicitus, simili ratione ductus ad rectè operandum, vim sibi inferendum, vincendas tentationes, præstandumque ea que ad maius beatitudinis præmium consequendum necessaria sunt, remissior ac segnior fuerit; neque postea præscientiam & prædestinationem diuinam, sed se ipsum inculcare debet. Maxime cum agricola vel aduerso cæli sydere, vel fortuitis euentibus perdere laborem queat; ipse verò non alia ex causa, quam voluntate sua, laborum suorum fructum possit frustrari: quin potius semper Deum eo ad maiora dona largienda paratorem ac promptiorem experietur, quò se ipse magis strenuè ad illius obsequium accinxerit. Quod de agricola adhibitum est exemplum, accommodari etiam poterat, tum ægrotò, qui, fretus Deum futura præscire, nollet morbo adhibere remedia; tum militi, qui eadem ratione ductus, procederet ad pugnam nullo armorum præsidio munitus, tum infinitis aliis. Quare, nihil omnino de diuina præscientia sollicitus, iuxta consilium Diui Petri, satagamus ut bonis operibus certam nostram vocationem faciamus. Quem admodum enim diabolus, qui longè melius quam nos nouit Deum omnia præscire, nihil de diuina præscientia sollicitus, nullum non mouet lapidem, diligentissimè obambulat, & circuit tentam, quarens quem deuoret; ita & nos libera ei omni cura de diuina præscientia, Dei freti auxilio, nostram salutem diligentissimè operemur, ita enim fiet, ut absque vilo dubio sempiternam felicitatem consequamur. Atque hæc in re satis euique esse deberet, ante mentis oculos constituit, Deum esse Deum, hoc est, infinitam sapientiam, bonitatem, &c. ut in his, que supra multum captum sunt, secutè se ipsius bonitati ac prouidentie committeret, satageretque pro sua vitili parte que ipsius sunt cum diuina ope diligentissimè præstare,

De

De præfinitionibus, & vnde certitudo diuinæ scientiæ circa futura contingentia oriatur.

*Appendix.*

*Disputatio 53.*

Ut dilucidior hæc disputatio sit, ac ne longitudine fastidium pariat; secunda erit in quatuor Membra.

*Aliorum de vtraque re sententia.*

*Membrum 1.*



Vidam, ut tales Dei præfinitiones ad omnes actus liberi arbitrii non malos inducatur ac tueantur, que arbitrii libertatem ad eodem actus de medio tollunt, scientiam illam mediam, quam disputacione præcedente, & aliis antecedentibus statuimus, atque ex suis principiis deduximus, restimonsi que scripturarum ac sanctorum Patrum, imò & Scholasticorum corroborauimus (tametsi non eo nomine eam appellent) impugnant, ac totis viribus disuadere conantur.

Contendunt namque, ut omnia vniuersim (exceptis actibus peccatorum) certò futura sint, aut certò non sint futura, pendere à sola libera præfinitione voluntatis diuinæ. Atque inde vterius volunt, quemadmodum in Deo comparatione omnium, que ab ipso solo immediatè emanant, itemque comparatione eorum, que merè ex necessitate nature inde vterius proficiuntur, non datur, nisi scientia merè naturalis, que antecedit liberum actum voluntatis diuinæ, & scientia merè libera, que eundem actum consequitur, sic etiam rem habere in his futuris contingentibus, quorum radix contingentia proxima est liberum arbitrii creatum, dummodo mala moralia non sint. Vnde volunt, quòd quemadmodum ea que à solo Deo immediatè producuntur, aut vterius ex eis solis nature necessitate proficiuntur ante liberum actum voluntatis diuinæ, solum cognoscuntur merè naturaliter in ratione tantum possibilem; accedente verò præfinitione diuina, liberò actu voluntatis diuinæ, quo Deus eas solas pro-

ducere statuit, aut cum eis generali concursu in ea influere, que inde vterius proficiuntur, in ea ipsa præfinitione, actiue libero voluntatis, liberè cognoscuntur certò futura: sic etiam ea omnia, que pendunt à libero arbitrio creato, tam Angelico quam humano, & moraliter mala non sunt, siue ad illa cooperetur Deus peculiariter ac supernaturali auxilio, siue solo generali, antè diuinam præfinitionem, actiue libero voluntatis diuinæ, quo statuit, & creare arbitrii, & illud in tali ordine rerum & circumstantiarum collocare, atque naturaliter, vel supernaturaliter, tali vel tali modo illud adiuuare, & cum eo concurrere, solum ea cognoscere scientia merè naturali, nulla verò ratione, etiam ex hypothese, scientia illa nostra media que poterit non esse in Deo; eo verò ipso, quòd omnia, que commemorata sunt, prædefiniuit, certò libera scientia in sola atque ex sola illa præfinitione cognouisse ea futura: quoniam voluntas illa, seu præfinitio Dei ita cooperandi cum libero arbitrio creato, est voluntas Dei efficax, ut vnumquodque eorum futurorum contingentium sequatur; & concursus, quo statuit ex parte sua eo modo cooperari in tempore, siue is naturalis sit, siue supernaturalis, est concursus efficax, ac prouide existente tali præfinitione diuina non potest in sensu composito non sequi effectus; tametsi subiungant, posse in sensu diuiso non sequi. Vnde hi auctores, non solum supernaturalia Dei auxilia diuidunt in ea, que efficacia esse & ex natura sua sunt ad mouendum arbitrium creatum, & in ea, que ex natura sua ad id sunt inefficacia, sed etiam auxilia & concursus Dei naturales ad actus

non malos liberi arbitrii diuidunt similiter. Atque ita volunt, praesente auxilio aut concursu Dei efficaci, certo sequi consentium, effectumque non malum liberi arbitrii, ad quem Deus arbitrium mouet, illo autem absente, etiamsi ad auxilium seu concursus ex se inefficax, certo non sequi. Immo voluit, sequi solum tam intentum actum liberi arbitrii, quam intentum fuerit auxilium, seu concursus, quod à Deo ad tale actum arbitrium mouetur, ita ut certitudo tota, tum quod hic & nunc sit is actus, tum etiam, quod sit tam intentus aut remissus, proueniat ex qualitate concursus, quo à Deo arbitrium mouetur, & cum illo cooperatur. Iuxta hoc consequenter volunt, totam certitudinem scientiae diuinae circa haec futura contingentia, quod futura sint, aut non sint, pendere solum à praedestinatione illa, qua Deus statuit, hoc vel illo modo cooperari cum libero arbitrio, illudque, mouere ad actus non malos: quia si statuit illud mouere auxilio ex se efficaci, certo & infallibiliter conueniet, & eliciet actum; eò quod voluntas illa diuina sit efficax, ut sit talis actus, quae proinde frustrari non potest. Si vero statuit non ita illud mouere, esto decreuerit mouere auxilio ex se non efficaci, certo & infallibiliter non conueniet, neque eliciet actum, quippe voluntas illa inefficax sit, ut is actus sequatur. Quare existente sola scientia naturali Dei, qua Deus nouit ea omnia, quae possibiliter erant per arbitrium creatum, eo ipso quod Deus praedestinuit, seu ex aeternitate statuit, hoc vel illo modo in tempore cooperari, & mouere seu determinare arbitrium efficaciter, hoc est, auxilio seu concursu ex seipso efficaci, nouit certo & infallibiliter in ea ipsa atque ex ipsa praesignitione, qui actus liberi arbitrii non mali essent futuri, sine scientia media, qua prauideret ex hypothesi quod ita uellet illud mouere & coadiuuare, quid esset futurum, quoniam in sensu composito, eo ipso, quod ita statuit illud mouere & determinare ad actum, non potest liberum arbitrium non elicere talem actum; neque quod motio illa & concursus Dei, quem in tempore exhibebit, efficax sit, nisi modo pendet à libero arbitrio, quasi in potestate arbitrii sit indifferenter illi consentiendo, aut non consentiendo, efficax aut inefficax illud reddere.

Consequenter ad ea quae haecenes dicta sunt, stricte volunt, ante aeternam Dei praedestinationem nostro intelligendi modo praecedere in

Deo electionem quorundam ad aeternam beatitudinem voluntate absoluta & efficaci, ante ullam praesignitionem meliorum & vsus liberi arbitrii, etiam ex hypothesi futuri, iunctaque praecedere refectionem ceterorum voluntate similiter absoluta, praedestinationem uero ad illi positam esse uolunt in praesignitione seu uolitione conferendi auxilia efficacissima, quibus ita arbitrium creatum determinatur, ut certo certitudine praecedente ex qualitate auxiliorum exequatur opera, in eisque perseveret, quibus ad vitam aeternam deueniat, unde totam certitudinem, quod talis bonus vsus liberi arbitrii sit futurus, & consequenter quod futura sint ea bona opera, in eisque perseverandum sit usque ad finem uitae, reducant in efficacitatem auxiliorum, & per consequens in praesignitionem seu aeternam Dei uoluntatem absolutam & efficacem conferendi ea auxilia in tempore. Atque inde prouenire affirmant totam certitudinem & infallibilitatem scientiae liberarum, qua Deus post eam praesignitionem cognoscit futura esse ea opera, bonumque vsus liberi arbitrii; non uero ex aliqua etiam scientia media, qua altitudine sui intellectus ante eam praesignitionem penetrauerit quid futurum esset per arbitrium sub eis auxiliis, quasi statuente Deo ita ex sua parte optulari, possit per arbitrium creatum esse oppositum, & si futurum esset, id praesignisset. Quia enim negant liberum arbitrium sub eis auxiliis, statum esse ea praesignitione Dei aeterna, posse in sensu composito oppositum, consequenter negant scientiam mediam, qua indifferenter Deus cognoscere potuerit unum vel alterum esse futurum pro sola creati arbitrii libertate ex hypothesi quod ex sua parte uellet eo pacto auxiliari.

Iuxta eadem fundamenta etiam docent, omnem actum seu effectum liberi arbitrii non malum, ita prouisum esse à Deo in plurali, ut certo & infallibiliter sit futurus, ex solo ordine diuinae prouidentiae seu praesignitionis, ut sit in singulari: stomachanturque aduersus eos, qui contrarium affirmant. Consent namque hi auctores, nullum eiusmodi actum, etiam si is merè naturalis sit, atque ex se indifferens, ut bonus sit moraliter, & facillimus ut exerceatur, esse posse sine concursu Dei, ex natura sua efficaci, quo arbitrium praeuocatur, atque ad eum producendum determinetur, praesenteque eo concursu & praemouitione Dei, non posse arbitrium in sensu composito

composito non consentire, & producere illum: eaque de causa uoluit, quod quia Deus ad quemcunque eiusmodi actum seu effectum liberi arbitrii prouidit ex aeternitate de eiusmodi praemouitione efficaci, & determinatione liberi arbitrii, praesigniendo illam conferre, unusquisque eorum est certus & infallibilis ex tali praesignitione ordinatae diuinae prouidentiae.

Mouent iude auctores questionem, utrum Deus cognoscat futura fuisse ea contingentia, quae nunquam erunt, de quibus scriptura commemorat futura fuisse ex quadam conditione quae neque existit, neque existet: eaque proinde hi auctores appellant futura contingentia conditionata. De horum numero sunt illa, de quibus disputatione 49. mentionem fecimus, nempe penitentia Tyriorum & Sidoniorum, si apud eos factae fuissent uirtutes quae Corozain & Bethsaida factae sunt: descensus Saulis in Ceilam: tradendumque Dauidem in manus Saulis, nisi Dauid inde aufugeret: & iustus aliquos lapsuros in peccata lethalia, nisi morte de hoc saeculo nequa misericorditer à Deo praeriperentur.

Reiecta uero tanquam periculosa sententia eorum qui negant Deum cognoscere futura ea fuisse ex hypothesi seu conditione, merito hi auctores partem tuerentur contrariam. Addunt tamen, quia nunquam futura erant, Deum solum cognoscere ea, ut possibiliter, perinde atque cetera quae esse possunt & futura non sunt. Renunt namque concedere medium inter futurum simpliciter & possibile merum, idque, ut media scientia effugiant: cum tamen in re proposita, nisi incidere uelint in periculosam aliorum sententiam, qua reiecta, & manifeste uerbis Christi Matthaei 11. repugnare uelint, medium illud sit concedendum, nempe futurum ex illa conditione, quod proximus accedit ad futurum simpliciter, quam si futurum ex eadem conditione non esset, solumque ea hypothesi data esset possibile. Etenim cum possibilis esset penitentia tam Tyriorum & Sidoniorum quam habitatorum Corozain & Bethsidae, & ex hypothesi quod eadem uirtutes utrobique fieret, asseruerit Christus penitentiam Tyriorum & Sidoniorum futuram fuisse: cum tamen penitentiam habitatorum Corozain & Bethsidae ex eadem hypothesi non fuerit, sed solum permanferit intra limites rei possibilis, sanè concedendum est medium quod intendimus inter futurum simpliciter & merè possibile: quod quia in Tyris & Sidoniis, data ea hypothesi, proue-

niebat ex minore duritie & culpa proprii arbitrii, quam fuerit culpa & durities habitatorum Corozain & Bethsidae, idcirco Christus ea in parte praetulit Tyris & Sidoniis habitatoribus Corozain & Bethsidae, tolerabilisque dixit futurum illis in iudicio, quam his aliis. Dixit, concedendum esse illud medium, nisi incidere uelint in periculosam sententiam, qua reiciunt; quoniam assertores periculosa illius sententiae sanè non negabant Deum cognoscere ut possibiliter eiusmodi futura conditionata, sed solum ut media inter futura simpliciter, & merè possibiliter per facultatem arbitrii, hoc est, ut futura, non simpliciter, sed secundum quid, uidelicet ex hypothesi illa unquam futura.

Quo loco obserua, auctores, cum quibus disputamus, cum certitudinem totam, quod contingentia sint futura, referant in concursum seu auxilium efficacem, atque in praesignitionem diuinam illud conferentem, sola autem uirtutes, quae Corozain & Bethsidae factae sunt, non sint ex se auxilium efficacem, eò quod habitatores eorum locorum non fuerint illis conuersi: utique cessent, atque, si eorum uerba expendas, uoluit ex illa sola hypothesi, neque habitatores Tyri & Sidonis fuisse conuertendos, sed ex eo fuisse conuertendos, quia simul Deus praesignisset conferre illis auxilium efficacem, quod si similiter conferre praesignisset habitatoribus Corozain & Bethsidae, hi etiam conuertentur. Unde uides, ut effugiant scientiam mediam, constituantque concursus seu auxilia ex se efficacissima, atque praesignitiones, quales explicatae sunt, defendant, eneruare atque periclitari uerba illa Christi Matthaei 11. Si namque ex hypothesi, quod uirtutes illae factae fuissent in Tyro & Sidone, conuersi non fuissent Tyri & Sidonij, nisi ultra illas Deus conferre illis praesignisset auxilium aliud ex se efficacem, quod illis non fuit collatum, & cum quo uiri Corozain & Bethsidae conuertentur, si ipsis similiter esset praesignitum, quid, quare, est, quod Christus uiris Corozain & Bethsidae improperat, cum Tyri & Sidonij non minoribus auxiliis, qua ipsi, ad suam conuersionem eguerint, & utrique, quantum ex se est, iuxta horum Doctorum sententiam, pares sint, ut conuertantur, aut non conuertantur, nec plus à quorundam arbitrio quam aliorum id pendat? Legimus uero illorum uerborum expositionem tradidimus disputatione 40. ubi ostendimus, auxilia gratiae non habere ex sua natura quod efficacissima sint aut non sint, sed id pendere ex eo, quod arbitriis

bitrium eis motum & excitatum consentire & cooperari velit aut non velit, vt Concilium Tridentinum perspicue definiit.

Quamuis autem ad conuersionem nostram vtrumque necessarium sit, nempe quod Deus auxilio gratia superuenientis excitet & moueat nostrum arbitrium, & quod arbitrium cōsentiat & cooperetur: quia tamen Deus semper est ad ostium paratus, vt auxilio gratia pulset ac moueat, si per nos non steterit, & miracula in nostro conspectu facta vim maximam habent ad nos permouendum ad consensum, vt ibidem ostendimus inde effectum est, vt Christus, qui omnes per auxilium gratia præueniēti & cooperanti paratus est adiuuare, merito habitantibus Corozain & Bethzaidæ improperet, quod cum tot signa & virtutes in ipsorum conspectu sint facta, noluerint ex parte sua præbere suum cōsensum ad poenitentia & ad conuersionem: quem tamen Tyrii & Sidonij præbuisent, si in illorum conspectu eadem signa fuissent facta.

Auctores, cum quibus disputamus, postquam nostra legerunt, præter viam hæcenus explicatam, qua Deus in particulari actu liberi arbitrii creati per concursum aut auxiliū efficac præstinet, aliam quoq; tradunt, per quam certò & infallibiliter Deus cognoscat, quæ cōtingentia futura sint aut non: tametsi in progressu sui operis ea non vtantur, sed soli primæ adhareat, quam solam docuerant antea, & iuxta quam cætera tradiderant.

Dicunt enim, Deum cōprehensione suæ essentia, in qua tanquā in obiecto primario eminentissimo longèq; excellentiori modo quā in seipso consistet, cætera omnia (vt nos dicebamus) cōprehendit, cognoscere omnia, quæ per arbitrium creatum futura reipsa sunt, ex hypothesi quod illud statuat creare in tali ordine rerū & circumstantiarum, intendendo vt faciat hoc, & permitiendo vt faciat illud in particulari. Quin Deus arbitriū ipsum determinat in particulari, sed potius liberū illud relinquat, vt vel cōtineat actū, vel seipsum in vnam aut alteram partem flectat. Addunt tamē, Deum hoc cognoscere per scientiam naturalem in essentia & ideis, quæ naturaliter Deo representant, non solum in esse possibili, sed etiam in esse futuro ea omnia, quæ per arbitrium creatum sunt futura. Cum enim, inquitur, ex hypothesi quod arbitrium creetur & collocetur in hoc vel in illo ordine rerum &

Via alia videtur, qua Deus conditio nata ex seipso, cōprehendit

circumstantiarum, altera cōtradictionis pars cuiusque futuri contingenti, quod sub ipsius est potestate, futura sit; neque ex tempore incipiat esse in Deo idea, qua naturaliter intellectu diuino ea pars representetur: fatendum est, esse in Deo ex æternitate ante actum liberum suæ voluntatis talem ideam, quatenus in ipsa essentia, vt nostro intelligendi more eum actum præuenit, sunt omnia eminenter, etiam futura contingentia in esse futuro.

Hæc omnia licet ex nostra doctrina paucis mutatis decerpta sint, vt tamen eorum auctores rectè affirmant, longè ab ea distant. Quatenus verò ab ea discrepant, videntur excogitata, vt nostram scientiam mediam fugiant, eoque ipso de medio eam arbitrii libertatem tollant, quā asserere videbantur desistendo à præfinitionibus per concursum Dei efficacem, qui arbitrium in particulari determinaret, liberumq; proinde relinquere, vt sese in quam mallet flecteret partem.

In primis doctrina hæc ponere videtur alteram partem eorum futurorum contingentium, quæ a nostro arbitrio pendent, determinatè esse veram, antequam existant, ideòq; naturaliter representari determinatè futuram in idea seu essentia diuina: id quod nos disputatione præcedente reiecitimus, tanquam doctrinæ Aristotelis communiq; Doctorum sententiæ contrarium, & cum ipsamet futurorum contingentium natura pugnans, quæ eo ipso indifferentia sunt, vt eorum vnumquodq; sit, aut non sit, vt ad cap. vltimū primi de interpretatione ostendimus. Neq; intelligi valet, quānam ratione altera pars contradictionis determinatè sit futura per cōparationem ad liberum ipsum arbitrium, & arbitrium ipsum liberum sit, vt reipsa vtramuis indifferentem ponat.

Deinde sic libet argumentari: Vel idea diuina idcirco representat hanc partē contradictionis esse futuram per arbitrium creatū, ex hypothesi quod in tali ordine rerum & circumstantiarum creetur, quia arbitrium pro sua libertate in eam se flectet, repræsentaturam oppositam, si arbitrium pro eadem sua libertate se esset flexurū in oppositam, vt potest vel nō, sed idea illa omnino naturaliter id ita representat, quasi nulla ratione potuerit representare oppositum, ac proinde arbitrium ad id sit determinatum. Si des ponam, cum eadem sit ratio de idea diuina, & de scientia diuina, quæ illi respondet, admittit profectò scientiam

Refellit. tur.

scientiam mediam, quam refugis, & toties negas, & sine qua arbitrii nostri libertas non potest salua consistere. Quemadmodum enim idea illa contrarium potest representare, reque ipsa representasset, si, vt potest, contrarium per arbitriū creatum esset futurū: sic etiam Deus scientia, quæ illi respondet, & antecedit actum liberum suæ voluntatis, contrariū sciuisset, cum tamē sit naturalis in Deo, vt distinguitur cōtra liberam, licet non, vt distinguitur contra ita innatam Deo, vt per eam id cognoscat, quasi nulla omnino ratione potuerit, & fore cōtrarium, & contrarium per eam a Deo cognosci, si verò des secundum, nempe ideam v. g. consensus Petri in fornicatione, ita naturaliter representate Deo consensum illum esse futurum, quasi innatum omnino sit Deo ita cum representare, vt nulla ratione potuerit non esse talis representatio, & per consequens arbitrium Petri sit ad eum consensum determinatum, nec possit non esse futurum, qua, quæso, ratione libertatem ad nō peccandum in Petro saluas? Idem verò omnino est de ceteris actibus in eo liberis.

Idea quo pacto res representat.

Id præterea in hac opinione displicet, quod ideas in Deo consistant, quæ ante actum liberū diuinæ voluntatis res in esse futuro representent. Idea namq; solum representat rem, cuius est idea in esse possibili, & modum quo fieri possit, futuritatemq; ipsam, seu existentiam talis rei solum representat vt possibilem, modumq; quo in actu exercito poni in esse possit: per scientiā autem artificis determinatā per liberā eiusdem artificis voluntatē, vt res iuxta ideā & scientiā executioni mandetur, consequuntur res esse existentia: atque adeo nulla earum cognoscitur futura, nisi in libera artificis voluntate: licet ante liberam artificis voluntatem cognoscantur futura ex hypothesi si artifex illas executioni mandare velit. Quando autem res aliqua à duobus artificibus liberis pendet, vt ea, quæ ab arbitrio creato Angelico vel humano sunt, pendet à Deo creatore arbitrium in hoc aut illo ordine rerum, volenteque hoc vel illo modo cooperari cum illo, & simul ab influxu arbitrii creati: vtique vt ex hypothesi cognoscantur futura, necesse est vt determinatio libera vtriusq; voluntatis ponatur: Deus autē determinationem arbitrii creati infinita illimitatæque perfectione sui intellectus, eminentissimæque comprehensione, qua illud in sua essentia longè altius quam

in seipso sit, comprehendit, cognoscit, inquam sit, ac proinde ex hypothesi quod illud in tali vel tali ordine rerum & circumstantiarum velit collocare, cognoscit in quam partem pro sua libertate se flectet. Illud etiam admonerim, cum entitates existentiaque eorum idem omnino sint, siue apprehendantur vt possibile, siue vt actu existentes, ad comprehensionem rei necessarium non esse, vt id omnino cognoscatur in esse futuro, quod sub suam omnipotentiam cadunt: ad comprehensionem igitur rei factus est, si omnia quæ facere potest, atque existentia singulorum cognoscatur in esse possibili, vt alibi in hac prima parte dictum est.

Ad comprehensionem rei non requiritur id in esse futuro cognosci, quod sub ipsius potentiam cadit.

Tertiam quoque viam tradunt iidem auctores, vnde Deus etiam ante liberum actum suæ voluntatis certò sciat quenam contingentia sint futura. Quia enim (inquiunt) in illo priori scientiam, quæ actum voluntatis antecedit, comprehendit Deus suam essentiam, potentiam, & voluntatem, vtique in eo priori cognoscit, ad quæ voluntas se sit determinatura, ac proinde cognoscit, quæ contingentia sint reipsa futura, & quæ forent ex hypothesi quod aliter vellet determinare: quod est cognoscere non solum contingentia reipsa futura, sed etiam cōditionata, quæ erant poenitentia Tyriorum & Sidoniorum, & descensus Saulis in Cesiam, tradendumque fuisse Dauidem in manus Saulis.

Alia eorum vnde Deus futura contingentia cognoscit etiam cōditionata.

Doctrinam hanc confirmant, quoniā diuina voluntas quasi ducitur à diuino intellectu, & à rationibus æternis suæ infinitæ sapientiæ, quatenus in ideis Dei supremi artificis continetur ac splendent omnia, etiam quoad esse futurum: quare licet, quæ contingenter sunt futura, neque stabilitatem habeat, vt reipsa sint futura ante decretum liberum diuinæ voluntatis, neque cognosci possint, vt reipsa futura, nisi per ordinem ad tale decretum, nihilominus quatenus in illo priori continentur ac splendent in rationibus idealibus, comprehenditurque ac penetratur tale decretum nostro intelligendi modo posterius futurū, vtique in illo priori cognoscitur, quæ contingentiæ vi illius eiusdem decreti, determinationis liberæ diuinæ voluntatis, sint reipsa futura. Si namque determinatio illius in eo priori nō cognoscitur,

Eorū argumentū.



atque adeo quae contingit a vi talis determinationis re ipsa essent fut: rascientia Dei in eo priori non esset comprehensua, vniuersalissima ac perfectissima, quandoquidē Deū aliquid per ipsam tunc latet, quod posterius sciret: haec autē affirmanda nō sunt de diuina scientia in illo priori.

*Resellitur eorum sententia.*

In primis qui ita loquuntur, negare non possunt in Deo scientiam mediam futurorū contingentia ratione decreti diuinæ voluntatis, & quatenus contingentia futura ab eo pendent decreto, nisi arbitrii libertatē in Deo comparatione sui decreti negare velint. Etenim scientia, qua Deus ante decretum suæ voluntatis nouit ad quæ decretum illud se esset determinaturum, ac proinde quæ contingentia in Deo determinationis essent futura, potuit sanē non esse in Deo: quia decretum illud potuit ad alia se determinare, aut statuerē nihil omnino creare; quod si futurum fuisset, vt potuit, ralis scientia non fuisset in Deo; quo fit vt scientia illa tam determinationis sui decreti, quam futurorum quæ ex illo pendēt, licet naturalis fuerit in Deo, vt distinguitur contra liberā, eō quod liberum actum voluntatis diuinæ antecedit, non tamen fuerit ita Deo innata, quāsi non potuerit non fuisse, ac proinde sit scientia media, quam auctores, cum quibus disputamus, negant esse in Deo ante liberū actū suæ voluntatis. Et obserua, quod cum scientia illa nō solū antecedit omnē actum voluntatis diuinæ, sed etiam sit cognitio, qua veluti illuminatur ac ducitur voluntas ad volendum, dum per eam obiectum ei ostenditur, tum illud, in quod solum naturaliter, tum etiā illud, seu ea, in quæ liberē potest ferri, nullo modo potest esse liber, sed omnino esse debet naturalis, vt distinguitur contra liberum.

Deinde displicet in ea sententia, quod in idea diuina ponatur representatio futurorum contingentium in esse futuro: cum, vt supra dictum est, tam entitates illorum, quam eorundem existentia solum ex idea representetur & cognoscantur vt possibiles, & quo pacto poni in esse possint, non verō vt futurae, quia id pendet à determinatione voluntatis artificialis, quæ est posterior idea, idēq; representatione. Neque determinatione diuinæ voluntatis representari potest in idea: tum quia diuinæ voluntatis determinationis quæ illius non datur idea, sed solum creaturarum: tam etiam quoniam diuina voluntas in se est indifferens & libera, vt in quā partem

maluerit, se ipsam determinet, ac proinde ante eam determinationem neq; est, neque esse potest in Deo aliquid, quod representet in quā partem se debeat determinare. Et cum nō detur natura superior Deo, quæ ipsum eminentissimo modo contineat, sicut ipse modo eminentissimo continet quodcumq; arbitrium creatum: vtique non sicut ipse, propter excessum infinitum suæ cognitionis supra entitatem & perfectionē cuiusque arbitrii creati, eminentissimūque modum quo illud comprehendit, agnoscit in quā partem creatum arbitrium se flectere pro sua libertate debeat, sic vel ipse vel quicumque alius ante determinationē suæ voluntatis agnoscit in quā partem se flectere debeat. Neque id necessarium est, vt in illo priori dicatur se ipsum comprehendere: quoniam ad se ipsum comprehendendum satis est, quod penetrer omnia ad quæ sua potentia, suus intellectus, & sua voluntas se possunt extendere, atq; adeo sufficit, quod in sua voluntate circa quodcumque obiectum penetrer partes omnes, ad quās se potest determinare. Sicut enim ex eo, quod modo non cognoscit se habuisse multas determinationes circa varia obiecta, quas potuit habere, & si habuisset, agnosceret eas, nō desinit se ipsum comprehendere, quia cognoscit eas omnes fuisse possibiles & fuisse futuras si ipse ad eas sese voluisset determinare: sic etiam in illo priori nō desinit se ipsum comprehendere ex eo quod ante suam determinationem nō agnoscat in quā partem se debeat determinare: quia penetrat omnes, in quas potest se determinare, esseq; eas omnes in sua potestate seu arbitrio: quod vt liberum, minimeque tunc circa quodcumque obiectum creabile ad vnum determinatum agnoscat.

Præterea, vt disputatione præcedente dicebamus, non video quomodo Deus ante determinationē suæ voluntatis agnoscere possit in quā partem ea se sit determinatura, & quod postea liberē & non necessariō in eam se determinet: quoniam cognitio illa esset infallibilis, & certa, quia Dei & naturalis, vt distinguitur contra liberam, vt supra ostensum est: quoniam antecederet omnem actum liberū diuinæ voluntatis, essetque actus quo diuina voluntas veluti illuminaretur, ac duceretur ad primō volendum, qui proinde actus esse non potest imperatus à voluntate, aut liber, sed necessarius: non autem intelligo quomodo stare possit, vt vni & idem suppositum

suppositū prius cognoscat tali genere cognitionis certa & naturalis determinationē futuram suæ voluntatis, & postea liberē & nō necessariō in eam partem se determinet, ac proinde quomodo omnia necessitate naturæ non conueniant, vt à tali cognitione & determinatione voluntatis proficiantur ac pendant.

*Ad argumentum inuentū aliorum.*

Ad argumentum contrariæ opinionis dicendum est, vt diuina voluntas quasi ducatur à diuino intellectu, & à rationibus idealibus ad volendum, necesse non esse vel ideas representare res in esse futuro, vel notitiam diuini intellectus in esse futuro eas agnosceret: sed satis esse si in esse possibili & quo ad modū quo fieri possunt ideas illas representent, & notitia intellectus eas agnoscat: vnde negandum est aliter res futuras splendere aut representari in diuinis ideis, vel cognosci à diuina scientia in illo priori. Ad id verō quod de comprehensione illius decreti in illo priori, & de comprehensione, vniuersalitate, & perfectione diuinæ scientiæ in eodem priori, subiungitur, dicendum est: Vt aliquid comprehendatur, necesse non esse vt cognoscatur esse futurum: sic enim Deus non comprehenderet res quæ nunquam erunt; sed satis esse, si cognoscantur omnes modi possibiles illius: id quod de suo libero decreto cognoscit Deus in illo priori: cognoscit namque totam vim, entitatem, & perfectionem illius, omnesque modos quibus potest illud determinare, agnoscedo singulos futuros, aut non futuros in eodē nunc aternitatis, prout posterius nostro intelligendi modo cum fundamento in re, voluerit eos determinare, aut non determinare, quod satis est ad comprehensionē illius: præsertim pro illo statu, in quo consideratur prius nostro intelligendi modo, quādam decretum illud ad intrā in Deo emanet. Sicut enim nullum est absurdum, quod Deus vt in illo priori nostro modo intelligendi spectatur, nondum intelligatur habere decretum ipsum actiue sitū voluntatis, non solum prout habet rationem liberi, sed etiam vt habet rationē naturalis, quo se ipsum diligit: sic maiori cum ratione nullū est absurdum, quod sua scientia nō intelligatur tunc habere rationem liberæ cognitionis: sicut in quā partem decretum illud liberē se determinabit, sed solum in quas partes se possit liberē determinare: maximē cum, quod decretum illud se sit determinaturum in hac partem, aut illam, solum addat supra se ipsum respe-

ctum rationis, vt ex discendis in progressu huius primæ partis patebit, qui etiam respectus tunc cognoscitur in ratione possibilis & futuri, non simpliciter, sed si in eam partem se velit voluntas determinare. Quo loco obserua, prioritas ē nō solum modo intelligendi cum fundamento in re, de qua est sermo, non esse prioritatem, quasi detur instans vel naturæ vel temporis, in quo sit vnum, & non sit aliud, vt vult Scotus, falliturq; esse in progressu huius primæ partis ostenditur: sed solum in eo esse positam, quod propter dependentiam actus voluntatis à notitia intellectus, & non è contrario, concipitur vnum à nobis tanquam præsuppositum, quando nondum concipitur aliud, cum tamen in re sint semper coniuncta, imō actus intellectus diuini & voluntatis ceteraq; attributa de Trinitate dicuntur. Quare sicut ex eo, quod attributa à nobis concipiuntur vnum præcisè ab alio, nequaquam vnum caret in re perfectione alterius: sic in re proposita ex eo, quod scientia diuina, vt prærequisita est ad actum voluntatis, concipitur à nobis, vt nondum habens adiunctam notitiā determinationis eiusdem actus, non proinde in re est aliquando sine ea notitia, quasi in re aliquando detur in Deo scientia naturalis, quin simul habeat adiunctam rationem scientiæ liberæ.

Illud addendū est, vt integrè argumentum satisfiat: scientiam diuinam nō esse magis vniuersalem aut magis perfectam ex eo, quod per eam cognoscatur aliquid futurum: alioquin aliqua perfectio deesset Deo, aut vniuersalitas ipsius scientiæ ex eo, quod multa non sint futura, quæ statuerē potuit vt essent, & si statuisset, cognosceret modō esse futura; cum tamen modō futura ea non agnoscat. Quia ergo Deus ea, quæ non sunt futura, cognoscit vt possibilia esse & vt futura, si ea ipse statuerē voluisset, vt essent; neque maior aut distincta perfectio est in Deo, cognoscere aliquid vt futurum quā vt possibile & futurum, si ipse statuerē id velit, aut voluisset: inde efficitur, vt siue Deus cognoscat aliquid futurum absolute, siue non, sed possibile ac futurum ex hypothesi, non minor perfectio & vniuersalitas sit in sua scientia. Adde, semper diuinam scientiam naturalem habere in re adiunctam scientiam liberam, vt dictum est: ramescē à nobis vna concipi possit autē aliā & sine aliā,

## Membrum secundum.

## Præcedens sententia impugnatur.



Veriores sententia membro præcedente relaxat, neque possunt, neque videntur negare scientiam Dei mediam per comparationem ad actus arbitrii creati malos moraliter.

**P**eccatum In primis, quia comparatione eorum non constituitur concursus Dei efficacem, sed, quod sequitur, merito tribuitur determinationi influentique proprio liberi arbitrii ipsius, quo sua libertate concursus Dei generalem, ex se indifferenciam, ut illi, aut alij longè diuersi sequantur, ad eos actus determinat: eaque de causâ peccata, etiam materialiter sumpta, non Deo concursu generali influenti, sed ipsi arbitrio tanquam propriæ & particulari eorum causæ nobiscum tribuunt, ut ex his quæ membro præcedente & disputatione 27. retulimus, est manifestum. Imò verò ad actus malos moraliter non constituitur concursus generalem Dei in causam, quo eam moueat & applicet ad operandum, sed solum concursus generalem cum causâ immediatum in effectum, ut disputatione 7. retulimus est.

Deinde, quia comparatione eorundem actuum non constituitur Dei præfinitiones, ut membro præcedenti visum est, eò quod Deus non determinat ad eos actus arbitrii creatum, sed ipsum sua libertate & nequitia ad eos se determinat.

Tertio, quoniam testimonia Sanctorum, quibus disputatione præcedente confirmauimus scientiam mediam, dum docent, non ideo actus arbitrii nostri futuros fuisse, quia Deus præfinit eos futuros, sed è contrarij, quia futuri erant pro arbitrii libertate, idcirco Deum eos præfinitisse; exponunt hi auctores de actibus peccatorum, de quibus solis id verum esse cõsent, eò quod Deus illos non prædefiniat, neque ad eos moueat & determinet arbitrii: secus autè de actibus arbitrii non malis, qui idcirco, inquitur, sunt, quia præfinitur à Deo, ex solaque ea præfinitione certò sit eos esse futuros, non verò ex media aliqua scientia, quæ ex hypothesi quod arbitrium creetur & collocetur in aliquo ordine rerum & circumstantiarum abique alia præfinitione, aliter

dine diuini intellectus certò futuri prænoscentur.

Quia ergo scientia, qua Deus præuidit, quæ peccata per quodcumque arbitrium creatum sunt futura, certa est; neque certitudinem illius referre hi auctores possunt in præfinitionem diuinæ voluntatis ac determinationem, quæ arbitrium creatum ad actus malos determinet, ut ex iis, quæ ex ipsorum sententia relata sunt, constat, neque sit aliud, in quod reduci possit, præter certitudinem scientiæ mediæ, qua altitudine sui intellectus, eminentissimamque cõprehensionem arbitrii creati in sua essentia, certò id, quod in se erat incertum & contingens in vtriusque parte, cognouit, nepe in quâ parte arbitrium pro sua libertate se esset futurum, ex hypothesi quod in hoc vel illo ordine rerum & circumstantiarum collocaretur, sciturus contrarij, si, ut potest, cõtinere deberet cõsensum in peccatum, aut dissensum esset eliciturus: consequens profectò est, ut circa actus peccatorum videantur eam admittere, idque attestatur multa, quæ, quando de actibus peccatorum sermo est, docent.

Nisi fortè cum iis, quos disp. 50. impugnauimus, certitudinè scientiæ, qua Deus scit quæ peccata sint futura, reducere velint in certitudinè & infallibilitatè, quod voluntas creata eo ipso circa materiam cuiuscunque virtutis peccat, quod efficaciter à diuina voluntate non determinetur ad bene operandi, quasi in prædefinitioe ad quos actus non malos liberum arbitrium creatum cõcursum aut auxilio ex sua natura efficaci determinetur, certò, certitudine quæ ex ipsomet obiecto proueniat, conspiciat Deus, tū qui actus non mali sunt futuri, tum etiâ quæ peccata & qua intensione aut remissione elicitæ, & in quo tẽporis pũcto cum ceteris circumstantiis, tam per cõmissionem, quam per omissionem sint futura: quasi voluntas eo ipso non possit ea cõtinere, sed ex se, posita ea præfinitione circa solos actus non malos, determinata sit ad ea omnia eo pacto contra rectam rationem & legem Dei committenda ac omittenda: & quasi ea sit conditio in istaque natura cuiuscunque arbitrii creati, siue illud Angelicum sit, siue humanum, ut in quocunque tẽporis momento, & in quocunque rerum ordine

sub

sub quibuscunque circumstantiis collocetur, etiam si in gratiagram faciente sit, ut in statu, in quo Angeli & primi parentes ante peccatum fuere, ea omnia contra rectam rationem & legem Dei tunc committat & omittat; & quàm maxima intentione poterit ea cõmittat, quæ tunc committere & omittere possit, nisi à Deo per determinationem efficaci concursu ad actus non malos inde retraheret ac retrahatur: ita ut dicendum sit, arbitrium omne creatum sponte quidem ac naturæ necessitate ferri in ea omnia peccata quæ valet committere, eatenusque solum in ea non incidere, quatenus auxilio efficaci ad actus non malos eliciendos, consequenter retrahitur & cohibetur à peccatis committendis. Hæc quippe omnia necessaria sunt ad ea via tuendam certitudinè in scientia Dei circa peccata futura. Si namque liberum arbitrium sua innata propensione non fertur naturæ necessitate in genus omne peccati, quod in quocunque instanti, & sub quibuscunque circumstantiis potest committere aut omittere, sed integrum illi est ab aliquo se cõtinere, aut remissis vel intensis peccati actum elicere, aut quantum aliam circumstantiâ variare, certè Deus ea sola via non cognosceret certò & infallibiliter quæ peccata & qualia ac quantæ culpæ sint futura, ut ex se est notissimum. Lege quæ disput. 50. aduersus hanc viam obieciimus. Certè si ex vna parte Deus omnes actus non malos arbitrii creati ex eo certò cognoscat futuros, quia in eo ordine rerum, quem creare statuit, pro sola libera sua voluntate prædefiniuit conferre ad eos concursum ex se efficacem, siue quo arbitrium non potest eos elicere, & quo posito non potest eos non elicere; ex alia verò parte idcirco certò cognoscat peccata omnia futura, quia eo ipso, quod nec plures nec alios efficaces concursus ad actus non malos conferre statuit, arbitrium ipsum certò & infallibiliter in ea incidet peccata, eo pacto & cum his circumstantiis, cum quibus decursu temporis fient, ita ut data ea præfinitione ad actus non malos, in potestate arbitrii non sit ea peccata vitare: non video qua ratione arbitrii libertas siue ad bonum, siue ad malum, siue etiâ ad actus indifferentes, possit salua consistere, & qua ratione fatalis necessitas quoad hæc omnia possit vitari, quantum ratione cetera absurda gratissima non sequatur, quæ disp. 50. ex ea sententiâ deduximus, & per consequens cur sententia, aduersus quam disputamus, error manifestus in fide non debeat

appellari. Etenim licet ratio spontanei & voluntarij salua maneat, qualem Lutherani in nostro arbitrio admittunt, & qualis in iuneto cernitur, quatenus arbitrium non inuicem consentiet & cooperabitur ad actus non malos cum concursu ex se efficaci ad ipsum suauiter mouendum, ut eos eliciat, & quatenus sua innata propensione iucidet in peccata, dum non adest cõcursum efficacem ad actus non malos, quo à peccatis retrahatur & contineatur: non video tamen quomodo in potestate ipsius situm tunc maneat, non consentire & non cooperari cum concursu efficaci ad actum non malum; quod ad rationè libertatis, ad bonum morale, ac meritum est necessarium: & quomodo absente concursu efficaci ad actum non malum, continere se possit à peccato; quod, tum ad rationem libertatis ad peccandum, tum etiam ad rationem ipsam peccati est necessarium, ac proinde contradictionem implicat, esse id tunc peccatum. Imò verò non video, quomodo peccata nostra Deo tanquam naturæ auctori non sint tribuenda, qui talem ad ea propensionem arbitrio creato contulerit. Sicut enim propter propensiones & vires, quas agentibus necessitate naturæ tribuit, actus & effectus cuiusmodi agentium Deo tribuuntur, eaq; de causâ naturæ opus à Philosophis opus intelligentiæ, ac proinde Dei, appellatur: sic actus nostrorum peccatorum Deo tanquam naturæ auctori essent tribuendi, qui eam propensionem ad peccata committenda creato arbitrio indidit. Dicere autem in sensu diuiso manere potestatem arbitrio ad non eliciendum actum non malum, & ad non peccandum, quatenus si Deus non præfinitisset conferre concursum efficacem, arbitrium non eliceret actum non malum; & si efficacem cõcursum conferret ad actum non malum, arbitrium non peccaret: sanè id non est libertatem constitutere in arbitrio creato, sed in Deo, ut arbitrium moueat aut non moueat ad actum non malum, & ut illud cohibeat aut non cohibeat à peccato; non secus ac quando iumentum in vna aut alteri parte capistro ducitur, libertas non est in iumento, sed in homine, qui illud in vnam aut alteram partem ducit, ut disput. 50. & alibi dictum est.

Quod si quis dicat, peccata omnia per arbitrium quodcumque creatum futura cognosci certò à Deo in libera determinatione sui voluntatis, quia ea permittere statuit, quoniam in sensu composito non stat, Deum statuisse permittere

Permissio peccati quid sit, et qua supponat.

tere aliquod peccatum, & illud non fore. Si quis inquam, hoc dicat, attendat, permissionem peccati, ut in progressu huius operis dicitur, supponere illud futurum esse per arbitrium creatum, si in tali ordine rerum & circumstantiarum collocetur, Deumque, praevidere futurum, nisi arbitrium maioribus aut aliis auxiliis adiuvetur, posseque illud impedire; voluntate vero permittere tale peccatum non aliud esse quam his omnibus praesuppositis non velle conferre alia auxilia, quibus impediat: itaque permissionem ipsam non esse aliud quam in tempore non alia auxilia conferre quibus impediat: id enim quis permittere dicitur, quod cum videret aliquo futurum & possit impedire, non impedit, sed sinit ut fiat. Quia ergo voluntas permitendi peccatum supponit praesentiam quod per arbitrium liberè sit futurum, nisi aliis auxiliis impediat, ratione illius praesentiae non fiat in sensu composito Deum velle illud permittere, & illud non fore.

*Certitudo divina scientiae quod arbitrium peccabit, unde pronuntiat.*

At vero inquitendum restat, de radice certitudinis illius praesentiae, quae liberam voluntatem Dei permitendi peccatum antecedit, utrum ea certitudo inde proveniat, quia arbitrium ipsum ex se est adeo propensum ad peccandum, ut nisi auxilio efficaci, quo distrahatur ad actum non malum, à peccando cohibeatur & retardetur, naturae necessitate feratur in id peccatum, atque idcirco ex natura ipsa obiecti Deus certò id scire esse futurum, ut via, quam huc vsque impugnavimus, cum aperitissima libertatis arbitrij creati cuersione comendabatur non, sed quia Deus altitudine sui intellectus eminentissimaeque arbitrij creati peneratione id supra naturam obiecti scire pro arbitrij libertate futurum, sciturus contrarium, si pro eadem arbitrij libertate contrarium, ut potest, esset futurum: quòd est scientiam mediam per comparationem ad ea contingentia futura, quae ab arbitrio creato pendent, in Deo consistere.

Quia ergo auctores, cum quibus disputamus, neque cum Lutheranis & aliis haereticis constituant praesentiones, & motiones, ac determinationes Dei, quibus obiecti còcursu arbitrium creatum ad actus peccati movetur, ac determinet, ut in illis certò cognoscere valeat, quae peccata per creatura arbitria sunt futura; neque item certitudinem eiusdem praesentiae reducere videntur in certitudinem & infallibilitatem, quòd voluntas creatura peccabit, nisi à Deo per còcursum effi-

cacem ad actus non malos à peccatis retrahatur ac cohibeatur, quasi ad peccata sit ita propensa, ut naturae necessitate in ea feratur, nisi aliunde cohibeatur; quoniam id error esset in fide; neque aliud sit, ad quòd reduci possit, quam ad certitudinem scientiae mediae, qua Deus altitudine sui intellectus, eminentissimaeque comprehensione arbitrij creati in sua essentia certò cognovit, in qua peccata pro sua libertate quòdque creatum arbitrium laboretur, ex hypothesi quòd in tali vel tali ordine rerum & circumstantiarum collocaretur, cum posset ex eadem hypothesi in ea re ipsa non labi, & si ita esset futurum, hoc, & non illud, praesentisset Deus: affirmandum sanè videtur, hos auctores non negare scientiam mediam in Deo circa peccata futura; praesentiam cum quòd de peccatis sermo incidit, còntaneè ad scientiam mediam loquantur, eaque doceant, quae sine media scientia stare non possunt, ut supra ex parte dictum est. Quauis, ut verum fatear, interdum redolere videatur opinionem, quam disputatione 50. impugnavimus, atque ad permissionem peccatorum confugiant, indeque solum certam esse velint praesentiam Dei erga peccata futura, absque vlla praevia scientia media.

Illud tamen obiter admonerem: si scientiam mediam circa peccata concedat, immeritò illam universam impugnare: Praeterea, dum de futuris contingensibus conditionatis loquuntur, & in Deo certam de illis scientiam rectè admittunt, immeritò, ut certitudinem scientiae omnium, quae commemorant, saltem, recurrunt ad Dei praesentiones quae fuissent, si conditiones adimplerentur, quasi in eis praesentionibus certò ex talibus conditionibus futura praecognoscerent. Etenim descensus Saulis in Ceilam ad Davidem capiendum ac interficiendum si David in Ceila maneret, peccatù erat lethale Saulis: traditio item Davidis innocentis, à quo vixi Ceilae tantum beneficium acceperant, similiter videbatur lethale eorum peccatum: denique peccata in quae iusti lapsuri erant, nisi morte praeriperetur, lethalia etiam erant: quae proinde omnia Deus praesentire non potuit, neque ad ea efficaciter movere & determinare arbitrium creatum, ut in talibus & ex talibus praesentionibus certò scire posset ea futura: sed illa erat certitudo scientiae mediae circa peccata, ex hypothesi quòd conditiones illae implerentur.

Membro etiam praecedente ostensum est, recursum

outum in poenitentia Tyrionum & Sidoniorum ad praesentionem per auxilium ex se efficacem, quae fuisset, si apud illos factae fuissent virtutes, quae Corozain & Bethsaida factae sunt, & non potius ad certitudinem scientiae mediae, manifestè enervatae & cuersere verba Christi. Quo fit ut universim certitudo in Deo, quòd futura essent contingentia omnia conditionata, sit certitudo scientiae mediae, non verò praesentionis, qua arbitrium creatum ad ea per concursum efficacem à Deo determinaretur, si tales conditiones futurae fuissent.

*Praesentiones ad actus non malos per concursum Dei ex se efficacem in pugnantibus.*

Ut verò ad actus liberi arbitrij non malos deveniamus, certè si sine Dei praesentione, còcursuque Dei ex se efficaci, potest creatum arbitrium exercere actus omnes peccatorum, quos re ipsa exercet, etiam in quibusdam eorum sit multum difficultatis, ut in aggreddendo hostem, & conciscendo muro, quando bellum est iniustum & multum est periculi, valdeque refugit natura, & in plenisque aliis non video cur sine eodem efficaci auxilio & praesentione, solo generali concursu immediatè in actus & effectus, quali Deus ad peccatorum actus ex sententia eorum, quibuscumque disputamus, concurrat, non possit eicere actus indifferentes, aut etiam moraliter bonos, in quibus nulla est difficultas, sed potius iucunditas ac delectatio, ut velle ire cubitum aut prandium, quando id sine peccato facit, & iucundum utrumque illi est, debitum reddere uxori, vel deambulare, aut ludere animi recreandi gratia, & pleraque alia similia facere. Ridiculus namque esset, qui id negaret: praesentiam cum Deus in natam causis secundis libertatem non restringat & coarctet, quando, quòd est faciendum, malum non est, sed potius bonum: & cum multiplicandi & augendi sine necessitate non sint concursus Dei, maxime ad ea, quae merè naturalia sunt. Mirumque sanè est, quando aliqui inter se pugnant, eos, ex quorum parte bellum est iniustum, sine praesentione & concursu Dei efficaci pugnare, eos verò, qui non illicite pugnant, ad resistendum & pugnandum egere praesentione & concursu Dei efficaci. Si ergo arbitrium creatum exercere eiusmodi actus potest sine concursu Dei ex se efficaci, & praesentione, eosque variare, quoad multas circumstantias, nempe, ut nunc penitus incipiat aut finiat, quam antea aut post, ut intensiores vel remissiores efficiantur, ut ambulatione in unam vel alteram partem, & concita-

tior aut tardior fiat, & sic de aliis circumstantiis, sanè quòd certò Deus praesentiat illos ad solvendum esse futuros, & cum his potius quam cum aliis circumstantiis, reduci non potest in certitudinem praesentionis ac determinationis arbitrij per còcursum Dei ex se efficacem, sed in certitudinem scientiae mediae, qua Deus altitudine sui intellectus certò cognovit in quam partem, & in quas circumstantias arbitrium creatum pro sua libertate se esset flexurum, ex hypothesi quòd illud creare & collocare vellet in eo ordine rerum & circumstantiarum, in quo illud collocavit, sciturus non hoc, sed longe diversum, si pro eadem arbitrij libertate, ex eadem hypothesi, diversum esset futurum.

Confirmare hoc ipsum possumus, quoniam in disputatione trigesima tertia ostendimus, unum & eundem numero actum in genere naturae hie & nunc clicium, indifferenter posse esse bonum aut malum moraliter, variata vna sola circumstantia, quae nihil facit ad diversitatem eiusdem actus in genere naturae: ut eundem numero consensum hie & nunc in còcubitu cum hac muliere esse indifferenter posse actum castitatis conjugalis, si cum ea potest aliquando contra actus matrimonij, & actum fornicationis, & peccati, si talis contractus non praecessit. Ostendimus etiam quòd influxu causae secundae & Dei productur actus ille in genere naturae, refutare, sine alio influxu Dei aut causae secundae, ratione formale in genere moris, siue illa virtus sit, siue vitij: si ergo, quando contractus matrimonij non praecessit, actus ille sine concursu efficaci Dei, quo arbitrium pramoveat & determinet, productur cum solo influxu Dei generali in eum actum, indifferenter, ut aut contractus actus sequatur, eò quòd actus ille sit peccati, sanè sine concursu efficaci Dei productur, quando praecesserat contractus matrimonij, consensuque; ille est actus castitatis conjugalis: non ergo ex praesentione & concursu efficaci certò praecognoscet Deus actum illum bonum esse futurum, sed certitudine scientiae mediae, proveniente ex altitudine & eminentia cognoscentis, qui, quòd incertum in se est, certè penetrat.

Certè mirum est, quòd praesentiones & concursus ex se efficaces ad omnes actus non malos etiam naturales ab his auctoribus extendantur. Quidam namque solum ad supernaturales actus, non quidem qui ab Angelis aut ho-

*Idem non modo actus in genere naturae in diversitate potest esse bonus aut malus moraliter.*

minibus in statu innocentie fierent, constituuntur, sed solum ad eos, qui ab hominibus naturae lapsi sunt, perperam afferentes hanc esse gratiam Christi.

Item si circa actus peccatorum auctores, cum quibus disputamus, scientiam mediam iuxta ea quae supra dicta sunt, admittant, utique cum a peccatorum actibus pendere perique, quae a principio mundi usque ad consummationem saeculi per arbitrium humanum facta sunt, & sicut, Deus non certe cognovit illa absolute futura, nisi certissime scientia media, qua praevideat ex hypothese quod talia vel talia peccata per arbitrium creaturum fierent, talia vel talia esse futura, quae alioquin non essent. Minor, nempe a peccatorum actibus pendere perique, quae per arbitrium humanum sunt, quae non essent, nisi peccatorum actus praecessissent, probatur. Nam ab Angelorum peccato pendens fuit, quod Eva tentaretur & seduceretur: si namque Angeli non peccassent, non essent daemones, qui Evam tentarent & seducerent. Item a tentatione & peccato Eve pendens fuit, quod Adamus peccato illo corruerit, quod genus humanum infectum ac perdidit. A peccato vero Adami pendens fuit, quod, amissa originali iustitia, maxima variatio tam circa peccata, quam circa bona esset in toto genere humano: item, ut longè diuersum ensium tenerent generationes hominum, neque iidem essent qui iustitiam in statu innocentiae, ut suo loco dicitur, & ut mirum in modum circumstantiae variantur, quoad locum habitationis, periodum vitae, & plerumque alia: unde pendet, quod longè diuersa atque a diuersis hominibus fiant, post lapsum generis humani usque ad consummationem saeculorum in bonum, quam in malum, quam fuissent. Item a peccatis posterorum Adami multa dependencia fuerunt, ut a peccatis Iudeorum mors Christi, redemptio generis humani, & quae illam consequuta sunt, a Tyrannorum peccatis, martyrum coronae: ab adulteriis, sacrilegiis, incestibus, & aliis fornicationibus, dependens fuit, quod si omnes generarentur, qui ex talibus fornicationibus geniti sunt, ac proinde ut fierent omnia tam bona quam mala, quae per arbitrium ita genitorum futura erant: a bellis etiam iniustis, & aliis homicidiis dependens fuit, ut non fierent omnia, quae per arbitrium sic in rectorum futura erant, sed omnia quae futura erant per arbitrium eorum, qui a sic inter-

fectis fuissent geniti: & sic de multis aliis, quae ab hominum peccatis dependencia erant, ut variantur quoad multas circumstantias, atque ut essent vel non essent. Ex praesertim namque, libris iniustis, ludis inordinatis, & aliis sceleribus, ortum saepe habet, ut multae seminae ob dotis defectum non mariterentur, aut non cum iis, cum quibus alioquin contraxissent matrimonium, & ut multi migraret de loco in locum, unde circa generationes hominum multa varietas proficiscitur, multa etiam alia ex iis & aliis similibus circumstantiis variationem accipiunt. Fit ergo, ut plerumque bona, quae per humanum arbitrium a principio mundi usque ad consummationem saeculi erant futura, certo non agnouerit Deus absolute futura, nisi dependenter a scientia media, per quam futura nouit peccata, a quibus debebant, ex hypothese quod is rerum ordo ab ipso produceretur, qui a principio productus fuit.

Verum expeditamus vniuersam praesumptionem, quales auctores, cum quibus disputamus, constituunt per concursum Dei efficacem, quo arbitrium moueat, applicet, ac determetur ad omnes suos actus non malos. Atque ut primam conscientiam argumentationem, pono: Ad rationem peccati non sufficere, si sic spontaneum, eo pacto quo belleaturum actus spontanei sunt, sed necessarium esse, ut sit liberum libertate vel contrarietatis, vel contradictionis, ut vocant, ita ut in potestate arbitrii sit, quando in illud consentit, spectatis omnibus circumstantiis tunc concurrentibus non consentire: alioquin, si illis spectatis non posset non consentire, iam tunc consentiendo non peccaret: quandoquidem nullus in eo peccato poenae est dignus, quod vitare non potest. Quod si forte in potestate ipsius fuit, remouere aliquam ex circumstantiis concurrentibus, ratione cuius in potestate ipsius iam non sit non consentire, ut si, sciens se in ebrietate solere inuicere alios, seipsum liberè inebriauit, peccauit quidem quando se inebriauit, non solum quia per intemperantiam prauiuit se vsu rationis, sed etiam peccato homicidij, ratione periculi cui se exposuit interficiendi iniuste alios: idque siue postea sequatur homicidium, siue non: at verò quando iam ebrius interfecit, non peccauit, quia in potestate ipsius non fuit iam tunc non interficere. Atque libertatem explicatam, quae docente lumine rationis ad peccati rationem omnino est necessaria, appellauit Augustinus voluntarium.

*Ad peccatum quam libertatem necessarium.*

rium, adeoque ad rationem peccati necessarium esse docuit, ut, si aliquid voluntarium non esset, continuo sine ulla controuersia peccatum non esse affirmaret.

Hoc posito, ita conficio argumentationem: Quemadmodum ad rationem peccati non sufficit actum esse spontaneum, sed necesse est ut sit ita liber, ut in potestate arbitrii sit, quando in illo consentit, spectatis omnibus circumstantiis tunc concurrentibus non consentire: ita ad rationem meriti, aut ut actus sit bonus moraliter, imò etiam ut sit liber, indifferens ad bonum & ad malum moraliter, necesse est, ut quando ab arbitrio elicitur, in potestate ipsius sit, spectatis circumstantiis omnibus tunc concurrentibus illum non elicere: haec quippe est libertas, quae appellatur contradietionis, & quam necesse est ut minimum interuenire, ut actus liber esse dicatur, etiam si solum indifferens sit ad bonum & ad malum moraliter, & sine qua nec boni moraliter, nec meritorij rationem habere potest, ut Catholici omnes admittunt: imò ratione cuius domini sumus nostrorum actuum, & digni pro eis, si meritorij sint, praemio, laude, atque honore illo sempiterno, quo aeternus Pater honorificabit eos, qui Christo in hac uita ministrauerint, sine ulla intermissione in aeternum coram omnibus beatis actu suae voluntatis, iudicioque sui intellectus obsequia praestiterint, quae in ipsorum firum erat potestate non praestare: imò verò haec est libertas, a qua arbitrium nostrum liberum nuncupatur, & disputat. 23. explicatum est: quando autem nostri actus eiusmodi carent libertate, licet spontanei sint naturales tamen & non liberi nuncupantur, ut Catholici omnes consentiunt. Nunc vero post tam longam & tam late explicatam ac comprobatam maiorem, hanc subsumamus minorem: sed si Deus ita praesumit omnes actus non malos arbitrii creati, ut ad eos mouere & determinare statuerit arbitrium per concursum ex se efficacem, sine quo arbitrium non potest illos elicere, & quo posito non potest eos non elicere, manifeste perit arbitrii libertas, explicata ad eos omnes actus: ergo periculosa est ea opinio ut fide, ne manifestum errorem eam appellem. Minor probatur, quia in instanti in quo illos elicit, non potest eos non elicere: alioquin concursus quo arbitrium ad eos moueretur, non esset ex

se efficax, sed quod efficax esset, aut non esset, penderet ex eo, quod arbitrium tunc consentiret & cooperari cum eo concursu uellet aut non uellet, ac proinde periret praesumptio, quae hi auctores inuicere conantur, & cum illa certitudo ex capite praesumptionis in diuina scientia, quod eiusmodi contingentia absolute essent futura, neque aliud caput certitudinis relinquere, quam certitudo mediae scientiae, quae illam aliam absolutam antecedit, qua eminentia & similitudine sui intellectus prauidit Deus ex hypothese quod ex sua parte collocare uellet tale arbitrium in eo ordine rerum, circumstantiarum, & auxiliorum, in quam partem pro sua libertate se esset flexurum, cum posset in oppositam, & si in eam se esset flexurum, id Deus praesumisset, & non illud aliud.

Neque in re proposita relinquitur recursus ad aliquam circumstantiam, quae per creatum arbitrium potuerit non adesse, & ratione cuius impotens factum sit ad non eliciendum eum actum, ut de eo, qui ebrius interfecit, supra dicebamus: tum quia motus per concursum Dei efficacem, ratione cuius impotens, ex horum auctorum sententia, efficitur ad non cooperandum, & non consentiendum, non pendet ab arbitrio creato ex eorundem auctorum sententia, sed a sola libera voluntate Dei, qua uoluit eum conferre: tum etiam, quia meritum tunc aut libertas non esset, quando elicitur actus arbitrii non malus, aut meritorius, sed fuisset quando dependenter ab arbitrio creato, quod circumstantiam illam potuit non ponere, fuisset apposta.

Neque item in re proposita locum habet recursus ad sensum diuisum, in quo hi auctores dicunt posse arbitrium non elicere eum actum, idque satis esse ut liber sit & meritorius: quoniam in re proposita non aliter intelligere possunt sensum diuisum, quae quod si Deus ex aeternitate non statuerit mouere arbitrium concursu ex se efficaci, & in tempore, quando actus elicitur, non moueret illud eodem efficaci concursu, posset tunc non elicere eum actum. Veruntamen tunc ita posset illum non elicere, ut, ex ipsorummet sententia, non posset eum elicere, quoniam sine concursu efficaci assensu, non posse illum elicere, atque ita nunquam dant euentum aut instans in quo, positis circumstantiis omnibus tunc concurrentibus, in arbitrii potestate sit indifferenter elicere aut non elicere

eum actum, quod tamen necessarium est ut liber sit & meritorius, vt explicatum est. Neque talis sensus diuisus & compositus libertatem defendit in arbitrio ipso creato, ita vt in potestate ipsius solum indifferenter sit elicere aut non elicere eum actum, sed solum defendit libertatem in Deo, qua indifferenter & conferre arbitrio possit concursum efficacem, quo ita actum eliciet, vt integrum ei non relinquatur eum non elicere, & etiam possit eundem concursum efficacem ei non conferre, quo daret, ita arbitrium non eliciet actum, vt integrum illi non relinquatur eum elicere. Quod si id ad arbitrij libertatem esset satis, profecto in brutis esset arbitrij libertas: quoniam indifferenter potest Deus conferre illis & non conferre concursum efficacem ad suos spontaneos actus, & quando eis confert, & eliciunt actum, similiter in sensu diuiso, si illum eis non conferret, possent non elicere tale actum, & quando eis illum non confert, actumque non eliciunt, in sensu simpliciter diuiso, possent actum elicere, si ad eum eliciendum concursum efficacem eis conferret. Vt vero locum habeat talis sensus diuisus & compositus, qui libertatem arbitrij non destituat, opus est, vt arbitrium ipsum in se potens reuera sit elicere aut non elicere actum, etiam existente eo, cum quo non coheret altera pars contradictionis, ac proinde eum quo est impossibilis in sensu composito, quia videlicet idcirco illud præexistit, quia pro arbitrij libertate non existet ea pars contradictionis, cum qua non coheret: si autem futura esset, vt illo nihil impediendo potest, nunquam illud aliud existisset, vt de scientia Dei, comparatione contingentium que à nostro arbitrio pendent, disput. præcedente est explanatum.

Solent auctores, cum quibus disputamus, quando argumentis pressi facile inueniant arbitrij libertatem datis eorum præfinitionibus minimè defendi, confugere ad mentis unitatem in re, de qua disputamus, ignoratiam anchoram, dicentes melius esse cum Caietana cõfiteri nos ignorare quo pacto arbitrii libertas cum præscientia, prouidentia, prædestinatione, & reprobatione consistat, quam præfinitiones negare. Verum tamen, cum ex vna parte præfinitiones, quales ab ipsis confinguntur, neque in scripturis sacris aut traditionibus, neque concilijs aut sanctis Patribus fundamentum vllum habeant, quin potius arbitrij libertatem manifestè euer-

tant scripturis, Ecclesiæque definitionibus repugnent, & à paucissimis Scholasticis sint asseratæ, imò sub eo nomine ante triginta annos sunt inter Catholicos inauditæ; ex alia verò parte, si de præscientia, prouidentia, prædestinatione, & reprobatione sine eiusmodi præfinitionibus sincerè loquamur, libertas arbitrij cum illis optimè cohercat, non est profecto cur viri Catholici in tanta luce cum non paruo nostro dedecore, minorique de fidei dogmatibus apud infideles existimatione, ad ignorantiam confugamus: præsertim cum neque sancti Patres, neque D. Thom. aliique inter Scholasticos proceres, ad tale confugiant asylum.

Auctores præterea, cum quibus disputamus, vt in suis persistant præfinitionibus, libertatem explicatam, quam de fide esse constat, lateque id disput. 23. est demonstratum, per contemptum, nescio quam libertatem appellanti id vero quam tutum, & quanta cum reuerentia ad ea que fides docet, fuerit dictum, aliorum sit iudicium.

Parum pendit etiam, quod tam dilucidè cum præscientia, prouidentia, prædestinatione, & reprobatione libertas eadem ex capite certitudinis scientiæ mediæ à nobis fuerit conciliata; imò inde relictiendam sentent mediam scientiam, quod tam facile ac dilucidè ex eo capite omnia consentiunt eum tamen sancti Patres tam opere in illis conciliandis laborauerint, semperque exactam libertatis arbitrij cum illis quaerunt, & cum diuina gratia conciliatiorem, tanquam vnum è difficillimis existimauerint. At profectò cum verum vero consonet, à falso autem citò discrepet verum, quod tam facile ac perspicuè illa quatuor ex capite præscientiæ mediæ cum arbitrij libertate cohercant, signum est manifestum nos integram legitimamque rationem conciliandi ea omnia tradidisse. Quod si à fidei de ymatibus à sanctorum Patrum, Doctorumque Catholicorum intento, aut ab eorundem indubitatis sententijs, vel tantillum in nostra hac via ea omnia conciliandi discreparemus, iure sanè suspecta haberi possent. Ceterum quod in labores eorum introeuntes, totque concertationibus & egregijs aliorum dictis atque inuentis illustrati, dilucidius aliquantulum radicè attingerimus, vnde hæc omnia consentiant, & vnde difficultates omnes facile enodantur, atque à triginta annis in priuatis & publicis disputationibus, à viginti verò in multis ad primam partem

*Media scientia non ideo ratiocinanda, quia aliter dicitur libertas arbitrij cum reliquis illa concilietur.*

commentarijs eam sub nomine scientiæ naturæ idcirco tradiderimus, quod libera in Deo non sit, omnemque diuinæ voluntatis liberum actum antecedit, nouissimè autem exactius quam vquam antea sub nomine scientiæ mediæ eandem in hac nostra docuerimus Concordia; nemmo sanè potest id nobis vitio vertere, præsertim cum sancti Patres, quamuis neque distinctione scientiæ liberæ, & naturalis in Deo, quod recorder, sub eis verbis fuerint vsi, neque item scientiæ mediæ inter liberam & merè naturalem, vnanimi tamen consensu docuerint, ea contingentia futura, que à nostro arbitrio pendent, non idcirco futura esse, quia à Deo futura præsciuntur, sed idcirco Deum, quia Deus est, hoc est altitudine sui intellectus supra illorum naturam illa futura cognouisse, quia ita pro arbitrij libertate erant futura, vt disputatione præcedente à nobis relatu est: & cum iidem etiam Patres ex hoc ipso capite vnanimi consensu nostri arbitrij libertatem cum diuina præscientia coherere docuerint, si tam quæ disp. præcedente quam que disputatione 23. & alibi ex ipsismet Patribus relata sunt, cõsulas; quæ planè non aliud sunt, quam scientiam mediam si non nostris verbis, re tamen ipsa asserant.

Neque satisfacit auctorum, cum quibus disputamus, responsio, nempe ea testimonia intelligenda solum esse de actibus peccatorum arbitrij creati, non verò de actibus eiusdem arbitrij non malis. Imprimis, quoniam, si comparatione actuum peccatorum creati arbitrij admittenda est scientia media in Deo, nisi asserere velint arbitrium naturæ necessitate ferri in peccata, eiusdemque arbitrij libertatem, vt supra dictum est, funditus euertere velint; cur eandem mediam scientiam, quam in Deo semel admittunt, non extendunt, vt sit etiam comparatione omnium, quæ ita liberè ab eodem arbitrio producuntur, vt in ipsius situm sit potestate ea non producere? quandoquidem non aliter hæc etiam in eo saluari potest libertas, vt ratione paulò antea facta ostensum est. Deinde, quoniam dum sancti Patres ita loquuntur non solum illis est in genere de futuris contingentibus (vt auctores, cum quibus disputamus admittunt) tametsi exempla idcirco adhibeant in peccatis, quia series orationis id postulabat, & quia facilius id in peccatis, quam in cæteris actibus, intelligitur & explanatur, sed

etiam sermo illis interdum est de actibus bonis & meritorijs. Iustinus namque Martyr in testimonio disp. præcedente relato, de futuris contingentibus in genere appetere loquitur. Idem facit in testimonio disp. 23. relatis, vbi de actibus etiam bonis expressè illi est sermo: & in responsionibus ad Christianos de quibusdam questionibus necessarijs, in responsione ad octauam questionem, inter alia sic dicit: Non igitur causa est Deus virtutis nostræ aut vitij, sed propositum nostrum & voluntas, vt ibidem à nobis relatum est. Vbi vides, quatenus virtutum actus ab arbitrio nostro liberè pendent, Iustinum Martyrem eos referre in arbitrium ipsum tanquam in causam liberam, que producere & non producere eos potuit, non verò in prænotionem diuinam, qua præcogniti sunt futuri. Origenes etiam testimonio disp. præcedente relato perspicuè loquitur de futuris contingentibus, vt se diffundunt ad actus malos & bonos ac meritorios; & sub finem ait: Vt autem scias, non in præscientia Dei vnicuique salutis causam poni, sed in proposito & actibus suis, vide Paulū, & c. Sanè propositum seu arbitrium non est causa salutis nisi per actus bonos, de quorum numero sunt, macerare corpus, & subicere illud seruituti, qui ab Origene ibi ex Paulo commemoratur. In genere item loquitur Origenes in alijs testimonijs disputat. 23. relatis, atque æquè de virtutibus & vitijs exempla ponit, quod in arbitrij sint potestate. Testimonium Damasceni disp. præcedente relatum, licet solum sit de diaboli peccato, idem tamen esse dicturum de actibus arbitrij bonis, satis constat ex alijs eiusdem Patris testimonijs disp. 23. relatis. Chrysostomi testimonium quamuis de peccatis loquatur, ex eodem tamen testimonio & ex alijs eiusdem Patris que disp. 3. membro 4. retulimus, liquet idem dicturum de actibus virtutum, necum de indifferentibus. Hieronymus verò in 2. & 3. testimonijs disp. præcedente relatis, in genere profectò loquitur, idemque constat ipsum sensisse de actibus virtutum ex alijs eiusdem testimonijs, que disp. 3. membro 4. citauimus. Cyrillus quoque Alexandrinus in genere etiam loquitur testimonio disp. præcedente relato, idemque sensisse de actibus virtutum & vitiorum, ex his, que membro 4. citato ex eodem Patre retulimus, manifestum est. Idem præterea sensisse Augustinum de actibus virtutum & vitiorum, perspicuum est ex



testimoniis disp. præcedente relatis. Nam eodem modo loquitur de præscientia consensuum in peccato, & de præscientia dissentium, qui actus est bonus. Et in illo egregio testimonio ex 3. de libero arbitrio cap. 4. ubi ex eodem capite quo nos, cõciliat arbitrij libertatẽ cum præscientia, eodẽ sanẽ modo eã cõciliat, quando actus, qui præscitur futurus, bonus est. & quãdo est malus. Unde tandem concludit: Si propterea nõ debet retribuere supplicij peccãtibus, qui præquidit peccaturos; nec recte faciẽtibus debet præmia retribuere, quia recte facturos nihilominus prævidit. Idẽ etiam liquet ex aliis testimoniis eiusdem Patris, quæ in membr. 4. citato & aliis sæpe retulimus. Idem constat ex cæteris aliorum Patrum testimoniis, quibus arbitrij libertatem tam ad bonum quãdam ad malum memb. 4. citato latẽ confirmauimus, si singula expendantur.

*Prædestinatio nõ fuit ex prævisione consensuum auxiliã ex se efficiãtia.*

Nunc ad id, unde digressi sumus, redeamus, hancq; secundã cõficiamus argumentationem, ad prævisiones, quales cõsurgunt, excludẽdas. Si ante prædestinationẽ præcessit electio quorũdam ad beatitudinem voluntate Dei absoluta & efficacĩ ante vllam prævisionem mediõrũ, vñ. quæ liberi arbitrij, etiam ex hypothesi futuri, itemq; reiectio cæterorum voluntate similiter efficacĩ; prædestinatio verõ ad alteram posita fuit in prævisione conferendi eis auxiliã efficacĩ, quibus ita arbitria eorum determinarentur, vt certõ certitudine prouenirent, ex qualitate auxiliõrum, exequerentur opera, in eisq; perseverarent, quibus tales adulti ad vitam æternam deuenirent, cæteri verõ, quibus Deus similia auxiliã conferre non statuit, eo ipso extra numerum manserunt prædestinatorum: imprimis sequeretur in facultate arbitrij adulti prædestinati non esse relicto desistere à beatitudine, neq; item à singulis modis in particulari, per quos ad illam deueniret, quod non dubito errorem esse in fide.

Perit namq; arbitrij libertas in prædestinato cõparatione mediõrũ ad beatitudinẽ, & per cõsequens ratio propiorum meritorum, per quã in illam tendat, quæ ad eam deueniat: quod constat esse hæreticum. Sequela verõ præsterquia si sumpto quocunq; medio in singulari, per quod vel tanquam per dispositionem proximam aut remotam ad gratiam, vel tanquam per meritum vix æternũ aut augmentũ gratiæ deuenitur sit in vitam æternam, dicas in facultate arbitrij talis prædestinatio sibi reipã esse, vel in illud non

consentire, vel illud impedire per peccatum præcedens, aut destrucere per peccatum sequens, ita vt per illud ad vitam æternam non deueniat: sequitur auxiliã, quæ Deus illi præparauit, conferreque statuit, nõ esse ex se efficacĩã vt medium illud sit & perseueret vsq; ad finem vitæ, vt intendebas & asserebas, sed quod efficaciã ad vtrũque sint, pendere ab arbitrio consentire volente aut non volente, itẽque labi volente aut nõ volente in peccatum: sequitur præterea ex sola prævisione Dei conferendi ex parte sua ea auxiliã, nõ esse certũ ea media esse futura, sed quod certõ futura sint, pendere simul à præscientia media, qua altitudine sui intellectus prævidit ex hypothesi quod ea auxiliã præbere statueret, quid futurum esset pro talis arbitrij libertate; cũ tamen potuerit contrarium esse, & si esset futurum, id Deus præsciuisset, & nõ illud abudũ, vñ verõ contrarium tuis prævisionibus intendis atque affirmas: vel ergo dicitur esse certitudinem mediõrum prædestinationis non esse ex sola prævisione & qualitate auxiliõrum, sed pendere à certitudine scientiæ mediæ, vel daturus es in prædestinato non esse libertatẽ, vt à beatitudine & à mediis, per quẽ in illam deueniet, possit desistere. Neque recurrit ad sensum diuisum, quod scilicet ad eam libertatem satis sit desistere posse in eueũ quo Deus non statuisset talia auxiliã ei conferre, locũ in te proposita habet, vt ratione præcedente satis perspicuẽ à nobis ostẽsum est.

Deinde ex eadem ratione prædestinationis ac prævisionum sequeretur, in potestate eorum adulõrum, qui prædestinati non sunt, itũ non esse peruenire ad beatitudinem, neque exequi quocunq; eorum honorum quæ ad beatitudinẽ sunt necessaria, & reipã executari nõ sunt, imò neque exequi quemcunq; actum non malum, seu indifferẽtem, quem executori nõ sunt, vnde vltimus sequeretur circa peccata, quæ committent, non habere libertatem contrarietatis, sed solum contradictionis, nempe ad non consentiendum in illis, non verõ ad dissentiendum & repugnandum: hæc autem quis dubitat errorem continere in fide?

Sequela probatur, quoniam ex sententia eorum, cum quibus disputamus, nullus ex eis, qui prædestinati non sunt, exequi potest actum ad beatitudinem necessariũ, quem non est executorius, sine efficacĩ auxiliõ Dei; neque itẽ actum alium quemcunq; non malum, quem similiter

non

non est executorius, sine concursu Dei ex se efficacĩ: sed data ea ratione prædestinationis ac prævisionum, Deus statuit nulli eorum cõterre ad eos actus talia auxiliã aut concursus: ergo in nullis eorum arbitrio & potestate sicuti relictũ exercere aliquem eiusmodi actũ, quos non exercebũt, atque adeo neque relinquũt in eorum potestate peruenire ad beatitudinem; quandoquidem sine talibus actibus ad eam neque deuenient, nec possunt deuenire: cũ autem dissentire & repugnare peccato non solum sit actus arbitrij non malus, sed etiam sit actus bonus moraliter, sanẽ quando consentiunt in peccatis, integrum illis, iuxta eorundem auctõrum sententiam, relicto non fuit, ab eis dissentire: quoniam sine concursu Dei efficacĩ dissentire non potuerunt; si autem illud habuissent, re ipsa dissentirent, & nõ peccatẽ, alioquin nõ esset concursus efficacĩ. Quare ex ratione prædestinationis & prævisionum quas hi auctõres inueherunt defendereq; conantur, illa omnia, quæ dicta sunt, manifestẽ sequuntur.

Imò similiter sequitur, Deum non reliquisse in arbitrio & potestate prædestinatorum exercere plures aut alios actus non malos aut meritorios quos exercebunt, neque item libertatem cõtrarietatis ad dissentiendum & repugnandum peccatis in quæ incident, sed solum libertatem contradictionis: quoniam ad eos omnes actus non statuit illis conferre concursum ex se efficacem, sine quo non possunt illos elicere, & cum quo non possunt eos nõ elicere. Imò verõ, data ea sententia, locus apertissimẽ datur errori illõrum monachõrum qui dicebant, neminem corripendum esse, quod non operetur bonum, sed orandum esse Deum, vt illi largiatur gratiam, auxiliũq; efficacĩ, quo bene operetur; de quo errore disputatione i. dictum est. Neque auctõres, cum quibus disputamus, satisfaciunt, si dicant; per non prædestinatos stare, qui non se disponunt, vt recipiant concursum Dei efficacem, cum quo eos actus exercere valerẽt, quibus beatitudinem assequeretur, & quibus dissentire ac repugnare possent peccatis in quæ incident; Deũ autẽ semper esse paratũ illos adiuuare efficaciter, si per ipsos non stent. Non inquam, si hoc dicant, satisfaciunt. Primõ, quoniam ex ipsõrum sententia Deus, sine vlla prævisione aut ratione habita dispositionis aut vñs liberi arbitrij futuri, ex æternitate statuit seu prædestinat, his ad hæc

in particulari opitulari concursu ex se efficacĩ: illis verõ non item: quare, ex ipsõrum sententia, non reliquit id dependens ab arbitrio creato, à liberãne in vitæ vniuersam partem eiudem arbitrij dispositione, nisi sibi ipsis repugnare hi ac cõterres velint. Secundõ, quoniam cuiusmodi dispositio intelligi nequit, nisi per alquem actum seu cooperationem liberi arbitrij: hanc autem, ex ipsõrum sententia, non potest arbitrium habere sine præuio auxiliõ seu concursu Dei efficacĩ, quo præsentem non potest non elici, & quo absente elici non potest. Tertiõ, quoniam quidquid tandem sit ea dispositio, etiam si sit non consentire in peccato, nullum omnino eliciendum actum, sed se continendo & habendo negatiuẽ, sanẽ, si ab ea pendet quod concursus Dei efficacĩ conferatur aut non conferatur, tunc quemadmodum sine scientia media certum esse non potest, num ea dispositio futura sit, aut non sit per arbitriũ creatum, ita, quod talis concursus efficacĩ sit conferendus, & quod Deus illum conferre præstiterit, pendens quoque fuit à certitudine scientiæ mediæ antecedentis cum prævisionem, & sine qua præfinitio ea non fuisset: atque ita incidunt hi auctõres in scientiam mediã, quam in Deo negant, tantopereque refugiant, tenent quæ concedere, prædestinationem & reprobationem factam non fuisse sine præuia scientia mediã eius, quod tanquam dispositionem ipsi constituunt ad concursus Dei efficacĩ.

Certẽ si is fuit modus prædestinãdi quosdam adultos, non item alios, qui ex horũ auctõrum sententia iuxta suas prævisiones relatus est, non video qua ratione vtrum sit, Deum velle omnes homines saluos fieri si per ipsos nõ steterit, omnesq; vniuersim verẽ, & non fictẽ, in vitam æternam à Deo creatos esse: neque video, cur Deus in illẽ de non prædestinatis possit conqueri, quod piẽ & sanctẽ non viuant, vitamq; æternam non assequatur: imò neque video quo pacto verum sit, Deum possuisse homines in manu consilij sui, vt ad quod voluerit porrigant dexteram: quin potius, datõ eo prædestinationis ac prævisionũ modo, perit arbitrij creati libertas, multũq; Dei causã, iustitiã, ac bonitã erga reprobos, obtinebre scire ac obscuretur. Quare neq; pia, neque vlla ratione tuta est in fide ea opinio.

Hanc quoq; tertiam cõficiamus rationẽ. Auxiliã, quibus ad iustificationẽ à Deo adiuuantur, ex se & ex natura sua non habent quod efficacĩ

sunt, sed id pendet ex libero consensu arbitrij, quæ nihil illis impediētibus, potest nō adhibere; imō quando consentit, potest dissentire, vt Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 5. & can. 4. aperte docuit, fufcque satis, tum alibi, tum præcipue disputat. 40. & in Appendice, in responsione ad tertiam objectionem, à nobis ostensum est: itæque, quando auxiliis gratiæ consentit, potest intensius aut remissius, maiorique vel minori conatu pro sua libertate cooperari, & consentire, ac proinde potest intensiorem aut remissiozem actum elicere, vt disputatione 39. probatum est: ergo multo magis vtrumque, est concedendum de concursu, quo Deus ad actus naturales liberi arbitrij nō malos concurrat, nempe non esse efficacem ex se, sed, nihil illo impediēte, posse arbitriū, quantum consentit, eosque actus elicere, non consentire, neque eos actus elicere, vt sua innata libertas Dei concursu & adiutorio ab arbitrio nō auferatur, itæque quādo actus elicit, posse maiori vel minori conatu in eos influere, intensioresque proinde aut remissiores pro sua libertate illos producere, vt Doctores omnes de actibus naturalibus liberi arbitrij consensit: quare per se præfinitiones quales auctores contrariæ sententiæ introducere conantur per concursum Dei ex se efficacem ad omnes, actus liberi arbitrij nō malos, imō periculosissimæ sunt in fide, vnaque cum illis perit ea certitudo diuinæ præscientiæ circa contingentia futura pendētia ab arbitrio creato, quæ solis præfinitionibus ignitur, recurrenti que necessario est ad certitudinem scientiæ mediæ, quia Deus altitudine sui intellectus, eminentissimæque penetratione arbitrij creati, certō supra naturam obiecti cognouit in quam partem, quantaque intensione se esse flexurum, ex hypothesi quod illis auxiliis in tali rerum & circumstantiarum ordine adiuuaretur.

Hæc ratio ad homines efficaciter, meo iudicio, ex definitionibus Concilij Tridentini citatis confirmatur: quoniam neque negant, nec negare possunt Concilium ibi definire arbitrium nostrum, gratia præueniente motum & excitatum, ita elicere posse aliquem consensum, quo gratiæ illi consentiat; vt quando illum elicit, possit eundem non elicere, imō etiam possit dis-

sentire tunc, si velit, sed dicunt, consensum illum antecedere conuersionem ad quam necessarium affirmant auxilium aliud efficacæ gratiæ coadiuantis, præuenienti gratiæ superadditum, quo conuersio peragatur. Hinc verò sic conficio argumentum: Consensus ille prior est actus liberi arbitrij non malus; quandoquidem consentire ita gratiæ præuenienti, malum non est; ergo datur actus liberi arbitrij non malus, ita sine concursu efficaci elicitus, vt, quando elicitus fuit, potuerit non elici, imō potuerit elici contrarius dissensus: hinc ergo non præcognouit Deus certō in sola præfinitione, qua illum concursu efficaci præfinitur, sed quia altitudine sui intellectus per scientiam mediā penetrauit, in quam partem arbitrium se esse flexurum, ex hypothesi quod gratia præueniente illud eo pacto præmouere & excitare vellet: ac proinde falsō hi auctores affirmant, certitudinem totam diuinæ præscientiæ circa omnes vniuersum actus liberi arbitrij non malos, à sola eorum præfinitione per concursum efficacem, non verò à scientia aliqua mediā, provenire. Et quoniam sæpè hi auctores, dum defendere volunt, per reprobos stare, quo minus conuertatur, & vitam æternam assequantur; Deum neminem ita deserere, quia semper paratus ex sua parte sit auxilium sufficiens illi conferre, per ipsumque peccatorem stare, quod minus illud recipiat; atque ad alia his similia solent recurrere ad aliquid præteritum ad auxilium efficacæ quod ab arbitrio creato indifferenter pendeat, vt sit aut non sit: memento vt tunc vigeas, quod illud sit aut non sit futurum non pendere ex aliqua præfinitione, neque habere certitudinem in quam partem per creatum arbitrium sit determinandum, nisi ex scientia Dei mediā. Simul etiam memento, auctores, cum quibus disputamus, certitudinem totam omnium vniuersum actuum liberi arbitrij, qui mali non sunt, reducere in certitudinem præfinitionum per concursum Dei ad eos omnes actus ex se efficacem, nihil omnino excipiendo. Attende ergo num consentaneæ ad hanc doctrinā semper loquantur, an potius, quando ita opus est ad alia defendenda, aliquid latent excipiant.

Quousque præfinitiones sint admittendæ.



Exclusis auctorum, cum quibus disputamus, præfinitionibus, explicandum est, quæ Dei præfinitiones necessariæ sunt, tum vt creata omnia existant, tum vt vniuersum diuinæ ipsius prouidentiae subdantur. Vt verò id melius fiat, obseruandum est, rerum creatarū quædam esse, quarum proxima contingentia radice est solum Dei arbitrium. Eiusmodi sunt, tum quæ à solo Deo immediate producuntur, neque ab alia vlla contingentia radice pendunt, vt fuerunt omnia que in prima rerum constitutione à Deo producta sunt; tum etiam quæ ex his rebus sola natura necessitate, sine vlla dependentia ab alia contingentia radice, vltius emanant.

Si de his omnibus futuris contingentibus, antequam in rerum natura existerent, sermo sit, conuenimus omnes, pendere à sola præfinitione, qua Deus absoluta voluntate ex æternitate statuit quædam eorum immediate producere, nec denegare suum necessarium concursum, vt cætera ex illis vltius deriuarentur. Conuenimus etiam, totam certitudinem scientiæ, qua Deus antequam existerent futura illa nouit, à sola illa præfinitione pendere. Præterea conuenimus, comparatione horum futurorum contingentium duplicem tantum scientiam distinguendam esse in Deo: nempe liberam, qua post suam illam liberam præfinitionem futura ea absolute cognouit; & mere naturalem, qua antequam determinationem, & possibilis ea cognouit per suam omnipotentiam, & insuper cognouit ea esse futura ex hypothesi quod produceret quædam ex eis vellet, & rebus ita productis vellet non denegare concursum necessarium vt agerent. Sanè nullus hanc scientiam ex hypothesi comparatione horum futurorum contingentium negare potest in Deo. Neque item potest negare esse mere naturalem: quoniam ex illa hypothesi necessariū est omnino vt ea existant. In hoc tamen ab auctoribus, cum quibus disputamus, dissentimus; quod concursum Dei generalem cum rebus, quas immediate producit, vt inde alia deriuentur, non censemus esse

influxum Dei in causam, vt prius eo mota & applicata agat; sed cum causa immediate in effectum, vt disputatione vigesimaquinta & sequentibus dictum est.

Operæ pretium autem erit, vt, perspicuitatis gratia, medium quoddam genus rerum inter præcedentes, & eas de quibus mox dicemus, distinguamus: nempe earum qui immediate quiddam producuntur à Deo, etiam si ad quædam earum concurrant intellectus aut voluntas humana vel Angelica, non vt sententia libera, sed vt natura necessitate operantur, atamē quoad subiectum, vel aliud aliquid, pendunt, præter Deum, à radice alia contingentia. Eiusmodi sunt suscitatio Lazari, collatio visus homini cæco nato, vocatio Pauli dum pergeret in Damascum, non solum externa, sed etiam interna, per præteritum illuminationem, & motum voluntatis, antequam Paulus vllam liberam assensum eliceret, & sunt similia alia in internis aliorum vocationibus ad fidem, aut penitentiam. Licet enim existentia Lazari in rerum natura, & cætera, quæ circa ipsum vsque ad instans, in quo à Christo suscitatus est, acciderunt, habuerint præter Deum radices alias, quod contingentem ita extiterint, idemque est de cæco nato, & Paulo, vsque ad instans, in quo alter visum recepit, alter verò ad fidem & penitentiam vocatus est; nihilominus suscitatio Lazari, illuminatio cæci nati, & vocatio Pauli, illis aliis omnibus præsuppositis, non aliam radicem suæ existentia habuerunt quam liberam voluntatem Dei, à qua sola producta sunt. Quocirca si de his præcisè loquamur, antequam existerent, præsuppositis illis aliis, idem dicendum est, quod de futuris contingentibus primo loco explicatis, videlicet, pendere à sola Dei libera præfinitione, qua ex æternitate statuit eo pacto illas efficere in tempore. Certitudinem quoque scientiæ, qua illo ex capite futuras eas absolute nouit, similiter dicendum est pendere ex sola eadem præfinitione, scilicet autem quatenus ad earum existentiam prærequiruntur illa alia que in multis à creato arbitrio pendebant: ex hoc namque capite idem de certitudine scientiæ qua Deus absolute eas futura-

Medium genus cuius radice contingentiæ propria est arbitriū diuinum, & simul pendet ab alia.

Ad ea qualis præfinitio necessaria.

nas cognouit, dicendum est, quod de certitudine scientiæ rerum tertij generis statim subiungimus.

Tertium ergo genus est earum rerum, quarum proxima contingentia radix est liberum arbitrium creatum, siue proximè siue remotè ab eo pendat quo ad existentiam. Quia verò, explicatis præfinitionibus diuinis ad actiones humanas nostri arbitrij in statu nature lapte, facillè intelligitur, tum quæ necessariæ fuerint ad actiones Angelorum & hominum in statu innocentie, quorum libertas maior erat, quam nostram; tum etiam quouique à præfinitionibus diuinis pendant ea quæ ab arbitrio creato mediatè pendunt; solum dicemus de diuinis præfinitionibus ad nostras actiones humanas.

*Triplex humana rerum actio huius generis.*

Ut in appendice, in responsione ad secundam obiectionem dicebamus, quod ad præfens institutum atinet, triplex genus actionum humanarum distinguere possumus. Primum indifferentium, aut quæ etiam bonæ sunt moraliter, tam modicam tamen contiñet difficultatem, vt cum concursu Dei generali effici possint. Secundum earum quæ supernaturales sunt, aut tantam continent difficultatem, vt particulari indigeant Dei auxilio. Tertium earum quæ peccaminosæ sunt. Omnium autem ibi adhibuimus exempla, in actu locutionis à libero arbitrio imperato, quæ & nunc persequemur.

Ponendum tamen est, in quacunque præfinitione diuinarum opinione, negari non posse, ante omnem liberum actum diuinæ voluntatis, atque adeo ante omnem præfinitionem præcessisse ex parte diuini intellectus, scientiam minime liberam, quæ cognouit, non solum omnia, quæ sua omnipotentia tam per se ipsum immediatè, quam interuentu causarum secundarum esse poterant, sed etiam quæ futura essent per quocunque arbitrium creatum, & vniuersum per quocunque aliud agens, ex quacunque hypothesi, datae quacunque sua præfinitione. Licet enim controuersia esse possit, vtrum hæc scientia ex hypothese præfinitionum, comparatione omnium obiectorum, sit merè naturalis Deo, vt de ea, quando est rerum creaturarum primi generis, supra dicebamus, an verò nõ, sed comparatione earum rerum, quæ ab arbitrio creato mediatè vel immediatè pendunt, rationem habeat in Deo scientiæ mediæ, quæ potest non esse, si arbitrium pro sua libertate ex eadè

hypothese esset facturum oppositum, nullus tamen negare potest eam in Deo. Quin potius auctores, cum quibus disputamus, astruere videntur, illam esse merè naturalem, comparatione omnium rerum, quarum constituunt præfinitiones in Deo: quandoquidem dicunt præfinitionem ac concursum Dei determinare arbitrij ad eas res, neque arbitrium in sensu composito posse oppositum. Imò hæc videtur esse scientia quam circa futura contingentia conditionata in Deo constituunt, iuxta ea quæ membro 1. ex eorum mente dicta sunt: quid autem censent circa actus peccatorum, quorum comparatione negant in Deo præfinitiones, non explicat aperte, duobus verò membris præcedentibus contentis explicauimus quid sentire videantur.

Hoc ita constituto ad actiones humanas primi generis, qualis est locutio indifferens Petri futura eras, iuxta eadem iam moraliter bona ex relatione ad honestam recreationem iuxta eutrapeliæ virtutem ac vrbauitatis, necessarium est præcedant ex aternitate sequentes Dei præfinitiones, nempe, voluntas creandi totum ordinem rerum vsque ad Petrum, concurrenti quæ cum singulis causis secundis, tam liberis quam naturalibus, quæ à principio mundi in ea serie fuerunt vsque ad Petri productionem: voluntas creandi animam Petri, eam quæ infundendi in corpus, concurrenti quæ simul cum omnibus causis quæ ad Petri generationem immediatè concurrunt: atque adeo voluntas conferendi Petro, partim per se immediatè, partim verò interuentu causarum secundarum, liberum arbitrium, reliquæque potentias, tum ad loquendum, tum ad alia quæ necessaria voluntas item concurrenti ad ea omnia quæ necessaria erant, quousque Petrus ad instans locutionis esset deuenturus, cum circumstantiis omnibus tunc presentibus: denique voluntas non denegandi illi suum concursum generalem ad ita loquendum, si pro sua libertate ita loqui veller, semper eo illi assistendo, vt si loqui, aut aliam operationem exercere veller, illum eo pacto adiuuaret. atque adeo voluntas conferendi illi eum concursum, quia videbat eum pro sua libertate locuturum. Nostra tamen sententia, hic concursus non est motus Dei in arbitrium, quo illud moueret, applicet, & determinet, vel ad eam numero locutionem, vel etiam ad loquendum; sed est influxus cum arbitrio pendens, vt sit, ab influxu & cooperatione ipsius arbitrij.

*Præfinitio qualis necessaria ad actiones indifferentes & bonas faciles.*

arbitrij; eo modo quo disp. 40. explicatum est, influxum & cooperationem habitus cum potentia ad actum pendere à cooperatione potentie: in te tamen proposita sicut is concursus generalis pendet, vt sit, ab influxu & cooperatione arbitrij; ita vicissim influxus arbitrij pedit, vt sit, ab eo generali concursu, vt vtrumque à dispensatione 25. suscipiat explicatum est: item quæ generalis concursus indifferens est ex se, vt sequatur volitio aut nolitio locutionis, aut aliquis alius arbitrij actus, ab arbitrio ipso tanquam à particulari causa is concursus generalis determinatur ad speciem actus. Ecce à quibus Dei præfinitionibus pendat locutio illa indifferens, aut moraliter bona, eras Petri futura. Quibus sanè præfinitionibus concursus Dei generali nihil impediens, liber manet Petrus, integrumque illi in eo instante constituto est, velle loqui aut non loqui, vel velle eo pacto studiosè loqui, aut arbitrio suo, concursuque generali, & cæteris Dei donis abutendo ad malum finem, peruersè loqui, vel ad quippiam aliud longè diuersum agendum seipsum applicare, nisi arbitrij libertatem à Petro, bonitatem moralem ab eo opere, & meritum, si in gratia sit factum, cum aperto in fide errore negare velimus. Quia tamen studiosa ea locutio continetur in fine, ad quem Deus liberum arbitrij, concursum generalè, & cætera omnia memorata dona Petro cõferre præfinit; sanè, præuidens Deus pro libertate Petri illam futuram, ex hypothese quod ea omnia præfinit velle, ea ipsa præfinitione, atque adeo prouidentia sua circa eum effectus, quæ per eam præfinitionem cõpletur, item quæ donis ipsis illa in particulari intendit, beneplaciti quæ voluntate esse voluit, dependenter semper à libera Petri cooperatione, quam futuram præuidebat. Porrò Deum prædicto modo suis præfinitionibus & prouidentia intendere ac velle omnia nostra opera in particulari, etiam si supernaturalia sint, imò & omnem effectum causarum secundarum non malum, appellant Patres Deum ea prædestinare ac præfinit. Sic Leo 9. Epist. decret. ad Petrum Antiochenum. Credo, inquit, Deum prædestinasse solum bonam, præfinit velle bonam malamque. Ex Augustinus, aut quiuis alius eius operis auctor, de articulis sibi falso impostis, art. 10. Detestanda, inquit, & abominanda opinio est, quæ Deum cuiusquam malæ voluntatis, aut malæ actionis credit aucto-

rem, cuius prædestinatio nusquam extra bonitatem, nusquam extra iustitiam est: vniuersa enim via Domini, misericordia & veritas. Adulteria enim matronarum, & corruptelas virginum, non instruere nouit sancta Diuinitas, sed damnare; nec disponere, sed punire. Nõ ergo casus reuerti, nec malignitatem iniquorum, nec cupiditates peccantium, prædestinatio Dei aut excitauit, aut suauis, aut impulit: sed planè prædestinavit iudiciu suum, quo vnicuique retributurus est prout gessit, siue bonum siue malum.

Quod ad actiones humanas secundi generis atinet, adhibeamus in supernaturali ac difficillima, nempe in confessione fidei in tormentis vsque ad finem vitæ, quæ martyrem efficit, ponamusque eam elici ab infidelis, qui per eam iustificetur. Sanè ad eiusmodi actionem nõ solum necessaria sunt omnes Dei præfinitiones, de quibus ad præcedentem actionem indifferentem, aut moraliter bonam dictum est, sed etiam requiritur præfinitio vocandi, adiuuandi, & confortandi illi tunc egregijs gratiæ præuenientis & cooperati auxiliis, sine quibus arbitrium hominis illius id præstare non potest: hæc tamen & præcedentes præfinitiones, atque auxilia, integram illi relinquunt, in instanti, in quo conuertitur, non solum non conuertit, sed etiam à fide dissentire, eamque negare, & postea, dum tormenta vsque ad finem vitæ perseuerant, succumbere, fidemque negare. Nec dubitamus, iuxta ea quæ membro præcedente ac alibi dicta sunt, hoc esse de fide: alioquin talis cõuersio ad fidem, & perseuerantia in confessione, meritoria non essent, imò neque essent actus bonus moralis, eo quod sine libertate, vel contrarietatis, vel contradictionis ad oppositum, nec meritum, nec moralis bonitas in illo actu esse possint. Quia verò Deus, præuidens pro libertate hominis illius futuram eam confessionem & perseuerantiam vsque ad finem vitæ, ex hypothese quod præfinit velle eo pacto illum adiuuare, sanè præfinitione ipsa, ordinem suæ prouidentie, quæ per eam præfinitionem comparatione illius effectus compleatur, auxiliisque ipsis intendit in particulari, vt esset ea confessio & perseuerantia, beneplaciti quæ voluntate ipsam voluit, complacendo quod eo pacto simul ex suis donis & libera arbitrij voluntate esset futura, eaque ratione prædestinasse & præfinit illam dicitur, vel supra circa actionem bonam moraliter dictum est.

*Præfinitio quæ necessaria ad supernaturales aut difficiles actiones bonas.*

Quod de eiusmodi supernaturali ac difficillima arbitrij nostri operatione dictum est, intelligendum est de ceteris, ad quas particulae Dei auxilium requiritur: praesertim namque conferendi tale auxilium nequaquam libertatem ab arbitrio auferre non eliciendi eam actionem, aut etiam ab illa dissentire, vt Concilium Trident. sess. 6. cap. 5. & can. 4. definiuit.

Deniq; quod attinet ad peccaminosas actiones humanas, de quarum numero fuit trina Petri negatio, recte auctores, cum quibus disputamus, asserunt eas non fuisse praefinitas a Deo: eius tamen rei non est ea reddenda ratio, quam ipsi reddunt, nempe, quia Deus non applicat nec determinat arbitrium ad eas actiones concursu efficaci, quasi ad bonas & efficaci concursu illud determinet: sed quia dum Deus arbitrium, iurisque concursu generalem, & cetera ad eas eliciendas necessaria conferre peccatori statuit, non eas intēdit, sed ad longē diuertit finem ea omnia conferre decreuit: peccator verō ipse est qui sua libertate illis omnibus ad eas exercendas abutitur. Licet autem dicendum non sit, Deum praedestinasse aut praefinuisse actiones malas: affirmandum tamen est, necessarias fuisse aliquas Dei praefinitiones, vt illae per creatum arbitrium in terram natura esse possint. Quare si de trina Petri negatione sit sermo, necessariae fuerūt praefinitiones omnes quas supra diximus necessarias esse ad actionē indifferētē in illo eodem instanti eliciendam, in quo Christum negauit, suo quibus comprehendi praefinitionem nō denegandi seu conferendi illi concursum generalem. Praeterea necessaria fuit praefinitio permittendi illi ad optimum finem, quem Deus ipse ea permissione intendebat, actionem illam malam quam sub illis circumstantiis pro libertate arbitrij Petri futuram praedicebat, hoc est, non variandi circumstantias, conferendū illi alia subsidia, cum quibus pro eadem libertate arbitrij in eam negationem non incideret.

Præfinitio quales ad peccaminosas actiones necessariae sūt.

Discrimē inter nos & auctores circa rationes dicitur esse.

Ecce explicauimus omnes praefinitiones necessarias ad omnia vniuersim futura contingētia positua. Nunc paucis accipe radicem totamque discriminis inter nos & auctores cum quibus disputamus. Illi essent praefinitiones Dei aeternas, & concursus, quibus per eas statuit concurrere in tempore cum quocumque arbitrio creato ad omnem actum non malum, ita determinare arbitrium ad eum actum, vt integrum illi nō ma-

neat eum non elicere, quia censent omnem talem concursum esse ex se efficacem, neque efficaciam illius ab arbitrio villo pacto pendere. Vnde consequenter censent, certitudinem totā praefinitionis Dei, qua omnes eos actus futuros absolute cognouit, pendere a solis praefinitionibus, ex quibus nō solum infallibiliter, sed etiam inuitabiliter per arbitrium creatum actus illi eliciuntur. Inde etiam consequenter negat, admittebam esse vllam mediam scientiam in Deo comparatione eorundem actuum, vt verē iuxta ea fundamenta est neganda: quia scientia, qua a Deo ante liberum suae voluntatis actum futuri praecognoscerentur ex hypothesi earum praefinitionum, esset omnino naturalis in Deo, vt supra dictum est. Atque ea ratione scientiam, qua Deus futura contingētia conditionata agnouit, vt quod futura fuisset poenitentia Tyrionum & Sidoniorum ex hypothesi quod apud illos facte fuissent virtutes quae Corozain & Bethsaida facte sunt, merē naturale esse voluit in praefinitione quae tunc fuisset. Nos verō censentes errorem esse in fide, tales constituere Dei praefinitiones, & concursus, qui integrum nō relinquunt arbitrio in instanti, in quo elicit actum non malū, illum non elicere, imō & dissentire si velit, consequenter dicimus, certitudinem totam diuinae scientiae, qua actus tam bonos quam malos arbitrij creati absolute futuros esse praenoscit, non provenire ex solis praefinitionibus cōferendi auxilia & cōcursus; quoniam, eis nihil impediētibz, potest arbitrium se inflectere in partem contrariam; sed provenire ex scientia media, qua ante omnem actum suae voluntatis cognouit in quam partem arbitrium pro sua libertate se esset flexurum, per eamque scientiam dicimus Deum censē cognoscere futura omnia, quae auctores contrariae sententiae conditionata appellant. Certitudinem verō scientiae illius mediae praenoscit dicimus ex alio, siue illimitatae perfectione intellectus diuini, qua censē cognoscit quod in se est incertum, idque eminentissima comprehensione in diuina sua essentia cuiuscumque arbitrij, quod sua omnipotentia creare potest.

Certitudo scientia diuina circa futuram rationem de prouidentia.

Scientia media est ex hypothesi quod hoc vel illo modo velit Deus praefinire & prouidere datoque

\* Illud postremo obserua, scientiam mediam esse quidem in Deo ante omnem actum liberum suae voluntatis, esseque omnium vniuersim effectum, non solum qui re ipsa futuri sunt per arbitria quae statuit creare in eo ordine rerum & circumstantiarum, quem condere decreuit,

datoque quocumque alio ex infinitis infinitis, quos potuit creare: attamen ita eam mediam scientiam esse omnium horum effectum, vt nullius sit nisi ex hypothesi praefinitionis diuinae voluntatis, quod hunc vel illum ordinem velit condere, atque hoc vel illo modo eo ipso ordine mediis & circumstantiis illius velit prouidere & adiutare: cum autem per talem praefinitionem ratio diuinae prouidentiae per comparationem eorum ad vnumquemque eorum effectum compleatur, consequens profecto est, vt nihil Deus per scientiam mediam ante actum suae voluntatis praediderit, nisi ex hypothesi, & sub conditione, quod hoc vel illo modo vellet prouidere per comparationē ad eundem effectum. Non ergo eiusmodi scientia media tollit aut impedit diuinam prouidentiam: quin potius est lumē & notitia praerequisita in Deo ex parte sui intellectus ad perfectissimā atque exactissimam prouidentiam, quoniam per eam scientia ac notitiam antequā quicquā statuat per voluntatē, atque adeo antequam quicquam circa arbitrium creatū accommodare ad liberam eiusdem arbitrij naturam prouideat, praedicit quid per illud futurum sit, non absolute, sed ex hypothesi, & conditione, quod hoc vel illo modo velit illi prouidere. Sicut ergo in illo priori, antequam Deus quicquam praefiniret & statuat per suam voluntatem, non datur in Deo completa ratio prouidentiae neque circa arbitriū creatum, neque circa aliquid aliud, eo quod desit adhuc id quod ex parte suae voluntatis ad rationē prouidentiae requiritur: sic etiā nihil tunc cognoscitur absolute ac simpliciter futurum, sed solum sub conditione, si Deus hoc vel illo modo velit definire ac prouidere circa res.

Non impedit prouidentiam, quia erigitur ad perfectissimam in Deo prouidentiam.

Discrimē inter nos & auctores circa rationes dicitur esse.

Nunc accipe discrimen inter nos & auctores cum quibus disputamus, circa diuinam prouidentiam earum rerum quae ab arbitrio creato immediate pendent. Illi rectē quidem censent, Deum habere prouidentiam circa omnes actus in singulari liberi arbitrij creati non malos, eosque intendere, esseque effectus eiusdem prouidentiae; attamen arbitrantur ea ratione eos intendere, esseque per suam prouidentiam illorum causam, quia & ex aeternitate statuit ad eos mouere & determinare arbitrium creatum auxilio seu concursu ex se efficaci, & in tempore eodem ipso efficaci concursu illud recipia mouet, ita vt in potestate arbitrij sub ea praefinitione & con-

cursu constituti sui non relinquat eos non exercere. Vnde consequenter allerit, eos ex solo ordine diuinae prouidentiae esse certos & infallibiles.

Nos vero, non dubitantes, talem praefinitionem, concursusque ex se efficaci modum, arbitrij ad eandem actum tollere libertatem, ac proinde errorem continere in fide, in primis dicimus: Deum per suam sapientiam prouidere vnicuique rei accommodatē ad illius naturam, eaque de causa rebus liberis prouidere ad effectus liberos, siue illi naturales sint, siue supernaturales, seruaa semper arbitrij libertate, hoc est, integrum illis relinquendo in instanti, in quo eos producat, nihil impediētibz circumstantiis omnibus tunc existentibus, eosdem nō producere; quin, si ita velint, producere contrarios, vt ea ratione domini sint suarum actionum, virtutisque ac vitij, laudis ac vituperij, praemij ac supplicij sint capaces.

Prouidentia Dei ac commodatē ad naturam cuiuscumque rei, rebusque prom de liberis, seruata ipsarū libertate.

Deinde dicimus, ea ratione eos actus intendere, illosque in particulari esse effectus suae prouidentiae, quia causae omnes a quibus in singulari producantur, & a quibus Deus per scientiam suam mediam producēdos praedicebat ex hypothesi quod eo pacto disponere hoc vniuersum, in eōe eo pacto prouideret vellet, media profecto & effectus sunt suae prouidentiae, ad eos & alios similes actus producendos, per eandem suam aeternam praefinitionem ac prouidentiam collata: inter eas tamen causas & media sanē arbitrium ipsum comprehenditur ac computatur, a Deo per eandem suam prouidentiam homini aut Angelo ad eosdē actus collatum, cum facultate quidem ad illos non producendum, ceterum praesistente in Deo scientia, quia videbat, ex hypothesi quod illud in eo ordine rerum & auxiliorum atque circumstantiarum collocare vellet, fore illos producendum. Quia ergo inter ea media, quibus Deus sua prouidentia illos intendit, reque ipsa, quando sunt, est illorum causa in particulari, computatur creatum arbitriū, in cuius potestate frum est, eos re ipsa, si ita velit, non producere; consequens profecto est, vt ex solis mediis diuinae prouidentiae certi atque infallibiles non sint, si scientiam mediam secludas, qua Deus alititudine sui intellectus supra obiecti naturam futuros illos pro arbitrij libertate ex eisdem mediis, ordineque suae prouidentiae prouidit.

Actus nō malos arbitrij intendit Deus, suntque in particulari effectus suae prouidentiae.

Tertio dicimus, quoniam (vcha. Genes est explicatum) K k 3



plicatum) idem actus simul pendent, tum ab arbitrij libertate, tum etiam à Deo aterna sua præfinitione seu providentia conferre volente tam arbitrium quàm cætera omnia media ad eos necessaria, aut etiam coadjuvantia, consequens profectò est, ut providenti Deo per scientiam medium futuros illos pro libertate arbitrij, ex hypothesi quòd eo modo præfinitur ac providere ad illos producendos veller, eo ipso quòd posterius nostro intelligendi modo cum fundamento in re ita præfinit ac providit, voluerit absoluta voluntate eos esse quales futuros prævidebat, complacendo vt essent dependentes, tum ab ipsa ita præfinitione ac providentia, tum etiam ab arbitrij libertate, tanquam à duabus causis ita ad illorum existentiam necessariis, vt, si earum altera pro sua libertate deficeret, tales actus non essent.

Quartò dicimus, quoniam non solum nostri actus boni pendent modo explicato à nostro arbitrio, sed etiam mali ab eadem pendent arbitrij libertate, Deus verò neque ad naturalia, neq; ad supernaturalia singulis hominibus & Angelis eodè modo atque æqualiter providet, sed dona suæ misericordie distribuere statuit prout vult, nemini interim deficiente in necessariis, sanè ad perfectissimam Dei providentiam (vt præcedente disputatione dicebamus) necessaria erat scientia media, per quam prævidens quæ per cuiuscunque creaturæ arbitrium ex quacunque hypothesi, & in quocunque rerum euentu essent futura, salua illarum libertate, posset ex æternitate, atque absque ulla in seipso temporis decursu vicissitudinis, obumbratione, ex illis, quas creare decerneret, prædestinate quas veller, & omnibus ad singulos euentus iuxta suam sapientiã ac beneplacitum suæ voluntatis providere, statuendo variis modis & auxiliis eorum actus prævenire, eas diversimodè exercere, defectus & peccata eorum permittere & tolerare, ad fidem & poenitentiam ipsas vocare, vocatas iam & iustificatas in bono promovere, & pleraque alia circa illas exercere.

Vltimò dicimus, quia bona omnia, siue per causas nature ne cessitate agentes, siue per libertas fiant, ita pendent à divina præfinitione (quali nobis supra explicata fuit) ac providentia, vt in particulari per illam à Deo intendantur, actus

autem mali arbitrij creati catenus etiam divina præfinitioni ac providentia subdantur, quatenus causæ vnde emanant, concursusque Dei generalis ad eos eliciendos necessarius, per divinam præfinitionem ac providentiam conferantur, licet non eo sine, vt illi ex eis emanent, sed vt alij longè diversi fierent, eorùsque arbitrio præditis sua innata libertas in eorù maximum bonum servaretur, & insuper subdantur eidem divina præfinitioni & providentia, quatenus esse nequeunt in particulari, nisi Deo per suã providentiã in maius aliquod bonũ eodè in particulari permittere, consequens profectò est, vt omnia vniuersim divina providentiã ac volütati in particulari subdantur, quæ etiã eorùsque arbitrij in particulari, & cætera permitte in particulari. Quo fit vt neque solũ de arbore pendens moueatur, neque ex passibus duobus qui assè venient vnus cadat super terrã, neque quicquã aliud omnino fiat sine voluntate ac providentia Dei circa id in particulari, vel intendere vel permittere illud in particulari: id quod fortissimum solatium est iustus, qui in Deo totam suam spem collocarunt, atque sub umbra alarũ providentiã ipsius suaviter requiescunt, optantes vt tam in prosperis, quàm in aduersis, diuina temper circa ipsos voluntas impleatur.

Ex dictis facillè intelliges, quàm falsò mihi sepe imponatur me constituisse solũ providentiam in cõsulo & nõ in particulari circa ea quæ ab arbitrio creato pendent, ex eo quòd constitutã in Deo mediã scientiã, qua Deus prævidet quid arbitrij creatum esset facturum, ex hypothesi quòd in hoc vel in illo ordine rerum & circumstantiarum & auxiliorum collocaretur. Neque, qui mihi id imponunt, attendunt, in ipsa re libero arbitrio prædico, & in ordine rerum ac circumstantiarum & auxiliorum contineri mediã omnia diuinã providentiã, per quæ in particulari intendit bona omnia, quæ pro libertate talis creati arbitrij prævidet futura. Quia tamen sollicitus non sum, quid quis de me referat, eo quòd facillè legenti primam nostræ Concordiæ editionem, vel hæc secundam, constare potest quid ipse dixerim, multa, quæ tanquam mea falsò referuntur, consultò præmitto; multis etiam aliis superuacaneum duco satisfacere.

*Membrum quartum.*  
*Quædam obiectiones diluuntur.*

*Argumentum primum.*



Vttores cõtrariæ sententiæ primò in hunc modum argumentantur: Si Deus nihil omnino creare decreuisset, solùm esset in Deo scientia naturalis, qua seipsum comprehenderet, & in seipso omnia possibilìa tam naturalia quàm libera: sed ex decreto creandi res solùm est in Deo scientia libera, qua cognoscit, quæ ex illo libero decreta sunt futura: ergo in Deo non est tertium aliud illud genus scientiæ mediæ.

*Confirmatio.*

Confirmatur, quoniam vel scientia Dei consideratur comparatione possibilium antequam determinarentur ad esse per actum diuinæ voluntatis atq; hoc pacto spectata est naturalis in Deo; vel cõsideratur cõparatione rerũ quæ post determinatione liberã volütatis diuinæ erunt in aliqua tẽporum differentia, & tunc est scientia libera: ergo nõ datar tertiuũ genus scientiæ in Deo.

*Responsio ad argumentum.*

Ad argumentum neganda est maior: vna scientiam enim merè naturalem, qua illa omnia cognoscerentur in ratione merè possibilium, esset etiam scientia mediã, qua Deus cuiuscunque contradictionis futurorum contingentium, quæ ab arbitrio creato pendent, cognosceret, quæ pars esset futura, non simpliciter, sed ex hypothesi quòd hũc vel illum ordinem rerum veller concedere, sciturus contradictorium, si ex eadem hypothesi dependenter ab arbitrio creato contradictoria essent futura, vt hætenus ostesum est: aduersarijque ipsi idem tenentur confiteri circa peccata, quæ data ea hypothesi, futura essent per arbitrium creatum, nisi vel asserere velint Deum ignorare, quæ peccata, data ea hypothesi, essent futura; vel dicere velint, arbitriura, data ea hypothesi, naturæ necessitate ea peccata esse commissurum, quod membro secundo late impugnatum est. Obserua: esto Deus nihil cõstituisset creare, futuram in eo scientiam liberam, qua cognosceret nihil eorum esse futurum, quæ create poterat: quemadmodum enim liberè nõ constituisset creare, ita liberè sciret nihil eorum quæ constituit poterat, creare, & non constituit esse futurum. Aduersarij tamen loquuntur de scientia libera rerum possituarum.

Ad confirmationem dicendum est, dari tertiam considerationem diuinæ scientiæ, nempe comparatione eorum quæ futura sunt non simpliciter, sed ex hypothesi quòd Deus ipse hũc vel illum ordinem rerum creare veller: futurum namque sic ex hypothesi medium quoddam est inter merè possibile & futurum simpliciter, vt membro primo explicatum est. Scientia verò Dei hoc modo spectata, cõparatione eorũ quæ dependenter ab arbitrio creato ex ea hypothesi essent futura, est scientia mediã: quoniam licet non sit libera in Deo, sciuisset tamen Deus contradictorium, si, vt ex eadem hypothesi esse poterat esset futurum.

*Ad cõfirm.*


Secundò argumentatur: Si prædefinitio Dei conferendi cõcursum ex se efficacem ad actum bonum voluntatis, concursusque ipse ex se efficax, non essent constituendi, idcirco esset, quia determinando efficaciter voluntatem ad vnum, tollerent libertatem voluntatis ad oppositũ, ac proinde voluntas non eliceret eum actum libere, sed necessariò, quo dato, periret bonitas moralis ac meritũ illius actus: sed ex eo quòd voluntas, quando operatur, determinata sit ad vnum, non sequitur non operari liberè: ergo in rationabiliter illa de causa negantur præfinitio diuina conferendi cõcursum ex se efficacem, concursusque ipse ex se efficax. Minor probatur, quia etiam in eorum opinione, qui huiusmodi præfinitiones & concursus efficaces non admittunt, quando voluntas liberè operatur, iam se determinauit ad alteram contradictionis partem; in idcirco operatur, quia se determinauit: sed id non tollit, quo minus liberè operetur: ergo ex eo quòd voluntas, quando operatur, determinata sit ad vnum, non sequitur non liberè operari.

*Argumentum secundum.*

Ad maiorem huius argumenti dicendũ est, idcirco præfinitiones illas & cõcursum ex se efficaces non esse admittendos, quoniam qui illos constituit, statuat sine illis voluntatem non posse elicere illum actum bonum, & illis præsentibus non posse illum non dicere, & præterea quòd præsentibus aut absentes sint, nõ pendere à voluntate ipsa, quæ eum actum elicere debet, sed à solo Deo id liberè præsentibus,

*Responsio.*

*Quæ prædicat omnia in singulis bonis quæ omnia à voluntate subdantur prævidentia.*



ex eternitate, aut non præsumente, quibus datus nunquam in voluntate ipsa relinquunt facultas ad se indifferenter determinandum aut non determinandum, vel ad se determinandum in vnam aut alteram partem, quod tamen ad veram libertatis ratione omnino est necessarium. Quod autem illis datus nunquam in voluntate relinquatur ea facultas, patet: quonia in instanti in quo non adeit ille concursus, non potest se voluntas determinare ad eum actum eliciendum, neque in ipsius potestatem est tunc facere aliquid, quod si faceret, adesset concursus ille, quoniam tunc concursus & præsumtio penderent non solum à libera voluntate Dei, sed ab eo quod pro sua libertate factura esset voluntas, aut non esset factura, præcognito à Deo per scientiam mediã. In instanti vero in quo concursus ille efficax adest, non potest voluntas non determinari ad eliciendum eum actum: quoniam si in potestate ipsius esset tunc non se determinare, posset reddere inefficacem talem concursum, ac proinde ab ipsa penderet quod efficax vel inefficax esset. Concessa ergo maiori argumenti propositi, si in ea sit sermo de determinatione in sensu à me modo explicato, que libertate aucter à voluntate ad eum actum, & cum ea bonitatem moralem & meritum eiusdem actus, neganda est minor, si in ea similiter sermo sit de eodem modo determinationis ad vnum. Ad probationem vero negandum est, voluntatem quando liberè operatur prius natura se determinasse quam operetur: imò vero operando liberè determinat se ad operationem; priusque natura in eodem instanti constituta est indifferens, vt se determinet ad operandum vel non operandum, & ad operandum potius circa hoc obiectum quam circa illud, & potius volitionem quam volitionem, quam determinat operetur, aut determinat non operetur, & quam determinat elicit volitionem aut volitionem, circa hoc aut illud obiectum. vt disp. 12. ostensum est: quia potius idcirco liberè operatur, liberè se determinat ad operandum, quia prius natura est indifferens. vt ita se determinet aut non determinet, atque adeo quando se determinat, potest se non determinare: postquam vero in aliquo instanti intelligitur iam ad vnum determinata, implicat contradictionem se non determinasse in eodem instanti, ac proinde non est iam libera ad non ita se determinandum, id quod Aristoteles

*Voluntas prius natura est indifferens, vt se determinet, quam liberè operetur, nec prius se determinat, quã operetur.*

& Boetius docuerunt vulgari illo pronuntiato: Quod est, quando est, non potest non esse: vt disputatione citata dictum est.

Tertio argumentatur: Quamuis existere volitione efficaci finis, voluntas nō possit in sensu composito nō velle medium ad eum finem necessarium, id tamē neque libertatē, neque morale bonitatem, aut etiam meritū tollit à volitione talis medij: vt existente in viatore efficaci volitione sempiternę beatitudinis, occurrenteque illi obseruatione alicuius præcepti obligans sub culpa lethali, quamuis in sensu composito non possit non velle eã obseruationē, eò quod medium omnino sit necessarium ad adsequendam beatitudinem, id tamen non tollit ei volitionem esse liberam, bonam moraliter, ac meritariam: ergo quod, existente diuina præsumptione conferendi alicui concursum efficacem ad aliquem actum bonum, talis homo in sensu composito non possit non elicere eum actum, nihil omnino impediet, quo minus talis actus liber sit, & bonus moraliter, aut etiam meritorius si ab existente in gratia eliciatur.

*Argumentum tertium.*

Ad hoc argumentum, cōcesso antecedente, neganda est consequentia: quoniam in priori euentu vtrumque eorum, que in sensu composito nō possunt esse simul, est in libera voluntate viatoris illius: ita vt quãdo vult obseruationē occurrentem talis præcepti, possit & ipsam nō velle, & eo ipso existere simul à volitione efficaci finis, ac proinde veram libertatem seu indifferētiam ad vtrumlibet retinet comparatione obseruationis talis præcepti in posteriori verò euentu, admissio tali genere præsumtionis, atque concursus diuini ex se efficaci, eam libertatem non retinet ad eliciendum vel non eliciendum actum illum bonum, vt argumento præcedente & sapientius in supentionibus ostensum est.

*Responsio.*

Quarto argumentatur: Prudentissimus Dux vel Paterfamilias, si posset providere domui vel exercitui, providendo omnes & singulas res ac particularia media ad cōsecutionem victorie, vel ad rectam domus gubernationem, certè id faceret, in ea que splenderet maxima eius providentia & sapientia; si verò id non facit, idcirco est, quia nō potest: sed Deus facillimè potest providere hoc modo de omnibus rebus, neque ea de causa tollitur libertas ab arbitrio creato: ergo providet præsumendo omnia in singulari.

*Argumentum quartum.*

Si hoc argumento solum intendatur, in Deo esse

*Responsio.*

esse providentiam de omnibus in singulari, concedendum est totum: neque enim pugnat contra nos, qui de omnibus in singulari constitimus in Deo providentiam, bona intendendo in singulari, & mala in singulari permittēdo, vt membro præcedente ostensum est. Si verò intendatur ita vt prouideret de rebus & medijs in singulari, vt præsumptione per cōcursum ex se efficacem singula intendat, tunc concessa maiori & minori, quoad priorē ipsius partem, neganda est quoad posteriore, nempe talem modū præsumtionis non tollere libertatem ab arbitrio creato; contrarium namque ostensum est. Deinde verò neganda est consequentia, est enim dispar admodum ratio: victoria namque & recta domus gubernatio, ita vt in ea nullus interueniat defectus, sunt fines Ducis & Paterfamilias domus, quos intendunt, & semper assequeretur, si possent: at verò finis naturalis & supernaturalis, ad quos rebus liberis Deus prouidet, non sunt fines Dei, sed ipsarummet creaturarum, ita illis propofiti, vt in ipsarum potestate Deus relinquat, peruenire ad eos, aut non peruenire, vt sic media cedant illis in meritum, laudem, & honorem, & fines ipsi in præmium: eaque de causa expediens non fuit, vt Deus illis prouideret per concursus efficaces, sed per eos, quos reddere efficaces aut inefficaces ad opera, penderet ab ipsismet creaturis libero arbitrio præditis.

*Argumentum quintum.*

Quinto argumentatur: Multa sunt, que sine præsumptione illorum in particulari per efficacem Dei voluntatem esse non potuerunt: ergo concedenda est Dei præsumtio. Consequentia est manifesta, antecesses verò patet in iis omnibus, que supra communem vniuersi cursum eueniunt, vt fuerunt miraculosa vocatio & conuersio Pauli in acta ipso persequendi Christum & Ecclesiam, ea que circa Iosephum acciderunt, dū odio habitus, nudatus nullus in cisternam, ac venditus fuit à fratribus, & postea innocenter in carcerem missus, ac tandem ad tantam gloriam euectus, cum cæteris que circa ipsam acciderunt, præsertim cum in his omnibus typum Christi gesserit: sanè ea omnia sine speciali Dei consilio & præsumptione efficacis sue volitionis esse non potuerunt. Tale etiam fuit insigne illud factum duorum illorum fratrum, qui in ipsa natiuitatis effusione ita se gesserunt, vt vnus manum protulerit, in quo ob-

stetrix ligauit coccineum, dicens, Iste egredietur prior, eo verò trahente manum, egressus est alter. Idem dicere possumus de Esau & Iacob, dum minor prælatus est maiori, & non ex operibus, sed ex vocante dictū est, quia maior ieruiet minori; atque ita in nonnullis alijs similibus euentibus.

*Responsio.*

Ad hoc argumentum concedendum est antecedens, non solum de iis que supra communem cursum sunt miraculose à Deo, sed etiam de iis que à solo Deo immediate fiunt; ea tamen ex parte qua à solo Deo habent radicem suæ contingentie, vt in principio membri præcedentis explicatum est: circa eiusmodi enim res admittimus præsumptiones per voluntatem Dei efficacem, concursumque Dei efficacem, ad eas producendas, vt ibidem dictum est: vnde si in cōsequente solū sit sermo de præsumptione ad eiusmodi res, cōcedenda est etiã consequentia: si verò sermo sit de præsumptione illo modo, etiam ad res que ab arbitrio creato pendent, eo modo quo membro præcedente est explicatum, neganda est consequentia. Quod verò attinet ad exempla, quibus antecesses probatur, circa primum dicendum est: Miraculosa quidem Pauli uocationem tam externam quam internam, præsumtam esse à Deo efficaci voluntate & concursu, consensum tamen Pauli eidem uocationi, & per consequens conuersionem Pauli, quatenus à libero suo consensu penderat, non fuisse illo modo præsumta, vt ex responsione ad sequēs argumentum patebit. Circa secundum exemplum dicendum est, Iosephi somnia, & adiutoria alia, quibus Deus peculiariter adiuuit, vt multa ex iis, que circa Iosephum acciderunt, euenirent, esse quidem illo modo præsumta à Deo, odia tamē & persecutiones fratrum, missionem in cisternam, venditionem, falsum testimonium vxoris Phutipharis, & sollicitationem ad adulterium, cum lethalia fuerint peccata, non fuisse illo modo præsumta à Deo, vt ij ipsi, cum quibus disputamus, consentiant sed cum præuideret Deus illa nequitia fratrum & vxoris Phutipharis esse futura, ex hypothesi quod eū totum ordinē rerū & circumstantiarum ex sua parte condere uellet, statuisse solum ea permittere. Alia etiã nō mala, que circa Iosephum acciderunt, quatenus ab arbitrio creato penderant, nō eo modo præsumit Deus, quo auctores, cum quibus disputamus, intendunt, sed mo-

do à nobis precedente membro explicato. Circa tertium exemplum, quæ miraculosè ibi acciderunt, eo modo præfinita fuerunt. Mortio item interna, quæ obstricta à Deo videtur inducta ut coccinum ei ligaret, qui prior manum emisit, à Deo videtur præfinita. Circa quartum, prælatio seu electio æterna quæ Jacob præ Esau fuit electus, ex sola libera Dei voluntate. Licet autem non fuerit ex operibus præiis, non fuit tamen sine præfinitione operum quæ per virtutes arbitrium erant futura, ex hypothesi illius ordinis rerum, cui cumlatiarum, atque auxiliorum: ex his verò, quæ in executione ipsa prælationis illius acciderunt, nonnulla eo modo, quo auctores, cum quibus disputamus, intendunt, præfinita fuerunt à Deo alii verò, eo qui à nobis membro precedente explicatus est, ut circa alia exempla dictum est.

*Argumentum sextum.* Sexto argumentatur: Conuersio Pauli, Mariæ Magdalene, & Latronis in Cruce pendens, factæ sunt per concursum seu auxilium Dei ex se efficax, & ex æternitate præfinitæ sunt à Deo, ut per tale auxilium fierent: atque cum cūsumo di præfinitionibus contentis libertas arbitrii Pauli, Magdalene, & Latronis: ergo admittendæ sunt præfinitiones per Dei concursum ex se efficacem, simulque consentiendum est id libertati, non nisi arbitrii nullum præiudicium afferre.

*Responsio.* Ad hoc argumentum, negandum est, conuersiones illas factas fuisse per auxilium Dei ita ex se efficax, ut in potestate arbitrii Pauli, Magdalene, & Latronis præiudicium iam, moti, ac excitationi potentissimo eo auxilio, non fuerit, nihil tali auxilio impediens, non consentiendæ, ut concilium Trident. de auxiliis gratiæ ad conuersionem peccatorum absque vlla exceptione definit: quare, quod ex eo auxilio sequeretur permoueri arbitria Pauli, Magdalene, & Latronis ad consensum cooperationis, cum eodem auxilio ad conuersionem & conuersionem, atque adeo quod ad id esset efficax aut non, pendens fuit à Pauli, Magdalene, & Latronis libera voluntate, qui in potestate sua habebant reddere illud inefficax, non consentiendæ & non cooperandæ cum illo, si ita vellent. Id verò ut melius intelligas, observa nihil infra Deum clarè visum necessitate voluntatem, quoad exercitum actus, sed semper manere liberam ut actum exerceat, aut non exerceat, tametsi quod maior boni ratio consentiatur in obiecto, & magis ad illud efficiatur

voluntas, minorque sese offert ad id difficultas, eo ex sua propria libertate soleat voluntas facilius & frequentius determinare se ad appetitum seu actum circa tale obiectum; semper tamen cum libertate ad continendum actum, quia nihil est quod illam necessitet quoad exercitum: atque hæc libertas sufficit ad meritum, si actus bonus in se sit moraliter, & eliciatur ab existente in gratia. Quæadmodum ergo quando homo rebus huius seculi est deditus, quo maius bonum temporale ei proponitur, & minori cum difficultate continendum, eo solæ facilius & frequentius elicitur sine vlla mora volitionem circa illud, adeo ut nullus prudens dubitet, si ei multa nulla aurorum, & raris accipienda proponatur, aut regnum vel monarchia orbis, cum continuo elicitur volitionem, & nihilominus liberè quoad exercitum eam elicit, ita ut si cum peccato, saltem veniali, id appetat, verè peccet, quod non esset, si actum non posset conuenire: ita tanta luce potest peccator intus à Deo illustrari ad cognoscendum, tum sua propria scelera, & tum damna quæ ei atulerunt, tum denique bonitatem Dei, atque ingratitude in erga Deum commissam, tantoque affectu & suavitate perfundi ac excitari ad conuersionem & dilectionem potest ipsius voluntas vnà cum parte sentiente, ut credendum omnino sit, illum sine mora consensum eliciturum, semper tamen cum libertate ad illum continendum, si ita velit, quamuis raro, & non nunquam, in tanta luce, tam potentique adiutorio, illam continebit, præfinitum si simul adsit signum aliquod externum ad idem inductis, quale fuit circumfuisse Paulo lucem de celo, corruisse in terram, Christumque illi apparuisse dicentem: Saule, Saule, quid me persequeris? datum est tibi contra stimulum calcitrare, tales autem videtur conuersiones Pauli, Magdalene, & Latronis pendens in Cruce. Non tamen ad eorum exemplum admetiendæ sunt aliæ, quæ communibus auxiliis, longèque maiori cum difficultate eorum qui concurrunt, quotidie sunt in Ecclesia. Præterea conuersiones Pauli, Magdalene, & Latronis, existente æquali auxilio ex parte Dei, esse potuerunt magis aut minus intensè, cooperante intensius aut minus intensè ipsorum arbitrio cum auxilio Dei: id quod laudasse in Magdalena videtur Christus dum dixit: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, illud etiam obser-

obserua, ut 1. 2. q. 1. ostendimus, nullum obiectum in particulari appeti in hac vita necessarium quoad speciem actus necessitate omnimoda, ita ut ratione alicuius mali, quod habere potest adiunctum, non possit aliquando, licet ratio, respici per nolitionem. Quare in potestate Pauli, Magdalene, & Latronis, nihil illo auxilio impediens, fuit nolite conuerti, ratione difficultatis quæ erat in continendo se à lethali-bus peccatis per toram vitam, ut ad veram conuersionem statuere tenebantur: tamen raro admodum, aut nunquam, cum tanto ac tali auxilio id eueniat. Quo fit, ut etiam in his conuersionibus locum habeat definitio illa concilii Trident. quæ statuit liberum hominis arbitrium à Deo pro auxiliis gratiæ motum ad iustificationem ac excitatum, posse dissentire si velit.

*Argumentum septimum.*

Septimo argumentatur: Actus singuli meritorij BB. Virginis & aliorum qui in gratia fuerunt confirmati, illi præfinitum, quibus præcepta adimplebant, & quos sub reatu lethalis culpe, aut amissionis gratiæ elicitur tenebatur, fuerunt præfinita à Deo per concursum seu auxilium ex se efficax: neque id illorum libertati derogabat, quia quamuis in sensu composito non potuerunt illos non elicere, eo quod contradictionem implicet, quempiam confirmatum esse in gratia, & non elicere actum quem sub reatu lethalis culpe tenetur elicere, satis tamè quod in sensu diuiso potuerit illos non elicere, & ut liberè diceretur eos elicere, & ut illis possent mereri: ergo admittendæ sunt præfinitiones per concursum Dei ex se efficacem: neque quod in sensu composito stante tali præfinitione non possit non elici actus præfinitus, derogat libertati arbitrii, quia satis est quod in sensu diuiso possit non elici.

*Responsio.*

Ad hoc argumentum, quamuis consentiendum sit, actus illos fuisse præfinitos in sensu à nobis membro præcedente explicato, negandum tamè est, præfinitos fuisse per auxilium ex se efficax, ut argumentum intendit. Semper namque integrum beatæ Virginis & aliorum confirmatis in gratia fuit, nihil impediens auxilio gratiæ, aut Dei concursu, illos non elicere, casumque reddere tale auxilium aut concursum etiam in instanti in quo illos elicerent, & sub auxilio quo illos elicerent, alioquin eis actibus in instanti, & sub eo auxilio, meriti non fuissent. Neque beatæ Virginis & aliorum confirmatis in gratia denegati

debet laus illa inter alias, hominis iusti, qui potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala, & non fecit. Confirmatio autem in gratia in eo est posita, quod Deus statuerit tantam gratiam & talia auxilia alicui in toto vitæ decursu conferre, quibus præuidebat illum pro sua libertate nunquam esse lapsurum in culpam lethalem; cum tamen, nihil impediens ea gratia & auxiliis, labi possit. Posita etiam in eo est quod Deus manifestauerit, statuisse eo pacto illum munire. Præseruari item beatam Virginem ab omni culpa, etiam veniali, non alium fuit, quam Deum tantam gratiam, talia dona, & talia auxilia ei in toto vitæ decursu conferre, eaque ex æternitate statuisse conferre, quibus præuidebat, illam neque in culpam venialem pro sua libertate esse lapsuram; cum tamen, eisdem auxiliis & donis nihil impediens, labi pro eadem libertate posset si vellet. Itaque certitudo quod confirmatus in gratia toto vitæ decursu à puncto, à quo confirmatus in gratia dicitur, non peccat lethaler, nec proinde amittet gratiam, reducit ad certitudinem diuinæ præfinitæ, quæ ad futurum eum ea gratia & iis auxiliis præuidit, pro libertate arbitrii hominis ita confirmati; non verò reducit ad efficaciam ex se diuinorum auxiliorum, quasi homo ille, nihil auxiliis illis impediens, non possit labi in lethalia peccata, & quasi, quod ea auxilia efficaciam ad eum effectum futura sint aut non sint, non pendeat ab innata libertate hominis sic in gratia confirmati, consentiendæ & cooperati cum illis volente aut nolente. Quia ergo quod D. Petrus à die Pentecostes rationem habuerit hominis in gratia confirmati, pendens fuit tum ex eo, quod Deus conferre illi voluerit plenitudinem gratiæ, & auxiliorum, quæ ab eodem puncto conferre illi ex æternitate statuit, tum etiam ex eo, quod Deus præuidit D. Petrum cum ea gratia & auxiliis pro sua libertate non esse lapsurum in reliquo vitæ decursu in lethale peccatum; hoc verò secundum non ideo futurum erat quia Deus id præfinit, sed è contrario idcirco fuit præfinitum quia pro libertate Diui Petri eis donis muniti ita erat futurum: sanè, quod confirmatus in gratia non possit in sensu composito non implere præcepta quæ obligant sub culpa lethali, nihil omnino liberam tolerant implere, si velit: quoniam si eorum aliquod

*Confirmatio in gratia quo fit potest.*

*Certitudo quod confirmatus in gratia lethaler non peccabit, ad certitudinem diuinæ præfinitæ reducit.*

non esset impletum, ut ipsa nihil impedi-  
te ea divina praevidentia potest, nunquam talis  
praevidentia in Deo fuisse, atque adeo neque D.  
Petrus ex eo quod Deus cum plenitudine gra-  
tiae, eaque auisita ex eternitate illi conferre sta-  
tuit, habet rationem confirmati in gratia.

Postremo argumentatur: Actus Christi Do-  
mini praesinit fuerunt a Deo per auxilium effi-  
cax ex se praeratum is, quo implevit Patris prae-  
ceptum de redimendo per propriam mortem ge-  
nere humano, quandoquidem Christus, quia si-  
milis erat Deo, nullo modo potuit peccare, ar-  
que adeo non potuit non elicere actum illum  
quo praeratum illud implevit, & tamen liber-  
e eundem actum elicuit, alioquin neque eo meri-  
tus fuisset, neque per consequens illo redemisset  
genus humanum, quod est haereticum: ergo ne-  
cessitas in sensu composito elicendi aliquem  
actum, vel quia praesinitus est per auxilium ex se ef-  
ficax, vel quia per illum impletur praeratum, eli-  
citurque ab eo, qui quatenus simul est Deus &  
homo, nulla ratione potest peccare, neque liber-  
tatem simpliciter, neque meritum tollit ab actu:  
quia sufficit quod in sensu diuiso is actus sit liber  
vt erat in Christo. Quo fit, vt praesinitiones per  
auxilium ex se efficax non ideo sunt excludendae,  
quasi quae ab actibus tollant libertatem, cum  
ad libertatem factis sit, si actus praedefinitus possit  
in sensu diuiso non elici, vt de actu illo Christi  
necessarium est affirmare.

Hoc argumentum nos cogit, vt extra prop-  
rium locum explicemus, qua ratione & contra-  
dictionem implicauerit, Christum, dum viator  
erat, peccare, & simul habuerit libertatem ad id  
omittendū, cuius omisio culpa esset in Christo,  
atque adeo qua ratione mereretur implendo, tum  
praerata reliqua, iuxta illud Ioannis 15. Sicut &  
ego Patris mei praerata seruauit, & maneo in  
eius dilectione, tum in particulari illud Patris  
praeratum de morte in redemptionem generis  
subeunda, iuxta illud Ioan. 10. Vbi de morte sua  
ait: Hoc mandatum accepi a Patre meo: & c. 14.  
de eade passione ac morte dicit: Sicut manda-  
tum dedit mihi Pater, sic facio, surgite, eamus: &  
illud ad Philip. 2. Humiliavit semetipsum factus  
obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis;  
atque illud ad Hebraeos 5. Cum esset filius Dei,  
didicit ex his, quae passus est, obedientiam.

Id vero vt melius intelligatur, obseruandum  
est, longe diuersum esse quod natura humana: a

verbo assumptae ratione assumptionis gratique  
vniōnis debeat, & quid vi nuda assumptionis,  
secluso omni alio dono, quod ratione gratiae  
vniōnis ei debeat, illi conueniat. Quia cum  
verbum, quae verbum est, nihil inluit in naturam  
humanam assumptam, sed absque omni profus  
causalitate terminat dependentiam illius: vno  
verò hypostatica facta est efficienter à tota Tri-  
nitate, qua vnus Deus est, per influxum in hu-  
manitatem, quo supernaturaliter collatum quid-  
dem est illi idem suum esse, sed dependenter ad  
suppositum verbi, eaque ratione vniūta est verbo  
diuino, sanè natura assumpta, vi praeratae huius  
vniōnis, nullas alias vires habet, quam eas quas  
haberet, si sibi ipsi relicta, subsisteret in se ipsa, in  
suoque proprio supposito.

Sicut enim in sacramento altaris, in quo tem-  
poris momento fit transsubstantiatio panis in cor-  
pus Christi per influxum supernaturalem totius  
Trinitatis in accidentia, quae erant in substantia  
panis, existentia sunt in seipsis, non quasi reci-  
pant nouū esse, sed illud idem inde pendēs iam  
supra ipsorum naturam a subiecto per influxum  
nouum in genere causae efficientis quo in se ipsis  
vigorantur, & componatur ac suppletur causalitas  
materialis subiecti, ipsis alioquin ad existen-  
dam necessaria: ita cum natura humana singula-  
ris habeat ex se subsistere in se ipsa, esseque suppo-  
situm, si sibi ipsi relinqueretur, vt pote nullo alio in-  
digens à quo sulciatur & sustentetur; sanè supra  
naturam suam per nouum influxum in ipsam fit  
à tota Trinitate dependens ad alienum supposi-  
tū verbi, cui vniūta, quasi in quo existit, & à quo  
sustentatur; sic tamen ita dependens, non quasi  
Trinitas per eum influxum cōferat illi aliud esse,  
sed illud idem factum iam quasi in firmius in se  
ipso, vt pote indigēs alieno supposito, à quo longè  
felicius ac dignius sustentetur, quam si in  
seipso in suoque proprio subsisteret supposito.

Hinc iam facile intelligitur, naturam huma-  
nam per assumptionem à verbo diuino conse-  
qui quidem gratiam vniōnis, hoc est verbū esse  
suppositum ipsius: vt autem natura humana eo  
ipso tribuit verbo esse huius hominis, qui simul  
est verus Deus, ita vicissim à verbo consequitur di-  
gnitate infinita, ratione cuius habet opera quae  
per eam fuerint exercita, vt sint meriti ac valoris  
infiniti. Ceterum licet natura humana per as-  
sumptionem assequatur eam gratiam vniōnis,  
gratiaque illa radix sit & origo, quod ei debita  
sunt

*Verbum,  
quo ver-  
bū, nihil  
inluit in  
naturam  
assum-  
ptam.  
Incarna-  
tio quali-  
ter facta.*

*Accidētia  
in sacra-  
mento al-  
taris qua  
ratione  
existentia  
in seipsis  
sunt.*

*Christi  
opera vno  
de meri-  
tum ha-  
bant in-  
finitum.*

sunt dona omnia, quae habere decet cum homi-  
nem, qui simul est vnigenitus à Patre, nihilomi-  
nus, seclusis donis, non maiores vires habet, quā  
haberet si sibi ipsi relicta, subsisteret in seipso, in  
suoque proprio supposito. Quare sicut, non ob-  
stante assumptione, mori possit sua natura re-  
licta, vt mortua fuit in Christo, patrique possit ceter-  
as arumnas & miseras quas mortales reliqui  
patiuntur: ita habere possit motus naturales sen-  
sualitatis, & passionis ac rebellionis aduersus ra-  
tionem, quas ceteri patiuntur, maiores vel mi-  
nores, pro qualitate complexionis quae illi fuisset  
collata, haberet etiam naturalem arbitrii libera-  
tem, qua & resistere & consentire posset, perinde  
ac si in seipso, in suoque supposito proprio subsiste-  
ret. Sicut ergo natura humana in Christo lumi-  
ne gloriæ eguit vt videret diuinā essentia, essetq;  
beata quoad animam, eguit etiam gloria cor-  
poris, dotibusque quae à puncto resurrectionis ex  
gloria animae in corpus redundarūt, vt immor-  
talis & impassibilis esset, haberetque reliqua quae  
corporibus gloriosis competunt: sic etiam vt in  
ipso parte sentiente, inuenit dum simul erat  
viator, passionis & motus contra rationem non  
insurgerent, indigni plenitudine gratiae habi-  
tuali ac virtutum, donisque in parte sentiente, vt  
iustitia originali, quibus ea pars cohiberetur &  
continetur in officio, & ita de aliis donis ad  
alias functiones ac fines necessariis.

Illud deinde obserua, quomodo ex gratia vniō-  
nis debita fuerit Christo, ipsiusque humanitati,  
ea omnia, quae post resurrectionem habuit; quia  
tamen incarnatio simul instituta fuit à Deo, vt  
Christus per merita sua ac mortem redimeret  
genus humanum, & vt sanctissima ac perfectissi-  
ma ipsius vita illustrissimum mortalibus praeberet  
exemplum, quo & doceretur genus omne  
virtutum & perfectionis, & ad illius imi-  
tationem acriter stimularētur & vrgerētur, quia  
iē gloriosus erat Christo peruenire per merita  
propria ad gloriā corporis & exaltationē, quā si  
itaam à principio illā haberet, inde effectus est,  
vt quomodo à puncto conceptionis, fabricante  
Spiritu sancto in vtero virginis corpus illud fa-  
bratissimum, affectus fuerit perfectissima com-  
plexione, animaque illius viderit diuinā essen-  
tiam, & totus Christus, quoad corpus & ani-  
mam, repletus fuerit habitibus ac donis quae cum  
sine incarnationis paulo ante explicato, ita utq;  
viatoris simul & comprehensiois non repug-

*Est liber-  
tas ad  
transgre-  
dienda  
praerata  
& nihil  
alia re-  
licta fue-  
rit in  
Christo,  
dum erat  
viator.*

nabant; nihilominus gloriam corporis usque ad  
resurrectionem non accepit, neque eam solus  
Deus miraculose resutare impeditit ex gloria  
animae, sed simul etiam ita vitionem suae essen-  
tiae, beatificum amorem, ac fruitionem illi com-  
municauerit, vt supra naturam hominū bonorum,  
continendo effectus qui inde natura necessita-  
te deberent resutare, reliquit voluntatē Chri-  
sti capacem doloris ac tristitia, & perinde libe-  
rā ad implenda aut nō implenda praerata quae  
suis dolon-  
ris & tri-  
stitia.

Ita ut in Christo gloria ani-  
mae nō fuisset, quoniam id ita erat necessariū, vt  
posset mereri, innocentiūque sua vita & mor-  
te redimere genus humanum, tantoque eū suo  
honore & laude relinquere mortalibus illustris-  
simum suae vitae exemplum, atque ad corporis  
gloriam & exaltationem peruenire. Ratio quip-  
pe viatoris simul & comprehensiois in Christo,  
à puncto conceptionis ipsius in vtero virginis  
usque ad animae exhalationē in Cruce in eo fuit  
posita, quod animae gloria ita contineretur, vt  
voluntas Christi perinde esset libera ad praerata  
implenda, vel non implenda, ac si eam glo-  
riam non haberet, sed esset purus viator.

*Christi  
voluntas  
capax  
dolor-  
is & tri-  
stitia.*

*Viatoris si-  
mul &  
compre-  
hensiois  
ratio in  
quo fuit  
in Christo  
posita.*

*Christum  
qua ratio-  
ne specta-  
tus nullo  
modo po-  
tuit peccare.*

*Christum  
qua ratio-  
ne specta-  
tus nullo  
modo po-  
tuit peccare.*



etiam in sensu composito, iuxta ea quae in responsione ad praecedens argumentum dicta sunt, non poterat Christus peccare, quoniam erat supremus confirmatorum in gratia & bono per longè excellentiora dona & subsidia, quam sanctissima ipsius mater in sensu autem composito contradictionem implicat, confirmatum in gratia & bono peccare: licet non in sensu diuiso & simpliciter, quoniam si peccaturus esset, ut nihil impediens donis potest, neque Deus praescriberet eum cum eis donis pro sua libertate non peccaturum, neque proinde rationem haberet confirmati in gratia & bono, ut in responsione ad praecedens argumentum explicatum est. Si vero Christus spectetur quatenus erat viator, & gloria animae ad fines explicatos suspendebatur ne libertatem auferretur Christo ad transgredienda praecipra, sicut eam auferret à ceteris beatis qui simul non sunt viatores; & spectetur quatenus maxima cum difficultate ac tristitia mortem subibat, & lat oriosa ac difficilia alia opera in salutem generis humani exercebat, ut probat illud Lucæ 12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor visque dum perficiatur / & illud matth. 26. Cœpit contritari & mœstus esse (Marcus ait, Cœpit parere & redere) & ait illis, Tristis est anima mea usque ad mortem, sustinete hic, & vigilate mecum. Et prociat in faciem suam orans & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tui: tantaque fuit agonia eius & tristitia, ut factus fuerit sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram, ut Lucas ait: probant item illud ad Hebr. 4. Nō enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia pro similitudine (id est, ac si esset vnus ex nobis) absque peccato: & illud Marth. 27. Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? si inquam, hoc modo Christus spectetur, sanè nihil impediens eius capitibus aliis quae commemorata sunt, libertatem re ipsa habebat, ad non sciendum ea, quae facere ex praecipro tenebatur; certus tamen quod repugnante etiā validissime ipsius natura, ea omnia plenissime ac perfecte pro sua libertate esset implens, si scilicet ad id potentissimis donis ac subsidiis. Quod si, ut mors Christi non solum spontanea, sed & libera fuit libertate contradictionis, aut etiam contrarietatis, simulque fuerit illi praecipra; neque vnica cum altera

Mors Christi non solum spontanea, sed etiam libera ac praecipra illi fuit.

pugnat, Vtrumque autē docuit Christus Ioā. 10. dicens: Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo. Fit etiam, ut laboriosissima ac difficilissima fuerit, natura Christi eam quam maximè exhorrescente ac repugnante, ut ex testimoniis citatis constat: atque ex illo ad Romanos 15. Etenim Christus sibi non placuit; sed, sicut scriptum est, improperia impetrauit tibi ceciderunt super me, & nihilominus propter dona ac subsidia, quibus Christus fultebatur, incredibilemque caritatis magnitudinem ac feruorem qua Deum & proximos prosequeretur, fuerit simul promptissima; iuxta illud Marth. 26. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: atque illud Psalm. 18. Exstravit vt gigas ad currendam viam, laborum scilicet passionis ac mortis quae eam finiuit. Fit denique, ut Christi mors, ceteraque ipsius opera omni ex parte fuerint perfectissima & consummatissima, qualia tum in nostrum commodum & exemplum, tum etiam in summam ipsius laudem & honorem, talem ac tantum debebant redemptorem. Ad argumentum ergo in forma negandum est, Christi actus, etiam cum quo Paulus impleuit praeciprum de genere humano morte sua redimendo, per auxilium ita ex se efficax fuisse à Deo praesentis, quasi in praesentia eius auxilij integrum non fuerit Christo illis non eliceret, nihil tali auxilio impediens: id enim esset libertatem auferre à Christo in momento temporis quo illos eliceret, & subinde meritum. Ad probationem verò iam explicatam est, non quidem ex capite efficaciae auxiliij, sed ex duobus aliis capitibus in sensu composito non potest Christum peccare, ne subinde non eliceret eos actus, idque libertatem in sensu diuiso ac simpliciter nos tollere à Christo, ut eos actus posset non elicere in eo ipso instanti in quo eos elicit. Reliqua autem quae in eo argumentum subiungunt satis ex dictis constat nō probare concedendas esse Dei praesentias per auxilium ex se efficax, quoniam tale auxilium simpliciter tollit libertatem ab arbitrio eius, cui impenderetur in instanti in quo eliceret actum: neque sensus diuisus qualis à consuetibus eiusmodi praesentiones intelligitur, relinquit libe-

libertatem in eo arbitrio quod auxilio ex se efficaci iuaretur, sed solum ponit libertatem in Deo ad auxilium illud concedendum aut non concedendum, atque adeo ad efficiendum ut arbitrium eliciat aut non eliciat talem actum, ut supra explicatum fuit; non sic autem habet sen-

sus diuisus, qui distinguitur contra sensum compositum, in quo Christus ex illis aliis duobus capitibus non poterat peccare, acque desinere elicere actum, ad quem ex praecipro tenebatur, ut à nobis explicatum est.

Ad articulum sextum Questionis 19.

De variis expositionibus illius testimonij primae ad Timotheum secundo: Deus vult omnes homines saluos fieri.

Disputatio I.



Dōctrina ad hunc articulum tracta inferenda quoque visa est huic Concordata, utpote quae non parum conducet ad coherentiam libertatis arbitrij nostri cum diuina providentia, praedestinatione, & reprobatione melius intelligendam.

Verum antequam examinetur quaestio ad D. Thomam hoc loco propositam, operae pretium erit expēdamus Doctorum interpretationes circa propositum Pauli testimonium, de qua re agit D. Thomas in responsione ad primum huius arti cūli.

Prima est Augustini, epistola 107. ad Vitalem, in Enchiridio cap. 103. de praedestinatione Sanctorum cap. 8. & Hypognost. lib. 6. sub finem, si is liber est Aug. quā amplectitur Anselmus in euāgēliō locū Pauli. Credit enim Aug. iis in locis testimoniū illud nō esse intelligendū vniuersim de omnibus hominibus, sed de iis tantū qui saluantur; eo loquendi modo quo, ut de praedestinatione sanctorū c. 8. ait, quando vnus tantū magister docet pueros in aliqua ciuitate, dicere consueuimus, tale magistrum docere omnes pueros eiudem ciuitatis: neque enim significare volumus eū docere omnes vniuersim pueros illius ciuitatis, cū sint multi qui à nemine doceantur, sed docere omnes, qui in illa ciuitate docentur, per constructionem, aut distributionem, quam appellant accomodam. Eodem modo ait Augustinus in Enchiridio intelligi illud Ioan. 1. Illustrat omnē hominem venientē in hunc mun-

dum: cū enim multi sint, qui non illuminantur, lenius est, Christum illuminare omnem qui illuminatur, ita vt nullus, nisi ab eo, illuminetur; atque eodem modo intelliguntur quaedam alia loca Scripturae.

Secunda est eiusdē Augustini in Enchir. cap. citato, & de correctione & gratia c. 14. quod eo in loco distributio fiat, non pro singulis generum, quasi Deus velit omnes homines cuiusque status saluos fieri, sed pro generibus singulorum, ita vt sit sensus: cuiusque status vult aliquos saluos fieri. Eodē modo exponit Augustinus illud Matt. 23. & Lucæ 11. Decimatis mentā & rutam, & omne olus, id est, quamlibet oleosis specie.

Tertia est eiusdem etiam Augustini de correctione & gratia cap. 15. vt sit sensus: Vult omnes homines saluos fieri: id est, facit nos velle omnes homines saluos fieri: iuxta illud ad Roman. 5. Misit spiritum filij sui clamantem, abba pater; id est, clamare nos facientem, abba pater. Interim namque dum nobis non constat quoniam Deus velit saluos fieri, iustum, sanctū, gratumque Deo est, vt ab eo omnibus proximis postulemus salutem, illamque eis pro nostra virili parte curemus: quare desiderium hoc atque petitio à Deo est.

Quarta est D. Thomae & Caietani in eundem locum Pauli, Marthij in primo, q. 45. ar. 1. & quorundam aliorum, afferentium, locum illum intelligendum esse, non de voluntate beneplacitū, hoc est, quae formaliter sit in Deo, hanc enim affirmant semper impleri; sed de voluntate signi, quae Deus proponit omnibus homini-

Secunda explicatio.

Tertia.

Quarta explicatio.

bus præcepta salutis, doctrinamque Evangelij: qui tamen in culpa sunt quod ad agnitionem veritatis venire nolunt, nec salvi esse. Porro voluntas signi non est formaliter in Deo, sed est effectus Dei, nempe promulgatio legis & Evangelij, redemptio generis humani facta per Christum, &c. huiusmodi autem effectus dicuntur metaphorice voluntas Dei, quia voluntas iudicia quædam sunt, Deo futuram esse gratum, non solum, si omnes salvi fiant, sed etiam si singuli pro omnium salute preces fundant, Eo autem patet eiusmodi effectus metaphorice dicuntur voluntas Dei, quo testamentum, quia testatoris voluntatem exprimit, voluntas illius appellari consuevit.

Est verò mihi non leue dubium, vtrum ex horum auctororum sententia voluntas signi aliquam volitionem, saltem conditionatam, quæ formaliter sit in Deo, per quam recipi velit omnes homines saluos fieri, significet: an verò quemadmodum punitio, voluntasq; diuina puniendi peccatores, dicuntur metaphorice ira, quatenus Deus talem effectum exhibet, qualem homo iratus consuevit facere, cum tamen nihil sit in Deo quod formaliter habeat ratione iræ, ita in Deo non sit alia volitio qua peccatores omnes velit saluos fieri, quàm volitio qua exhibere vult signa quæ repræsentat, quæ proinde volitio cõparatione signorũ sit voluntas beneplaciti & efficax, signa verò ipsa extrema, atq; etiam volitio Dei interna, dicatur metaphorice voluntas vt omnes homines salui fiant, quatenus Deus talia signa voluntate efficaci exhibet, qualia exhiberet is, qui sub conditione, si per homines non staret, vellet omnes homines saluos fieri; cum tamen nulla volitio, etiam conditionata, sit in Deo, qua velit omnes homines saluos fieri. Certè D. Thomas loco citato hoc aperte innuere videtur. Nam primò exponit locum illum de sola voluntate signi, quasi in Deo nulla sit voluntas beneplaciti qua velit omnes homines saluos fieri. Deinde exponit eundem locum quatuor modis de voluntate beneplaciti: vtes priores paulò antè ex Augustino allati sunt, quartum verò addit, quòd intelligatur de voluntate antecedente, seu conditionata, si per homines non steterit, vt mox dicemus, quam voluntatem sine dubio comprehendit sub voluntate beneplaciti. Nisi forte dicamus D. Thomam eo in loco per eam signi voluntatem intenderit

*Voluntas signi an aliquam volitionem, saltem conditionatam, significet in Deo.*

significare voluntatem conditionatam in Deo existentem, qua velit omnes homines saluos fieri si per ipsos non steterit, vt inferius ad finem articuli exponimus D. Thomam; dicamusque D. Thomam eo in loco simpliciter voluntatem beneplaciti latè, vt distinguitur contra voluntatem signi.

A sententia relata, meo iudicio, parum aut nihil discrepat Scotus & Ochamus in primo, dist. 46. & quidam alij, qui omnino negat vllam in Deo voluntatem beneplaciti reperiri, quæ non implatur, ac proinde nec eam qua velit omnes vniuersim homines saluos fieri, neque item volunt concedere in Deo voluntatem conditionalem. Quare licet dicant Deum voluntate antecedente velle omnes homines saluos fieri, non verò voluptate consequente, nomine tamen voluntatis antecedentis intelligunt voluntatem efficacem, qua omnibus vniuersim conferre vult, neque ipsa confert dona naturalia, leges rectas, & auxilia sufficientia ad salutem: quæ ratione dici potest velle ex parte sua omnes homines saluos fieri. Itaque voluntatem illam efficacem, quatenus est quorundam antecedentium, quæ ad salutem conducunt, non tamen sunt satis, nisi cooperetur liberi arbitrium, Deo præstò existente ad adiuuandum, appellant voluntatem antecedentem, quæ Deus vult omnes homines saluos fieri, quantum est ex se; non verò quasi in Deo sit aliqua volitio qua sub conditione vellet omnes vniuersim fieri saluos. Merito ergo Marsilius loco citato voluntatem, de qua hi Doctores loquuntur, non esse aliam à voluntate signi affirmat.

Postrema expositio eiusdem loci, est Damasceni secundo libro fidei orthodoxæ cap. 29. quo loco de diuina prouidentia disputans docet: Inter ea quæ sub diuinam prouidentiam ac voluntatem cadunt, ea, quæ à libero arbitrio creato maxime pendent, sola diuina prouidentia ac voluntate gubernari, ac proinde quæcumque eorum eueniunt, à Deo esse volita absoluta voluntate, qua, quæcumque vult, fecit in celo & in terra. Vnde ait: Deus igitur est qui est factor, & prouisor, & factus eius virtus, & contentiua, & prouisiua, bona ipsius voluntas est. Omnia enim quæcumque vult Deus fecit, & in celo & in terra, & voluntati eius nullus resistit. Vult cuncta fieri, & facta sunt: vult consistere mundum, & consistit. Et omnia, quæcumque vult,

*Scoti & Ochami sententia.*

*Voluntas antecedens & non signi ex D. Damasc. vnde explicatur.*

potest, & sunt. Quibusdam verò interiectis addit: Omnia dico prouidentie opera, quæ non in nobis sunt (id est, quæ non à nostra pendet potestate) ea enim, quæ in nobis sunt, non prouidentie solù sunt, sed liberæ potestatis nostræ & arbitrij. Prouidentia verò, hæc quidè secundum acceptionem (hoc est, bona quæ à libero nostro arbitrio pendent) hæc autem secundum permissionem, nempe mala, tam culpæ, quàm afflictionis, ignominie, & pœnæ, quæ interdum per liberum nostrum arbitrium, interdum per alienum, Deus sua prouidentia ob varios fines optimos nobis permittit, vt latè exponit. Addit: Nolle oportet, electionem agendorum in nostra esse potestate, finem autem bonorum, Dei cooperatione iuste cooperante, iis qui recta conscientia bonum eligunt secundum præscientiam eius: malorum autem, derelictione Dei, rursus secundum præscientiam eius iuste derelinquente. At derelictionis dux sunt species. Est enim derelictio dispensatiua, correctiuaque, & eruditua: & est derelictio finalis, & desperatiua. Dispensatiua quidem & eruditua, ad correctionem, salutem, & gloriam patientis facta, aut ad aliorum zelum & imitationem, aut ad Dei gloriam. Finalis derelictio, cum, Deo cuncta quæ ad salutem sunt faciente, incorrigibilis, & immedicabilis, magis autem insanabilis ex proprio proposito permaneat homo. Tunc enim traditur in finalem derelictionem, vt Iudas, quod à nobis auertat Deus, & à tali derelictione defendat. Tacendũ non est, omnia tristia damna iis superuentientia, qui cum gratiarum actione suscipiunt, ad salutem induci, & omnino utilitatis causâ effici, & Deum præsertim præcedentemque velle omnes saluari, & regnum eius consequi. Non enim ad puniendos nos plasmauit, sed vt efficiat nos bonitatis suæ participes, vt bonus. Peccantes autem puniri vult vt iustus. Dicitur igitur prima, præcedens voluntas & acceptatio, ex ipso existens: secunda verò, voluntas sequens & permissio, ex nostra causâ existens. Et hæc duplex est. Hæc quidem dispensatiua, & eruditua ad salutem: illa verò desperatiua ad finalem punitioem, ceu iam diximus. Eorum autem quæ in nobis sunt, si bona quidem, præsertim antecedenterq; vult & acceptat. Sin mala, & re vera mala, neque præsertim vult, neque consequenter vult: sunt tamen arbitrium ad illa liberum. Nam quod per violentiam fieret, ne-


que rationalis, neque virtutis esset opus, &c. Hactenus Damascenus. Cuius verba placuit referre, vt apertiùs eius mens explicetur, siquidem primus egregiam illam distinctionem voluntatis diuinæ, in antecedentem, & consequentem, inuexit, atque iuxta eam locum Pauli citatum interpretatus est. Quicquid enim Gregor. Ariminensis in primo, d. 46. q. 1. dixerit, planè idem docuit quod D. Thomas hoc loco, aliq; Scholastici eum docuisse affirmant.

Ad cuius rei intelligentiam sciendum est, Damascenum non distinguere voluntatem antecedentem & consequentem cõparatione omnium quæ à Deo sunt volita, sed solum cõparatione eorum quæ à libero arbitrio creato pendent, quæ ait non esse solum diuinæ prouidentia, sed liberæ etiam nostræ potestatis & arbitrij.

Sciendum est deinde, Deum optimum maximum, dum Angelos & primos parentes condere in suam beatitudinem ex eternitate statuit, vtrisque verè; & absque vlla fictione, voluisse sempiternam beatitudinem, & media ad illam consequendam necessaria, ad quem finem illos cõfigere constituebat. Si namque sempiternam beatitudinem, & media ad eam obtinendam necessaria, omnibus hominibus tunc non voluisset, profectò, neque tunc constituisse, neque in tempore diceretur cõdidisse omnes homines in suam beatitudinem, sed solum aliquos: ex voluntate namq; Dei, vt, si per ipsos non steterit, illam assequatur, dicuntur cõditi in sempiternam beatitudinem: nullus autem dicere audebit, neque salua fide Catholica dicere potest, Deum ex æternitate non statuisse condere in suam beatitudinem tanquam in finem omnes homines, quos in tempore creauit. Vt verò finis, in què tã Angelos, quam homines stantebat condere, illis redderetur honorificentior, si propriis meritis compararetur, atque iustissimis aliis de causis, licet eundem eos in suam beatitudinem condere statuit, verè & absque vlla fictione ipsis voluerit sempiternam beatitudinem; mediâq; omnia necessaria; voluit tamen illis hæc, non voluntate absoluta, sed sub conditione, dependente à libero arbitrio, tum proprio cuiusque, tum etiam primi parentis, quoad gratuita quædam dona, quæ, vt in posterò demerentur, illi statuit conferre, vt quæst. 24. art. 13. disputatio 3. dictum est.

Sciendum est tertio, Deum optimum maximum

*Deum verè vult omnes tã Angelos tã homines saluos fieri, si per ipsos non staret.*



Deus ut  
voluerit  
toti gene-  
ri huma-  
no suam  
conferre  
beatitudi-  
nem. ad  
eandem re-  
demptio-  
nem con-  
tulit.

ruinam generis humani prouidentem, dum eadem redemptorem vniuersalem conferre statuit, cuius merita sub certis quibusdam legibus omnibus hominibus, quantum est ex parte redemptoris, applicaretur, omnibus etiam voluisse sempiternam felicitatem, mediisque ad eam consequendam necessariam non tamen voluntate absoluta, sed dependenter, tum a libero arbitrio hominum, tum etiam a cursu, dispositione, & euentibus huius mundi. Neque enim possit ruinam, delictumque generis humani, ratio postulari, si humanum genus ad felicem illum statum, in quo primò fuerat conditum, reduceretur, atque ut iustitiae originalis dono, esuque ligni vitae, iterum aduersus calas ac miseriaas quibus ex dispositione ipsa vniuersi suapte natura subiacet, maniretur, quin potius equum erat, ut in poenam delicti, huius vitae arumnas deinceps experiretur. Ipse verò naturae auctor, atque omnium rerum molitor Deus dispositionem vniuersi, ac liberum arbitrium humanum praesupponeret, ut naturam humanam gratia à redemptore promerita perficeret, quantum opus erat ad eam in finem supernaturalem perduendam, ut ait, citato dictum est.

Ex his constat, in Deo optimo maximo constitutum esse volitionem, tum bonitatis ac pietatis ipsius dignissimam, tum libero arbitrio creato, probationique, qua ad praemij palmam nos perducere constituebat, maxime consentaneam, qua videlicet homines omnes, & Angelos, quos condere statuebat, ex æternitate voluerit saluos fieri, sempiternamque vitam, mediisque ad eam finem necessaria, eis conferre, sub conditione tamen, si per ipsos, aut primum parentes non staret. Vnde cessat ob-

Obiectio  
qua de  
Augusti-  
num ad  
superiores  
exploratio-  
nes im-  
pulsit.

iectio, quam sapientissimus Augustinus reperit, quæque in causa fuit, ut testimonium Pauli non de omnibus vniuersum hominibus sonaret, sed ad tres illas expositiones relatas confugeret. Saepè enim obicit, puctos in veteris matris interitum perire ante baptismum, que tamè per puctos, neque per parentes, nec per ministros Ecclesiae stare, qui percipientes eis subuenire & remedium baptismi ad salutem adhibere, nec tamen possunt: non ergo Deus vult omnes vniuersum homines saluos fieri, etiam sub conditione illa, si per ipsos, aut per parentes, aut per ministros Ecclesiae non staret. Ad hanc enim difficultatem respondendum est: Deum, spectata

Solutio.

prima conditione generis humani, velle omnes homines, nemine excepto, saluos fieri, si per ipsos, vel primum parentem, cui primò dona gratuita toti boboli per generationem communicanda collata sent, non staret. Posita verò ruina generis humani, & beneficio redemptionis, velle etiam omnes saluos fieri, seruata tamen constitutione cursusque causarum vniuersi, dependenterque a libero arbitrio hominum, vt explicatum est. Quare Deo gratum est omnes saluos fieri, eaque de causa, iuxta testimonij Pauli, vult vt ab eo id petamus, & pro viribus nostris omnibus proximis curemus. Quòd autem quidam percant, quibus neque abij, neque ipsi sibi metipsis subuenire queant, effectus est atque poena peccati primi parentis, idque non per se, sed per accidens, ex ipsa dispositione causarum vniuersi, ac primi parentis casu, praeter Dei institutionem ac voluntatem cuenit: ad id quoque interdum confert malitia aliquorum, quæ omnia Deus nihilimò impedire tenetur.

Porro volitio hec conditionalis, quam in Deo constitimus, actus est liberi arbitrij diuini ad eos tantum se extendens, quos condere constituit. Neque tenuam, si horum nomine illos etiam comprehendas, qui posita ea constitutione vniuersi, qua à principio fuit, extitissent, vel si pro hominum arbitrio mundus hic, quoad generationes hominum alium cursum teneret, alii que numero diuersi gignerentur: hos enim omnes voluit etiam Deus saluos fieri, sub conditione, si, vt naturaliter esse ponit, re ipsa generaretur. Volitio autem, qua Deus ex æternitate eo modo voluit omnes homines saluos fieri, supra actum quo Deus se ipsum diligit, non aliud addit, quam respectum rationis ad singula obiecta eo modo sub conditione volita. Cum verò nulla sit repugnantia Deum ita aliqua sub conditione velle, imò id, vt videbimus, sonet scripturae, contentiatque maxime, tum cum bonitate ac pietate diuina, tum etiam cum libertate & probatione, in qua positi sumus, vt ad quod voluimus, suæ vitam suæ mortem, porrigamus manum, non video, qua ratione eiusmodi actus à Deo debeat excludi.

Hanc verò actum appellat Damascenus voluntatem Dei antecedentem, per eamque ait Paulus affirmasse Deum velle omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Quòd si vult aliquos damnare, & punire, atque adeo

Volitio  
conditio-  
naria, qua  
Deus vult  
omnes sal-  
uos fieri,  
actus est  
liberij ar-  
bitrij diuini.

non

Voluntas  
confe-  
quens.

non saluari, id, inquit, vult voluntate consequente. Vt verò mentem Damasceni intelligas, animaduerte: Tria ab eo distingui in nobis comparatione sempiternæ felicitatis, atque interitus æterni, quæ, vt pendunt ab arbitrio nostro, ita dixit, non esse solum prouidentiae diuinæ, sed etiam liberæ potestatis nostræ & arbitrij. Quædam enim sunt tantum sunt bona secundum se, sed etiam sunt bona nobis; eiusmodi sunt, sempiterna felicitas, observatio mandatorum & consiliorum, omnia denique media à nostro arbitrio aliqua ex parte pendencia, & sempiternæ felicitati accommodata. Quædam alia sunt, quæ tum secundum se mala sunt, nullaque ratione possunt esse bona, tum etiam nobis mala sunt, vt sunt transgressiones mandatorum. Alia denique sunt, quæ nobis quidem sunt mala, prærequiuntque culpam in nobis, vt à Deo sint nobis volita; at posita culpa subeunt secundum se rationem boni, vt in poenam culpæ iustè à Deo sint nobis volita; eiusmodi sunt, damnatio atque interitus noster. Res ergo primi generis, ait Damascenus, omnibus vniuersum hominibus esse à Deo volitas; quoniam vt nobis eas conferret, non verò vt nos puniret, ab eo creati sumus: at volitas omnibus esse, voluntate conditionalis, si per ipsos aut primum parentem non staret: sunt enim res, quæ non solum sunt prouidentiae diuinæ, sed etiam potestatis atque libertatis arbitrij creati. Atque de eiusmodi volitione intelligit locum illud Pauli. Cum verò, qui ita vult omnes homines saluos fieri, neminem sub illa eadem conditione, persistendoque in solo sine acinitu creationis generis humani, velle perire, quin potius habeat, vt ita dicam, nolentiam, qua nolit quenquam perire, si ipse demerita contrarium non postulerit, quandoquidem omnes saluari, & quenquam perire, pugnantia sunt, fit, vt ea volitione, que, nostro intelligendi more cum fundamento in re, præcedit volitionem rerum tertij generis. Deus omnes vniuersum homines velit saluos fieri, neminemque perire. Res verò secundi generis, vt ait Damascenus, neque antequam fiant, neque postquam prouidentur ex nequitia liberi arbitrij creati sumus, aut iam effectæ fuerint, sunt volitæ à Deo, quòd nullam possint habere voluntatem boni ob quam illi placere possint; sed solum sunt ab eo in optimum finem permittæ. Permiso autem, ponit eiusmodi res per libertatem arbitrij esse futuras, nisi impediatur: per-

Permissio  
quid sit,  
& quid  
supponat.

mittere namque id dicimus, quòd cum alioquin futurum sit; possumusque impedire, non tamen impedimus. Nec verò id tribuitur culpæ non impediens, quando non tenetur impedire, sed solum culpæ illius qui liberè tale quid perpetrat, vt quæst. 14. art. 13. disputatione 32. ostensum est. Res verò tertij generis, quoniam non sunt à Deo volitæ, nisi posita culpa ipsius, cui in poenam iustè sunt volitæ, atque adeo ipso præbente poenis causam, vnde meretur vt aliud sit illi volitum, longe diuersum ab eo, quòd sine ipso creationis Deus illi conferre volebat, si per ipsum non staret, ideo ait Damascenus, voluntate quadam consequente, quæ comparatione illius alterius nostro intelligendi more posterior est, esse hominibus volitas. Hac verò posterior voluntas præuisionem culpæ eorum ponit. Vnde ait, vt tamque voluntatem à Deo proficisci; priorem quidem, quia bonus est; posteriorem verò, quia iustus est: prioremque ex bonitate, misericordia, ac clementia diuina oriri; posteriorem verò homines causam præbere.

Ex his patet in primis, Damascenum solum distinguere voluntatem consequentem, & antecedentem circa ea, quorum vt unumque est bonum, atque adeo volitum voluntate diuina, & quæ ita inter se affecta sunt, vt de contrario, eius quod à Deo est volitum voluntate consequente, sit in Deo velleitas, atque adeo, nostro intelligendi more, præcesserit voluntas conditionata, nempe si demerita aliud non postulerent; quo pacto se habent cuiusque damnatio, & salus sempiternæque felicitas eiusdem. Quare licet Deus voluntate conditionata velit seruari sua præcepta, & consilia, nempe si nos etiam velimus, non tamen dicitur velle contrarium voluntate consequente, quoniam peccata, & consiliorum violatio, non possunt habere rationem boni, vt per voluntatem consequentem sunt à Deo volitæ, sed solum dicuntur à Deo permitti; quoniam voluntas id permittendi, quoniam ponit in futurum esse per liberum arbitrium creatum nisi à Deo impediatur, dici possit posterior voluntas nostro more intelligendi, quam voluntas conditionalis, vt eadem seruentur.

Pactæ secundò apud Damascenum, non omnem voluntatem Dei absolutam appellari consequentem, sed eam solum de cuius contrario velleitas in Deo recipitur. Et enim voluntatem, qua Deus, præuidens Petrum pro libertate sui arbitrij

Voluntas  
antecedens  
& conse-  
quens cir-  
ca ea quæ à  
Deo  
damasceno  
constituitur.

Non om-  
nis volun-  
tas à Deo  
absolutè  
vocari à  
damasceno  
consequens.

M. m. 2

seruatum præcepta & consilia, consecutumque vitam æternam, id iam absolute vult, placetque sibi, non appellat voluntatem consequentem, sed ad antecedentem pertinere affirmat: quæ quidem per eam non aliud vult Deus, quam id ipsum quod voluntate antecedente voluit: cum id ipsum velit absolute, atque vt sibi gratissimum acceptet.

Iuxta hæc ergo, voluntas consequens est, qua aliquid ex adiunctione aliquarum circumstantiarum est absolute volitum, manente veritate de opposito, quod proinde, præcis talibus circumstantiis, secundum se spectatum est volitum: id verò quod inspectum sine eiusmodi circumstantiis est secundum se volitum, voluntate antecedente dicitur volitum. Vt proicctio mercium in mare, ad euadendum vitæ periculum effecta, dicitur velle voluntate consequente, quia ita est absolute volita ex circumstantia superuenientis periculi, vt coniunctam habeat veritatem eandem merces seruandi, si id pateretur tempestas; qua planè velleitas ex volitione conseruationis mercium secundum se spectatarum ortum habet. Aliud exemplum accommodatissimum adducit D. Thomas hoc loco, de iudice æquissimo & optimo, qui sicut velleit nulla esse scelera in Republica, ita nullum velleit capisse damnare, sed omnes vita & pace frui, atque inspectis sceleribus reorum: beneque Reipublice, quod postulat, vt, qui talia patrant, capite plectantur, vult voluntate absolute & consequente eos extremo supplicio punire, manente in eodem velleitate de conseruatione vitæ cuiusque, si per leges liceret, bonumque commune id pateretur; quæ planè et voluntate antecedente oriatur, qua velleit omnes, ea ratione qua homines & proximi sunt, incolumes seruare, cum leges, & commune bonum id permittunt. Quia ergo voluntas antecedens respicit priorem quandam rationem in obiecto præcisam à circumstantiis superuenientibus, quarum ratione oppositum est absolute volitum voluntate consequente, voluntas verò consequens respicit posteriorem superuenientem rationem, idèo ait D. Thomas hoc loco, distinctionem hanc, voluntatis antecedentis & consequentis in Deo, ad sumi ex parte Dei, quam in eo dicitur vna voluntas quæ antecedat, alia quæ sequatur, sed ex parte obiecti inspecti secundum diuersas rationes, quantum vna est prior, alia posterior, regardandum tamen non est, nostro intelligendi

more cum fundamento in re, voluntatem antecedentem esse priorem in Deo voluntate consequente, vt dictum est.

Sententia explicata, non solum est Damasceni, & D. Thomæ hoc loco, quam, vt reliquis anteponebam, ultimo loco in hoc articulo retulit, & copiosius quam alias explicauit, & Dominici à Soto in illa verba capitis noni Epistolæ ad Rom. Quod si Deus volens ostendere, & c. quo loco affirmat, salua reuerentia quæ Augustino debetur maxima, sententiam expositionemque Damasceni præferendam esse expositionibus Augustini, itemque Catharini de prædeterminatione ad sanctum Concilium Tridentinum, & complurium Scholasticorum, sed etiam multorum Patrum in eundem locum Pauli primæ ad Timoth. 2, quem de omnibus vniuersum hominibus, sub conditione explicata, interpretantur, in quibus est Athanas. lib. de assumptione hominis; Chrysostomus in eundem locum Pauli, & libro primo de providentia, paulò post medium; Ambrosius in eundem locum Pauli, vbi ait: Si Deus, qui omnipotens dicitur, omnes homines saluos vult fieri, cur non impletur eius voluntas? Deinde respondet: Cõditio latet, vult enim Deus saluos fieri, sed si accedat ad eum, si & ipsi velint, &c. Item Hieronymus in eundem locum, Si & ipsi (inquit) vocati Deo consentire velint. Atque inde dicit solui obiectiones de induratione Pharaonis. Hanc eandem expositionem amplectitur Augustinus, aut alius eius operis auctor, in lib. ad articulos falso sibi impositos, art. 2. vbi ait: Sincerissimè credendum esse atque profitendum, Deum velle, vt omnes homines salui fiant: siquidem Apostolus, cuius ista est sententia, sollicitè præcipit, quòd in omnibus Ecclesiis piissimè custodiatur, vt Deo pro omnibus hominibus supplicetur. Ex quibus, quòd multi pereunt, pereuntium est meritum; quòd multi saluantur, saluatis est donum: vt enim reus damnatur, inculpabilis est Dei iustitia; vt autem reus iustificetur, ineffabilis Dei gratia est. Hæc ibi. Eandem expositionem manifestissimè adhuc amplectitur Augustinus de spiritu & littera cap. 32.

Eadem sententia probari potest primo: Quoniam si Deus re vera non vult omnes homines saluos fieri, si per ipsos non steterit, sanè intelligi non valet quantum ratione verè dicatur omnes homines in vitam æternam condidisse, potuisseque omnes in manu consilij sui, vt gratia diuina adiuti,

Voluntatem conditionatam, si nempe nos vellemus, ad id in Deo præbatur.

adiuti, ad quam facientibus, quòd in se est, conserendam paratissimus est, eam cõsequi possent; nec qua ratione, qui illam non consequerentur, sua, aut primi parentis culpa essent dicendi eam non fuisse consecuti: cum ergo hæc omnia cum scripturis factis pugnent amplectenda proculdubio est proposita sententia.

Secundo: Quoniam expositiones aliar ad locum Pauli, præter Damasceni, & communem Patrum expositione, omnes vel ipso primo ad spectu peregrinæ & extortæ apparent: obsecrauerat enim Paulus fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus; adiecitque: Hoc enim bonum est, & acceptum coram saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominũ, homo Christus I E S V S, qui dedit redemptionem pro omnibus: sanè Paulus de eisdem omnibus hominibus asseruit, Deum velle omnes saluos fieri, de quibus in eodem contextu præmi erat, vt pro omnibus fierent obsecrationes, orationes, &c. (id enim vt rationem attulit, quare fieri debet) ac de quibus subiungit Christum dedisse semetipsum redemptionem pro omnibus; constat autem nullum viatorem excipiendum esse ab orationibus Ecclesiæ, (excommunicatum excipe, qui in pœnam instant, vt respicit, præcepto eiusdem Ecclesiæ à communibus orationibus excluditur) sed vniuersum pro omnibus esse orandum, idque grati esse Deo, Christumque, pro omnibus vniuersum dedisse semetipsum redemptionem: ergo Paulus orans vniuersum asseruit Deum velle saluos fieri, si per homines ipsos non staret.

Tertio: In Deo est formaliter voluntas, qua vult vt impleamus præcepta & consilia quæ nobis tradidit, si nos quoque idem velimus: hanc enim verbis illis orationis Dominicæ; Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra: petimus à nobis impleri. De eadem primò ad Thessalon. 4. ait Paulus: Scitis quæ præcepta dederim vobis per Dominum I E S V M. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, &c. Præterea præcepta ipsa, & consilia ab vniuersis Theologis, comparatione Dei, voluntas signi dicuntur, neque alia ratione, nisi quia voluntatem in Deo formaliter existentem expriment, qua id vult, si nos quoque pro

nostra libertate idem velimus, eaque ratione id nobis præcipit. Ridiculum namque est, scripturisque factis minime cõsonum, arbitrari, Deum quidem formaliter & propriè id non velle, sed solum metaphoricè dici id velle, quia perinde exhibet præcepta & consilia, atque ea exhibere qui id vellet; eo modo quo de eo irasci dicitur solum metaphoricè, quia punit, vt punire solent homines irati. Quare D. Thomas conspicuus expositionem illam, quam in Paulum reuelerat, de voluntate signi, quasi in Deo nulla esset voluntas beneplaciti, nulla probabilitate sulciti, merito eam hoc loco non retulit, sed eas solum expositiones, quæ locum illum interpretantur de voluntate beneplaciti, formaliter ac propriè in Deo existente. Denique voluntas illa nihil cum Deo pugnat, quin potius maximè consentiens est, tum cum bonitate, pietate, ac veritate diuina, tum etiam cum libertate nostra, & probatione, qua Deus nos ad palmam præmij statuit perducere: ergo est in Deo admittenda: sed illa eadem est, qua Damascenus, & alij Patres affirmant Deum velle omnes vniuersum homines saluos fieri, mediæque ad vitam æternam necessaria consequi, si per ipsos non staret: ergo vera est Damasceni, aliorumque Patrum opinio circa illic loci Pauli expositionem.

Ante quartam rationem obiter dicam, non defuisse, qui nostram illam propositionem initio præcedentis rationis propositam, in Deo esse formaliter voluntas, qua vult vt impleamus præcepta & consilia quæ nobis tradidit, si nos quoque idem velimus; redarguere tentauerunt, dicentes: Quamuis vt plurimum vera sit non tam semper esse veram, vt cõstat in præcepto illo Abrahamo imposito de immolando Isaac.

Est tamen rigorosa valde, nimisque scrupulosa ea redargutio. Primò, quoniam nos locum sumus de præceptis & cõsiliis Ecclesiæ propositis, non verò de præcepto Abrahamo peculiariter imposito ad eum tentandum, mundoque ostendendam ac simul exercendam præclaram Abrahami fidem spem, obedientiam, ac caritatem in Deum, & ad typum exhibendum futura passionis Christi, nimique Patris æterni caritatis, qua sic mundum dilexit, vt pro illius salute non dubitauerit filium suum vnigenitum in æcerbum suam tradere mortem. Secundo, quoniam nostra doctrina per se, ac de lege ordinata, soliditas est: quod satis est, vt tunc ac simpliciter possit

Obiectio.

Satisfactio.



possit ac debeat affirmari, neque est necesse facere exceptionem euentus extraordinarij ac singularis ad particularem aliquem suum. Quin potius tanquam plus iusto caurus merito is notaretur, qui propositione illa solida per se ac vera vrens ad argumentationem quam nos confecimus, recedere vellet ad faciendam exceptionem extraordinarij illius euentus, idque profecto obsecram redderet orationem. Tertio, quoniam nostra propositio neque in precepto Abrahamo imposito patitur instantiam, illud namque preceptum haec omnia continebat: Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offer eum in holocaustum super vnum montium, quem monstrabo tibi. Abraham vero surrexit, tulit puerum, & omnia fidelissimè est exequutus vsque ad gladij erectionem, vt periret eum: id autem factis est, vt implens dicatur preceptum. Dominus quandoquidem tam multa illius precepti est exequutus, neque per ipsum steterit, quo minus omnimodam implementationem completeret: vnde scriptura ipsa ex Dei persona subiugit: Quia fecisti rem hanc, & non peperisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi. Et infra: Quia obedisti voci meo.

Atque haec Abrahami obedientia precepto illi quoad executionem est, quae tantopere in sacris literis commendatur: & de qua Iacobus 2. cap. de operibus atque legis implementatione agens, sic ait: Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare: Sanè is, cui preceptum est impositum, dum id efficere iuratur, quod sibi praecipitur, & per patres executioni id mandat, precepti dicuntur implere: per accidensque est, quod vel morte preveniens, vel aliter impeditus, totum implere non poterit, vel quod à legis datore aliquid sit ei remissum, aut etiam prohibendum, quod illi implendum supererat implere: quod aggrediebatur. Adde, quando dicimus in Deo esse formaliter voluntatem, quae vult vt implerentur precepta & consilia quae vobis tradidit, si nos quoque id velimus, haec et id haec tacitam conditionem si peres nos sit id implere alioquin si impossibile, vel de facto, vel de iure nobis sit, constat in Deo non esse talem voluntatem: ac verò Abrahamo, tempore quo puerum erat percussurus, effectum erat impossibile iuris impossibilitate, id precepti auctori sibi imposuisti implere,

quod implendum restabat propter novum illud aliud preceptum, ne extendas manum in puerum. Possunt enim dilucidatis sic dicere: Doctrinam nostram manifestè esse in hunc modum intelligendam; in Deo est voluntas, quae vult, vt si nos quoque velimus, impleremus precepta quae nobis tradidit, pro tempore pro quo obligant. A nostra doctrina autem esse intellecta nihil omnino est excipiendum: quoniam licet preceptum illud affirmatiuum Abrahamo impositum, ipsum obligauerit ea omnia efficere, quae vsque ad gladij erectionem esset, idque animo interficiendi Isaac, atque tamen pro nullo instanti obligauit eum, filium suum interficere: quoniam in tempore, in quo filium iuxta Dei preceptum erat percussurus, praeveniendum erat à Deo, contrariumque ei erat praecipendum. Nunc ad id regrediamur vnde sumus digressi, quattamque rationem conficiamus.

Quarto, eadem sententia probatur multis aliis testimoniis scripturae sacrae, quae aperte sonant in Deo esse eiusmodi voluntatem. Genes. enim 5. Tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo (inquit) hominem, quem creavi, à facie terrae. Haec 1. Heu vindicabor de inimicis meis: si autem in Deo non esset velleitas, quae homines non punire cuperet, si ipsorum peccata aliud non postularent, quid, quæso, dolor ille cordis intrinsecus, quo tactus dicitur, gemitusque ille in sumenda vindicta exprimerent? Neque enim aliud significant, quam velleitatem qua velle non punire, si peccata id non postularent. Item Sapientia primo habetur: Deus mortem non fecit, nec latetur in perditione vivorum. Creavit enim, vt essent omnia, & laudabiles fecit nationes orbis terrarum. Iniustitia, motus est acquisitio. Impij autem manibus & verbis accesserunt illam. Ezechiel. 18. Nunquid voluntatis meae est mors impij, & non vt conuertatur à viis suis, & vivat? Et infra: Quare mortemini domus Israel quia volo mortem morientis, reuertimini, & vivite. Item Math. 23. Quoties volui congregare filios tuos, quædammodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit? Denique si in Deo non esset voluntas conditionalis, de qua loquimur, sine invitationes ad penitentiam, atque ad vitam æternam, quae ex persona Dei in scripturis sanctis sunt, potius factioes dicenda essent, comparatione eorum quae non conuertuntur. Veterum etenim esse

precepta subditis dare, nec velle vt ea implerent; velle nihilominus transgressores punire: quare id Deo nulla ratione est tribuendum, quin potius dicendum est, re vera velle fieri, quæ praecipit, servata tamen libertate arbitrij creati, ac prouide sub conditione, si homines & Angelid ipsum velint.

Soti opinio.

Argumentum.

Dominicus à Soto loco citato, tametsi tandem anquet, maximè dubius est, an voluntas haec, quam in Deo esse ostendimus, appellanda sit velleitas voluntasque condicionalis: quia, vt inquit, velleitas, voluntasque condicionalis est imperfecta, quod non est nisi vbi deest facultas implendi quod volitum est; vt in eo cernere licet, qui vellet non proicere merces in mare, tempestas tamen coactus, quia desperat se aliter posse seruare vitam, eas proiecit: Deo autem nulla imperfectio, nullusque defectus facultatis est tribuendus.

Voluntas condicionalis nata, quae non impleretur, velleitas est inuoluntaria.

Dilatatur Soti argumentum.

At proculdubio appellanda est cum D. Thoma hoc loco velleitas, voluntasque condicionalis, vt ex haecenus dictis est manifestum. Praeterea cum in Deo sit formaliter, & non sit volitio efficax ac absoluta, non videtur quæ alia esse possit, quam velleitas, voluntasque condicionalis.

Ad rationem Soti dicendum est, velleitatem, voluntatemque sub conditione, interdum esse propter defectum facultatis faciendi aut obtinendi id quod ita est volitum, vt cernitur in eo, qui vellet non proicere merces suas in mare: interdum verò esse, non propter defectum potestatis, vt sit id quod ea vellet, sed vt ea ratione sinat res agere accommodatè ad suas naturas, creaturæque arbitrio prædite proprijs meritis, diuina gra-

tia adiutis, honorificentijs ad præmij palmam perducantur. Prion ergo modo coniuncta est cum imperfectione, defectuque facultatis, neque ita cernitur in Deo: posteriori verò minime. Etenim liberè vult Deus aliqua dependente ab arbitrio creato, nempe beatitudinem damnatorum, quorum opposita, nempe damnationem, vult absolute propter malum vsum eiusdem arbitrij. At illa eadè, nempe beatitudinè, quorum opposita absolute vult, potuit velle absolute, vel impediendò malum vsum arbitrij creati, vel etiam absolute ea volendo, secluso quocunque vsum arbitrij creati.

Gregorij opinio & argumentum.

Gregorius loco citato nititur probare, locum Pauli non esse intelligendum de voluntate antecedente, quæ sit velleitas salutis, si per peccatores non fleret, idque in hunc modum: Quoniam si id esset verum, Paulus non diuissit, Deus vult omnes homines saluos fieri: velleitas namque non exprimi solet per verbum indicatiui, sed optatiui modi.

Solutio.

Dicendum nihilominus est in primis, velleitatem interdum etià verbo indicatiui significari, vt constat ex illo Christi ad Patrem: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Dicendum est deinde, eam velleitatem; quæ est propter defectum facultatis faciendi aut consequendi aliquid, solere exprimi per verbum optatiui modi; non verò eam, quæ ideo in Deo est, vt sinat res agere liberè accommodatè ad suas naturas: hæc etenim est voluntas condicionalis, dummodò per alium non flet; qua ratione optimè dicere possumus, Deum velle salutè omnium, dummodò per ipsos non flet.

Vtrum voluntas Dei semper impleatur. Disputatio 2.

Prima conel. affirmans.



It prima conclusio: Quicquid Deus vult voluntate absoluta semper impletur. Hæc est de fide. Vt verò melius intelligatur, dilucidatiusque probeatur, sciendum est, Deum duobus modis velle aliquid voluntate absoluta. Vno, sine vlla dependentia ab arbitrio creato, quæ liberum arbitrium

est. Eiusmodi voluntas absoluta Dei est quæ propriissime appellatur voluntas Dei efficax, cui nulla creatura resistere valeat: idque siue Deus, siue creatura sit, quod ita vult, exequatur per seipsum solum, vt fuit creatio orbis; siue interuentu cause secundæ, etiam si voluntas humana aut angelica ca sit, cui necessitate potest interire. Comparatione tamen eius, quod ita exequeretur voluntas crea-

Voluntas Dei efficax quæ.

ra non haberet rationem liberi arbitrii; eo quod in facinoritate ipsius non esset facere oppositum. Conclusio quoad hanc partem probatur, in primis testimoniis scripturæ sacre. Malon. 113. Deus noster in celo omnia quæcumque voluit fecit. Esther 13. Non est qui possit tui resistere voluntati. Itæz. 46. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Ad Rom. 9. Voluntati eius quis resistet? Deinde probatur ratione, quoniam causa volens ita aliquid absoluta voluntate absque dependentia aliqua seu conditione ab arbitrio creato, quæ liberum arbitrium est, si non producit effectum, vel est quia non potest quod ita vult, aut quia impeditur, vel quia mutat voluntatem primum & secundum nulla ratione esse possunt, quippe cum Deus omnipotens sit, omnique causa secunda, cum sit, tum ut agat, pendeat à libero ipsius influxu ac concursu: neque item tertium, eo quod in Deū nulla vicissitudinis obumbratio cadere possit, nihilq; à Deo non prævisum ac præcognitum accidere possit, ratione cuius consilium ac voluntas ipsius mutetur: ergo quicquid Deus eiusmodi absoluta voluntate vult, semper implerit.

*Quæ Dei voluntas absoluta non excludit conditionem, si nos velimus.*

Altero modo dicitur Deus velle aliquid, dependenter quidē ab arbitrio creato, quæ liberum est, atque adeo sub conditione, si creatum arbitrium id etiam velit, at ea ratione absolute, quod cum prævideat per arbitrium ipsum liberæ futurum, ex hypothesi quod cum ordinem rerum velit creare, quem ipsa creare constituit, ei placeat, absolutaque iam voluntate vult ut sit, quod ita liberæ futurum est, potestque non esse. Hac ratione Deus optimus maximus vult omnia bona, quæ per arbitrium nostrum sunt futura, non solum voluntate conditionali, si nos quoque ea velimus, sed etiam voluntate absoluta, quatenus ipsi prævideat ea futura placere, eademque diuina eius ac singularis bonitas per arbitrium nostrum intendit ac vult. Quod autem hac etiam absoluta Dei voluntas semper impletur, ex eo est manifestum, quia nititur certitudini præscientiæ diuinæ, quod ita res futura sit per nostrum arbitrium, consequiturq; in Deo eandem præscientiam: quare cum in Deum nec mutatio nec vicissitudinis obumbratio cadere possit, quam certum est Deum per eam præscientiam non posse falli, tam certum est eiusmodi absolutam Dei voluntatem semper impleri. Quædam ex testimoniis scripturæ citatis ex par-

te confirmant conclusionem propositam intellectam etiam de eiusmodi absoluta Dei voluntate, quatenus Deus prævidens omnia, quæ per arbitrium creatum sunt futura, ita sua præsentia nouit omnia accommodare finibus à se præfixis, ut salua libertate, tam eorum qui bene, quam eorum qui male suo arbitrio erant vsui, etiam malo eorum vsu ad fines præfixos attingendos sæpe viatur, comprehendereque sæpe ita solet sapientes in propria astutia, ut quæ via illi consilium Dei inuenerit nituntur, eadem ipse id perficiat, ut in fratribus Ioseph eamere licet, qui qua via consilium Dei somnia reuelatum fugere moliti sunt fratre vendito, eadem Deus somnia vera reddidit. Hac ratione malo vsu arbitrii tyrannorum vsus est Deus ad coronam & palmam martyrum; Pontificum vero, Pharisæorum, Herodis, ac Pilati, ad redemptionem generis humani, iuxta illud Actorum 4. Conuenerunt verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum IESVM, quem vnixisti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum Gentibus, & populis Israel, facere quæ manus tua, & consiliū tuū, decreuerunt fieri. Vnde à fine vsque ad finem quem intendit, attingens fortiter Deus, disponit omnia sua uiter, vnamquodq; ad suam naturam accommodatè agere sinens.

Hinc intelligitur sensus illorum verborum Genes. 50. quæ Ioseph trepidantibus fratribus ne post mortem patris vindictam sumere vellent de facinore quod in ipsum admissera, ut timorem ab eis pelleret, protulit dicens: Nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonū, ut exaltaret me, sicut in præsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. Sensus quippe est, Deum quidem voluntate absoluta voluisse exaltare Iosephum, quæ proinde voluntas necessatio erat implenda, si non illo modo, certè quouis alio, qui Deo non deuisisset, vel mitedo Iosephū in Ægyptū, vel quauis alia ratione. Deum tamè prævidentē aptū ad id medium esse producionē fratru, quæ, data hypothesi quod ipse eam nollet impedire, nequitia & libertate eorū erat futura, permississe illā, ut inde tantum bonum eliceret, eaque via sapientia ipsius splenderet, quæ de malis solet bona eruere, sapienterq; in astutia sua cōprehendere, dum quæ via fines ab ipso intentos fugere nituntur, eadem modo quodā admirabili in eisdem incurrunt.

*Quo*

Quo fit, ut verba illa, Num Dei possumus resistere voluntati, nequaquam significant, Deum necessitatem fratribus ad peccandum intulisse, ut euentus ille ea via sequeretur: sed euentum à Deo volutum fuisse ac intectum voluntate absoluta, quæ omnino erat implenda, & Deum vitium fuisse peccato, pro illorum nequitia & arbitrio commissio, solumque à Deo permissio, ut felix ille euentus sequeretur. Atque id sanè aperte significat verba illa subiuncta: Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum. Ut vero Ioseph plus frates sedaret, exaltationem suam à Deo absoluta voluntate ac efficaci voluntate, atque adeo necessario futuram, prudenter illis ante mentis oculos posuit, nequitiamque ipsorum fuisse medium à Deo permissum, vnde tantum sibi bonū obuēnit, eaque ratione timendum ipsis non esse, ut de delicto, quod tantum sibi atulit commodum, Deo res eo pacto dispēnēte ac permittente, vllā vellent sumere vindictam.

Illud verò est obseruandum, contextum Hebræam eo in loco in hunc modum de verbo ad verbum habere: Et dixit ad eos Ioseph: Ne timeatis, quoniam nūquid pro Deo ego: & vos cogitastis aduersum me malum, &c. Quæ verba, præter sensum quem editio vulgata reddidit, quasi idiotismo Hebræo significare intenderit Iosephus, se non esse Deum, vt suo consilio, & non potius diuino, cui nullus valet resistere, felix ille euentus ex fratribus maleficis fuerit consecutus, quendam alium habent, quem septuaginta interpretes expresserunt, dū ea verba in hunc modum verterunt: Ne timeatis, nam Dei sum ego. Vos cogitastis contra me, &c. Multoq; aperte eundem expressit Chaldaicus paraphrastes his verbis: Ne timeatis, quoniam ego timeo à facie Dei. Porro vt hunc sensum melius intelligas, scito, verba illa præcedentia; Quo mortuo timentes fratres eius, & mutuo colloquētes, Ne forte memor sit iniuriæ quæ passus est, & reddat nobis omne malum, quod fecimus; in Hebræo de verbo ad verbum ita habere: Et viderunt fratres Ioseph, quod mortuus est pater eorum, & dixerunt: Fortasse habebit odio nos Ioseph, & reddendo reddet nobis omne malum, quod retribuimus ei, iuxta hæc ergo, sensus illorum verborum est: Cum intelligeret Ioseph fratres supplicari se odio illos prosequi, eaque de causa velle de eis sumere vindictā, dixit: Dei seruus sum, Deumque timeo, proinde nolite cogitare me odio

vos prosequi, eaque de causa velle de vobis vindictam sumere, quod longè alienum est à Dei seruis & viris timoratis. Vos cogitastis de me malū, &c. Alij verba illa, Quoniam nūquid pro Deo ego: referunt quasi dicta Iuena à Iosepho, vt increpare fratres, quod preni tunc non am eum adorarent, vt proximè præmittitur. At vnde verba illa manifestè reddunt rationem, cur non esset illis timendum, quod vindictam de eis sumere vellent. Neque adoratio illa erat cultus terre, sed reuerentia debita Iosepho tanquam rege Ægypti moderatori, & tanquam sacri à quo veniam delicti in eum committi poterant. Neque tunc primò eiusmodi reuerentia fuit ipsi ab eis exhibita, sed sæpius tam antea, Ioseph id permittente, quin & longè antea propheticis spiritus fuerat à Iosepho prædictum.

Secunda conclusio: Non semper impletur quod Deus voluntate conditionali vult. Conclusio hæc ex dictis disputatione præcedere est manifesta. Vult enim eiusmodi voluntate, omnes homines saluos fieri, nec tamen omnes salutem assequuntur. Vult item sua præcepta & consilia obseruari, quæ tamen passim cōtemnuntur. Peccator autem qui ab hoc ordine diuinæ voluntatis recedit, relabitur in alium ordinē diuinæ voluntatis, quo voluntate absoluta punire vult quos præuidet discessuros ex hac vita in peccato, vt D. Thomas hoc loco, cum Augustino de spiritu & litera cap. 33. affirmat.

*Secunda conclusio. Voluntas Dei conditionata non semper impletur.*

Dubium tamen est, vtrum Deus absoluta voluntate velit omnia vniuersum quæ in rerum natura sunt. Pars quæ affirmat suaderi potest, quoniam Deus omnium, quæ sunt, est causa quoad eorum entitates: cum ergo sit eorum causa per suam voluntatem, consequens est, vt voluntate absoluta velit ea omnia esse.

*Dubium.*

Sic nihilominus tertia conclusio: Deus non habet voluntatem absolutam vt sint actus peccatorum, qui ab arbitrio creato fiunt: habet tamen voluntatem absolutam eos permittendi: vultque absoluta voluntate concurrere generali influxu cum libero arbitrio creato ad illorum productionem. Prima pars est de fide, copioseque demonstrata est quæst. 24. art. 13. à disputatione 31. Secunda pars ex eo est manifesta, quod, nisi vellet eos permittere, non essent. Quia tamen permissio ponit eos ex libero ipso arbitrio futuros, nisi à Deo impediatur, additque, Deum posse, & non velle eos impedire, optima est hæc cōsuetudo.

*Tertia conclusio. Deus non habet voluntatem absolutam vt sint actus peccatorum, qui ab arbitrio creato fiunt: habet tamen voluntatem absolutam eos permittendi: vultque absoluta voluntate concurrere generali influxu cum libero arbitrio creato ad illorum productionem.*

*Permissio diuina quid supponat. Et in quo sit posita.*

causio: Deus habet voluntatem absolutam permitte[n]di hæc vel illa peccata: ergo etiam. Tertia pars probatur, quoniam nisi voluntate absoluta vellet concurrere influxu generali cum arbitrio creato ad actus peccatorum tãquam causa vniuersalis, nulla ratione ab arbitrio creato producerentur: nec enim sublato eiusmodi concursu esse possunt, vt ex dictis q. 14. ar. 13. à dil-

putatione 25. est manifestum. Quo fit, vt Deus non omnes entitates reales quæ producuntur in rerum natura, velit esse voluntate absoluta, tametsi ad omnes voluntate absoluta velit concurrere, saltemper concursum generalem, atque vt vniuersalis omnium rerum causa, vt loco citato disputatione trigesima prima & sequentibus ostensum est.

Explanatur, Deum causam non esse peccati, etiam materialiter sumpti.

### Disputatio tertia.



Vidam in primis referunt nostra illa verba tertia conclusionis disputationis precedentis; Deus non habet voluntatem absolutam, vt sint actus peccatorum, qui ab arbitrio creato fiunt: habet tamen voluntatem absolutam eos permitte[n]di: vultque absoluta voluntate concurrere generali influxu cum libero arbitrio creato ad illorum productionem. Prima pars est de fide, copioseque demonstrata est q. 14. ar. 13. à dis. 31. Reterunt item illa alia verba, quibus paulò inferius intuli: Quo fit, vt Deus non omnes entitates reales, quæ producuntur in rerum natura, velit esse voluntate absoluta, tametsi ad omnes voluntate absoluta velit concurrere, saltemper concursum generalem, atque vt vniuersalis rerum causa.

Deinde dicunt: Si in prima parte conclusionis sermo esset de actibus peccatorum, secundum quos actus peccatorum sunt, bene quidem: conclusio namque esset verissima. Ceterum cum ex his que postea infero, constet me loqui de actibus peccatorum quatenus entitates quædam naturales sunt, præsumendo à malitia, & deformitate peccati, mirantur me asserere, primam nostræ conclusionis partem esse de fide, meque id ostendisse à dis. 31. citata: cum tamè solam ibi ostendidem, Deum non esse causam peccati. Addunt verò, tantum abesse conclusionem in intellectu esse de fide, vt cum veritate com-

muniq[ue] Scholasticorum sententia pugnet. Subiungunt præterea, se arbitrari Deum velle entitatem naturalem, quæ est in peccato, si præcisè spectetur à malitia, absoluta voluntate, non quidem antecedente, sed consequente, aut etiam concomitante, entitatemque illam sic sumptam esse à Deo, ac proinde non odisse eam, vt sit: neque enim odit quicquam eorum que fecit. Hęc Omnia cõfirmant ex August. ex illo Ioannis 1. omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: vbi solùm nihil, id est, peccatũ quã tale, negat August. factum esse à Deo.

Id etiam alienum à communi loquendi ratione arbitrantur, quod quæst. 14. ar. 13. d. 33. sub finem §. Decimum, dixi: Nempe, quamuis Deus præstare velit suum concursum generalem indifferentem, vt sint opera nostra mala moraliter, vel contraria, Deum tamen non debere dici causam simpliciter earum entitatum in particulari, sed cum hoc addito, causam vniuersalem eas actiones sua causalitate minimè intendentem. Dicunt namque eos Theologos, qui concursum Dei generale cum causis secundis defendunt, simpliciter & sine addito affirmate, Deum causam esse earum actionum, quæ fundat ratione peccati, quantum ad ipsam entitatem. Addunt præterea, nonnullã repugnantiam implicare, quod dicam, Deum voluntate absoluta velle concurrere ad actione[m] peccati, qui cõcursus nihil aliud est quàm productio, que de esse actioni, & tamen Deum non velle esse ipsius actus.

us actionis: præsertim si Deus ad actiones ad extrã concutat, non per potentiam executiuam à voluntate distinctã, sed immediatè per ipsam voluntatem, vt multi docent, & ego ipse dixi in q. 14. ar. 13. disp. 26. §. Vt melius latiusq[ue] ostendam q. 23. Quod si, inquit, disput. præcedente, & disp. 33. solùm asserere volui, Deum voluntate absoluta antecedente non velle actus peccatorum, etiam quoad eorum substantiam, neque illos præfinituisse, debui id apertius explicare.

Ad primam obiectionem dicendum est, nos in prima parte conclusionis loqui de actibus peccatorum, secundũ quod actus peccatorum sunt. Ceterum loqui de illis, non solùm quoad rationis entitatem malitiæ & formalis peccati, sed etiam quoad materiale, & fundamentum illius formalis, quatenus fundamentum illius est, seu quoad id, vnde habet, vt sit illius fundamentum, vt in qu. 14. a. 13. d. 29. §. Tertio, & disput. 30. §. Denique, & §. Postumus, perspicuè diximus. Atque vt nunc dilucidius rem explicemus, loquimur de actione ipsa peccati, vt efficienter habet suum esse contra legem Dei à nostro arbitrio per influxum illum ipsi arbitrio proprium, qui, iuxta August. est vsus ad id, ad quod à Deo nobis collatum non est, & quo arbitrium ipsum tum seipso, tum etiam concursu Dei generali ad eum actum & finem abutitur, ad quem à Deo collata nobis nõ sunt. Iam verò sicut actio realis peccati ab arbitrio ita influere, ac seipsum liberè determinante, habet quod sit huius speciei in genere nature: ita ab eodẽ arbitrio, hic & nunc cum his circumstantiis eodẽ pacto influente, atque ex sua tantũ parte cõtra legẽ Dei operante, habet, quod fundet rationem peccati quoad formale, de quo solo obiciens loquitur. Vnde fit vt realis causa peccati iuxta Augustinum locis citatis, sit ipsum arbitrium eo pacto influens, & operans seu cooperans ad actum illum, non verò Deus ad eundem actum cum illo cooperans: quoniam cooperatio illa arbitrii est contra rectam rationem & legem Dei; cooperatio verò diuina nõ item. Dicimus itaque, Deum optimũ maximum non solùm non posse complacere in formali, seu in entitate rationis peccati, sed neque etiam complacere posse in actione ipsa peccati, prout ab arbitrio modo explicato per influxum ipsi peculiarem ac proprium contra legem Dei emanat, neque posse præcipere arbitrio eam actionem seu influxum, neque ad il-

lam mouere, inclinare, aut cum influxum suadere, vel illum prædestinare, quia hæc omnia ex ipsamet rei natura intrinsecè mala sunt, pugnantque cum ipsius infinita bonitate, legẽq[ue] sua æterna, vt ab eo sint volita, aut fiant. Vnde disput. 32. §. Hęc ratio, impugnantem tanquam insufficientem aut nullam rationem, quam plerique antiquorum reddebãt, cur Deus, licet cooperaretur ad nostras actiones malas, nõ tamen esset causa peccati, sic diximus: Ratio hæc vel rem non explicat quantum est satis, vel certè nullius est momenti. Etenim licet perfectissimum sit, Deum, qui summa est bonitas, nullo modo in suis operibus posse deficere, neque proprie sibi ipsi esse subiectum: atamen in eo lex est æterna, que est ipsemet Deus, quæque ipsi dicitur, quid rectum sit, vt ab eo fiat, & quid turpe, si ab eo fieret, ac proinde quid ex eo capite contradictionem implicet ab eo fieri, quod cum ipsius bonitate pugnet. Atque hæc ratione colligimus, Deum nulla ratione per se, vel per alium, posse mentiri, neque vlla ratione posse præcipere peccata, neque ad actiones, quæ peccati rationem retinent, posse mouere atque inclinare, aut illas suadere, vel ad eas quenquam prædestinare, eodẽ quod hæc, & his similia, rectæ rationi tam humanæ quã diuinæ, & infinite bonitati repugnent, atque id sonant testimonia scripturæ, definitiones Ecclesiæ, ac dicta SS. Patrum, quæ disp. 31. retulimus. Quare non solùm est contrarium fidei, Deum ad hunc sensum causam esse peccati, quod ipse etiam deficiat à sua regulã, cooperando nobiscum ad peccatum, vt nos à nostra regulã deficiamus, sed etiam ad eum, quod vel præcipiat vel suadeat actum peccatum, aut ad illum prædestinet, moueat, & inclinet per suum influxum, & operatione[m]. Quamuis, si hoc posteriori modo causa esset peccati, esset etiam illo priori: eo quod à lege sua æterna ipse quoque tunc deficeret. Potent quidem Deus, detrahendo prius per appositionem aliquam circumstantiæ actione[m] aliquam à ratione peccati, id præcipere, aut ad id mouere, quod conclusa tali circumstantia foret contra ius naturale, ac proinde peccatum, qua ratione, tanquam Dominus vitæ cuiusq[ue] hominis, præcepit patri Abrahamo, vt iustificeret filium suum Isaac, quod licuit tunc Abrahamo, neque erat contra s. præceptum decalogi, facta prius parenti in futurum ea facultate, verum quod Deus præcipiat, N. a. 2.

aut moueat ad id quod in causa secunda retineat rationem peccati, id planè contradictionem implicat, eo quod cum diuina bonitate ac lege aeterna pugnet. Hæc itè. Continuoque ibidem adiectimus, quo pacto propriè Deus dispensare non possit in præceptis decalogicè apponendo circumstantias posset multa subtrahere à præcepto decalogi, quod propriè non est in iis dispensare.

Eum qui aduersus nos obicit, fefellit sanè videtur, quod non attendit, actionem peccati, quauis totum suū esse totaliter effectus habeat à Deo, habere etiā idem totum suū esse à libero arbitrio insuente & cooperante contra legē Dei. Non quidè per aliam numero actionē aut per aliam numero rationē formali actionis, sed per eandē prorsus, quæ spectata præcisè, vt emanat à libero arbitrio, dicitur influxus & actio liberi arbitrii, ac peccatū materialiter actioq; cōtra legē Dei. Spectata verò præcisè, vt immediatè emanat à Deo, dicitur influxus & actio Dei, vt si rationem, nec est peccatū etiam fundamētaliter, nec actio contra legem Dei: imò neque, quia ita à Deo emanat, habet quod sit huius speciei in genere naturæ, sed solum quia emanat immediatè à libero arbitrio, vt sæpe dictū est. Cum autem bonū sit ex integra causa, malum verò ex particulatibus effectibus, sanè hæc consequentia non valet: Hæc tota actio, quoad suā integrā rationē realem ac formalem, est à Deo per concussum suum generalem, tanquam à parte causæ, & vt est à Deo, sibi nō displicet, ergo hæc eadē actio, quoad eadē rationem realem & formalem, sibi non displicet: est itaque argumentatio à secundū quid ad simpliciter: vt enim sibi simpliciter displicet, cōtradictionemque implicet sibi placere simpliciter, satis est, si eadē tota actio, quatenus à libero arbitrio contra legem Dei emanat, sibi displicet: implicat autem eam ita spectatam sibi placere: quemadmodum etiam implicat Deum illam eodem pacto spectatam præcipere, suadere, ad eam mouere, aut quæquam ad eam prædestinare. Miror autem odijcientem merito conuenire mecum. Deum non posse in eam complacere, veni illā velle, etiam quoad actus substantiam, voluntate antecedente, & tamen affirmare, in eam complacere, aut eam velle, consequente & cōcomitante voluntate: eam tamen in re, de qua disputamus, vnum & idem obiectum sit antecedentis, concomi-

tantis, & consequentis diuinae volitionis; nec minus ex se malum dissonumque à ratione & lege aeterna sit, velle arbitrium agere contra legem Dei, & velle quod contra illam antea egerit: obiectumque reddere deberet rationem, quare, cum obiectum vnum & idem omnino sit, contradictionem implicet esse voluntatem Dei circa illud, & non solum non implicet contradictionem esse voluntatem concomitantem & consequentem circa illud, sed etiam re ipsa circa illud idem versari.

Credo iam nobiscum consentiet, Deum causam non esse peccati, etiā materialiter ac fundamentaliter sumpti, in sensu à nobis explicato. Quod si reuolat scripturæ ac sanctorum Patrum testimonia, itemque Ecclesiæ definitiones, quibus disputatione 31, citata id ostendimus, competet profectò de fide id esse in sensu in quos loquimur, præsertim si adiungat quæ diximus disputat. 32. §. Ratio hæc, & disp. 33. §. Non desuere, & §. Opinio hæc, & quæ in appendice diximus ad secundā objectionē à §. Si autē sermo. Certè scripturæ sanctæ, Ecclesiæ definitiones, & SS. Patres, quando de hoc agunt, docentque Deum peccatorū non esse causam, ea non prædestinare, ea non velle, ea detestari ac punire, non tam loquuntur de metaphysicis entitatibus rationis, quæ nostras actiones consequuntur, quam de actionibus ipsis, quibus diuina præcepta transgredimur, & de omissionibus actionum, quibus tenebamur præceptis affirmatiuis nos conformare; in his enim præcipuè est ratio voluntarij, & iis præcepta transgredimur, quin eiusmodi actiones sunt, quæ diuinis præceptis prohibentur, nempe, non occides, non interficietis, non furtum facies, non concupisces uxorem aut rem proximi tui: quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi, habetur Apoc. 2. 2. anè si S. Iacobus neque tentationem, quæ in nostra excitatur sensualitate, & nos sollicitat & inclinat ad malum, Deo tribuit, multò minus tanquam causæ Deo ascribere quod per nostrum arbitriū ei tentationi consentiamus, & cōtra legem Dei ad actum peccati cooperemur: Nemo, inquit ille cap. 1. cum tētur, dicat quoniam à Deo tētur, Deus enim intētor malorum est, ipse autē neminem tētur: vniuersūq; verò tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum verò cum consum-

Peccati, etiam materialiter, Deus non est causa.

matum fuerit, generat mortem. Expēdantur cetera scripturæ testimonia, quæ disputatione 31, adduximus.

Definitiones verò Ecclesiæ, quas ibidem & in appendice loco citato adduximus, profectò & de actibus peccatorum loquuntur, quos Deus neque prædestinasse, neque velle antecedente voluntate, fatetur obicit ipse: nulla autē est ratio, cur Deus, quoad id, secundum quod esse non possunt ab eo antecederent voliti, possit eos velle concomitantes, aut consequentes. Definitio verò Concil. Tridēt. can. 6. ibi relata, aperitissimè de actibus peccatorum loquitur, Sic enim habet: Si quis dixerit, nō esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita vt bona, Deum operari nō permittit, sed etiam propriè & per se, adeo vt sit propriū eius opus nō minus proditio Iudæ quā vocatio Pauli, anathema sit.

Idem constat de sequentibus Patrum testimoniis ibidem relatis. Chrysoft. Homil. 3. in Epi. 2. ad Timoth. Hoc solum scito, quod Deus omnia prouidet, quod liberi arbitrii conditi sumus, quod alia quidem operatur, alia verò permittit, quod nihil mali vult fieri, quod non ex sola ipsius voluntate fiunt omnia, sed ex nostra quoque; mala quidē omnia ex nostra tantummodo fiunt, bona verò omnia ex nostra voluntate & ipsius adiutorio; quod nihil ipsum latet; non tamen quia nihil ipsum latet, idcirco omnia operatur ipse. Ecce de operibus loquitur. D. August. de Spir. & lit. cap. 51. Nusquam legimus in sanctis scripturis, Nō est voluntas nisi à Deo: & rectè nō scriptū est, quia verum nō est: alioquin etiam peccatorum, quod absit, auctor est Deus, si non est voluntas nisi ab illo, quoniam mala voluntas iam sola peccatum est, etiam si desit effectus. Ecce de actu voluntatis loquitur. Et de articulis sibi falsis impositis, artic. 10. Detestanda & abominanda opinio est, quæ Deum cuiusquam malæ voluntatis, aut malæ actionis credit auctorem, cuius prædestinatio nusquam extra bonitatem, nusquam extra iustitiam est; vniuersa enim via Domini misericordia & veritas. Adulteria enim maritatorū, & corruptelas virginū, nō instruere nouit sancta diuinitas, sed damnare; nec disponere, sed punire. Non ergo casus mentium, nec malignitatem iniquorum, nec cupiditates peccantium, prædestinatio Dei aut excitatio, aut suasio, aut impulsio: sed planè prædestinatio iudicium suum, quo vniuersique retributurus

est prout gessit, siue bonum, siue malum. Quod iudicium futurum non esset, si homines Dei voluntate peccarent: & omnis homo, quem discretio diuina sententiæ in sinistra collocauerit parte, damnabitur, quod non Dei, sed suā executus est voluntatem, & artic. 13. Nefas est Deo ascribere causas talium ruinarum. Quia etsi aeterna scientia præcognitum habet, quid vniuersisque meritis retributurus sit, nemini tamen per hoc, quod falli non potest, aut necessitatem, aut voluntatem intulit delinquendi. Si ergo à iustitiis & pietate quis deficit, suo præceps fertur arbitrio, sua concupiscentia trahitur, sua persuasionē decipitur. Nihil ibi Pater, nihil Filius, nihil Spiritus sanctus. Neque in tali negotio quicquam diuinæ voluntatis interuenit, cuius ope scimus multos, ne liberentur, detententur; nullos autem, vt laberentur, impulsos. Hypog. lib. 6. Mala Iudæ, vt dixi, præsciuit, nō prædestinauit Deus, vel fecit: & tamen in quibus præsciuit, iudicio iusto tradens eum in reprobum sensum, vt impleret, permittit, & post multa: Tenenda est inconcussa huius disputationis regula, quæ diuinis testimoniis clauit: Peccatores in peccatis propriis, antequam essent in mundo, præscitis esse tantum, non prædestinatos, &c. Sanè tam hi, quæ ceteri Patres, de actibus ipsis peccatorum, prout à nostro arbitrio emanant, quo pacto contra legem Dei sunt, rationemque habet peccati materialiter & fundamentaliter, loquuntur. Sententiā verò nostra non solum magis pia, diuinæque maiestate ac bonitate dignissima est, sed etiam de scripturarum visceribus, definitionibus Ecclesiæ, & SS. Patrum testimoniis depropta: vt mirandum sit, post tantam lucem, tam debilibus fundamentis quemquam eam impugnare fuisse ausum.

Ex his iam patet, sententiam, qua affirmamus, Deum non esse causam actuum peccatorum, prout materialiter ac fundamentaliter peccata sunt, hoc est, vt sunt actiones à nostro arbitrio contra legem Dei emanantes, non solum cum veritate non pugnant, sed etiam esse de fide. Itemque quamuis eadem actiones partialitate cause simul emanent, totæ à Deo per cōcursum generalem, atque si eo pacto præcisè sciuntur, non solum voluntate concomitante & consequente, sed etiam antecedente, Deo nō displiceant, in eis Deus complacere, absolute tamen ac simpliciter ei displicere, etiam concomitante & consequente voluntate: quoniam vt firm-



placiter dicantur illi displicere, satis est si ex vno capite ei displiceant, & contra ipsius legem ac voluntatem signi seu conditionam, re ipsa exerceantur. Augustinus verò in testimonium illud Ioannis sanè non pugnat cum validissimis ac aperatissimis testimoniis, quæ ex ipsomet paulò antea retulimus: sed solum vult, Deum per verbum suum esse causam primam, etiam entitatis, & rationis formalis, quæ est in actu peccati, entitatemque & bonitatem naturalem illius actionis in Deum reduci tanquam in causam primam & auctorem eo modo, quo à nobis explicatum est.

Ad secundam  
de obiecto  
dilecti.

Ad id verò quod dicitur, Scholasticos, qui concursus Dei generalem cum causis secundis defendunt, simpliciter dicere, Deum causam esse actionis peccati, dicendum est: Illos sanè non negare quod dicitur: tamen si nostram doctrinam non expresserint, eò quòd modus, quo nostrum concursum vniuersalem constitutum, non fuerit tam exactè ab iis expressus, quàm à nobis fuit explanatus; neque tam accuratè, vt nos, rationem reddiderint, cur Deus non sit causa peccati. Ceterum non dubitamus, si doctrina nostra eis fuisset propofita, eam omnino probaturos, præsertim cum sit eadem pia, & definitioni Concil. Triid. can. 6, citato plusquàm cõsentanea, atque rationes peculiare, quas hæcenus explicauimus, cur Deus simpliciter dicitur non sit causa peccati materialiter sumpti, eam demonstrent. Certè D. Thomas & alij nec negant, nec negare possunt, concursus liberi arbitrii particularem ad actionem peccati vnà cum concursu generali Dei, ab arbitrioque eo pacto realiter influente, tanquam à particulari causa determinante ad speciem actionis, provenire, quòd actus ille sit contra legem Dei, ac materiale & fundamentum peccati: neque item negant, neque negare possunt, eundem arbitrii influxum ad actum peccati esse absumum arbitrii ad id, ad quod à Deo collatum non est, vt August. affirmat, atque adeo permissum dumtaxat à Deo esse, vt Concil. Trident. definit, ac proinde neque actionem, quæ illam consequitur, intentam esse à Deo per creatum arbitrium & concursum suum generalem, sed solum esse permissam. Quare argue D. Thomas, neque alij hodie negarent, Deum solum esse causam vniuersalem & primam actionis peccati, minimè eam intendentem tam per nostrum arbitrium, quàm per

suum concursum generalem, sed solum eam permittentem, vt nos dicimus, & Concil. Trident. definit.

Ad id verò quod additur, de repugnantia, que in dictis nostris esse videtur, dicendum est: Si expendantur, quæ in eo §. diximus, nullam omnino esse repugnantiam, quin potius admodum esse infinitam consequentiam hanc, que aduersus nos intenditur. Nempe: Deus voluntate absoluta vult influere hic & nunc cum libero arbitrio, concursu generali ex se indifferente, vt pro qualitate particularis influxus arbitrii sequatur potius volitio quàm nolitio, & volitio aut nolitio potius huius obiecti quàm cuiusvis alterius, & denique actio potius bona moraliter quàm mala, ergo Deus intendit, vt sit hæc actio peccati, quam ipse sua lege prohibet, & quæ, quòd sit potius ea actio quàm alia, habet ex influxu particulari arbitrii, & non ex concursu generali Dei indifferenti ex se ad varias species actionis. Sanè si liberum arbitrium per concursum generalem ita ageret motum, vt nullum haberet peculiarem suum influxum, sed præcisè ageret per motum & influxum quem à Deo recipit, eo pacto quo aqua ab igne calefacta agit præcisè per calorem, quem ab igne recipit, tunc consequentia esset bona, sed penitit arbitrii libertas, determinatioque ad actionem peccati esset à Deo, Deusque (iuxta errorem Lutheri) non minus esset causa prædictionis Iudæ, quàm cuiusvis actionis bonæ, & similia multa absurda sequerentur: at non ita res habet, sed determinatio ad speciem peccati est ab ipso arbitrio per influxum sibi proprium ac liberum, quo & se, & concursu Dei generali ad actum malum abutitur, à Deo minime per arbitrium, ac suum generalem concursum intentum, eaque de causa iuxta verissimam August. doctrinam homo ipse & non Deus est causa realis ac positiva peccati.

Ita etiam alia consequentia, quam prædiximus intèdit, nulla profectò est. Videlicet: Concursus Dei generalis non est aliud quàm productio, quæ dat esse actioni; ergo qui generaliter concurrere vult cum libero arbitrio, quando peccat, vult & intendit actionem peccati: concursus namque Dei generalis est influxus, hoc est, ipsamet actio tota peccati, sed vt partialitate causæ est præcisè à Deo tanquam à causa vniuersali, à qua non habet quòd sit potius illa actio quàm longè diuersa, sed id habet à peculiari influxu arbitrii.

arbitrii, eaque de causa non sequitur, quòd si Deus absolute vult illo modo ex sua parte influere, velit aut intendat vt sit actio peccati.

Nunc obiectis attendat, ipsum esse qui secum apertissime pugnat. Si quid namque argumentum eius probat, sanè conuincit, Deum vellet actionem peccati voluntate antecedente: vo-

luntas quippe concurrenti generali concursu ad actionem peccati, est voluntas antecedens comparatione actionis peccati: quare si ex illa sequitur Deum velle actionem peccati, sequitur illum vellet voluntate antecedente: ipse autè merito negat voluntatem antecedentem in Deo comparatione actionis peccati, etiam quoad actus substantiam.

## In Questionem 22. de providentia.

### Articulus primus.

## Quid sit providentia, & an Deo conueniat.

### Disputatio 1.

Duplex  
in rebus  
ordo.



Ut pateat quid providentia sit, sciendum est, duplicem ordinem cerni in rebus, quod ad præsens institutum atinet. Vnum enim res ipse inter se seruant non habita ratione finis, esto propter finem ita ordinentur. Eiusmodi est ordo quem partes domus inter se habent; fundamentum namque tenet infimum locum, rectum supremum, & parietes medium. Talis etiam est quem seruant corpora simplicia in hoc vniuerso quod ex eisdem coalescit: quæ enim perfectiora sunt, nobiliorè locum tenent. Alter verò ordo est, quem res habent comparatione finis, siue cõmunis rebus omnibus finis sit, qualis est manifestatio bonitatis, sapientiæ, potentis, atque iustitiæ diuinæ, siue sit finis particularis. Conceptio prioris ordinis appellatur dispositio in mente artificis: ipse verò ordo executioni mandatus; dispositio rerum inter se, aut partium in suo toto nuncupatur. Conceptio posterioris ordinis, cum proposito exequendi eum, appellatur providentia. Est ergo providentia diuina non aliud, quàm ratio seu conceptio ordinis rerum in suos fines in mente diuina existens cum proposito cū per se, vel etiã interuentu causarum secundarum, executioni mandandi. Aut, vt Boetius quarto de cõsolatione prosa 6. definit, est ipsa diuina ratio in summo omnium principe constituta, qua cuncta disponit. Non intelligit verò

Dispositio  
in mente  
artificis quò  
in rebus  
quid.  
Providentia  
diuina  
quid.

(vt hoc loco interpretatur D. Thomas) eam dispositionem paulò autè explicatam, sed dispositionem ad suos fines. Vocabulum enim, dispositio, vtroque modo vsurpari solet, vt ait D. Thomas.

Diuina autem providentia mandatur executioni per creationem, & gubernationem rerum creaturarum. Est autè gubernatio directio rerum iam creaturarum ad suos fines & perfectionem: vnde præsupponit creationem, atque existentiam rerum. Cõseruatio verò earum, & reliqua, quibus in suos fines diriguntur perducunturque ad suam perfectionem, ad gubernationem spectat.

Comparatur ergo providentia ad creationem & gubernationem, tanquam actus internus in Deo formaliter existens ad externos, quibus id, quod providentia præconceptum & statutum est, executioni mandatur. Hac de causa differit D. Thomas hoc loco de providentiã, vbi de Deo, & de iis quæ formaliter in Deo sunt, disputat: de creatione verò à quæst. 44. & de gubernatione à quæst. 103. incipit differere. Quod autè non sola gubernatio, sed etiam creatio ipsa executio sit diuinæ providentiæ, vel ex eo probari potest, aduersus Durandum in primo, dist. 39. quæst. 3. quoniam à prima rerum productione in hominis vtilitatem conditas fuisse tam accommodatè ceteras res corporales à Deo, totumque vniuersum tam congruè ad ostensionem diuinæ bonitatis, sapientiæ, atque potentis fabricatum, & singulas illius partes, & non solū illius, sed etiam

Gubernatio  
quid  
sit.

Quomodo  
ad  
creationem  
& gubernationem  
providentia  
comparatur.

cuiusque vivens tam aptas ad suas peculiare functiones ac vires; quis non videt effecta esse atque executionem divinam providentiam; vt ex definitione providentiæ liquido constat?

*Providentia propter effectus intellectus divini, copulatur vero per actum voluntatis.*

Quod si petas, cuiusdam potentia actus sit providentia; dicendum est, præcipue esse actum intellectus prædicti, cum sit ratio seu conceptio ordinis terminum in finem: addere vero propositum mandandi executioni talem ordinem, qui actus ad voluntatem pertinet, completque perfectam rationem providentiæ. Quando ergo Damascenus secundo libro fidei orthodoxæ cap. 29. ait, Providentiam esse voluntatem Dei, per quam omnia que sunt, convenientem gubernationem suscipiunt, intelligendum est, esse voluntatem, seu actum ad determinationem voluntatis Dei, tanquam id quod rationem providentiæ complet, non tamè negandum est, præcipue includere rationem ipsam, conceptio nemque taliter gubernandi res, quam determinatione voluntatis præexigit, vt compleatur ratio divinæ providentiæ. Ferrar. tertio contra Gentes cap. 64. ait, solum actum intellectus, sine proposito exequendi, posse etiam dici providentiam extenso vocabulo providentiæ, communiter tamen solum accipitur vt comprehendit propositum mandandi executioni ordinem conceptum. Hæc quod attinet ad primam eorum que proposita sunt.


*Providentiam monarchicam et regiam esse in Deo.*

Quod vero attinet ad secundum, conclusio Divi Thomæ est, in Deo est providentia; non qua se ordinat in finem suum, quod ad providentiam atque prudentiam monarchicam spectat, sed qua creaturas ordinat & dirigit in proprios ipsarum fines, quod ad providentiã atque prudentiam civilem, regiam, atque monarchicam

pertinet. Prior pars est de fide, patetque ex illo Sapientia 14. Tua autem, pater, providentiã ab initio cuncta gubernat. Et ex illo Mar. 6. Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester pascit illa. Considerate lilia agri, &c. Si ergo locum agri Deus sic vestit, quanto magis vos modica fidei! &c. atque ex multis aliis sacræ scripturæ testimoniis. Probatum verò à D. Thoma, quoniam ordo rerum in suos fines particulares, atque in finem omnibus communem, est à Deo, vt in superioribus ostensum fuit: sed Deus est causa rerum per intellectum & voluntatem: ergo ratio & conceptio ordinis rerum in suos fines præexistit in mente divina: talis verò ratio & conceptio ordinis rerum in suos fines est providentia: est enim providentia præcipua pars prudentiæ, cuius proprium est ordinare res in finem, vt Aristoteles 6. Ethic. cap. 8. & 12. docet: ergo in Deo providentia confirmanda est. Posterior verò pars probatur, quoniam Deus non habet finem ad quem ipse ordinetur, cum neque ipse, neque que in eo sunt formaliter, possint vlla ratione subire rationem effectus. Quo fit, vt providentia divina non sit monarchica, sed qualis in rege atque monarcha reperitur, sique comparatione creaturarum, quas in suos fines dirigit. Porro ratio illa quarta, qua quæst. 2. art. 3. huius primæ partis, ex accommodatissimo ordine rerum omnium in suos fines, ac providentiã, que tanquam in suo effectu mirum in modum in toto hoc mundo vniuerso elucet, luce clariius ostendimus Deum esse, additis iis que post eandem rationem eo loco adiecit. Satis aperte tibi demonstrabit in Deo esse providentiam, qua cunctas res creatas gubernet.

Vtrum res semper assequantur finem, ad quem ex divina providentia ordinantur. *Disputatio 2.*

*Caictanus sententiam.*



Caictanus hoc loco arbitrat, diuinam providentiam non solum includere rationem ordinis terminum in finem, cum proposito mandandi executioni talem ordinem, quantum est ex parte

Dei, sed etiam includere assecutionem finis. Atque ita vult semper res assequi fines, ad quos ex divina providentia dirigitur. Quod si res aliqua cuiusmodi finem non assequatur, ait talem rem non esse ordinatam in eum finem à divina providentia.

Suadetur

*Suadetur primò.*

Suadet autem potest hæc sententia primò, quoniam prædestinatio est pars quædam divinæ providentiæ: prædestinatio verò non solum est de mediis ad finem vltimum, sed etiam de fine ipso assequendo, quippe cum nullus prædestinatus dicatur, qui sempiternam felicitatem non sit consecutus: ergo providentiã divinã assecutionem finis includit.

*Secundò.*

Secundò: Providentiã divinã præter rationem ordinis mediolorum in finem includit propositum voluntatis mandandi executioni: talem ordinem, quod quidem propositum pertinet ad voluntatem Dei absolutam: cum ergo voluntas Dei absoluta semper impleatur, fit vt providentiã divinã assecutionem finis includat.

*Tertiò.*

Tertiò: Si divina providentia non includeret assecutionem finis, fierique posset vt res eum finem non assequeretur, ad quem ex divina providentiã ordinatur, sequeretur divinam providentiã posse frustrari, quod nulla ratione videtur concedendum. Vnde D. Thomas ar. 4. sequenti ad secundum, & tertio contra Gentes, cap. 49. ait, Ordinem divinam providentiã esse certum, immobilem, & indissolubilem quoad effectus assecutionem. Idem etiam innuit apertè Boetius quarto de consolatione, prola sexta.

*Confirmatio.*

Accedit in confirmationem huius sententiæ Ecclesiæ auctoritas, que in oratione dominicæ septimæ post Pentecosten ita Deum precatur: Deus, cuius providentiã in sui dispositione non fallitur, te supplices exoramus, vt noxia cuncta submoveas, & omnia nobis profutura concedas.

*Divinam providentiam non includere finis assecutionem.*

Contraria nihilominus sententia, nempe ad providentiã divinã necessarium non esse vt id, quod per eam in finem ordinatur, talem finem assequatur, est Durandi in primo, dist. 40. q. 1. Egidij dist. 39. secunda pars dist. q. 1. Mar. q. 41. art. 1. Ferrar. tertio contra Gentes c. 94. Sylva de consilio q. 22. ar. 1. imò est expressa D. Thomæ de veritate q. 6. art. 1. & in primo, disp. 40. art. 2. Vt enim eisdem in locis ait, In qualibet ordinatione ad finem duo possumus considerare, ipsum scilicet ordinem, & exitum vel euentum ordinis: non enim omnia, que ad finem ordinantur, finem consequuntur. Providentiã ergo ordinem in finem respicit tantum, vnde per Dei providentiã omnes homines ad beatitudinem ordinantur, sed prædestinatio respicit etiam exitum vel euentum ordinis, vnde non est nisi eorum

qui gloriã consequuntur. Hæc tamen D. Thom. Caictanus tamen ait, D. Thomam hoc loco, & tertio contra Gentes cap. 94. sententiam renovasse. At Sylvester ait, solum Caictanum inter sectatores D. Thomæ id de D. Thoma asseruisse: Ferrariensis autem loco citato ita interpretari conatur loca, que Caictanus adducit, vt D. Thomam semper in eadem persistisse sententia contendat. Quicquid ergo sit de mente D. Thomæ, amplectenda est proculdubio sententia horum Doctorum.

Probari autem potest in primis, quia ad providentiã dicitur, medici, atque diligentis agricole, satis est si adhibeat accommodata & opportuna media ad finem, siue finis sequatur, siue aliunde impediatur. vniuersumque ad providentiã humanam necessaria non est assecutio finis: cum ergo sumere liceat argumentum ab humanis ad divinã, fit vt neque ad providentiã divinã necessaria sit assecutio finis.

Secundò, virtus à generatibus impressa feminibus ad producenda indiuidua eiusdem speciei perfecta, conferendamque speciem, est effectus divinæ providentiæ ordinantis eiusmodi medium in eum finem: sed eiusdem rationis est hæc virtus in eo semine, quod ex aliqua causa superueniente impeditur, vel ne omnino producat effectum, vel non talem, qualem produci oportebat, atque in eo quod non impeditur, eodemque modo est collata vtrique ab auctore naturæ interuentu causarum secundarum: ergo vtrobique est effectus divinæ providentiæ tanquam medium ordinatum ad finem: non ergo de ratione divinæ providentiæ est assecutio finis.

Confirmatur præterea hæc ratio, quia quando semen impeditur ne producat effectum perfectum, sequiturque monstrum, monstrum, quod ita resultat, est effectus à casu respectu finis, non alia ratione, nisi quia est præter intentionem agentis, quod intendebat rem perfectam producere, vt secundo Physicorum ostendimus: cum ergo semen non dicatur intendere aut agere propter finem, nisi ex directione primæ causæ providentiæ, ordinantisque virtutem finis ad producendum effectum perfectum, fit, vt ea virtus à divina providentiã ordinata sit ad producendum effectum perfectum, ac proinde vt ad rationem divinæ providentiæ necessaria non sit assecutio finis, ad quem media per eandem

O o p r o

providentiam ordinantur. Deus namque in causis contingentibus ita media quae confert, ordinat ad finem, ut eas suis naturis relinquat, permittatque alias ab aliis quoad effectum suorum productionem impedit: quare non semper voluntate efficaci vult eum finem ad quem media & causas contingentes ordinavit, sed interdum voluntate conditionali, nepe si causa ipsa velit, quando est libera: quando autem libera non est, si ab alia non impediatur.

Tertio: Si ad divinam providentiam requiretur assensio finis, sequeretur non omnes homines per divinam providentiam ordinatos esse in vitam aeternam, sed solum eos, qui salvi sunt, neque mortem Christi, & alia media ad salutem ordinata, esse à Deo instituta ad salutem omnium hominum, si per ipsos non steterit: quod est plus quam durum, & contra communem sententiam sanctorum, imò etiam contra illud Pauli, Qui vult omnes homines salvos fieri.

Postremo dicendum esset, Deum per suam providentiam non ordinasse Adamum in statu innocentiae, & in Adamo totum genus humanum in vitam aeternam, quandoquidem per media, quae in eo statu accepit, ad beatitudinem non devenit. Dicendum etiam esset, Deum per suam providentiam non creasse omnes homines & omnes Angelos in supernaturalem finem beatitudinis, neque malos, tam homines quam Angelos, deservisse à supernaturali fine, ad quem à Deo essent creati: cum non omnes beatitudinem assequantur. Item ut dicitur esset, Deum non habuisse providentiam ad beatitudinem circa reprobos, sed solum circa praedestinos; ita dicendum esset, providentiam circa beatitudinem non latius patere, quam per destinationem contra D. Thomae, communemque Doctorum sententiam. Denique dicendum esset, falsum continere celebre illud pronuntium, homines, dum peccando ordinem unum divinae providentiae egrediantur, relabi in alium, quandoquidem iuxta opinionem quam impugnamus, omnis divinae providentiae ordo, & omne medium illius, finem assequatur: cum autem nullos dubitare possit, nec omnia absurda ex ea opinione evidenter sequi, ea vero plusquam periculosa in fide sunt: consequens est, ut iam hodie opinio, quae impugnamus, minime in fide situta, ne amplius dicam.

Pro solutione tamen argumentorum in oppositum, atque totius quaestionis intelligentia,

ante oculos habendi sunt praecipui, tum fines, in quos res à divina providentia ordinantur, aut permittuntur, tum ipsarum rerum, diversorum finium comparatione, ordines. Ultimus autem, supremus, primusque, quoad intentionem, totius divinae providentiae finis, est Deus ipse, manifestatioque divinarum attributorum operibus ad extra, quae divinae providentiae subsunt, ad finemque ordinari possunt. Ad hunc finem, quasi ex primaria intentione, statuit Deus sempiterna sua providentia condere Angelos & homines, conferreque illis media omnia, cum naturalia, tum etiam supernaturalia, ad eum finem accommodata, ut ipsa contulit. Quoniam verò homo non solum animo, sed etiam corpore constat, qua ratione multis subsidiis creaturarum corporum ad vitam tuendam indigebat, illi hunc mundum universum in domicilium fabricavit, ut si in eo recte viveret, propriis meritis cum gratia divina coniunctis, ad maiorem minorémque beatitudinem, prout ipse vellet, perveniret, aut etiam ab ea in summam miseriam deflectere posset, si rectum rationis iter tenere nolleret: idque quia honorificentius illi erat praemium propriis meritis & industria comparatum, iustissimisque aliis de causis, ut saepe dictum est. Aetanta pulchritudine ac varietate distinctum, tantaque rerum copia veluti suppellectilem referat, domicilium hoc, ad usum, oblectationem, & scientiam homini tradidit, ut inde non solum subsidia vitae, ac oblectationem capere, sed etiam in cognitionem atque admirationem ipsius Dei posset assurgere, eiusque amore inflammar: quae omnia quae 2. ar. 3. ex parte sunt explicata. Quia vero, & naturae ipsae rerum, ex quibus hoc universum constat, id ex se habent, expeditaque, ut mundus hic materiam laborum, grumarum, enciatuumque, qualem experimur, in eum finem contineret, ut si homo in conditore suum foret ingratus, eumque offenderet, id totum in eodignam poenam illi cederet, atque ut ex pulchritudine & copia rerum mira subsidia vitae acciperet, ut nihil in eo stabile, cui adhaerere posset, inveniret, sed omnia fluxa, caduca, ac cruciatum plena experiretur, ut vel ea ratione conditor suum ac caelestia ardentius quereretur; inde effectum est, ut Deus tale hunc mundum à principio condidit, quale experimur. At quando primo genus humanum in eo collocavit, ita illud dono iustitiae originalis, signo vitae, aliisque donis

*Providentia divina variis finibus ordinata.*

*Prima quaestio sententia divinae providentiae.*

*De permissione peccatorum quae bona Deus elicitur.*

adversus miseriam omnes communiuit, ut omnium earum expert foret, si culpa quoque expert perstitisset, tandemque per merita vitae, summa cum voluptate comparata, Deum religiose colendo, ad aeternam felicitatem perveniret.

Quamvis autem, ut latius quaestione sequente explicandum erit, Deus non unum ante aliud, sed omnia simul, unico simplicissimo decreto, quod aeterna ratio providentiae ipsius complectitur, constituerit: nihilominus ea quam haecenus explicavimus concipienda est quasi prima intentio divinae providentiae, in Angelis, hominibusque in sempiternam beatitudinem condendis, mundoque hoc universo hominum gratia fabricando, atque in his omnibus propter Deum ipsum tanquam finem ultimum efficiendis, ut ei ad laudem, gloriam, ostensionemque suae bonitatis, sapientiae, potentiae, reliquorumque attributorum deferret. Cernens verò, ex hypothesi quod Angelos & homines in suam beatitudinem cum auxiliis & circumstantiis rerum, cum quibus eos in hoc mundo condidit, creare vellet, futurum lapsum quorundam Angelorum, totiusque generis humani, eo ipso decreto, quo homines ita creare constituit, & consequenter ruinam generis humani permittere (quae tamen non foret permissurus, nisi remedium adhibere decerneret) quasi inde sumpta occasione, constituit longè maiora bona, longeque maiore bonitatis, misericordiae, sapientiae, potentiae, atque iustitiae suae ostensionem, per proprii filii incarnationem, quae ad reparationem generis humani decrevit. Simulque voluit ut miseriam omnes, quas amisso statu innocentiae experimur, in poenam peccati, ostensionemque iustitiae suae cederent, tum etiam ut eadem miseriam peccataque malorum, in cumulatis meritum, illustrioremque coronam iustorum redundarent, atque ita peccatis quorundam coronae martyrum fabricaretur, & redemptio generis humani perficeretur, tum denique ut sempiterna per amitionem impiorum apud aeternum ob peccata, quae vitare, vel per poenitentiam delere poterunt, in aeternum sua iustitia, sicut in praedestinationis misericordia, splenderet. Ad eodignam bonum est, ut nullo modo mala permitteret, nisi inde maiora bona esset elicitorus, ut Augustinus in Enchir. cap. 11. est auctor.

Sunt vero pleraque alia bona quae Deus ex permissione malorum elicere novit, de quorum numero sunt, quae Damascenus li. 2. fidei ortho-

doxæ cap. 29. his verbis commemorat: Sunt quaedam, inquit, secundum permissionem. Nascitur frequenter iustum incidere in calamitates, ut virtutem, quae in illo latebat, aliis apertam manifestantique faciat, ut in Iob. Aliquando sinit quippiam absurdum fieri, ut per operationem quae absurda videtur, magnum aliquid & admirabile dirigit & operetur, ut per Crucis salutem hominum. Alio etiam modo sinit sanctum male affici, ut ex recta conscientia non excidat, aut ex indulta ei virtute gratiae in superbiam non extollatur, ut in Paulo. Interdum deservit quis in malis, ad vitam aliorum in melius commutandam, ut abij videtes, quod apud illam est, emendatur, ut in Lazaro, & diuine. Naturaliter enim ipsi videntes alios patientes, corripuntur. Relinquitur & quis ad alterius gloriam, non per proprium, aut parentum peccatum, ut cecus à nativitate ad gloriam filii hominis. Rursus sinitur quis pati in alterius zelum, ut gloria patientis magnificata, impiger aliis stimulis incitetur spe future glorie, & futurorum desiderio bonorum, ut in martyribus. Permittitur & quis quandoque in turpem incidere actionem, ad emendationem deterioris affectus. Verbi gratia: quis est elatus in virtutibus & rectè factis suis, hunc sinit Deus in adulterium prolabi, ut per casum in cognitionem propria infirmitatis veniens, humilioris constitatur Domino. Haec Damascenus.

Porro quae Deus non aliter vult esse nisi praesistente peccato, possunt tamen quae vult in poenam iustam peccatorum, esse ea per suam providentiam in ostensione suae iustitiae, aliorumque suorum attributorum ordinat: sicut tamen non sunt ab eo volita nisi voluntate consequente, ut cum Damasceno quæst. 19. art. 6. est explicatum, eo quod, ut nolleret peccata esse, si & homines, & Angeli idè vellent, sic etiam neque vellet ea punire: ita etiam pertinent quasi ad secundariam intentionem divinae providentiae, quae, praevidens quorundam Angelorum & hominum voluntariam defectionem à fine, ordine, atque primario instructo suae providentiae, defectionem ipsam, & peccata, quae iustissimis de causis statuit permittere, quasi secundaria intentione in eundem quidem ultimum finem ostensionis suorum attributorum, at alio ordine & mediis dirigit. Atque hoc est quod dei constituit, homines & Angelos dum per suum arbitrium peccando egrediantur ordinem unum divinae providentiae, quae

*Peccatorum poena veluti ad secundarium ordinem providentiae ordinem ut pertinet.*

quo per suam misericordiam in sempiterna felicitatem dirigebatur, incidere in aliam, quo quasi secundum intentionem peccata permittitur, ut in eorum punitione splendet divina iustitia, atque ob alios predictos fines ad quos congruis modis deveniunt. Inque cum decretum liberum voluntatis divinae executioni mandandi ordinem preconceptum mediatorum ad fines, per quod completur ratio providentiae divinae, non aliud sit quam volitio ipsa libera, qua Deus vult ut ad suos fines, quosdam absolute, quosdam sub conditione, ut quae 19. art. 6 explicatum est, ut quae in volitione divina distinguitur voluntas, absolute videlicet, & conditione 2. antecedens & consequens, ut ibidem cum Damasceno deotionis, ita etiam in decreto mandandi executioni, quantum est ex parte Dei, ordinem mediatorum ad fines a Deo preconceptum, per quod completur ratio divinae providentiae, distinguitur a intentione finium per media divinae providentiae, in conditionatam, & absolute antececedentem seu primariam, aut quasi primariam, & consequentem seu secundariam, ut quasi secundariam.

*Voluntas divina exequendi si ordinem suae providentiae cuius finis comparatione sit absoluta, & cuius non sit.*

Ex his facile colligi possunt quae sequuntur. Primaria est voluntas divinae exequendi ex parte sua ordinem preconceptum mediatorum ad fines, non comparatione cuiusque ordinis suae providentiae esse voluntatem absolute finis, sed saepe esse conditionatam, conditione pendente ex libero arbitrio create, si scilicet uno aut altero modo cooperari velit. Quo fit, ut comparatione talis finis, sit quidem in Deo providentia, qua homines omnes & Angelos in vitam aeternam dirigit, quoad quidem est in eo voluntas exequendi ordinem mediatorum, quo, si vellet, ad eum finem pervenirent, ea tamen providentia non voluntatem absolute, sed conditionatam finis includit, ac prout in multis illis divinae providentiae frustrari potest, & frustratus est, imo vero, cum omni adulto volente Deus beatitudinem dependenter a libero usu precepti cuiusque arbitrii, atque adeo sub conditione, si & inde velit, ut quae sequenti explicabimus, nemini veluit absolute eum finem nisi posita praesentia talis vitis arbitrii, qualis ad salutem est necessarius, idque ex hypothese quod in tali vel tali ordine rerum vellet eum collocare, ut quae 19. art. 6. ex parte explicatum est, & quae sequenti plenius dicemus.

Secundum est, si loquamur de intentione quasi primaria divinae providentiae, atque de praefixo ordine quo res arbitrio praedictas dirigit in beatitudinem, peccata, quae arbitrio creato sunt, non cadere sub divinae providentiae tanquam media ad finem, quin potius eiusmodi creaturas peccando egressi ordinem illum, desistereque a huius ad quem divina providentia dirigebatur. Verum quia in dirigendis eiusmodi creaturis in sempiternam felicitatem, ad eandem quoque providentiam spectat, ut in manu consilii sui relinquuntur (id enim & naturae rationali magis congruit, & honorificentius est) fit, ut eantus permissio peccatorum ad divinam providentiam pertinere dicatur, quatenus ex eius quasi primaria intentione constitutum est, ut liberi suam felicitatem consequantur, & consequenter peccata permittantur. Quae ratione Dionysius sub fine capitis quartum de divinis nominibus merito redarguit quosdam, qui dicebant, oportere providentiam inuitos etiam nos ad virtutem impellere, dicens: Providentiae non esse naturam interire, sed vnicuique rei prout ut operetur suae naturae accommodare. Pertinet etiam ad divinam providentiam, tum quasi secundaria intentione permissionem ipsam peccatorum dirigit, interdum in eodem in ipsorum met peccantium, interdum in aliorum utilitatem, tum ut peccatorum occasione abundantius thesauros suae misericordiae & liberalitatis diffundat, tum etiam ut illorum occasione divina bonitas, misericordia, sapientia, potentia, atque iustitia clarius & illustrius in operibus suis manifestentur, ut superius explicatum est.

Tertium est, cum ex una parte divinae providentiae tam copiose ac dilucide splendet in toto hoc universo, atque in singulis quibusque minutissimis illius partibus, ex alia vero tot miseris generis humanum sit oppressum, tot homines, tamque frequentes in recta ratione, sineque suo desistant, aliosque iniuriis afficiant, mirandum non est, si absoluta fide, notitiaque primae rerum conditionis, atque originalis peccati in tam magna orbis parte, praefixa Philosophorum ingenia circa Dei providentiam obsecrata fuerint, quosdamque, contra patentissima indicia, & argumenta, illam, aut omnino, aut magna ex parte, negaverint; alij vero, de quorum numero est Aristoteles, eam quidem fuerint confessi, at non ea firmitate ac constantia, qua par erat. Quae tam-

*Permissio peccatorum quomodo in divina providentia cadit.*

*Circa providentiam cur insignes Philosophi olim caeciterint.*

*Divina providentia cur nunquam fallatur*

*Providentia divinae praefixa ad praesentiam, nulla affert liberos arbitrii effectibus necessitate.*

men de prima rerum constitutione, lapsu primorum paratum, peccato originis, quod totum genus humanum infecit, ac poenis quae inde subsecutae fuerunt, fides docet, supraque in explicanda quasi prima divinae providentiae intentione adnotavimus, in suo decursu Ecclesiae ab oibe condito, remediisque contra peccatum, quae Deus variis temporibus exhibuit, ut scripturae sacrae veteris ac novi testamenti testantur, tenebras omnes circa divinam providentiam depellant, omniaque optime consentire faciunt, id quod inter argumenta, quibus fides Catholica confirmari solet, merito numerari potest.

Postremo duo sunt animadvertenda. Vnum est, ad perfectissimam providentiam necessarium esse, ut protulor certo antea intelligat, quid ex medijs, quae ex sua parte ad finem per providentiam suam adhibere statuit, sit a ut non sit euenturum. Quare hoc, praeter alia, inter divinae providentiam & nostram interest: Quod Deus semper intelligit quid ex medijs, quae providentia sua adhibere statuit, euenturum sit, ac prout de quae media profutura aut nocitura sunt rebus libero arbitrii praedictis, propter unum aut alterum usum arbitrii futurum, cum tamen per arbitrium ipsum fiet, quod non omnia in suum commodum vertat. Ratione vero huius certissima praesentis, quae in Deo est, ipsa Dei providentia dicitur nunquam falli: quia sicut certissime praevidet quid ex suis medijs sit euenturum, ita id omnino euenire. Cum vero non quam sapientissime ignoremus qualem exitum habitura sint media quae ad finem adhibemus, idque non solum quando per aliam rem, libero etiam arbitrio praedictam, finem aliqueum assequi volumus, sed etiam quando fines alios, non tamen per alienum arbitrium, intendimus, inde est quod saepe providentia nostra fallatur, aliterque res, contrariumque eius eueniat, ac sperabamus. Atque hac ratione Sapient. 9. cogitationes mortalium dicuntur timidae, & incertae providentiae nostrae.

Alterum est. huius ordo divinae providentiae ad primariam suae secundariam intentionem spectet, semper effectum omnem, qui a libero arbitrio creato modo aliquo pcedet, posse re ipsa euenire, ac non euenire, ac prout de ordinem causarum ac mediatorum, qui divina providentia constitutus est, nullam omnino necessitatem libero arbitrio asserere. Quod intelligendum est, non solum de necessitate consequentis, sed etiam consequentiae.

Qua ratione Damascenus secundo libro fidei orthodoxae cap. 29. ut quae 19. art. 6. dispositione prima reatum est, merito dixit, ea quae ab arbitrio creato pendunt, non solum esse effectus divinae providentiae, sed etiam ipsius arbitrii. Etenim aliud est loqui de ordine ipso causarum ac mediatorum divinae providentiae constitutorum, aliud de praesentia qua Deus praevidet, existente hoc ipso ordine rerum, causarum, ac mediatorum, pro libertate arbitrii creati hos vel illos effectus esse euenturos, cum possent re ipsa, non hi, sed contrarii euenire, si arbitrium ipsum, ut potest, id veller. Si namque loquamur solum de ordine ipso causarum ac mediatorum divinae providentiae constitutorum, sublata praesentia, quod iura sint, quae nullo modo est causa rerum, ut quae 19. art. 8. & 13. late ostensum est, utique effectus neque necessitatem consequentiae habet comparatione illius, nullumque omnino absurdum sequeretur, si, illis ita existentibus, eueniret contrarium eius quod re ipsa euenturum est. Si vero loquamur de praesentia, contrahit quidem necessitatem consequentiae comparatione illius: at id non tollit quominus effectus re ipsa possit aliter euenire, quandoquidem, ut art. 13. citato ostensum est, non qua Deus praevidet effectum ita euenturum, euenire; sed quia ita est euenturus, cum possit non euenire, Deus ex altitudine ac perfectione sui intellectus praesentit effectum euenturum: si autem contrario modo, ut potest, esset euenturus, contrarium praesentis, & non id quod re vera praesentis.

Quando ergo D. Thomas & Boetius locis citatis, ac quidam alij affirmant, ordinem divinae providentiae esse certum, immobitem, & indissolubile, quoad effectus assecutionem, ordinemque illum appellat fatum, (qua ratione Boetius, & plerique alij asserunt, tantam certitudinem esse in fato, illo modo sumpto, quoad euentum effectus, quanta est in divina providentia) differretque fatum a divina praesentia, quod providentia sit ordo causarum ac mediatorum in finem mente ac voluntate divina praescriptus ac constitutus, formaliterque in ea existens, fatum vero sit executio ordinis, qui mente ac voluntate divina praescriptus constitutusque est. Quando inquam, haec ita affirmant, si divina providentia, ea praesentia ratione spectetur, qua ratio seu conceptio est ordinis mediatorum in finem cum proposito talem ordinem quomodo est ex parte Dei

*D. Thom. & Boetius explicatur.*

exequendi; in quo ratio diuinae providentiae est posita, secludaturque diuina praescientia, qua quid inde per liberum arbitrium creatum sit aut non sit euenturum cognouit, quae non tam ad prouidentiam, quam ad perfectionem prouidentiae spectat, plane non solum falsum affirmant, sed etiam id affirmant, quod non dubitare errorem in fide appellare. Quare neque in prouidentia ita sumpta, neque in executione illius, hoc est, in ordine causarum & mediorum executioni mandatorum, quem ipsi fatum appellant, villa est certitudo comparatione effectuum qui ab arbitrio creato pendunt. Si uero simul cum prouidentia spectetur praescientia, qua Deus, tum ordinem ipsum certo nouit ita esse futurum, tum eo ordine dato, nouit certo quid per arbitrium creatum esset futurum, cum re ipsa esse posset oppositum, concedendum est ordinem diuinae prouidentiae, prout ita à Deo ex altitudine & perfectione sui intellectus prauius est certo futurus, certum, immobilem, ac indissolubilem esse quoad effectus affectionem, certitudine tamen quae solum oritur ex necessitate consequentiae, modo paulo ante explicato, atque immobilitate & indissolubilitate quae in necessitate solum consequentiae sit posita. Atque ad hunc sensum accipiendi sunt D. Thomas & Boetius locis citatis.

Arbitrium tamen non esse ita loquendum. Primum, quoniam multi sunt ordines diuinae prouidentiae comparatione finium, quos Deus dependenter ab arbitrio creato intendebat, voluntateque conditionata ac antecedente uolebat; qui tamen ordines fines illos, ad quos ex diuina prouidentia dirigebantur, culpa liberi arbitrii creati non assequuntur. Quare non omnis ordo diuinae prouidentiae est certus, immobilis, & indissolubilis quoad effectus affectionem. Secundum, quoniam etiam illi ordines diuinae prouidentiae qui fines ab arbitrio creato pendentes assequuntur, secundum se spectati, non sunt certi, immobiles, & indissolubiles, qui potius supra naturam, ac simpliciter, contrarium eis conuenit: cum ergo necessitas consequentiae, ex certitudine diuinae praescientiae, quod fines assequuntur, naturas eorum non tollat, aut mutet, ut simpliciter non sint appellandi certi, immobiles, ac indissolubiles, sed solum secundum quid, prout scilicet à diuina scientia, supra id quod naturae autem ex se habent, ob altitudinem ac perfectionem diuinae

intellectus, praecogniti sunt ita futuri, praecognitumque etiam est ex eis, concurrente simul arbitrio creato, eiusmodi effectus esse euenturos, eum re ipsa contrarij euenire possent, si arbitrium ipsum, ut potest, uellet. Non etiam placet ordinem illum causarum & mediorum diuinae prouidentiae comparatione talium effectuum fatum, certum, immutabile, ac indissolubile appellare: tum quod nomen ipsum facti sanctis suspectum inuisumque sit, propter errorem multorum qui arbitrabantur esse ordinem quandam causarum ex se indissolubilem, & necessarium, comparatione effectuum: tum etiam quod osido ille supra naturam incertus, mutabilis, ac dissolubilis sit, solumque ex diuina praescientia necessitate quandam consequentia contrahat.

Dixi paulo superius, praescientiam, qua Deus certo nouit, quid euenturum aut non euenturum sit per arbitrium creatum, ex quocumque ordine causarum & mediorum diuinae prouidentiae, comparatione effectuum qui ab arbitrio creato pendunt, non tam ad prouidentiam, quam ad perfectionem prouidentiae spectare; quoniam si per impossibile in Deo esset solum scientia, quae recte nosset adaptare ac ordinare media quibus arbitrium creatum ad fines & effectus sibi proprios dirigeret, sine praescientia, qua certo cognosceret quam partem arbitrii esset electurum, sanè praconceptio ordinis mediorum ad talem finem, cum proposito, quantum est ex parte Dei, eundem exequendi, haberet rationem prouidentiae diuinae comparatione finium, non tamen esset praescientia in Deo effectuum, qui per arbitrium creatum essent futuri, ac proinde neque uilla esset certitudo in prouidentia diuina comparatione talium effectuum, neque uilla immutabilitas ac indissolubilitas in causis & mediis comparatione eorundem. Quare praescientia illa diuina, ex qua eiusmodi necessitas consequentiae, immutabilitas atque indissolubilitas mediorum diuinae prouidentiae emanat, solum pertinet ad perfectionem diuinae prouidentiae.

Ad primum ergo in oppositum, concessis omnibus quae in eo assumuntur, negandum est inde sequi, prouidentiam diuinam, qua diuina prouidentia est, semper esse de mediis ac fine assequendis: non enim necesse est, ut, quod ad rationem partis subiectae spectat, ad rationem quoque totius universalis pertineat: de ratione namque homi-

*Prouidentia non includit praescientiam quantum.*

*Ad primum ang. pro Caset. opinione.*

*Prædestinatio est pars subiecta prouidentiae, & quid supra ea addat.*

*Ad secundum.*

hominis est, quod sit ratione praeditus; quod tamen de ratione animalis non est. Praedestinatio autem non solum prouidentiam diuinam includit, sed prouidentiam diuinam circa beatitudinem ineq; hanc solam dicit, quippe cum & non praedestinatis eadem prouidentia prouideat, sed dicit prouidentiam diuinam circa beatitudinem comparatione eorum solum qui eam consecuti sunt; ratione uero eius, quod, praeter rationem prouidentiae circa beatitudinem, addit, includit affectionem finis.

Ad secundum dicendum est, prouidentiam diuinam, praeter rationem mediorum in finem, includere quidem propositum uoluntatis mandandi ordinem mediorum executioni quantum est ex parte Dei; propositumque eiusmodi esse uoluntatem absolutam exequendi certa aliqua media: ac non esse propositum assequendi efficaciter finem, sed dependenter à conditionibus sub quibus est uolitus & intentus: quare licet diuina prouidentia includat propositum efficax exequendi

aliqua media, non tamen assequendi finem. Ad tertium dicendum est, nullum esse absurdum, diuinam prouidentiam frustrari comparatione finis, quem neque uult, neque intendit, nisi uoluntate conditio nata, dependenterque ab arbitrio creato, quod ordine suae prouidentiae sufficienter adiutare intendit ad talis finis affectionem, si cum assequi uelit.

Ad confirmationem dictum est, Ecclesiam in eo sensu asserere Deum quoad suam prouidentiam non falli, quod certo prouidet, quoniam earum rerum, de quibus habet prouidentiam, prodesse aut obesse debent: unde continuo subiungit; Te supplices exoramus, ut noxia cuncta submoueas, & omnia nobis profutura concedas: itemque quod certo prouidet, ex quibus sequetur, aut non sequetur effectus, sub conditione uoluntateque antecedente prouisus ac intentus, in quibus diuina prouidentia nostram superat: non uero quasi semper poni debeat affectio finis, qui diuina prouidentia intenditur.

*Ad tertium.*

*Ad confirmationem.*

### Articulus secundus.

## Utrum omnia subiecta sint diuinae prouidentiae.

*Prouidentia diuinae subiecta esse omnia, probatur.*



Conclusio est affirmans, eaque de fide, ut patet ex illo Sap. 8. Attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. c. 12. Non est alius Deus quam tu, cui cura est de omnibus. Et Cap. 14. Tua autem, pater, prouidentia ab initio cuncta gubernat. Probat uero ratione, quoniam omnia à Deo propter aliquem finem vel sunt, vel, cum ab eo impediti possint, permittuntur: ergo omnes res subiectae sunt diuinae prouidentiae, alias ordinanti in finem, alias permittenti, seu non impediti propter aliquem finem.

*Peccata quousque diuina prouidentia subiecta sunt.*

Quod ergo ad peccata attinet, non ea ratio sub diuinam prouidentiam cadunt, quasi effectus sint diuinae prouidentiae intenti aut uoliti à Deo: id enim error esset in fide; sed quatenus ea permittit in fines optimos articulo praecedente explicatos. Interdum uero cernitur diuina

prouidentia in impediendis peccatis ne fiant; interdum etiam circa actus ipsos peccatorum, quatenus Deus causis liberis concursum suum generalem impendit, non uero peccent, sed ut accommodatè ad suam naturam eo ad bonum, & ad malum, prout malucunt, uti possint; quod quidem bonum est, atque ob optimum finem à Deo intentum: quando tamen tali concursu abutuntur, Deus causa est, non particularis, sed uniuersalis actuum peccatorum. Licet ergo casualis illa, influxusque Dei uniuersalis, effectus sit diuinae prouidentiae; actus tamen ipsi peccati, qui non causae uniuersali, sed particulari tribuitur, ut q. 14. art. 13, dist. 31. 32. 33. & q. 19. ar. 6. dist. 3. explicatum est, non est effectus proprius diuinae prouidentiae, nec ab ea intentus, sed est effectus causae particularis, à Deo per suam prouidentiam in particulari in finem optimum permittitur.

Circa effectus fortuitos optimè notat D. Thomas in responsione ad primum, nullum esse fortuitum

Respectu  
diuina  
providen-  
tia nullū  
esse esse-  
dium for-  
tuitum.  
Non in-  
mes om-  
nes for-  
tuitos ab  
esse in-  
tuitos.

fortuitum comparatione causa: prima, sed om-  
nes comparatione illius esse praxiūs, subiac-  
teque diuinae prouidentiae. Non tamen videtur  
proinde necessariū cōcedere omnes diuinae pro-  
uidētia esse intēos, vt enim fortuitū nō sint, satis  
est si omnes in particulari cū minimū sint praxi-  
uū atque à diuina prouidentia ob debitum si-  
nem permitti, vt partes videlicet huius vniuersi  
accommodatē ad suas naturas agere suat. Vnde  
sequitur interdum quādam earum deficere,  
interdum verō ob concursum diuersarum causa-  
rum sequi effectum, qui praxer vtriusque, aut al-  
terius intentionem resultat: is verō, si raro sequi-  
tur, erit fortuitus comparatione eius causa; à  
qua neque intendebatur, neque preuidebatur fu-  
turus. Hinc patet, necessē non esse concedere,  
mortem illius, qui praxer ipsius intentionē, dum  
natare voluit, suffocatus est esse intentam ac vo-  
litam à Deo, sed permittam duntaxat. De qua re  
redibit sermo art. 4. sequenti.

Diuina  
providen-  
tia cur-  
se exten-  
dat ad  
effectus  
naturaliter  
necessarios.

In responsione ad tertium nota causam quare  
prouidentia diuina se extendat ad ea, quae, posita  
constitūtionē vniuersā, necessaria sunt, vt ad  
eclipses lunas, ortus, & occasus astrorum, &c.  
humana verō non item. Etenim Deus, cū au-  
ctor sit naturae, causa est eorum vt suū liberum  
arbitrium, neque illa comparatione Dei ratio-  
nem habent effectuum necessarium, sed con-

tingentium, aut potius liberorum, vt q. 3. art. 4.  
disputatione prima ostensum est: homo verō  
neque ea efficere, neque vlla ratione impedire  
valet: quare cū prouidentia solū sit circa ea,  
quae in potestate prouisionis aliquo modo sunt,  
fit, vt diuina prouidentia ad illa se extendat, hu-  
mana non extendat.

Circa responsionem ad vltimum animadu-  
ertendum est, quauis diuina prouidentia ad om-  
nia se fundat; Deum tamen quarundam rerum  
dici peculiariter habere prouidentiam, quatenus  
per leges, & admonitiones, pecuniariaeque alia  
subsidiā eas dirigat & adiuuat in finem superna-  
turalem, ceterisq; rebus eorum gratia prouider.  
Hac ratione Paulus primae ad Corinthios 9. de  
legibus quibusdam agens, quibus, sub boum ty-  
po, aliud, quod ad mores, regimenque Ecclesiae  
spectabat, docere praxipereq; intendebat Deus,  
ait: Nunquid de bobus cura est Deo? in legibus  
scilicet quas in scripturis sacris tradit: quasi dicat,  
& non potius aliquid aliud sub typo illo tradere  
docereque voluit, quod ad homines, regimenq;  
Ecclesiae pertineret? Quorundam iustiorum, &  
praxertim eorum quos ad pecuniarios fines eli-  
git, dicitur Deus habere pecuniariam prouiden-  
tiam, quatenus accuratius ab eis pericula & no-  
xia remouere, atque ad eximia opera eiusdem ef-  
ficacius opitulari intendit, quam ceteris.

Quarum  
verum pe-  
culiariter  
esse diuina-  
tur.

### Articulus tertius.

## Vtrum Deus immediatē omnibus prouideat.

Deus qui  
tenet ro-  
bus in me  
diatē pro-  
uidet.

**R**ior cōclusio est: Si diuina prouidentia  
spectetur quoad ratio-  
nem ordinis rerū in suos fines,  
in quo formalis ratio prouiden-  
tiae est posita, Deus immediatē  
omnibus prouidet. Hec est ma-  
nifesta, quoniam in se habet rationem ordinis  
rerum omnium, etiam minimarum, in suos fi-  
nes, quod ex summa atque immensā ipsius per-  
fectione proficitur.

Posterior est: Si diuina prouidentia spectetur  
quoad executionem huius ordinis, quod  
iam ad gubernationem spectat, non ita imme-  
diatē omnibus prouidet, quasi causas alias ex-  
cludat; quin potius causarum secundarum in-  
teruentu multa producit ac gubernat, vt infe-  
riora per superiora; quod ad splendorem diui-  
nae maiestatis spectat, in eoque bonitas ac po-  
tentia ipsius magis elucet.

### Articulus quartus.

## Vtrum diuina prouidentia rebus prouisis necessitatem im- ponat.

Diuina  
providen-  
tia qui-  
bus esse-  
tibus ne-  
cessitatē  
imposu-  
rit.



**C**onclusio est: Diuina prouiden-  
tia quibusdā rebus necessitatem  
imposuit; aliis verō minimē.  
Probat, quoniam Deus, tum  
sua aeterna rerum praxordinatio-  
ne in suos fines, quae rationem  
habet prouidentiae, tum etiam constitutione ipsa  
vniuersi, quae pars quaedā est executionis illius,  
quibusdam rebus praxeparauit causas necessarias,  
cuiusmodi sunt eclipses, aspectus, ortus &  
occasus astrorum, quae, posita constitutione  
vniuersi, necessariō ex suis causis eueniunt: mul-  
ti verō aliis rebus causas contingentes aut li-  
beras praxscripsit, praxsertim iis quae ab arbitrio  
creato pendent: ergo diuina prouidentia qui-  
busdam rebus seu effectibus necessitatem im-  
posuit, aliis verō minimē. Posterior conclusio-  
nis pars est de fide, vt ex iis, quae quēt. 14. art. 13.  
dicta sunt, est manifestum; quo loco ostensum  
est, de fide esse, nobis libertatem arbitrij in-  
esse, in omnibusque effectibus, qui ab arbitrio  
creato pendent, cerni contingentiam, etiam  
constitutione vniuersi posita, positoque eo cau-  
sam ordine, quem re ipsa cernimus.

Caietani  
labor in  
concilia-  
da arbi-  
trij liber-  
tate cum  
diuina  
prouiden-  
tia.

Caietanus hoc loco valde torquetur, anxie-  
que laborat in concilianda libertate arbitrij no-  
stri cum diuina prouidentia. Atque vt nodum  
difficultatis ante oculos ponat, tria considerat  
in effectibus causarum secundarum. Primum est  
contingentia, quae, vt hoc loco docet D. Tho-  
mas, nō omnibus effectibus cōuenit, sed aliqui-  
bus, idē, cōparatione suarum causarū, si supra  
natura considerentur. Qui enim effectus causas  
habet, à quibus, secundū se spectatis, produci, aut  
nō produci possunt, dicuntur contingētes. Secun-  
dū est necessitas, quae, vt etiā docet D. Thomas,  
nō omnibus effectibus cōuenit, sed aliquibus cō-  
paratione etiā suarū causarū. Qui enim effectus  
causas habent, quae supra natura impediunt ne-  
queunt ab eorum productione, dicuntur neces-  
sarij. Tertium est inevitabilitas, vt vnusquisque  
eorum ita eueniat, sicut à Deo prouisum est, vt  
eueniat. Quod si, inquit Caietanus, consequen-  
tia haec bona est; hoc est prouisum à Deo vt con-

tingenter aut necessariō eueniat, ergo ineuita-  
biliter eodem modo eueniet; vt à Doctoribus  
communiter concedi consuevit: vtrique conditio  
illa communis est omnibus effectibus compara-  
tione prouidentiae diuinae: quandoquidē om-  
nes ex eternitate prouisi à Deo sunt vt eo pacto  
eueniant, necessarij quidem ex causis necessariis,  
contingentes verō ex causis contingentibus.

Si autem, inquit Caietanus, effectibus omni-  
bus comparatione prouidentiae diuinae eiusmodi  
inevitabilitas, vt eo modo eueniat, quo re  
ipsa fiunt, conuenire concedatur, licet salua ma-  
neat contingentia quorundam effectuum, & ne-  
cessitas aliorum, quae ex natura rei rebus conueni-  
unt comparatione suarum causarum si secun-  
dū se spectentur, licet etiam aliqua ex parte salua  
maneat libertas arbitrij comparatione sua-  
rum actionum, quatenus voluntas, si secundū  
se consideretur, nulla habita ratione diuinae prouiden-  
tiae, indifferens est, vt velit aut non velit,  
vel etiam nolit, id quod hic & nunc vult: nihilo-  
minus posita prouidentia diuina, quae iam ex  
aeternitate est simpliciter, spectatisq; omnibus  
quae iam actu sunt, perit arbitrij libertas com-  
paratione cuiusque actionis quam voluntas actu  
exercebit: quandoquidem talis actio inevitabilis  
est à voluntate, existente, vt reuera existit, prouiden-  
tia, qua ita à Deo, vt eueniret, prouisum est.  
Vt enim, inquit, ea profectio meritorum, quae  
vigente tempore fit, simpliciter & absolute est  
volita, quia, spectatis circumstantiis quae tunc  
actu sunt, est volita, & solum secundū quid est  
nolita, quia prouiciens nollet eas proicere, si pe-  
riculum id non postulare: ita voluntas nostra,  
spectata prouidentia quae iam est, quaeque ex  
aeternitate praxexistit, simpliciter & absolute ta-  
lem actionem euitare non poterit, ac proinde  
simpliciter non erit libera ad eādem non elicien-  
dam, sed solum secundū quid, si spectetur se-  
cundū se, & non existente ea determinatione  
diuinae voluntatis ac prouidentiae quae iam est.  
Quod si actiones voluntatis nostrae eo modo  
sunt omnes inevitabiles, inanis profecto est  
omnis consultatio nostra, atq; conatus, inanes  
quoque

quoque preces ad Deū facta: pro vitandis peccatis, & aliis damnis; quandoquidē diuina prouidentia ac voluntas omnino est inuitabilis: ea vero exilite, omnia perinde inuitabiliter euenient, ac si ex necessitate, & non contingenter euenirent. Neque satisficit, inquit Caietanus, responsio illa communis, quod in sensu diuino, præcisè comparatione nostræ voluntatis secundum se spectatæ, sunt inuitabilia; at in sensu composito, comparatione scilicet diuinæ prouidentia, sunt inuitabilia. Non, inquam, ea responsio satisficit; quoniam cum ex æternitate detur in Deo prouidentia, sanè quemadmodum simpliciter, spectatisque omnibus que iam actū datur, illa sunt inuitabilia, ita simpliciter, spectatisque omnibus que sunt actū, penit arbitrij libertas ad illa vitanda.

Caietanus pondere huius difficultatis pressus, ait: Quænis à Doctoribus communiter dicitur, inuitabilitatem, vt aliquid eueniat, sequi ex eo quod sit prouisum, volitū, aut prædestinatum à Deo (sic enim tria pro eodē in re posita accipi dicit) nihilominus trepidusque quod se cōmuni Doctorum sententiæ opponere credat; ait, se suspicari, quod quemadmodum esse prouisum, neque contingentis, neque necessitatem ponit in euentu prouiso; eodē quod, cum Deus causa sit superexcedens causas omnes tam contingentes quam necessarias, tā per se quam per accidens, præhabens proinde in se eueniret necessaria & contingentia, ad eum spectet producere tāquam effectus electos, nō solum res, sed etiā omnes rerum & euentuum modos: sic etiā ex eo quod euentus prouisus sit à Deo, sequatur aliquid altius, quam esse inuitabile vel inuitabile; ita vt ex passiva prouisione euentus, neutrum illorū duorum oporteat sequi, sed aliquid vtroque altius, idque propter altiorē atque excellentiorem modū quo Deus rebus euentibus; prouidet, quam cogitari intelligi que à nobis in hac vita valeat. Atque ita, inquit, quiescit intellectus, non in euidētia veritatis perspectæ in particulari, sed in altitudine inaccessibili veritatis occultæ.

Itaque duo affirmat Caietanus. Vnū est, consequentiam illam non esse bonam; hoc est prouisum à Deo futurum, ergo inuitabiliter ita eueniet. Alterum est, se non penetrare causam quare potius aliquid vitium dandum sit, quā effectum esse inuitabilem aut inuitabilem, arbitriūque illud esse de numero eorū, quæ in hac vita

penetrari nō valent, propter aliquid in hac re latens, ob cuius ignorantem intelligi in hac vita nequit coherencia libertatis arbitrij, euitabilitatisque effectū qui ab eo pendent, cum diuina prouidentia ac prædestinatione. Satisque (inquit) est, profiteri, nos non habere euidentiā huius rei, sed sola fide certō tenere duo illa coherere inter se; quæadmodū etiā iugennē fatemur nos non habere euidentiā de mysterio Trinitatis, quānam tanquam euidens velle docere, quod euidens non est: scriptū namque est, Altiora tene quæsieris; plurima enim sunt tibi supra sensum hominū reuelata. Recteque Gregorius dixit, Minus de Deo sentire, qui hoc tanti de illo credit, quod suo ingenio metiri potest. Hæc Caiet.

Nonnulla sunt hoc loco animaduertenda, ex quibus luce clariū constat, tum coherētia libertatis arbitrij nostri, atque euitabilitatis effectuum qui ab eo pendit, cum diuina prouidentia: tum etiā quibus in rebus deceptus sit Caietanus, fallanturque multi alij, qui fundamentis Caietani innitentes, in concilianda libertate arbitrij nostri, euitabilitateque effectū ab eo pendentium, cū diuina prouidentia, multum laborāt, atque ita hærent (ne dicam errāt) vt oppositum, prout res postulabat, non asserunt.

Illud igitur in primis nulla ratione admittendum est, effectus omnes, qui in hoc mundo eueniunt, prouisos esse à Deo, vt ita fierent, preparatēque illis causas vt ita euenirent, volūtēque voluntate, vel efficaci, vel absoluta, vt ex certis causis ita euenirent: quæ omnia Caietanus hoc loco ponit tāquam certa, & indubitata. Etenim cūm prouidentia non aliud sit, quā ratio ordinis mediatorum in finē, in mente diuina ex æternitate existens, cum proposito talem ordinem exequendi, vt ait. 1. ex D. Thoma communiciū Doctorum sententiā diximus; effectum aliquem prouisum esse à Deo, vt ex suis causis eo modo eueniat, quo re ipsa euenit, nihil aliud est, quā Deum sua prouidentia illum intendisse vt finem, atque, vt eo modo eueniret, preparasse illi media & causas ex quibus ita emanaret: id autē asserere de actibus peccatorum, quos inter effectus reales, qui in hoc mūdo sunt, computandos esse constat, planè blasphemum, errorque esset manifestus in fide, vt quæst. 1. 4. art. 12. à disputatione 31. aperte est demonstratum. Vbi cum Augustino dicebamus, ea ratione actus peccatorū nō tribui Deo, quia licet ad eos cooperetur tanquam

*Impugnatur Caietanus, coherētiāq; libertati arbitrij cū prouidentia ostēditur.*

quam causa vniuersalis, suaque prouidentia contulerit homini liberū arbitrium à quo emanant, non tamen eo sine hominem liberum fecit, aut eum eo cooperatur, vt peccaret, sed vt studiosè ageret, manente tamē libertate ad peccandum: idque tum quia id natura ipsa rerum habebat, tum etiā vt studiosa operatio illi in laudē, honorem, & meritum cederet, vt sæpe dictum est. Vnde quia actus peccatorum abusus sunt liberi arbitrij, deuiatioque ab eo fine, ad quem nobis Dei prouidentia collatum est, idcirco non Deo, sed nobis tanquam effectus propriij tribuuntur. Nullo ergo modo dicendum est, actus peccatorum effectus esse diuinæ prouidentia, à Deo esse prouisos vt ita fierent, aut Deū preparatēque illis causas, vt ita fierent. Licet enim causam eorum preparauerit, nempe arbitriū ipsū à quo fiunt; non tamen vt ita fierent, sed potius vt fierent contrarij actus: nos verō iis aburimur causis ad actiones, quæ nequitia nostra est, ad quas nobis à Deo non sunt collatæ, & ob eam causam peccamus.

*Deus non preparauit causam peccatis vt ita fierent.*

*Prouidentiam longe diuina esse à diuina prouidentia.*

*Diuina prouidentia esse.*

Quo loco illud notandū etiā est: Prouidentia à præuidēdo, quasi prouidentiam, idcirco videtur inuicem patam; quia, qui prouidet, quasi præuideat futura, atq; adeo media, vel vt res fiant, vel vt impediatur, prout magis expedire iudicauerit, accommodata adhibeat: quare qui melius præuidet, aut coniectura prospicit quid futurum sit, quibusque medijs propositum assequetur, is melius prouidere nouit, exactiorque in illo ac perfectior est prouidentia. Aliud ergo est vnde prouidentia dicta est, quodque origo & fundamentum est prouidentia; aliud prouidentia significat. Illud namque est prouidentia seu præscientia, qua videtur quid futurum sit, & quæ media accommodata sunt, vt institutū sequatur: hoc verō est ratio mediatorum in finem, cum proposito id ex parte prouidentis mādandi executioni. Quo fit, vt illa tantum inter effectus diuinæ prouidentia computanda sint, quæ vel sunt fines à Deo intenti, quibus proinde preparauit media vt fierent, vel sint ipsa media ab eodem preparata ad finem. Vtrunque verō dicitur suo modo prouisum, vnum quidem tanquam ordinatum vt sit medium ad talem finem: alterum verō tanquā id, quod quasi passiuè prouisum est, vt per tale medium habeatur. Nō ergo actus peccatorum effectus sunt diuinæ prouidentia, sed sola eorum permissio, quam Deus in

optimos fines ordinat, & vult. Neque aliter peccata sub diuinam prouidentia cadunt, nisi quatenus voluntate Dei permitta sunt, per quam tamen poterant impediri, si ipse vellent. Quia verō ad rationem permissionis peccatorum opus est, vt non solum peccata ipsa ex nostra mera libertate nascantur, sed etiam vt Deus ea futura præcognoscat, postiq; impedire, nec tamen velle; efficitur, vt in concilianda, tam libertate arbitrij nostri circa actus peccatorū, quā euitabilitate eorum cum diuina prouidentia, non alius labor sit, quā in eisdem conciliandis cum præscientia, qua Deus præuidet eos esse futuros, nisi impediat. Quia etiā eos omnes effectus diuinæ prouidentia, qui, quoad executionem, peccatis natura posteriores sunt, cuiusmodi sunt ipse pœnæ peccatorum, non aliter Deus vult, aut permittit, quā sub hac cōditione, si per liberum arbitrium creatū ipsa peccata futura sint, atque adeo non aliter sunt à Deo absolute voliti, quā voluntate quadam consequenti, vt cū Damasceno quæst. 19. art. 6 dictum est, postiraque præscientia quod ex libertate ac nequitia arbitrij creati peccata futura sint; id quod Deus absolute cognoscit in libera determinatione voluntatis, qua ex æternitate statuit cōdere hunc ordinem rerum quæ re ipsa cōdidi, vt quæst. 14. art. 13. ostēsum est; idcirco in cōcilianda etiam euitabilitate horum omnium effectū, quatenus à peccatis hominum, liberoque arbitrio creato pendent, non alia difficultas est, quā in eisdem conciliandis cum diuina præscientia, qua non minus certō præuidetur futuri, quā peccata, exteræque actiones liberae, à quibus tales effectus dependunt.

Hinc etiam patet, interfectiones, quibus aliqui interdum, præter ipsorum spem, a grassatoribus interficiuntur, suffocationesque aliorū in fluminibus, & his similia, cum saltem à peccato primorum parentum tanquam pœnæ ex illo subsecutæ pendeant, nec future essent, si peccatum illud non præcessisset, certitudinē diuinæ præscientia circa illud idem peccatum inniti; eaque sublata, non esse certos eiusmodi effectus. Imō verō nec dicendum esse eos à prouidentia diuina fuisse intentos vt ita eueniret, aut nexum causarum, ex quibus proficiscuntur, preparatum, quod tamē nonnulli Doctores nō satis cōsideratē affirmare solent. Etenim neque id cū diuina bonitate est consentiens, neque Deus arbitriū

*Eandem esse difficultatem in concilianda libertate arbitrij cum prouidentia, que cum diuina præscientia intercedit.*

*Caietani sententiā penitens & præmissa.*

graffatorum eo sine condidit, vt innocētē hic & nunc vellēt interficere; neque arbitria eorum, qui in aquis suffocantur, eo sine, vt natando, vel aliquid aliud agendo, suffocarentur; sed vt rectē operando vitā aeternam promererentur; at cum libertate ad peccandum, & ad alia opera indifferētia efficienda, vnde tales euentus interdum, tarō tamen, proficiuntur. Nec verō negamus prouide, cuiusmodi euentus à Deo ex causis vnde oriuntur prouidit esse futuros, ipsiusque prouidentia esse permittēs, tū in peccatam delicti primū parentis, tum vt causas suas agere accommodatē ad suas naturas, ob alioque congruentē fines.

Illud etiā Caietano dandum non est, diuinam prouidentiam, quā diuina prouidentia est, includere afectionē finis ad quem media præparauit, semperque velle voluntate, vel efficaci, vel absoluta, finem ad quem media ordinauit, quasi nunquam, quoad ordinem mediōrum ad fines, diuinā prouidentia frustratur, sed semper finis sequatur. Omnia namque quæ ab arbitrio creato pendent, sub quibus beatitudinem etiā & merita comprehendimus, solum voluit Deus voluntate conditionata, si scilicet homines & Angeli idem quoque vellēt. Atque hoc genere volitionis omnibus vniuersim hominibus, & Angelis voluit beatitudinem, & media ad beatitudinem necessaria, in eumque finem omnes sua prouidentia ordinauit, vt quæst. 19. art. 6. diximus; neque tamen omnes cum finem diuinæ prouidentie assequantur, idque defectu solum liberi arbitrij hominum & Angelorum. Voluntate verō absoluta nulli adultorum voluit beatitudinem, & merita ad illam assequendam necessaria, nisi posita præscientia, qua ex hypothesi præuidit, eos, si collocaretur in ordine rerum & auxiliorum in quo positi sunt, pro sua libertate meritorios esse, venturosque in vitam aeternam. Nostro namque intelligendi more cum fundamento in re, aut actum quo ex aeternitate absolute stant condere eum rerum ordinem, quem re ipsa condidit, censens Deus per scientiam illam mediā inter liberam & merē naturalem, de qua quæst. 14. art. 13. dictum est, qui tandem in vitæ termino ob præcedentia merita vitam aeternam adepturi essent, si talem rerum ordinem vellent condere, dū posteriùs eundē ordinē absolute voluit condere, eo ipso volēdi actu complacuit sibi per voluntatem absolutam, vt ij,

quos præuidebat ob præcedentia merita peruenturos in vitam aeternam, ea potirentur, atque eo ipso actu voluntatis diuinæ fuerunt prædestinati ad vitam aeternam per illa media, quæ ex ipsorum libertate præuisa sunt futura, vt quæstione sequenti plenius dicemus. Quo fit, vt in diuina prouidentia & prædestinatione, comparatione etiā effectuum, qui & ab arbitrio creato pendent, & à prouidentia diuina tanquam fines sunt intenti, vereque sunt effectus diuinæ prouidentie & prædestinationis, nulla alia sit certitudo, quā certitudo præscientie quod ita ex talibus medijs sint euenturi; cum re ipsa, si arbitrium creatum, vt potest, vellet, contrario modo essent euenturi. Nullus ergo alius labor est in concilianda libertate arbitrij nostri, euitabilitateque euentuum, qui ab illo aliquo modo pendent, cum diuina prouidentia, quā in iis ipsis conciliandis cum certitudine diuinæ præscientie.

Illud etiā non satis attendit Caietanus, non idem esse effectum aliquem esse certō & absolute vlla falsitate futurum, ac inuitabiliter esse euenturum. Inuitabilitas namque attenditur comparato effectū cum sua causa: nullus verō vnquam concessit, effectum, si ab arbitrio creato penderet, esse inuitabilem, aut hanc esse bonam consequentiam; hic effectus est prouisus, prædestinatus, aut præscitus à Deo euenturus; ergo inuitabiliter eueniet. Etenim cū præscientia stat à libero arbitrio posse euitari: quia autem non euitat, cum possit, peccat, si effectus vitiosus sit. Certitudo verō dicitur de effectū comparato cum cognitione, qua cognoscitur euenturus. Vnde quia diuina præscientia nullo modo potest falli, hæc est optima consequentia; hic effectus ab arbitrio creato pēdens, præscitus est à Deo euenturus; ergo sine vlla dubitatione, & absque vlla deceptione diuinæ scientie, qua præcognoscat euenturus, eueniet. Atque hoc est quod meritō concedunt Doctores.

Id etiā, quod Caietanus hoc loco inuicere conatur, dari videlicet mediū inter euitabile & inuitabile, seu non euitabile, comparatione eiusdem effectus, nulla probabilitate potest defendi: sic enim medium inter contradicentia concedendum esset, quo nihil magis absurdum fingi potest. Illud tamen affirmandum est, quemadmodum hæc consequentia ineptæ sunt, si hoc est animal, ergo est rationale, vel, si hoc est animal, ergo est non rationale, non ex eo quod

*Prouidentia, & prædestinationis non alia certitudo quā diuina præscientia.*

*Non idē esse effectū ali- quomodo certō, & esse inuitabiliter euen- turum.*

*Euitabile & inuitabile mediū nō habēt comparatione eiusdem effectuum.*

quod detur medium inter contradicentia, aut quod detur animal quod neque rationale neque non rationale sit; sed quia animal in commune quædam ratione prædita, quædam rationis expertia sub se comprehendat, atque adeo ex eo, quod alicui rei ratio animalis in comune conueniat, neque sequitur, eam esse ratione præditam determinatē, neque itera rationis expertem, sed sub disiunctione necesse est alterum illi conueniat: ita etiā has consequentias esse nullas; si hoc est prouisum, aut præscitum futurum, contingenter eueniet; aut si tale est, necessariō futurum est; item, hoc est prouisum, aut præscitum futurum, ergo euitabiliter euenturum est; aut si eiusmodi est, inuitabiliter futurum est; idque non quod detur effectus, qui comparatione suæ causæ (stante etiā præscientia & prouidentia) non sit vel necessarius, vel contingens, hoc est, qui & euenire & non euenire possit (omnes namque, quatenus à Deo ratione creationis & conseruationis pendent, sunt cōtingentes, quia & esse & non esse possunt, Deo liberē conferente & conseruante naturas eorum: comparatione verō causatum secundarum, singuli vel sunt necessarij, vel sunt contingentes) sed quod, cū prouidentia & præscientia se extendat ad effectus necessarios & contingētes, ex eo quod aliquid sit prouisum, neque sequitur determinatē ex suis causis euenturum necessariō, nec item contingenter. Idem dicendū est de illa alia consequentia: neque enim ea de causa censenda est inepta, quod detur effectus in particulari, qui neque sit euitabilis neque inuitabilis à sua causa; sed quod prouidentia & præscientia tam ad effectus qui à suis causis possunt, quā ad eos qui non possunt euitari, se extendat. imō consequentia illa quodammodo disparatæ censendæ sunt, æque huic similes; si lapis est, ergo est ex Africa, aut non est ex Africa; quod lapidi est impertinens.

Iis ita constitutis, cū in concilianda libertate arbitrij nostri, euitabilitateque effectuum ab eo pendentium, cum prouidentia, non alia difficultas sit, quā in iis ipsis cum diuina

præscientia conciliandis; hoc autem secundum quæstione 14. artic. 13. satis dilucidē præstiterimus: non est quod hoc loco amplius immoremur.

Porro, vt hoc loco aliquid summam propter Caietanum dicatur, caput vnde euitabilitatem euentuum, qui ab arbitrio creato pendent, cum diuina præscientia bene conuenire ostendimus, illud erat: Quia non ex eo quod Deus præsciret effectus ita euenturos esse, ideo euenirent; sed è contrario, quia illi pro libertate arbitrij ita sunt euenturi, Deus id præsciret. Si verō contrario modo, vt re vera possunt, fuissent euenturi, Deus nō id quod præsciret, sed contrariō præsciuisset. Quia ratione dicebamus, certitudinē diuinæ præscientie circa eiusmodi euentus nō proficiēti ex certitudine obiecti, quod secundum se est incertum, potestque re ipsa contrario modo euenire, sed ex altitudine, omniūque ex parte illimitata perfectione diuini intellectus, qua, vt altissimo modo eos comprehendit in sua essentia, ita certissimē, quod secundum se est incertum, præcognoscit. Quod si nulla omnino habita ratione eius, quod pro libertate arbitrij creati futurum est, Deus pro arbitrio suo præsciret quicquid vellet, ideoque arbitrium creatum hoc potius, quā aliud, esset facturum, quia id præscit Deus, & non è contrario, quia arbitrium pro sua libertate id esset facturum, ideo Deus ex illimitata sua perfectione id præsciret futurum, præuisurus nō id ipsum, sed cōtrarium, si contrarium à libero hominis arbitrio, vt potest, esset futurum; vtique vim haberent quæ Caietanum impulerunt ad medium inter contradictoria excogitandū, atque ad asserendam ignorari in hac vita modum quo libertas arbitrij, euitabilitasque effectuum illius, cum diuina prouidentia, aut potius cum diuina præscientia cohærere. Eo enim dato, planē diuina præscientia fatalē quandam necessitatē imponeret effectibus omnibus, simpliciterque tolleret arbitrij libertatem, vt Caietanus bene argumentabatur. At res non illo modo sese habet; quare nullam vim rationes Caietani habent.

*Prouidentia diuinæ præscientie vnde cum libero arbitrio conciliatur.*





In Questionem 23. de predestinatione.
Articulus primus & secundus.

Quid sit predestinatio.
Disputatio 1.



Ubi predestinatio, ut ita ostendimus, sit quasi pars quedam diuine providentia subiecta, merito D. Thomas cum tractatione de providentia disputationem predestinationis coniungit. Fundamenta totius huius predestinationis, & reprobationis, tractationis iacta sunt, quæst. 14. art. 3. & 13. quæst. 19. art. 6. & quæst. præcedente art. 1. & 4. quare ea omnia ante oculos sunt habenda, ut legitima predestinationis ac reprobationis ratio intelligi possit, quæ & diuina maiestate ac bonitate sit digna, & cum factis scripturæ cõsentiat, neque iis, quæ vel de diuina gratia, vel de libertate arbitrij nostri, art. 13. citato demonstrata sunt, præiudicium aliquod inferre videatur. Quod si, ut diuino freni auxilio speramus, ita diuinam predestinationem, & reprobationem exposuerimus, ut cum prædictis omnibus cõsentire præcipiat, non alio, credo, egebitur testimonio, ut veritatẽ hos esse assecuros intelligatur.

accipi solet. Vno, pro eo quod est mittere: vnde primo Machab. 1. Destinavit aliquos de populo, & abierunt ad regem. Suetonius in vita Galbæ cap. 16. Prætorianos cum mandatis ad Imperatorem destinavit. Altero verò modo, pro eo quod est, statuere, definire, & ordinare. Quæ acceptio apud Latinos auctores profanos, & in diuinis literis est frequentior. Vnde secundo Machab. 6. de Eleazaro dicitur: Destinavit non admittere illicita propter vitæ amorem. Secunde ad Corinthios, 9. Prout vnusquisque destinavit in corde suo. Tullius item de officiis: Cum eorum alteri Dionysius diẽ necis destinasset. Imò prior vocabuli acceptio ex posteriore derivata est, etenim, qui mittuntur, prius destinantur, ut eant.

Diuis ergo Thomas hoc loco, Durand in primo, dist. 40. q. 1. Driedo de concordia liberi arbitrij & predestinationis cap. 1. & alij, sumentes verbum destinare in prima acceptione, predestinationem dicunt esse, rationem transmissionis creaturæ rationalis in sempiternam beatitudinem. Dicunt namque, destinare, idem esse atque transmittere, destinationem idem atque transmissionem: quando autem res aliqua cõperuenire debet, quò ex solis suis viribus deuenire nõ potest, necesse est ut directa ab alio cõ transmittatur: quo pacto sagitta directa à sagittario peruenit ad scopum. Quia ergo simili modo creatura intellectu prædita solis suis viribus deuenire nequit in sempiternam felicitatẽ, vt pote finem supernaturalem, sed auxilio indiget supernaturali ac diuino deductio perductioque illius per auxilia diuina in beatitudinẽ, dicitur in hac acceptione destinatio, hoc est, transmissio in beatitudinẽ. Ratio autẽ auxiliorũ & mediõrum, quibus transmittenda est, ex æternitate existens in in Deo cum proposito mandãdi eam executioni, propter antecessione illam, appellatur predestinatio eiusdem creaturæ in beatitudinem.

Alij verò, iuxta posteriorem verbi, destino, ac-

Quomodo destinatur.

Predestinationem esse conseruatur.

Predestinatio unius est.

ceptionem, volunt predestinationem significare præfinitionem ac præordinationem, qua Deus ex æternitate aliquibus creaturis intellectu præditis ea media conferre constituit, quibus in vitam æternam peruenient. Ita præter Caeteranum in illud ad Romanos 8. Quos præsciuit & prædestinavit, Albertum Pighium lib. 8. de libero arbitrio cap. 2. & plerisque alios, Hieronymus in prioribus commentariis in illud ad Ephesios 1. Qui prædestinavit nos in adoptionem, & car. vbi prædestinare ait esse prædefinire. Et August. aut quicumq; alius eius operis auctor, Hypogn. lib. 6. Prædestinatio (inquit) à præiudicando, vel præordinando futurum aliquod dicitur. Et infra: Quod ergo bonum est præscientia prædestinat, id est, prius quàm sit in re præordinat. Consentit etiã scriptura sacra non solum Actorũ 13. vbi prædestinati appellatur prædestinati in vitam æternam; Crediuntur, ait Lucas, quotquot erant præordinati in vitam æternam; sed etiam quoniam vbi ad Romanos 8. & ad Ephes. 1. interpretes Latinus transfert præordinari, Græcè habetur προοριστος, à verbo προορίζω, quod est prædefinire, præstituo, prædetermino.

Predestinationis acceptio, non alia apud Patres.

Licet autem ex accommodatione vsus, Dei prædestinatio à Theologis, imò & à scriptura sacra vsurpetur pro sola æterna Dei præordinatione, qua rebus mente præditis exhibere constituit media, quibus in vitam æternam perueniant, quo pacto etiam à nobis in sequentibus vsurpabitur: vocabulum tamen secundum se latius patet. Vnde à Patribus aliquando accipitur pro quacunq; Dei præordinatione. Quo fit, vt Augustinus. Hypognost. lib. 6. & 15. de ciuitate Dei cap. 1. & lib. 21. cap. 24. Fulgentius lib. 1. ad Monimum, ac alij præordinationem reprobatorum in supplicium æternũ, propter ipsorum peccata præuisa, predestinationem ad supplicium appellent. De predestinatione etiam sanctorum cap. 10. præordinationem conferendi quamcunq; gratiam, aut donum, appellat Augustinus predestinationem; atque, hoc tantum inter gratiam & predestinationem interesse, quòd prædestinatio est gratia preparatio, gratia verò est iam ipsa donatio. Denique Hypogn. lib. 6. eius operis auctor præordinationem cuiusque boni appellat prædestinationem. Et ferè eodem modo loquitur Damascenus 2. lib. fidei orthodoxæ cap. 30. Tameñ illud solum dicit Deum prædefinire ac prædestinare, quod vult

sine vlla dependentia à libero arbitrio creato. Id namque, quod in potestate arbitrij creati Deus collocauit, ait eo loco, Deũ præfere quidem an sit, vel non sit futurum; nõ tamen prædefinire ac prædestinare, quasi scilicet sine vlla dependentia à creato arbitrio id velit, vllamque arbitrio imponat necessitatem.

Predestinatio igitur præsc̃ sumpta variè definiti solet. A D. Thoma hoc loco art. 1. dicitur esse, ratio transmissiois creaturæ rationalis in vitam æternam. Transmissionem intellige quare ipsa impleatur, ad quod necessarium est, vt ratio illa adiunctum habeat propositum confertendi media quibus talis creatura beatitudinem consequetur. In secundo art. hanc aliam inuuit definitionem: Est ratio ordinis creaturæ mente præditæ in vitam æternam: intellige similiter, assequendam. Ab August. lib. de bono perseuerantiæ cap. 14. definitur esse præscientia & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur quicumque liberantur. Ab alijis verò definitur, preparatio gratiæ in præsentem, & gloriæ in futuro.

Apertius tamen, vt credo, ita definiti poterit: Predestinatio, est ratio ordinis seu mediõrum in Deo, quibus præuidet creaturam rationalem perducendam in vitam æternam cum proposito eundem ordinem exequendi. Etenim predestinatio, ex D. Thoma hoc loco, & communi Theologorum sententia, quoad id quod habet tam ex parte intellectus quàm voluntatis diuinæ, quasi pars quedam est diuinæ providentiæ subiecta; modo tamen ipse actus ex parte obiecti. Diuina namque providentia circa omnes res versatur; predestinatio verò solum est circa mente præditas, quæ solæ beatitudinis sunt capaces. Providentiæ rursus cõparatione quoniamcunq; finium cernitur; predestinatio verò solum cõparatione beatitudinis supernaturalis. Quia verò Deus circa reprobos etiam suam habet providentiã, non solum quia ob fines congruos permittit velle peccata, quæ præuidet reprobis libertate & perversitate esse futura, eaq; vt æquas iustitiã ipsius postulat, vult etiã ob fines optimos punire, in quibus omnibus ratio providentiæ cernitur, sed etiã quia sicut voluntate cõditionata, leu antecedente, vult equitas omnes mente præditas saluas fieri, quoniam ob finem omnes conditæ sunt, vt q. 19. a. 6. ostensum est, ita quoque circa omnes providentiam exercet.

Predestinationis præsc̃ sumpta variè definitiones.

Germana definitio.

Predestinatio subiecta diuinae providentiæ.



cer comparatione beatitudinis supernaturalis, ex sua parte executioni mandans media quibus ad beatitudinem perveniunt, si per ipsos, aut, quoad Adami posteros, per primum parentem, & cursum universi (maximè quoad eos qui ad usum rationis non perveniunt), non staret, ut quaest. precedente art. 1. explicatum est. Quia, inquam, comparatione creaturarum omnium mente praeditam Deus habet providentiam circa beatitudinem, atque adeo apud se rationem habet mediorum, quibus pervenire possunt in vitam aeternam, cum proposito talem ordinem quod ad se attinet; exequendi, contrahitur providentia ad rationem praedestinationis, quae solam est comparatione creaturarum quae vitam aeternam consequentur, per particulam illam, quibus praevidet creaturam rationale perducendam in vitam aeternam. Commodius verò ea adhibetur, quoniam, ut videbimus, ex sola praesentia, qua Deus praevidet eum, cui ea media vult, quibus reddatur praedestinatus, perventurum in vitam aeternam (qui tamen, si vellet, posset ea negligere, eis abuti, nec ad vitam pervenire) rectoram suam certitudinem habet divina praedestinatio. Atque ex hoc capite cõciliabimus

facile illius certitudinem cum nostri arbitrij libertate. Dixi praedestinationem, modò ex parte obiecti spectetur, esse quasi partem subiectam divinæ providentiæ: quoniam praedestinatio & providentia in Deo idem proilus actus est, tam ex parte intellectus, quam ex parte voluntatis; at tamen actus ille, ut habet rationem praedestinationis, respicit pauciora obiecta, quam respiciat ut habet rationem providentiæ; respectus quæ illi rationis sunt, ut ex dictis quaest. 14. ar. 15. & quaest. 19. manifestum est.

Ex dictis patet, praedestinationem formaliter esse in Deo, atque adeo esse aeternam: ab ea verò eos homines, & Angelos, qui praedestinati dicuntur, denominatione extrinseca dici tales; sicut denominatione etiam extrinseca à Deo cogniti & dilecti dicuntur. Executio verò, effectusque divinæ praedestinationis, ut vocatio, iustificatio, &c. ex tempore sunt, & vel in ipsis praedestinis, vel in rebus aliis creatis existunt, qualia sunt miracula, & alia media extrinseca quibus praedestinatus ad vitam aeternam consequendam iuatur. Quò sit, ut praedestinatio formaliter nihil in praedestinis ponat, in quibus ponit effectus tempore à Deo praestituro.

*Prædestinatio est in Deo executio illius in prædestinatis.*

**Vtrum prædestinatio præcipuè sit actus intellectus, an voluntatis. Disputatio 2.**

**D**uo examinanda nobis restant circa praedestinationem, Vnum, vtrum ea potius in actu intellectus quam voluntatis consistenda sit, quod hoc loco disputandum est. Alterum circa executionem, effectusque suos, quoniam illi sint, id quod disputatione sequenti praestandum erit.

Quod ergo ad primam attinet; licet Doctores conveniant, ad divinam praedestinationem necessarium esse, tam actum divini intellectus, quo praecipiat media quibus praevidet praedestinatum in vitam aeternam perventurum, quam actum voluntatis, quo eligat, statuatque conferre ei talia media; dubitant tamen, an praedestinatio significet vtrumque actum, an alterum tantum; quòd si vtrumque, quem præcipuè!

*Prædestinatio actus intellectus & voluntatis divini sequitur.*

Scotus in primo, dist. 40. praedestinationis nomine affirmat significari solum actum voluntatis. Addit tamen, posse etiam dici, significari actum intellectus, innuendo actum voluntatis. D. Bonavent. eadem dist. art. 1. q. 2. præcipuè significat, ait actum voluntatis.

Suaderi potest hæc opinio primò, quoniam in scripturis sanctis praedestinatio appellatur electio, propositum, ac dilectio: unde Matth. 22. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Ad Ephes. 1. Elegit nos in ipso, praedestinavit nos secundum propositum voluntatis suæ. Ad Rom. 9. Iacob dilexi, Esau autem odio habui: potu electio, propositum, ac dilectio, actus sunt voluntatis.

Secundò, quoniam praedestinatio includit finem affectionis, estque causa efficiens mediorum & finis: cum ergo causa proxima rerum sit divi-

*Scoti & D. Bonavent. opinio.*

*Sua dicitur primò.*

*Secundò.*

na voluntatis; sit, ut praedestinatio in actu voluntatis divina posita sit.

*Prædestinatio actum in intellectu & voluntatis coniuunctim significet, præcipuè tamen actum in intellectu.*

Statuenda est nihilominus hæc conclusio: Praedestinatio vtrumque actum coniunctim significat; præcipuè tamen actum intellectus. Prior pars probatur ex definitione ipsa praedestinationis, quæ vtrumque includit, rationem videlicet seu conceptionem mediorum, quibus Deus praevidet perventurum aliquem in vitam aeternam, & propositum seu voluntatem talia media conferendi, per quam ratio praedestinationis completur. Posterior verò pars probatur, quoniam praordinare siue praesumere, quod verbo, praedestino, significatur, actus est rationis, siue intellectus coniunctus, cum actu voluntatis, per quò completur. Unde ab actu intellectus desumitur nomen: quippe cum ordo rerum in suos fines ab intellectu tanquam proprius effectus emanet; qua ratione à multis dicitur praedestinatio significare actum intellectus, & innuere actum voluntatis: quod non sic est accipiendum, quasi intrinsecè eum non includat. Atque hoc modo intelligendus est D. Thomas hoc loco, cum definiens praedestinationem esse rationem transmissionis aut ordinis creaturæ rationalis in vitam aeternam, docensque esse quasi partem divinæ providentiæ subiectam, affirmat praedestinationem actum esse præcipuè intellectus. Id quod etiã docet quaest. 5. de verit. ar. 1. Durand. & Gab. in primo, d. 40. q. 1. & plerique alij. Confirmari potest eadem pars est divinæ providentiæ quasi subiecta: providere autem præcipuè ad intellectum pertinet: tum etiam quia praedestinari aliquem, & in libro vitae conscribi, ad eandem pertinent potentiam; liber autem vitae intellectum divinum præcipuè significat.

*Quorumdam sententia.*

Non desunt qui existimant, praedestinationem compleri quidem per actum voluntatis, quo, excogitata per intellectum ratione mediorum, quibus aliquis praevidet perventurum in vitam aeternam (quem actum præcipuè significat praedestinatio) Deus voluntate proponit ac statuit talia media conferre: ac dicunt, tam ante hunc voluntatis actum, quam ante illum alium intellectus divini, existisse alium actum voluntatis, quo Deus voluntate absoluta elegit quos voluit ad beatitudinem, volendoque eis ipsam beatitudinis boni primum dilexisset eos, postea verò, nostro intelligendi more, ad beatitudinem


praedestinasse. Etenim volitio finis, ut putant, nostro intelligendi more præcedit excogitatione ac volitione mediorum in fine: in his verò duobus posterioribus actibus ratio tota praedestinationis comparatione finis beatitudinis posita est.

Verum cum Deum prævidere media quibus quisque perveniet ad beatitudinem, ex hypothesi quòd in hoc vel in illo ordine rerum collocandus sit, non pertineat ad scientiam liberam, sed ad illam mediam inter liberam & merè naturalem, quæ omnem liberum actum voluntatis antecedit, ut quaest. 14. ar. 13. ostensum est; si ut ratio mediorum ad finem cuiusque praedestinati, atque adeo id quod praedestinatio cuiusque dicitur ex parte intellectus divini, non sit post electione eiusdem ad beatitudinem, quæ in Deo libera omnino est. Quo loco animadvertendum est, Theologos ita, cum Scripturis sanctis, in Deo consilium constituere, ut imperfectionem omnem ab eo secludant: non secluditur verò, si dicamus, Deum, post liberam finis volitionem, media ad finis propositi affectionem quarere & investigare. Ex imperfectione namque nostri intellectus oritur, ut consultatio de medijs posterior sit volitione finis, quatenus neque media, neque mediorum exitus, ante volitionem finis comprehendimus. Apud Deum verò longè aliter sese res habet, in quo tota ratio, tam agibulum, quam factibulum, liberum omnem actum voluntatis antecedit. Quare ex eo quòd homines post volitionem finis inquirere & consultare soleant de medijs ad finem comparandum, efficitur argumentum non est, ut idem de Deo philosophemur, idque, quod in nobis imperfectio est, illi tribuamus.

Praeterea art. 5. ostendemus, Deum non alia ratione praedestinos in vitam aeternam elegisse, quam complacendo sibi in medijs ac sine ipso beatorum praesentis: præcognoscendo enim per quæ media perventurum essent re ipsa in vitam aeternam, & beatitudinem ipsis, & non, nisi vel per talia media beati euaerent, exoptavit. Elegit nos, ait Paulus ad Ephes. 1. in ipso, hoc est, in Christo: Christus autem medium est praedestinationis nostræ; neque aliter in Christo nos elegit, quam expectando nobis merita Christi, ceteraque donâ inde profecta, quibus praevidebat nos in vitam aeternam perventuros. Enimvero, si cum Damasceno, & cõmuni Patrum sententia, imò cum scripturis ipsis, indubitanter tenendum est,

*Electio prædestinatio non antecessit rationem mediorum ad finem, quæ prædestinatio ex parte intellectus dicitur.*

*Electio non antecessit prædestinationem.*



est, Deum omnes homines creasse in vita aeterna, vereque, & non ficte, omnibus beatitudinem voluntate antecedente, seu conditionata, si per eos non staret, exoptasse, ut quaest. 19. ar. 6. late ostensum est, non potest contrarium affirmari; quod art. 3. ostendimus. Imo neque, dato contrario, liberis arbitrii non potest salua consistere.

Ad omnia quae sunt sententiae.

Alii affirmant, actum intellectus, quem diuina praedestinatio includit, non esse iudicium, seu iudicium, quo Deus prauidet modum, & media quibus quisque praedestinatus peruenitur est in vitam aeternam; sed esse imperium diuini intellectus per modum legis ac praeccepti, quo praecipit ipsam praedestinati ordinationem in vitam aeternam, qui actus liber est, & per verbum imperantii modi exprimitur, supponiturque actum liberum voluntatis, a quo intellectus applicatur & mouetur ad eam elicendum. Quae sententia videtur Diui Thomae in hac q. art. 4. iunctis iis quae de imperio intellectus prima secunda q. 17. ar. 1. tradit.

Confirmatio.

Confirmant autem, illam quoniam providentia & praedestinatio, quoad id quod ex parte intellectus diuini dicit, est notitia perfecte practica: talis autem, inquit, non est intuitus ille, atque iudicium diuinum, sed est imperium diuini intellectus.

Praedestinatio ex parte diuini intellectus non dicit imperium, sed iudicium quod intuitus medio- rum in se.

Haec tamen sententia mihi nunquam placuit. In primis enim, ut prima secunda loco citato satis, in fallor, ostendimus, necessarius non est imperandi actus a prudentia moralitica elicitus, ut quis, vel propriae voluntati, vel membris, facultatiue suae excentrici, imperet, siue electionem medij, siue vsum illius ad finem comparandum: sed satis est iudicium, quo intellectus cognoscit media, aptitudinemque singulorum ad finem, quae eorum magis expediant, ut voluntas, sine alio imperio intellectus, eligat quod maluerit, moueatque membra facultatiue excentricam ad operationem: eodemque modo satis est ex arte cognoscere qualis modus tenendus sit in quaere re fabricanda, ut voluntas absque alio imperio intellectus moneat membra, ceteraque instrumenta ad conficiendum artefactum. Praeter alias vero rationes, quibus id eo loco ostendimus, adhibebamur in hanc sententiam: tum quia superfluum est huiusmodi actus: tum vel maxime experientia ipsa propria cuiusque nostrum. Ibidem quoque expofimus testimonia Aristotelis sexto Ethicorum cap. 9. & 10. vnde D. Thomas vide-

tur motus, ut eiusmodi actum constiteret. Dixi, non opus esse tali actu imperij a prauidentia moralitica elicito ad functionem propriorum membrorum ac facultatum, quia prudentia economica, ac politica, actum necessarium eliciunt, cum quid obseruandum exequendumue sit, aliis praecipitur. Etenim leges ac praeccepta, quibus alios moderamus ac monemus, actus imperiaque sunt intellectus quae vocibus, ac scriptis, ut propriis signis, exprimuntur. Quod si meum vicissim (ut de Angelis a multis dicitur) consabulari possent, in mente ipsa imperantis cernerentur.

Imperium intellectus, quod sit lex, & praecceptum aliis, ex civili & economica prudentia profectum concedendum est.

Deinde vero quod ad Deum optimum maximum attinet, potest sententia illa impugnari. Primo, quonia non est Deus efficaciter velle vel media quibus prauidet praedestinatum perueniturum in vitam aeternam, vel effectus alios suae prauidentiae, satis est iudicium quo intuetur accommodationem eorum ad finem; ut item, quod ita efficaciter vult, fiat tempore pro quo volitum est ut feret, satis est volitio diuina efficaciter: ergo illis duobus actibus integre & perfecte completur ratio praedestinationis aut prauidentiae, superflueque ponitur in Deo actus voluntatis, quo, post iudicium illud, voluntas liberè moueat intellectum ad elicendum actum imperandi, vel circa suam volitionem mediorum ad finem, vel circa executionem ac existentiam mediorum, ut ab ipso met Deo efficaciter emanent: maxime eundem ratione, qua voluntas diuina sine prauiio alio imperio intellectus posset velle ipsum actum imperandi liberum (alioquin, vel Deus nihil omnino velle, vel daretur infinitus processus, tum in voluntatibus quibus actus imperandi velle, tum in ipsis imperandi actibus) possit etiam velle res alias. Secundo, quoniam, ut Diuus Thomas q. 14. ar. 8. affirmat, docetque communis Theolog. sententia, notitia sola diuini intellectus non est causa reru, sed iudiget determinatione libera voluntatis, qua id, quod intelligitur, fit volitum: ergo nostro intelligendi more cum fundamento in re, nec a se, nec vlla alia notitia diuini intellectus, est proximum principium rerum, sed solum id habet diuina volitio efficaciter, qua talis notitia determinatur, quo fit, ut imperium diuini intellectus non sit proximum principium rerum, ac proinde neque rationem prauidentiae, neque praedestinationis compleat. Cum ergo, ut Deus efficaciter possit velle res, satis esse videatur cognitio earum atque accommodatio-

dationis quarandum ad alias; quandoquidem Deum cum ea sola notitia non posse velle ut res sint, derogare videatur diuinae potentiae ac perfectioni; in eoque quod velle possit, nulla aeternitatis contradictio; sit, ut nec praedestinatio, nec prauidentia imperium diuini intellectus includant. Quando ergo Genesios 1. dicitur, Dixit Deus, fiat lux; & facta est lux; & Psalm. 32. Ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt: sermo est metaphoricus, quo subesse omnia diuinae voluntati ac potentiae exprimitur, eique agentia per intellectum & voluntatem omnia, etiam quae cognitione carent, quasi ad nutum obedire: perinde atque ille alius sermo ad Romanos 4. Vocatae quae non sunt, tanquam quae sunt, metaphoricus etiam est.

Explicatur aliquid qua sacra scriptura loca.

Confirmatio contraria sententiae diluitur. Ad primam Scoti respondetur.

tionem, propositum, aut dilectionem. Licet enim praedestinati dicantur electi, & dilecti; eo quod praedestinatio electionem in vitam aeternam, atque dilectionem adiunctam habeat; inde tamen non sequitur, praedestinationem in scripturis sanctis appellari electionem, vel dilectionem. Fieri namque optime potest, ut quae coniuncta sunt adiunctum, variis nominibus significentur, & singula, concretè sumpta, de eodem supposito praedicentur. Ex eo autem, quod praedestinatus secundum propositum voluntatis diuinae, non sequitur propositum illud esse integram praedestinationem, sed ad eam esse necessarium, eamque completum.

Ad secundam.

Secundum vero argumentum solum probat, in praedestinatione includi actum voluntatis diuinae, quo Deus efficaciter vult, quantum ex se est, conferre ea media quibus prauidet praedestinatum adultum dependenter a libero suo arbitrio perueniturum in vitam aeternam. Quare actus ille voluntatis diuinae, neque tota causa est effectuum omnium praedestinationis, cum multi ab influxu libero arbitrii pendeant, neque necessitate vllam creato arbitrio inest, ut ar. 3. ostendimus.

Quid nomine effectus praedestinationis comprehendatur.

Disputatio 3.



Quod ad executionem praedestinationis attinet, dubium est; Vtium nomine, effectuum praedestinationis, intelligantur solum illi, qui supernaturaliter, siue quaeque supernaturali in suo ordine & gradu congruentes sunt, atque adeo ad ordinem gratiae dicuntur pertinere, de quibus quaest. 14. ar. 13. a disput. 8. & rursus a 36. late dictum est: an vero vniuersim omnes qui ad vitam aeternam consequendam, aut incrementum illius, aliquo modo conferunt.

Explicatio questionis.

Breuius dicendum est: In primis comprehendendi eos omnes qui ad ordinem gratiae pertinent, atque etiam vitam ipsam aeternam, ad quam cetera dona gratiae tanquam ad finem ordinantur. Hos vero omnes, ut & praecipuos, comprehendit Paulus ad Romanos 8. ubi effectus praede-

stinationis explicat illis verbis: Quos praedestinauit, hos & vocauit (per auxilia videlicet gratiae praeuentis, & excitantis, de quibus disputationibus citatis dictum est; tamen si vocationem externam per praedicationem, exempla, flagella, & alia, de qua vocatione ibidem dictum est, non videatur excludere) quos autem vocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Porro gloria licet finis sit, ad quem praedestinatio cetera omnia, quorum est ratio, dirigit, id tamen non tollit quin effectus praedestinationis. Prouidentia namque causa est circa finis, quem per media intendit, ac efficit, licet sit ratio mediorum ad finem.

Dicendum est deinde, omnia vniuersim nomine effectuum praedestinationis comprehenduntur: quae ad vitam aeternam, incrementumque illius, aliquo modo conferunt; de quorum numero sunt,

sunt, complexio ad probantem apta, bona educatio, aliorum orationes; imò & in eis ipsa, cum potius vno tempore, quam alio cōtingit. Quod probari potest; tū quia, vt ad Rom. 8. auctor est Paulus, Diligentibus Deum omnia cooperātur in bonum: tum vel maximè, quoniā dona gratiæ pendet saepe ex eiusmodi aliis medijs. Quod item aliquis ē vita decedat in gratia, atque adeo sit prædestinatus, interdū pendet ex eo, quod ei citius vel tardius suprema dies adueniat, iuxta illud Sap. 4. Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fides deciperet animam illius: placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum: ergo ea omnia inter effectus prædestinationis numeranda sunt.

*Prædestinatio non est effectus gratiæ, sed effectus iustitiæ, quia requiritur.*

ipsemet Deus. Quo fit, vt peccata dici nō possint effectus prædestinationis, cum à Deo esse non possint, tamen si occasio saepe sint vt aliquis beatitudinem, incrementumue illius consequatur. Permissio verò peccatorum, cum à Deo sit, & interdum cedat in commodum ipsius peccātis, cum inde humilior, cautiior, & feruentior resurgit, & interdum in aliorum utilitatē, bene potest esse effectus prædestinationis. Alterum est, vt cōferat ad beatitudinem, incrementumue illius re ipsa assequendum, vel sit beatitudo ipsa. Cum enim prædestinatio solū sit cōparatione eorum, qui vitam aeternā consequentur, esto effectus aliquis sit à Deo, atque is sit gratia gratum faciens, si tamen eo quis peruentus nō est in vitam aeternā poterit esse effectus prouidentiae, qua à Deo in vitā aeternam dirigitur, non tamen prædestinationis, quæ nulla est cōparatione eius, qui tali effectū à Deo adiuuatur, quandoquidem supremam felicitatem sua culpa non assequetur.

*Peccata non possunt esse effectus prædestinationis, permissio potest.*

*Electio duplex in Deo consideranda.*

tionem constituit Deus illi media conferre, quibus dignus fiat vita aeterna; vnde ante prædestinationem non prouidebatur futurus dignus vita aeterna, nisi ex hypothesi, si Deus cum vellet ita prædestinare; eo autem ipso quodam Deum illum prædestinat, constituitur illi cōferre media quibus perueniet in vitam aeternam, prouidet illum absolute, & absque vlla hypothesi, futurum dignum vita aeterna, atque vt talem eum ad vitam aeternam approbat.

Duplex ergo electio est in Deo meditanda. Vna, de qua loquitur Paulus ad Ephesios primò, qua ante mundi constitutionem elegit nos in Christo, non quia eramus sancti, sed vt effemus sancti & immaculati in conspectu eius in caritate, quod non est aliud, quam ob merita Christi media nobis voluit conferre, quibus sancti effemus & immaculati in conspectu eius in caritate, talesque in fine vitæ reperiemur: at hoc nihil est aliud, quam prædestinatio nos in Christo. Vnde cōtinuè subiungit: Qui prædestinauit nos in adoptione filiorum per IESVM Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo etiam nos forte vocati sumus, prædestinatus secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Alia electio meditanda est, qua tanquam iam ex misericordia ac donis suis dignos effectus vita aeterna, nos vt tales acceptat, eaque tanquā dignis nobis tribuere statuit. In iudicio ergo, quo tales nos iudicat, & in acceptatione ac proposito vitæ aeternæ nobis vt dignis cōferendi, posita est ratio approbationis; quæ exprimitur sententia illa Christi in die iudicii: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à cōstitutione mundi: esurui enim, & dedistis mihi manducare, &c. Tanquam ratione enim quare prædestinatus ponis, quam reprobis, regnum coeleste experient, tribuatque, reddit Christus Dominus ipsa opera, quæ per diuinam gratiam iusti præstiterunt; quæ tamen reprobis neglexerunt.

*Durandi sententia refellitur.*

Reicienda est ergo sententia Durandi in primo dist. 40. q. 2. qui cum nobiscum cōsentiat, reprobationem opponi approbationi, nihilominus existimet approbationem esse electionem; ait tamen, per electionem, cui reprobatio opponitur, prædestinatus in vitam aeternam à Deo eligi antequam prædestinentur. Putat enim

*Approbatio assumenda quid sit. Reprobatio.*

*Reprobatione non opponi dicitur, sed esse prædestinationem.*

Deum prius eligere ad beatitudinem, eosque voluntate absoluta beatitudinem donare; indeque moueri ad inquirendum de medijs, quibus in finem propositum eos prædestinat. Quæ sententia, non solum quatenus constituit electionem in vitam aeternam ante prædestinationem, sed etiam quatenus affirmat, tali electioni directo opponi reprobationem, quorundam aliorum etiam est, vt mox dicemus. Verum tamen, neque talis electio est admittenda, vt art. 3. ostendimus; neque si admittenda esset, illi directo opponeretur reprobatio, vt diximus, fierique iam magis manifestum.

*Obiectio.*

*Solutio.*

Dices tamen, si prædestinationi non opponitur directo reprobatio, quid ergo illi opponitur? Respondendum est, contradictorie opponi ei, non prædestinationem, seu non esse prædestinationem, nec opus est reprobationem in Deo, qui illi quasi contrarie opponatur. Ratio est, quoniam non sicut Deus per prædestinationem causa est nostræ salutis, ita per aliquem suum actum, aut aliqua alia ratione, causa est nostri interitus, & perditionis; sed nos soli peccando perditionis nostræ causa sumus, iuxta illud Osee 13. Perditio, tua Israel: tatum modo in me auxiliū tuum. Quia ergo media, per quæ in vitam aeternam perducimur, à Deo per prædestinationem nobis sunt volita atque donata; peccata verò, propter quæ vt videbimus, reprobamur, non sunt à Deo, sed à nobis inde est, vt necesse non sit, vel reprobationem, vel aliquem alium actum diuinum, prædestinationi quasi contrarie opponi.

*Prædestinationi cur nullus actus diuinus quasi contrarie opponatur.*

Reprobationis autem effectus sunt, in primis exclusio actualis à regno coelesti, quæ fit in tempore: hic verò effectus reprobis omnibus, etiam cum solo originis peccato è vita decedant, communis est. Deinde additio cruciatuum, poenæque sensus aeternæ, cui ex tempore mancipantur ij, qui ex hac vita cum culpa actuali discedunt. Peccata verò propter quæ quis reprobatur, non sunt effectus reprobationis; quoniā reprobatio est à Deo, imò est ipsemet Deus; peccata autem nulla ratione sunt effectus Dei, ac proinde neque reprobationis, sed solum sunt effectus peccatoris qui reprobatur.

*Reprobationis effectus qui.*

*Peccata cur non sint effectus reprobationis.*

Licet peccata, propter quæ quis reprobatur, neque reprobationis, neque Dei sint effectus, tamen sunt necessaria, vt propter illa quis reprobetur. Vnum est, vt tandem sint futura, à hoc verò necessarium est, vt Deus illa fieri per-

Articulus tertius.

Quid sit reprobatio.

*Reprobatio quo modo approbationi opponitur. Approbatio quo quare ratione pertinet ad intellectum. Error quid.*

**R**eprobatio approbationi opponitur, nō quocunque modo, sed tanquā reiectio rei minimè aptæ, exclusionē illius ab eo, ad que d. dum res aliqua approbatur, quasi digna admittitur. Porro approbatio ad intellectum spectat: est enim iudicium mentis, quo aliquid iudicatur verum, bonum, dignum, aut aptū, accommodatumue ad aliquid. Quoniam verò dum alicui rei assensum præbimus, illam tanquam veram admittimus, acceptamus, ac approbamus. Augustinus lib. 3. contra Academicos cap. 4. & in Enchirid. cap. 17. desinit errorē, esse falsū pro vero approbationem. Licet autem approbatio interdum in solo mentis iudicio consistat, saepe tamen includit etiam actum voluntatis, quo res aliqua ad id eligitur & acceptatur, ad quod mentis iudicio approbatur. Idque præsertim quando approbatio est ad eum finem, qui non solum finis, sed etiam præmiij, pro qualitate meritorum conferendi, rationem habet.

de approbatione ac reprobatione creaturarum mente prædituram comparatione beatitudinis, finis ac præmiij eidem propositi, vt pro qualitate meritorū aut demeritorum, vel illis, tanquam dignis, reddatur, vel, tanquam eo indignis, denegetur, ac proinde iusta sententia adigantur supplicijs aeternis; in hūc modum vitæque possumus definire. Approbatio, est iudiciū æternum, quo creatura rationalis felicitate sempiterna à Deo digna iudicatur, cum proposito absoluto ea de causa futuræ remuneratiōnis. Reprobatio verò, adiciūm est æternum, quo creatura rationalis à Deo indigna iudicatur vitæ aeternæ, dignaque quæ aeterna poena puniatur, cū proposito eam perpetuò excludendi à regno coelesti, aut simul etiam puniendi cruciatibus aeternis, poenæque sensus, prout fuerint illius peccata.

*Approbatio assumenda quid sit. Reprobatio.*

*Reprobatione non opponi dicitur, sed esse prædestinationem.*

Quia ergo hoc loco solum nobis est sermo

*Permissio peccati quo pacto se habent ad reprobationem.*

mittat, vel ab eo qui propter illa reprobatur, vel saltem a primo patente, si propter peccatum originis ex Adamo contractum reprobatur. Quia vero permissio peccati, ut quæst. 19. art. 12. explicatum est, prærequirit peccatorem sua libertate & nequitia esse peccatorem, nisi impediator, Quomodo id prævidere: posita verò in eo est, deum cum Deus sua omnipotentia peccatum valeat impedire, non tamen impediatur: fit, ut licet divina permissio non sit causa peccatorum, propter quæ quis reprobatur, sit tamen conditio sine qua, sicut peccata non essent, ita neque propter illa reprobaretur.

*Obduratio in peccatis est ad finem vitae, est conditio sine qua non reprobandus.*

Alterum ex necessariis, ut propter aliqua peccata quis reprobatur, est, ut ab eis in reliquo vitæ cursu non desinat, sed in eisdem vitam finiat. Quoniam verò ita posset Deus multiplicare sua specialia auxilia, ut quantumvis peccator durus esse & obsecratus, emolliretur tamen & illuminaretur, ac tandem resipisceret, utique quemadmodum, ut sint peccata propter quæ quis reprobatur, tanquam conditio sine qua non essent, requiritur ut Deus illa permitat etiam, ut in illis finiat vitam tanquam conditio sine qua non, est necessarium, ut interim non desinat auxiliâ cum quibus ille peccator vellet post se refergere, non sic illa augeat, aut multiplicet, ut ad eum terminum perveniant, quo cum prævidet peccatorem emolliendum, illuminandum, ac convertendum. Porro denegatio huiusmodi maiorum auxiliorum, cum quibus, si suppliciter tentur, converterentur, in duratio dicitur peccatoris, atque execratio in peccatis commansis; non quasi ea via durities aliqua, aut creditas peccatori adhibetur, sed quod ab eo propria durities & creditas vi maiorum auxiliorum non aufertur, ut quæst. 14. art. 13. disputatione 10. dictum est, & art. 5. sequenti amplius est explicandum.

*Reprobatio, in qua D. Thomas dicitur, in actu voluntatis dicitur permissio peccati reprobi.*

Quia ergo, ut peccator propter crimina aliqua reprobatur ac damnatur, duo illa necessaria sunt: alibi est, utrum inter effectus reprobationis numeranda sint, utrumque ratio reprobationis posita sit in actu voluntatis dicitur, quo ex aternitate Deus statuit peccata permittere propter quæ peccator damnandus est. D. Thomas hoc loco, Discedo de concordia liberi arbitrii & prædestinationis cap. 1. & quidam alii alibi in reprobatione includi voluntatem permittere, ut peccator incidat in culpam, simulque inferendi pro ea poenâ damnationis aternæ: quem-

admodum, inquit, prædestinatio includit voluntatem conferendi, tam media, quam finem ipsum vitæ aternæ. Unde volunt permissioem peccati, & obdurationem illius, esse effectus reprobationis, non minus quam illationem poenæ damni, aut etiam sensus.

*Oppositum videri probabitur.*

Crediderim tamen, si propriè est loquendum, voluntatem permittere peccata, propter quæ aliquis reprobatur, appellandam non esse reprobationem, neque includi in reprobatione. Reprobatio enim approbationi opponitur, reiectionemque significat iudicio mentis, actuque voluntatis firmatam, qua indignus excluditur a fine & premio proposito, ut paulò superius explicatum est: sicut verò nulla indignitas eius, qui erat in gratia, antecedit permissionem primi peccati, propter quæ peccare permittatur, eaque de causa neque tale peccatum habet rationem poenæ: ita neque aternæ voluntas illud permittere est propter aliquam indignitatem in peccato reprobata, atque adeò propriè non habet rationem reprobationis, exclusionisque a fine vitæ aternæ. Præterea non solum ut durum & a ratione alienum sese auribus statim offert, voluntatem permittere peccata, propter quæ reprobatur damnatur, appellare reprobationem, sed neque cum usurpatione eiusdem vocabuli, quæ in scripturis sanctis reperitur, consentit. Etenim pro reiectione & refutatione rei prius secundum se indignæ, quæ acceptetur & admittatur, semper accipitur. Ad Hebr. 6. Terra sæpe venientem super se bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis: a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo: proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, & maledictio proxima. Item primæ ad Corinth. 9. cum præmississet Paulus, Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidè ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam: subiungit: Ergo igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi ad rem verberans; sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne forte, cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar, hoc est, dignus propter peccata mea, qui a corona propolita excludar ac rejiciar. Voluntas ergo Dei aternæ permittere peccata, propter quæ peccator reprobandus est, si propriè loquamur, neque appellanda est reprobatio, neque quasi pars illius, sed solum cordis volūta requisita ut sit reprobatio: nec forte aliud voluit D. Thomas.

*Reprobatio neminem quo sensus in sacris literis usurpetur.*

Idem

*Permissio peccati quo pacto concedi possit effectus reprobationis.*

Idem dicendum est de aternæ Dei voluntate, qua reprobatur usque ad finem vitæ obdurare statuit.

An verò permissio peccati appellanda sit effectus reprobationis, merito dubitari potest. Et sanè videretur posse id aliquo modo concedi. Quoniam cum pars integri finis ob quem est a Deo voluta, sit, ut detur iusta impiorum damnatio & reprobatio, eaque ratione in illis splendat in æternam divinam iustitiam, non secus ac in prædestinatis misericordia; fit, ut permissio peccati reprobi sit in genere causæ finalis effectus damnationis ac reprobationis.

*Splendor divina iustitiæ nec integra, nec sufficientis causa permissio peccati in reprobi.*

Aduertendum tamen est, splendorem divinæ iustitiæ in damnatis, non solum non fuisse totum atque integrum finem, ob quem Deus permittere statuerit peccata, sed neque vlla ratione videri cõcedendum, fuisse vel præcipuam, vel tantam totius finis partem, quæ sola sufficeret, ut Deus vellet peccata permittere. Absit namque a fidelium cordibus de totius bonitatis, pietatis, ac clementiæ fonte suspicari, vel solum, vel præcipuam rationem quare peccata permittere voluerit, fuisse, ut, cum tanta creaturarum iactura & damno, haberet quod puniret, & in quo iustitia ipsius splenderet. Quoniam enim id sine cuiusquam iniuria Deus tanquam rerum omnium Dominus efficere potuisset, bonitatem tamen ipsius id minime videtur decere, neque lumen naturæ, quod tanquam participatio quædam increati luminis divini vultus in nobis consignatum est, id docet, quin potius ut quid præ se speciem crudelitatis ferens, minimeque cum divina bonitate consentiens, respuit. Neque sanè id vlla ratione videtur Deo tribuendum, quod reprobis quisque & sapiens vir in quocunque alio Reipublicæ principe, etiam si apud illum summa rerum omnium esset potestas, merito vituperaret. Quis autem non vituperaret principem, si ea præcipue ex causa res taliter in Rep. disponeret, peccataque permitteret, quæ tamè posset impedire, ut ea ratione haberet, quid iuste puniret, & iustitiam suam vindicativam cõmendarer? Certo nemo factum non reprehenderet. Licet ergo splendor divinæ iustitiæ à Paulo ad Rom. 9. inter fines, ob quos Deus peccata permittere; reprobareque eos impios voluerit, quos re ipsa reprobavit, computetur; non tamen is est finis solus, neque præcipuus, nec sine aliis finibus apud benignum Patrem sufficiens cõferetur.

Multi igitur alii sunt fines, inque præcipui, in permitendis peccatis Deo propositi. Vnus est, ut creaturas libertate præditas propria natura conformiter agere sinat, eaque ad finem ultimum honorificentis per propria merita perducatur, cum quo coniunctus est, ut eas liberat relinquat, ab eoque sine aliquas, propria earum sponte ac libertate peccando, aberrare sinat. Atque hic est finis ob quem D. Thomas hoc loco docuit, Deum permississe peccata, volendoque ea permittere, atque, ut erat dignum, ea punire, reprobasse eos qui vitam in eis finirent. Alius est, ut occasio peccatorum foret Christi incarnatio, reprobatio generis humani, certamina, victoriaque iustorum, & præcipue martyrii coronæ; in quibus omnibus, cum tanto generis humani emolumento, bonitas, pietas, misericordia, liberalitas, clementia, potentia, sapientia, & iustitia divina, una cum tam copiosa dilectione generis humani, tantoperè emittèrent. Atque hi quidè præcipui fines, & quidam alii ex iis, qui cum splendore divinæ iustitiæ vnum integrum finem permissioem peccatorum constituunt, quaestione præcedente art. 1. explicati sunt.

Quia ergo splendor divinæ iustitiæ, qui in damnatis relucet, neque est integra causa finalis permissioem peccatorum, neque sufficiens, ut propter eam sola Deus peccata permitteret: tum etiam quia, ut q. 19. art. 6. cum Damasceno dictum est, damnatio non est effectus voluntatis Dei antecedentis, qua creaturas omnes mente præditas in sempiternam beatitudinem concedere decrevit, eisque de mediis sufficientibus, quibus, si vellet, eam consequeretur, providere voluit, sed est effectus voluntatis consequentis, qua prævidens aliquas sua culpa & libertate de tali sine defluxuras, malitia earum prævisa, statuit sempiternis supplicis punire eas, quæ vitam in peccatis essent finituræ (qua ratione q. præcedente art. 1. dicebamus damnationem non pertinere ad ordinem quasi primarium divinæ providentiæ, sed ad quasi secundarium, inquam, hæc omnia ita se habent, inde est, ut permissio peccatorum, propter quæ reprobatur damnabitur, quavis eatenus posset dici, in genere solum causæ finalis, effectus damnationis & reprobationis, quia est volita à Deo etiam in eum finem, non tamen simpliciter, neque, eo modo, quo dona gratiæ dicuntur effectus prædestinationis, dicenda sit effectus reprobationis, sed cum additur, videlicet tanquam

*Permissio peccati non nisi aliis fines præcipui numerantur.*

Permissio peccatorum, & obduratio, simpliciter quidem sunt effectus illius diuinae prouidentiae, & probationis, non uero non eodem modo.

caritatem partis finis ob quem est uolita, quaeq; minime foret sufficiens, ut propter eam solam ellet uolita. Permissio ergo peccatorum, obduratio & damnatio reprobatorum, quia à Deo sunt uolita propter debitos fines, effectus simpliciter sunt diuinae prouidentiae; non tamen reprobationis, nisi eo modo quem paulò antè explicauimus: quandoquidem damnatio non est à Deo ita expetita, quasi uoluerit perditionem & punitionem reproborum, in eumq; finem eius creatio, & obduratio quae fuerit, non secus ac vitam aeternam praedestinati exoptauerit, cuius gratia creati sunt, atque, ut eam consequerentur, dona gratiae illis praepraeparauit. Alieni namque iam à diuina bonitate ac pietate, tum etiam à fide Catholica esset asseuerare, ita Deum sua prouidentia reprobos praedestinasse ad interitum & supplicium aeternum, sicut eadem prouidentia eos, qui salui sunt, ad gloriam praedestinauerit.

Qualis est quo ordine à quibusdam reprobationis consideratur.

Non desunt qui meditentur, Deum optimum maximum ex aeternitate, nostro intelligendi more, quasi in primo quodam instanti constituisse creatae eos omnes homines, & Angelos, qui uisus ad finem mundi creati erunt. In secundo uero, antequam quicquam de peccatis, meritis, ac demeritis eorum cogitaret, uoluisse conferre beatitudinē iis duntaxat, quos ad eam perducit: circa caeteros uero non solum habuisse se negatiuē, ut uult Scotus, sed etiā in illo eodem instanti constituisse, non conferre illis beatitudinem. Postea uero in aliis instantibus cogitasse, tum de medijs quibus eos, quos in secundo instanti ita elegerat, perduceret in vitam aeternam, tum etiam de permitendis peccatis aliorum, obdurandisque in peccatis iis, quibus in illo eodem secundo instanti constituerat non conferre beatitudinem, &c. Affirmantque reprobationem non aliud esse, quam illum actum, quo Deus in secundo instanti, antequam de peccatis, meritis, & demeritis cogitaret, constituit certos quosdam beatitudine non donare, sed eos ab illa excludere. Addeunt praeterea, eum actum quasi contrariē opponi electioni, qua carceri in illo eodem instanti electi sunt in beatitudinem, antequam ad eam in sequentibus instantibus per accommodata media praedestinentur.

Verum haec sententia uidetur omnino explodenda: tum, quod constituere in Deo eiusmodi actum, indignum sit diuina bonitate, & clementia, minimeque eum literis sacris congruare, ut art. 5. uidebimus: tum etiam quia, ut diximus, non dicitur reprobare aliquem is, qui apud se constituit non eligere eum ad praemium, certamque finem, sed qui tanquam indignum ineptumque eum rejicit, atque à tali praemio sine uel excludit: is enim, cui diuersa media ad finem accommodatissima occurrunt, non dicitur reprobare caetera, quae ea ratione non eligit, quod unum eorum sit factus ad finem assequendum, sed solum, uel ea non eligere, uel uelle non eligere dicitur: quare cum ex horum Doctorum sententia in illo secundo instanti non plus aptitudinis, meritorum, & dignitatis, eluceat in iis qui ad vitam aeternam eliguntur, quam in iis qui ab ea excludendi decernuntur, neque in his aliqua adhuc ineptitudo, peccatum, ac demeritum prauideatur; sit, ut talis actus rationem reprobationis non habeat, esto foret admittendus.

Reprobatio proposita sententia.

Essē uero in Deo reprobationē ex scripturis sanctis adeo est manifestum, ut salua fide negari non possit. Dicitur enim Malach. 1. & ad Romanos 9. Iacob dilexi, Esau autem odio habui; ostendensq; Paulus nullam iniquitatem esse in Deo, propterea quod quosdam praedestinauerit, alios uero reprobauerit, subiungit: Nunquid dicit signum ei, qui se fingit, quid me fecisti sicut an non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem uas in honore, aliud uero in contumeliā? Quod si Deus uolēs ostendere iram, & notam facere potentiam suā, sustinuit in multa patientia uasa ire apta in interitum, ut ostenderet diuinitas gloriae suae in uasa misericordiae, quae praeparant in gloriam, &c. & secundae ad Timotheum 2. de praedestinati & reprobati agens, In magna, inquit, domo, non solum sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quaedam quidem in honorem, quaedam autem in contumeliā. Deniq; ex sacris literis constat, multos propter sua peccata excludi à uita aeterna, & cruciatibus aeternis puniri: cum ergo id Deus non ex tempore, sed ex aeternitate constituerit, sit, ut sit apud Deum aeterna reprobatio quorundam: sicut etiam apud eundem est quorundam aliorum aeterna praedestinatio.

Reprobationē esse in Deo probatur.

Articulus quartus & quintus.

Vtrum ex parte praedestinati detur causa praedestinationis.

Disputatio 1.

Disputatio haec ob rei nimiam profunditatem, ac difficultatem, uarietatemque opinionum, non poterit non esse fusior aliquantò: ut uerò dilucidior reddatur, in uaria membra erit dissectanda.

Sensus quaestionis explanatur.

Membrum 1.



Um praedestinatio diuinæ uoluntatis propositum conferendi praedestinato ea supernaturalia media, quibus prauidet Deus illum in vitam aeternam peruentum, includat; eo modo praedestinationis quaerenda est causa, quo diuinæ uoluntatis quaeri potest. Quaestione uero 19. art. 5. ostensum est, diuinæ uoluntatis, secundum se, nullam omnino posse dari causam rei tamen uolita: posse esse causam propter quam sit uolita. Sensus ergo quaestionis non est, an praedestinationis secundum se detur aliqua causa, sed an, quoad effectum, sit causa aliqua ex parte praedestinati, propter quam potius illi, quam alteri, sit à Deo expetitus: an uero nulla alia constitucenda sit, quam diuina uoluntas, qua Deus libere ea beneficentia in unum potius, quam in alium, uti uoluit.

Explicatur sensus quaestionis.

Dari praedestinationis causam quoad partem esse effectus.

sequendam disponunt: contra uero, gratia & merita cause sunt dispositiuae, & meritoriae, propter quas praedestinator sit dignus, ut à Deo beatitudine donetur. Tota ergo difficultas est, utrum totius effectus praedestinationis, prout comprehendit gloriam, & media omnia supernaturalia, quibus Deus unumquemque praedestinatam disponit, adiuuat, atque in sempiternam beatitudinem perducit, detur causa aliqua, propter quam Deus uoluerit illi haec conferre, an nulla prorsus, sed id ex sola libera Dei uoluntate pendeat.

Illud deinde notandum est, quod si ex parte praedestinati, spectati antequam Deus effectum praedestinationis illi uelit, daretur aliqua causa, ob quam ei uellet tribuere, uel primam gratiam, uel eas supernaturales dispositiones, quae ad primam gratiam de lege ordinaria exiguntur, utique ex parte praedestinati, in suis tantum naturalibus spectati, daretur causa quare effectus praedestinationis Deus illi uelit tribuere. Prima enim gratia principium est & radix meritorum subsequenentium, illaque, ad finem usque uiae perseverans, medium sufficiens est ad perducendum in vitam aeternam, atque adeo causa quare Deus uelit praedestinatam beatitudine donare.

## De erroribus Lutherianorum, Origenis, &amp; Pelagij, Quod item fides præuisa non sit ratio iustificationis, ac prædestinationis.

*Membrum 2.**Lutherianorum de prædestinatione & reprobatione error.**Origenis & Priscilliani error circa animas & prædest.*

**R**ecentissimo Lutherianorum errore, qui arbitrij libertatem, ac merita de medio tollit, Deoq; auctori, diuini eq; prædestinationis ac reprobationis, non minus reprobatorum peccata quam prædestinationum bona opera tribuit, vt quaest. 14. ar. 17. disputacione 1. & sequentibus vidimus, fideque impugnamus. Error Origenis, vt hoc loco refert D. Thomas, fuit, animas omnium hominum simul fuisse creatas ab initio, & pro diuersitate operum, qua pro sua libertate tunc egerunt, varios status in corporibus fuisse sortitas, quasdamque fuisse prædestinatas, alias verò reprobatas, ita scilicet, vt omnis earum inæqualitas ex inæqualitate operū qua: ab initio gesserunt, antequam corporibus ynterirentur, habuerit ortum. Hunc errorem innuit lib. 2. Periarchon cap. 1. iuncto capite vltimo præcedentis libri. Eundem errorem videtur illi tribuere Leo primus episcopus in ad Iulianum Coensem Episcopum, in qua agens de Eutycheris errore, qui asserere videbatur, Verbum, duar carnem humanam assumpsit, adduxisse de celo animā Christi, quasi anima illa præexistisset assumptioni, ait: Vnde quod in Origene merito damnatum est, qui animarum, antequam corporibus infererentur, non solum vitas, sed & diuersas fuisse asseruit adiones, necesse est vt eorum in isto, nisi maluerit sententiam abdicare, plectatur. Eiusdem erroris, tamen Origenis nomine suppresso, meminit Hieronymus in illud ad Gal. 1. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ. Et in illud ad Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Et in epist. ad Demetriadem virginem. Meminerunt etiam Epiphanius in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, & Theophilus Alexandrinus lib. 1. sui Paschalis. In eodem errore videtur fuisse Priscillianus damnatus in Concilio Bracharensi primo, can. 6. his verbis: Siquis animas humanas dicit prius in caelesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana interiectas,

sicut Priscillianus dixit, anathema sit. Apertius adhuc eandem errorem refert damnatq; Leo primus episcopus, 91. ad Tundinū Asturicensem Episcopum, cap. 1. Origenis error, quatenus asseruit animas extitisse antequā corporibus ynterirentur, alio in loco est impugnandus. Quod ad præsens verò institutum attinet, aperte cōiungitur, tum ex illo ad Rom. 9. Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori, & Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Tum etiam ex illo secūdar ad Timoth. 1. Vocauit nos uocatione sua sancta, nō secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo I E S V.

Error Pelagij atruebat, hominem ex solis viribus liberi arbitrij amicitia cum Deo inire, vitam æternam promereri, à peccatis resurgere, implere omnia præcepta, atque adeo in amicitia & gratia Dei vsque ad finem vitæ perseverare posse. Auxilia verò & dona gratiæ necessaria esse dicebat, non quidem vt homo hæc omnia præstaret, sed vt facilius ac melius & ea efficeret, & vitam æternam consequeretur. Quare totum effectum prædestinationis libero arbitrio, propriisq; nostris meritis ascriberet: affirmabatq; Deū supernaturalia omnia dona gratiæ & gloriæ statuisse his potius hominibus quā aliis, sub hac potius quā sub alia mensura conferre, propter præuisa merita liberi arbitrij, quæ ante huiusmodi diuina dona homines haberet. Quo fit, vt, vne esse prædestinatum, illum reprobum, hunc esse prædestinatum ad maiorem gloriam, illum ad minorem, totum ascriberet, non gratiæ & auxilijs Dei, sed proprijs meritis & industria liberi arbitrij.

Error hic impugnatus copiose à nobis est quaest. 14. ar. 13. vbi ostensum est, liberū nostrum arbitrium, non solum non esse amicitiam cum Deo inire, vitamque æternam promereri, sed neque quicquam, tam ex parte intellectus quam voluntatis, absque peculiari auxilio & dono Dei efficere, quoad gratiam, amicitiamque cum

Deo

*Pelagij error circa prædest.*

Deo conciliandam se disponat, neque post acceptam iustitiam posse vniuersam legem implere, vel vitare peccata omnia, etiam lethalia, vel in accepta iustitia absque speciali auxilio & dono Dei perseverare. Quare cum Pelagij error circa prædestinationem contrarijs fundamentis innitatur, noua alia nō opus est impugnatione.

*D. Augustini non dū Episcopi falsa existimatio circa idem, quā postea reuocauit.*

Ad hunc Pelagianorum errorem, tanquam pars quadam illius, is etiam reuocari potest, in quo fuit Augustinus antequā creatus esset Episcopus. Arbitratus namque homines ex solis naturalibus viribus elicere posse actum credendi qualis ad salutem necessarius est, non verò posse exercere opera meritoria sine caritate, quæ est donum Dei, in libro expositionis quarundam propositionum ex epistola ad Romanos, in expositione propositionis 60. 61. 62. & 63. asseruit,

præscientiam fidei futuræ, atque infidelitatis, esse rationem ex parte prædestinationum & reprobationum, quare illi electi ad opera meritoria, per eaque prædestinati fuerint in vitam æternam, hi verò propter incredulitatem reprobati. Merito tamen lib. 1. retractar. cap. 23. & de prædest. sanctor. cap. 3. re maius considerata, sententiam retractauit, asserens fidem etiam donum Dei esse, & sub effectu prædestinationis comprehendendi, ac proinde neque ex eo capite posse reddi rationem prædestinationis, id quod satis est manifestum ex iis, quæ quaest. 14. ar. 13. dicta sunt. Adde, ex fidelibus multis esse reprobos: si autem prædestinatos conferamus cum fidelibus reprobis, non potest ratio illa reddi, quare illi prædestinati, hi verò reprobi fuerint.

## Ambrosij Catharini sententia examinatur.

*Membrum 3.*

**V**T ad Catholicorum sententias deueniamus, Ambrosij Catharini sententia ante omnes alias examinanda occurrit. In primis præmittit, Deum ita omnes homines in vitam æternam condere decreuisse, vt eam illis omnibus conferre veller, at sub certis legibus & conditionibus, quæ ab eorum arbitrio & voluntate penderent. Quia ergo, iuxta testimonium Pauli, Deus verè vult omnes homines saluos fieri, in eumque finem omnes condidit, vt, si vellent, salutem assequerentur, ita illis de medijs necessarijs prouidit, vt singuli re ipsa ad eum finem peruenire possint, per eosque stet si non perueniant.

Addit deinde, Deum, qui dona sua, vtpote nulli debita, distribuere potest prout vult, absque cuiusquam iniuria, aut acceptione personarum, elegisse paucos quosdam ex vniuersa hominum multitudine quos præsciuit, hoc est, præ alijs dilexit tantaque donorum & gratiæ copia, tam peculiarique protectione in vitam æternam destinari, vt citianodi beneficiorum vi fieri nō possit, qui in vitam æternam perducantur: quia scilicet à lethali bus culpis vel eos preseruari,

vel, si coruant, eriget, vt tandem è vita in gratia decedant. Neque tamen, inquit, propterea liberum ab eis auferit arbitrium, rationemque tollit meriti, quin potius per abundantiorē gratiam illud statuit, potentique reddit, vt præclatiora, ardentioraque opera exerceat, quibus cumulatijs præmium consequantur.

Iuxta hæc ergo, vniuersam multitudinem in duos ordines distribuit. Vnum dicit esse eorum, de quibus paulò antè diximus, quorum salutem dicit esse certam, non solum certitudine scientiæ, quæ Deus præuidet quibus his vel illis medijs in vitam æternam peruenient, eum tamen possint, si vellent, non peruenire, sed etiam certitudine prouidentiar, quatenus fieri nequit, quin tot ac tantis gratiæ præsidijs muniti vitam æternam, ad quam præordinati sunt, assequantur. Atque hos solos ait in sacris literis dici prædestinatos, esseque certum, at non magnum, eorum numerum.

In altero ordine, quem non prædestinationum appellat, comprehendit dicit reliquam hominum multitudinem, singulosque saluos esse posse: quippe cum de medijs ad salutem necessarijs, quantum opus est, sic cuique eorū prouisijs possit etiam vniquemque eorum voluntate sua

*Duplex ordo à Cath. excogitatur: alter prædestinatorum, non prædestinatorum alter.*

perire ac damnari, si gratia & mediis ad salutem  
viti negligat; multosq; proinde re ipsa esse dam-  
natos. Nullam vero aut esse ab aeterna vita re-  
probatione, praeter ea, quam sibi quisque ob pro-  
pria crimina acquisiverit. Cum autem verisimile  
non sit, nemine saluū fieri ex tanta hominū mul-  
titudine quibus per diuinā prouidentiam de me-  
diis ad vitam aeternam necessariis sufficienter est  
cōsolutum, cum in eorum arbitrio eiusdem con-  
secutio posita fuerit, quin potius quam proba-  
bilissimum sit, multos ad eam pro sui arbitrij li-  
bertate peruenire, duo aut affirmada esse: Vnum  
est, multos ex iis, qui in non praedestinatorum  
ordine continentur, vitam aeternam consequi.  
Alterum verò, numerum eorum non esse cer-  
tum in diuina praescientia: quippe cum media  
ad vitam aeternam hominibus huius ordinis à  
Deo prouisa, neque ita nec, adeò efficacia sint,  
quin pro libertate sui arbitrij ea recusare ac rej-  
cere valeat. Subiungit tamen, non numerum eorum  
esse certum in diuina praescientia, quatenus pre-  
uidet Deus, quinā talibus mediis vitæ in  
gratia finire, aeternamque proinde felicitatem  
adipisci debeant: qui verò ita sint eidem abusu-  
ri, vt extremam incurant miseriam. Hæc est  
sententia Catharini in opusculo illo de præde-  
stinatone ad sanctum Concilium Tridēnum.  
Nam opuscula alia, quorum eo loco memin-  
it, nondum ad meas manus deuenierunt, in quibus  
tamen nihil contrarium decessisse videtur.

*Impug-  
natur opi-  
nio Ca-  
tharini.*

Opinio hæc ea de causâ in primis vehemen-  
ter nobis displicet, quod non omnes, qui vitam  
aeternam consequuntur, in praedestinatorū nu-  
mero comprehendat, assereretque ab scripturis  
sacris non eos omnes praedestinatorum nomi-  
ne comprehendit, sed eos tantum qui certo, di-  
uina praescientia seclusa, salui erunt, vt duntaxat  
meliorū de quibus diuinitus illis prouisum est.

Vt verò ab hoc vltimo ordinarur, in primis  
nomine eorū quos ita praedestinos dicit, non  
intelligit eos tantum, qui in gratia sunt confir-  
mati: quandoquidem de eiusmodi praedestinatō  
hæc adicit: Ipsos insuper dicimus saluū omnino  
adepturos, nec posse cōtingere quin salui nō fiat,  
propter excellentē Dei gratiam ac protectionē &  
assistentiā spiritus, qui vel præseruabit à peccatis,  
vel ab ipsis incurtis liberabit & liberabit, quo tan-  
dem cū pace dormiant, & in Domino requies-  
cant: porro confirmati in gratia lethalia pecca-  
ta non incurunt, à quibus eripiuntur.

Deinde, esto illos solos comprehenderet, pro-  
fectò, seclusa praescientia qua Deus certo præui-  
det eos cum gratia & auxiliis peculiaribus, qui-  
bus singulis eorum opitulari constituit, pro li-  
bertate sui arbitrij ita cooperaturus, vt ad vitam  
aeternam perueniant, non esset certa eorum sal-  
us. Etenim gratia & auxilia, licet quò maiora  
sunt, eò verisimiliorem probabilitatemque sal-  
utem eius efficiant, cui conferuntur, nunquam  
tamen libertatem ab arbitrio tollunt, vt eisdem,  
si velit, non consentiat, neque vnuquam laudem  
illam, quæ ad meritum etiam confert, auferat ab  
vnoquoque iusto, quod potuit transgredi, & non  
est transgressus; facere mala, & non fecit: quare  
etiam si de mediis diuinæ prouidentiae circa beati-  
tudinem eorum, qui à Deo in gratia confir-  
mati dicuntur, sit sermo, non est certa salus eorū  
ex solo ordine mediōrum diuinæ prouiden-  
tiae, sicut nec cuiusquam alterius praedesti-  
nati ex adultis, sed ex praescientia qua Deus præ-  
uidet eos pro libertate sui arbitrij eidem mediis  
perueniuros in vitam aeternam. De quocunque  
namque adulto praedestinato semper verum est  
dicere, positum esse in manu consilij sui, vt ad  
quodcunque voluerit, siue bonum siue malum,  
porrigat manum. Confirmarique hæc omnia  
possunt, quoniam Paulus de numero erat eorum  
praedestinatorum, qui in gratia erant confirma-  
ti: sciens nihilominus in manu consilij sui esse  
positum ad quodlibet porrigere manum, ad  
mortem scilicet vel vitam, primè ad Corinth. 9.  
de seipso dicebat, Castigo corpus meum, & in  
seruitutem redigo, ne forte, cum aliis prædicau-  
erim, ipse reprobus efficiar. Ex quibus omnibus  
illud iam est manifestum, nullos esse ita præde-  
stinatos, vt ex solo ordine mediōrum diuinæ  
prouidentiae sit certa eorum salus, vt Catharinus  
dicebat.

Deinde verò probatur, quotquot vitam aeternam  
consequuntur, ad eam ex aeternitate esse à  
Deo praedestinos, praedestinatorumque nomi-  
ne ab scripturis sacris comprehendit. Primò, quo-  
niam nullus suis solūm viribus, sed à Deo super-  
naturaliter adiutus, beatitudinem consequitur:  
Deus verò ex aeternitate prouidit, si cuique eorū  
consistere vellet ea media per quæ beandus  
tandem est, eum beatitudinē illā cōsecuturum:  
cum ergo voluntas talia media conferendi non  
fuerit elicta extempore, sed ex aeternitate, sit, vt  
comparatione cuiusque eorum, qui vitam aeternam

*Confr-  
matorum  
in gratia  
certitudo  
quod non  
peccabit,  
unde pre-  
ueniat.*

nam assequuntur, in Deo fuerit voluntas aeterna  
conferendi media, per quæ vnuquemque beandū  
praedestinat: at praedestinati nō est aliud,  
quàm voluntas conferendi eiusmodi media, vt  
patet ex ipsa praedestinationis definitione: ergo  
quotquot vitam aeternam assequuntur, ad eam  
sunt à Deo ex aeternitate praedestinati.

Secundò, ex illo ad Rom. 8. Quos praescinit &  
praedestinauit conformes fieri imagini filij sui,  
vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: quo  
loco, quotquot praediti sunt futuri conformes  
Christo, atque vt ad id peruenirent, media ex  
praedestinatione diuina acceperunt, futurique  
sunt fratres Christi, appellantur praedestinati: sed  
quicumque consequuntur vitam aeternam, con-  
formes sunt Christo in gratia, sanctitate, & glo-  
ria, suntque de numero fratrum Christi, praesci-  
ti ac praedestinati vt ope & auxiliis diuinis tales  
euaderent: ergo omnes sunt in numero praede-  
stinatorum de quibus ibi loquitur Paulus. Con-  
firmatur ex illo ad Rom. 9. Vt ostēderet diuitias  
gloriae suae in vasa misericordiae, quæ preparauit  
ex Iudaeis, sed etiam ex Gentibus, sicut in Ofec di-  
cit: Vocabo non plebem meam, plebem meam;  
& nō dilectam, dilectam: & non misericordiam  
consecutā, misericordiam consecuturam, & erit in  
loco vbi dictū est, non plebs mea vos, ibi voca-  
būtur filij Dei. Quibus verbis planè omnes, qui  
vitam aeternam consequuntur, appellat vasa mi-  
sericordiae à Deo preparata, atque adeò ex aeterni-  
tate praedestinati in gloriam, vitamque aeternam  
consequendam.

Tertiò, ex illo Apocalypsis 20. Qui non est  
scriptus in libro vitae, missus est in stagnū ignis:  
quicumque autem vitam aeternam consequuntur,  
non mittuntur in stagnum ignis: ergo ij omnes  
in libro vitae conscripti sunt: esse aliquē scrip-  
tum in libro vitae (maximè quando sumitur vt  
distinctum quippiam ab eo, quod est damna-  
tum, vel reprobum, vt eo loco sit) est esse præ-  
destinatum: ergo quotquot vitam aeternam con-  
sequuntur, sunt praedestinati.

*Sorus &  
alij quid  
Cathari-  
no tri-  
buant.*

Dominicus à Soro in cōmentariis super e. 9.  
Epistolae ad Rom. & quidam alij eo recen-  
tiores, Catharinum impugnant, quasi asstima-  
uerit, Deum non prius reprobasse eos, qui dam-  
nantur, quàm illi ex tempore peccata commit-  
tant. Moti autem videtur verbis illis Catharini:  
Adcō, vt iam nulla sit alia ab aeterna vita repro-

batio, praeter eam quam sibi quisque ob propria  
peccata & flagitia acquisierit. Ex eo verò Ca-  
tharinum resellere conatur, quoniam dubium  
non est, Deum eos omnes odio habere, velleque  
excludere à regno caelesti, aut etiam mancipare  
cruciatibus aeternis, qui propter originale pec-  
catum, aut etiam propter alia peccata damnantur:  
cum ergo ratio reprobationis diuinæ com-  
pletur per eiusmodi actum diuinæ voluntatis,  
neque eum Deus eliciat ex tempore (vt Soro  
faceret Catharinū concedere) alias Deus muta-  
retur, sit, vt in Deo sit ex aeternitate, atque adeò  
vt quotquot vitam aeternam non cōsequuntur, ex  
aeternitate à Deo sint reprobandi. Quidam etiam  
alius ita Catharinū resutat, quasi asseruerit, nu-  
merum eorum, qui vitam aeternam sunt conse-  
cuturi, nullo modo Deo esse certum: qui planè  
apertus esset error in fide.

Credo tamè Catharinum neutrum horū affir-  
masse. Etenim, quod ad hoc secundum attinet,  
manifestè affirmat, nō esse quidē in prouidentia  
Dei determinatum numerū eorū qui salutē con-  
sequuntur; esse tamen determinatum in diuina  
praescientia: quasi dicat, si ad auxilia gratiae & me-  
dia, quibus Deus sua prouidentia singulis circa vi-  
tam aeternam prouidit, attēdas, cum vnuquisque  
ita per suū libitum arbitriū possit cooperari, vt  
ad vitam aeternam perueniat, aut ab ea in extremam  
miseriam delectat, non est certus numerus eorū  
qui salutem consequuntur. At cum Deus certis-  
sime prouideat, quoniam pro sua libertate ita  
sunt cooperaturi, vt assequantur vitam aeternam, qui  
sunt itē; certus & firmus est numerus in diuina  
praescientia, tā eorū qui vitam aeternam cōsequuntur,  
quàm eorū qui in interitū incidēt sempiternum.

Quod verò attinet ad primū, Catharinus so-  
lūm videtur voluisse, Deum neminē reprobasse  
absque demeritis prauiis, ea scilicet de causâ  
praecise vt haberet in quo iustitiam suam vindic-  
tatiuā posset ostēdere, vt multi volunt, quod ta-  
men crudelitatem & quasi tyrannidē sapit, vi-  
deturque indignum diuina bonitate ac iustitia,  
& libertati arbitrij nostri derogare: sed reprobas-  
se propter demerita prauiis, ita vt nō ab ea sit ab  
aeterna vita reprobatō, quàm ea quam quisque  
ob sua peccata & flagitia propria voluntate pa-  
trata acquisierit. Neque in mentē credo venisse  
Catharinū, actum voluntatis diuinæ, quo Deus  
impios propter peccata prauiis futura in reprobare  
reprobanū, nō esse aeternum, firmū, ac stabilem.

*Cathar-  
i calum-  
nia vindic-  
atur.*



Sententia eorum examinatur, qui bonum vsum liberi arbitrij præuisum, vt prioritate saltem naturæ primam gratiam iustificantem antecedit, rationem prædestinationis adulatorum esse affirmant.

*Membrum 4.*

*Henrici,  
D. Boni,  
Et Alex.  
sententia.*

**H**enricus quodlib. 4. quæst. 19. ait eo modo prædestinationis, quoad effectum, reddendâ esse, non quidem causam propriè, sed rationem ex parte prædestinati, quare huic potius, quàm illi, Deus eiusmodi donum conferre voluerit, atque adeo quare hic potius, quàm ille, sit prædestinatus, quod datur ex parte adulti ratio quare potius ipse, quàm alius, primam gratiam recipiat. Cum enim, inquit, Deus omnibus paratus sit subuenire, licet ex parte adulti nulla sit causa meriti, datur tamen causa congruitatis, non propter quam, sed sine qua non reciperet gratiam, quæ alteri, quod simili causa careat, denegatur. Vniuersim autem, quæ ex parte nostri sunt eiusmodi congruitates, affirmat esse nobis omnino inuestigabiles, opusque esse exclamare cum Paulo: O altitudo diuitiarum, &c. Et: Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, &c. Esse tamen ait accomodatam exempli in duobus peccatoribus adultis, quorum corda aliquo motu gratiæ præuenientis excitentur, vnus tamen statim pro sua libentate & nequitia contradicit, alter verò minime. Licet enim neuter mereatur primam gratiam, congruum tamen est, vt Deus potius hunc, quàm illum alium, vterius adiuet, atque ad gratiam perducat, quod & facit. In his ergo ratio, ob quâ vnus potius, quàm alius, recipiat primam gratiam, est congruitas, quæ ex vfu liberi arbitrij cernitur in vno, nõ in alio: illaque præuisa, est ratio quare Deus vni primam gratiam, potius quàm alteri, ex ceteritate voluerit, & quare, si in illa ad finem vitæ vsque sit perseveraturus ille potius, quàm alius, sit prædestinatus. Eadem sententia fuit D. Bonauent. in primo, dist. 41. art. 1. quæst. 1. & 2. eandem inuenit etiam Alexander de Sensis prima pars. quest. 23. membr. 3. art. 1. & 2.

Henricus quodlib. 2. quæst. 3. addit: Bonum vsum liberi arbitrij præuisum esse causam, et potius conditionem ex parte adulti prædestina-

torum, quare ipsi potius, quàm alij, sint prædestinati: ita vt bonus vsum liberi arbitrij, qui antecedit primam gratiam, sit eo modo, quæ paulo antea explicauimus, causa seu cõditio sine qua nõ fuissent prædestinati, hoc est, congruitas quadam quare ipsis potius, quàm alijs, ex æternitate voluerit Deus conferre primam gratiam, quâ in tempore tribuit: & bonus vsum, qui sequitur primam gratiam iustificante, & quo in ea sine lethibus peccatis vsque ad finem vitæ perseverant, sit causa seu cõditio sine qua Deus nunquam ex æternitate voluisset illis conferre incrementum gratiæ, & vitam æternam, quæ re ipsa confert, atque adeo quare eos potius voluerit prædestinare, quàm alios, quos præuidebat sua culpa talem vsum liberi arbitrij non habituros. Ait namque, quauis nullus sit bonus vsum liberi arbitrij, quo prædestinatus vel ad gratiam se disponit, vel post illam adeptam opera meritoria exerceat, qui non sit simul à gratia, vel præueniente, vel iustificante, quia tamen ita est à gratia, vt simul sit à libero arbitrio cooperante, quod, si velit, poterit non cooperari; sit, vt vsum ille spectari possit ea præcisâ ratione qua ab arbitrio creato pendet: eo verò pacto spectatum ait totum collectiuè sumptum esse veluti causam sine qua non, seu potius conditionem ex parte adulti: tunc tanquam congruitatem quandam, quare prædestinatus potius, quàm non prædestinatus, fuerit effectus totius prædestinationis à Deo exoptatus, atque adeo quare illi potius, quàm hi, fuerint prædestinati. Partes verò totius illius boni vsum ait esse causas seu conditiones partium totius effectus prædestinationis.

Gabriel in primo, dist. 41. quæst. vnica, contra communem Doctorum sententiam affirmat, solam gloriam esse effectum prædestinationis propriè loquendo, eo quod prædestinatio sit de fine: cum verò in adultis meriti antecedit gloriæ premium, premiumque propter meritum eis conferatur, ait prædestinationis, quoad effectum, dari in eis

in eis causam meritoriam. Tam verò in superioribus ostendimus, prædestinationem respicere quidem beatitudinem tãquam finem ad quem prædestinati ordinantur, versari tamen circa media, quibus ad eam pertinent: quare reiciendus est Gabriel, quatenus affirmat, solam beatitudinem esse propriè effectum prædestinationis. Addit Gabriel, si dicamus eum Magistro Sententiarum, etiam primam gratiam esse effectum prædestinationis, dari ratione prædestinationis quoad hunc effectum in multis prædestinatis, nempe bonum vsum liberi arbitrij, qui tanquam dispositio de cõgruo ita antecedit infusione gratiæ, vt sine eo gratia non infunderetur. Atque in hoc cõsentit cum alijs Doctoribus citatis. Dicit verò dari in multis adultis, non tamen in omnibus: Quoniam, vt inquit, in Paulo non præcessit bonus vsum liberi arbitrij, quin potius, dum fideles infunderetur, ex sola voluntate & misericordia Dei mirabiliter vocatus ad fidem, & ad gratiam perductus est. Addit: Satisficari in vtero, vt beata virgo & alij, etiam sine præuia aliqua dispositione gratiam consequuntur. Id quod D. Bonauentura etiam adnotauit.

Chrylóstomus Iauellus in expositionibus ad primam partem D. Thomæ, tractatu de prædestinatione, cap. 5. distinguit in primis triplex genus concursus seu auxilij, quo Deus cum libero arbitrio creato concurrat. Nempe generale, speciale naturale, & speciale supernaturale. Cõcursum generalem ait non esse satis ad bona opera moraliter faciendâ: sufficere tamen ad peccatum, malumque quoduis patrandum, & ad actiones indifferentes. Auxilium speciale naturale affirmat in statu naturæ lapsæ esse homini necessarium ad quodcunque opus bonum morale: bona autem opera moralia, quæ non transcendunt limites operum merè naturalium, eo quod ad illa non concurrat auxilium supernaturale, sed solum speciale merè naturale, dicit esse dispositionem ad gratiam gratum facientem, non quidem quæ ex condignitate ipsam gratiam mereatur, sed solum ex congruitate; ea tamen existente, gratiam gratum facientem à Deo semper infundi. Auxilium verò speciale supernaturale purat conferri ad elicendum actum meritorium condignum vita æterna, esseque gratiam ipsam gratum facientem, seu caritatem, quæ est principium efficiens talem actum.

Affirmat deinde bonum vsum liberi arbitrij

præuisum, non quidem eum qui ex auxilio speciali supernaturali emanat, sed qui ex auxilio speciali merè naturali proficiscitur, anteceditque primam gratiam, ad quam solum ex quadã congruitate hominem disponit tãquam actus merè naturalis, esse causam seu rationem prædestinationis ex parte adulti prædestinati: quod explicat proposito exemplo Iacob & Esau, distinguensque nonnulla instantia in actu cognitionis ac voluntatis diuinæ. In primo abituratur Deum vtrique beatitudinem voluisse voluntate antecedere, si per illos non stare, cum in eo puncto nihil inæquale in duobus fratribus, sed ambos æquè capaces sempiternæ felicitatis conspexerit. In secundo statuisse vtrique conferre æquales leges. In tertio decreuisse vtrique donare auxilium vniuersale, & particulare naturale, quo bonum & malum morale, vt vellent, efficere possent. In quarto præuidisse acceptandum à Iacob auxilium speciale ad actiones studiosas, legi; diuinum parandum: ab Esau autem acceptandum solum auxilium generale ad mala & peccata paranda: voluisseque Iacob voluntate absoluta vitam æternam donare, Esau autem eam tribuere noluisse, sed propter peccata præuisa in eo suâ iustitiam ostendere voluisse. In quinto denique statuisse conferre Iacob auxilium speciale supernaturale, hoc est, gratiam gratum facientem, qua promeretur vitam æternam, idque propter priorem bonum illum vsum liberi arbitrij ex auxilio particulari merè naturali procedentem, quo ex congruitate dignus ea gratia præuisus est; atque in eo instanti totam rationem prædestinationis Iacob completam fuisse.

Præter id quod opinio hæc commune habet cum opinionibus præcedentibus, propter duo, inter alia, non parum displicet. Vnum est, quia ad quodcunque opus bonum morale necessarium esse auxilium Dei speciale affirmat. Contrarium enim ostendimus quæst. 14. art. 13. dispositione 5. Alterum quod longè magis displicet est, quia asserit, dispositiones, quæ in adulto antecediunt primam gratiam, omnes esse merè naturales, nec vllam vel auxilio Dei supernaturali adiuuari, vel transcendere limites actuum merè naturalium. Quod tamen ex iis que art. 13. citato dicta sunt, satis, vt credo, constat fidei Catholicæ repugnare.

Si ad id in quo Doctores hæcenus citati conueniunt, attendas, in eadem sententia inuenies Thomam

*Iauelli  
opinio.*

*Improbabilis  
Iauelli  
opinio.*

*Bonauent.  
Tho. Ar.  
opinio.*

Thomam de Argent. in primo, dist. 4. 1. art. 2. quo loco affirmat, causam prædestinationis ad ultimum esse bonum usum liberi arbitrii ipsorum præsumit; demumque, inquit, ad finem vsque vitæ prævidetur perseveraturus. Hanc enim conditionem ceteri Doctores admittent, præsertim laucellus, qui opinionem Argentinae, vt supra conuincam, refert.

*Benedicti opinio.* Eadē quoque est sententia Benedicti in scholijs in Chrysothomum ad cap. nonum epistolæ ad Romanos, quam ibidem impugnat Sotus quasi errorem Pelagianum. Quantum verò ex commentarijs Soti licet colligere (neque enim scholia Benedicti ad meas manus deueniunt) in eo sensu affirmasse videtur, bonum usum liberi arbitrii à Deo præsumit causam esse prædestinationis ad ultimum, quia cum Deus præuideret hos potius, quam alios, assensum præbituros, cooperaturusque ad opera, quæ de lege ordinaria voluit esse dispositiones ad primam gratiam, in eaque adæpta pro sua libertate vsque ad finem vitæ esse perseveraturus, eosdem elegit vt ad primam gratiam, & gloriâ perduceret: alios verò propter malum usum proprii liberi arbitrii, & peccata præuista, reiecit ac reprobanit.

*Alberti Pighij opinio.* In eadem sententia est Albertus Pighius lib. 8. de libero arbitrio cap. 2. vbi docet, cum Deus præuideret bonum & malum usum singulorum, præstare esset opitulanti singulari ad gratiam & gloriâ consequendam, pro qualitate vsus liberi arbitrii cuiusque præuisti, statuisse conferre quibusdam gratiam & gloriâ, alijs verò minime.

*Barth. Camerarij.* Bartholomæus item Camerarius in dialogis de prædestinatione, bonum usum liberi arbitrii præsumit, quo aduersus, & ad suam iustificationem, primamque gratiam consequendâ cooperatur, & postea in ea ad finem vsque vitæ perseverat, tanquam meritum quoddam de congrua causâ prædestinationis ex parte aduerti esse affirmat, aut certe conditionē sine qua non esset prædestinationis, ita vt ex parte boni vsus liberi arbitrii ad ultimum sit causa congruentis quare Deus iustit, verbi gratia, Petrum, potius quam Iudam, voluerit prædestinare. Cum doctoribus citatis consentit Hieronymus Osorius Episcopus Syluestris lib. 9. de iustitia.

*Horum doctorum sententia à Pelagij errore quærens.* Dominicus à Soto in cap. nonum epistolæ ad Romanos, licet cum solo Benedicto disputet, contendit tamen sententiam horum doctorum errorem esse Pelagianum. Verum longè ab eo

distat. Pelagius namque affirmabat, bonum usum liberi arbitrii ex solis viribus naturalibus elicitorum, dignum esse vita æterna, gratia, & amicitia Dei, atque adeo vnumquemque suis tantum viribus posse resurgere à peccato, fieri iustum, dignumque vita æterna: hi autem Doctores consentunt quidem, non solum usum liberi arbitrii mereri naturalem, sed etiam ex auxilio supernaturali Dei effectum iam supernaturalem actalem, qualis de lege ordinariâ à Deo præcigitur vt sit vltima dispositio ad primam gratiam, non esse ex condignitate meritorum illius, sed merè gratis ex misericordia Dei sine nostris meritis nobis conferri. Quod ergo voluit, illud est, quod cum Deus gratis præstet auxilia, quibus adulti ad gratiam disponantur, eamque illis iam dispositis gratis, hoc est, nulla condignitate, & merito simpliciter ex parte eorum præcedente, conferat, voluisse tamen ex æternitate conferre potius ea auxilia & gratiam iis, quos præuidebat liberè consenturos, atque ita cooperaturus ad suam iustificationem prout in tempore à nobis exigit, quam alijs, quos præuidit non ita pro sua libertate cooperaturus: voluisse insuper vitam æternam iis conferre, quos pro eadem ipsorum libertate præuidit ad finem vsque vitæ in gratia iam accepta perseveraturus; non alijs, quos pro sua culpa maloque vsu sui arbitrii præuidit sine ea in peccatis decessuros: ita vt ex parte hominum ad ultimum ad gratiam & gloriâ consequendam, tum etiam ad perseverandum in ea vsque ad finem vitæ, præsumis sumus in illis, & non in his, pro vtrorumque libertate. Non quidem quasi ex condignitate & merito simpliciter talis vsus fuerit ratio prædestinationis quoad effectus illius, sed solum ex congruitate quadâ, quatenus & Deum ob suam bonitatem, sapientiam, & iustitiam, ita velle decebat, & vsus ipse prequisitus, Dei bonitatem, sapientiam, & iustitiam spectans, id ipsum suo etiam modo postulabat. Neque argumenta Soti quicquam aduersus meritum congrui ita acceptum, quod à ceteris Doctoribus iure optimo communiter admittitur, concludunt. Vnum tamen habent, si meritorium de condigno ex parte peccatoris, quoniam gratiam antecedere diceretur. Licet sententia horum doctorum primo ad spectum probabilis videatur, si tamen ita eam accipi

*Bonus vsus liberi arbitrii primam gratiam antecedit causa est, neque ratio prædestinationis.*

pi volunt, quasi Deus usum liberi arbitrii preiungit tanquam mensuram, & velut regulam elegerit, vt pro ratione illius auxilia & media ad salutem conferre ex æternitate cõstituerit, ita scilicet vt ex parte Dei fuerit æqualitas in auxilijs & medijs ad salutem cuique; homini exoptandis, inæqualitas verò tota ortu habuerit ex inæqualitate seu diuersitate vsus liberi arbitrii præuisti, & ob id tanquam ratio, radix, & origo quare hi, & non illi, fuerint prædestinati, reddi possit vsus liberi arbitrii præuistus, non dubito eam sententiam non solum esse falsam, sed etiam cum scripturis sanctis, imò cum experimento ipso quodammodo minime consentire, & Dei gratiæ præiudicium afferre, atque adeo parum tutam in fide eam arbitror, ne aliquid amplius dicam.

Hoc autem probari potest primo: Quoniam licet Deus adultis, facitibus quod in se est, nunquam denegerit auxilia sufficientia ad salutem, vt quest. 1. 4. art. 13. disput. 10. ostensum est; alia tamen auxilia, quæ conferunt ad iustificationem, vitamque æternam facilius assequendâ, non semper donat pro ratione futuri vsus liberi arbitrii, quin potius interdum denegat aliqua iis, qui bene illis vtentur, & ad gratiam peruenirēt, quæ tamen concedit iis, qui illis abutuntur, suntque deteriores, vt constat ex illo Mat. 11. Vx tibi Corozain, & tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere penitentiam egissent. Ecce, Tyrijs & Sidonijs denegauit auxilia quibus sustentent conuicti, quæ concessit habitatoribus Corozain & Bethsaida: in quorum maiorem damnationem cesserunt. Quis similiter dubitet, si Deus ea extraordinaria auxilia quæ præstitit Paulo pergenti Damascum & deinceps, præuisset multis ex iis, qui hodie apud inferos torquentur, quin olim cõuersi, & gratiam, & gloriâ adepti fuissent? Non ergo auxilia & effectus prædestinationis cõfert Deus pro ratione vsus liberi arbitrii futuri, sed pro suo beneplacito ex sua misericordia & liberalitate spiritus ubi vult, alijs parcius, alijs abundantius, omnibus tamen sufficienter ad salutem: alijs ea dona quibus præuideret pro libertate sui arbitrii perseveraturos in vitam æternam, alijs ea quibus pro eadem libertate vitam æternam non adepturos præcognoscit, quam tamen, si vellent, consequi possent.

Secundo: Quis dubitet, nulla ratione habita boni vsus liberi arbitrii futuri, longè maiora au-

xilia ad salutem collata fuisse patribus legis scriptæ, quam patribus legis naturæ: id quod scripturæ veteris testamenti sæpe docent; Non fecit taliter omni nationi, ait regius Vates Psal. 147 & iudicia sua non manifestauit eis. Quis item dubitet, longè adhuc maiora donata fuisse tempore gratiæ quam legis scriptæ, & eaque de causa multo plures proportionem quadam, & ad multo maiorem gloriâ, prædestinatos esse ex Ecclesia Christiana quam ex synagoga, & ex synagoga quam ex Ecclesia legis naturæ? Sanè præterquam quod præclara & salutifera sacramenta, quæ in lege gratiæ à Christo instituta sunt, & pleraque alia id appetere testatur, satis perspicue idē docuit Christus in illa vineæ parabola Mat. 20. Longè enim maiorem laborem eorum, qui nouissima hora, hoc est, tempore gratiæ, vocati sunt, iussit paternam familiam remunerari equali premio cum alijs, qui longè plus laborauerunt; quoniam propter subsidia sacramentorum, abundantiora auxilia & gratiam quæ meritis & institutione Christi in lege gratiæ conferuntur, multo minor labor eorum qui ad legem gratiæ pertinent, est æquè aut magis fructuosus, quam maior eorum labor, qui ante tempus gratiæ extiterunt. Eaque de causa nouissimi facti sunt primi, ab eisque iussit paternam familiam inciperet præmij retributio. Ei autem, qui cõquiescit fuit, & dixit, Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecerit, qui portauimus pòdus diei, & estis; satisfecit pater familias, nihil in bonum usum & strenuitatem eorum, qui vna tantum hora laborauerunt, sed in suam gratiam & liberalitatem referendo, dicens: Amice, non facio tibi iniuriâ: non bene ex denario cõuenisti mecum? tolle quod tuum est, & vade. Volo autē & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo facere an oculo tuo nequâ est, quia ego bonus sum? Idem testatur benedictio illa mysterijs plena, qua Iacob Genes. 48. in Ephraim & Manassæ nepotes suos vsus fuit. Cum enim Ioseph pater eorum, Ephraim minore natu ad sinistram Iacob collocasset, Manassæ verò natu maiorem ad dexteram; Iacob commutatis manibus, atque in crucis modum extensis brachijs, dexteram super Ephraim, sinistram super Manassæ, maiori minorem præferendo, collocans, quo facto peritissimè de curit ac prædixit, in maiorem Ecclesiam, tempore Messie futuram, præferendam esse synagogam, ac donis amplioribus locupletandam,

*Patribus legis scriptæ maiora auxilia collata quæ patribus legis naturæ. Tempora legis gratiæ multo insigniora.*

quae ex meritis, passione, & Cruce Christi, utriq; Ecclesiae erant obventura. Hac etiam de causa Christus Luca 10. conuersus ad discipulos dixit: Beati oculi qui vident quae vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetae & reges voluerunt videre quae vos videtis, & non viderunt; & audire quae auditis, & non audierunt.

Tertio, & fere in idem recidit argumentum: Quis dubitet, si Gentibus, quae ante aduentum Christi fuerunt, Euangelii tot signis & virtutibus fuisset praedicatum, quot in eius confirmacionem facta sunt; si sacramenta & caetera subsidia ad salutem, quibus Christianus populus abundat, habuissent; quin multi ex illis, qui hodie sunt apud inferos, melius vti fuissent talibus subsidijs liberoq; arbitrio, quam multi Christiani de numero praedestinatorum, & ad aequale aut etiam longe maiore beatitudine peruenissent? Vt enim Hieron. aut quicumq; alius eius epist. auctor in epist. ad Demetr. virginem affirmat, multi ex antiquis Philosophis meliores multo liberi arbitrij vsum habuerunt, quam pleriq; ex Christianis: cum tamen nemo dubitet, multo plures ex Christianis, qui inferos vsum liberi arbitrij habuerunt, praedestinos, vitamq; aeternam consecutos fuisse: non ergo pro ratione liberi arbitrij futuri constituit Deus tribuere auxilia effectusq; praedestinationis. Idem quoq; argumentum consici potest de Gentibus, ad quas post Christi aduentum nondum ob locorum distantiam nuntij Euangelij sunt perlari. De quorum numero sunt Iaponenses Insulae, quae nunc primu ad Lusitanis reperta, ac perlustratae, summo cum gaudio, & incredibili fructu, Euangelij lucem susceperunt: quae natio moribus, vsuq; liberi arbitrij, a prima origine multis gentibus antecellere conuenit.

Quarto: Cui dubiu esse potest, quin multi fuerint ad inferos detrusi, qui pauciora crimina, quam Maria Magdalena, quae fuit mulier in ciuitate peccatrix, ac Latro cum Christo Domino cruci affixus, commiserunt: cum tamen hi fuerint de numero praedestinatoru? non ergo Deus effectus praedestinationis pro ratione vsum liberi arbitrij praenisi solet conferre. Adde, quod interdum nonnullos iustos, quos Deus prauidet in posteru male vsuros libero arbitrio, si diuicias vident, saepe misericorditer rapit e vita antequam a gratia excidant, iuxta illud Sap. 4. Raptus est, inquit, ne malitia mutaret intellectu eius, aut ne factio deciperet animam illius, cum tamen Saul, quae colitur antea iu-

stus fuisse, multosq; alios permiserit postea in gratia peccata incidere, quibus cum e vita discesserit. Quinto: Ex paruulis, qui ante vsum rationis ex hac vita discedunt, quibusdam confert Deus misericorditer effectus praedestinationis, quibusdam negat: siquidem quidam eorum cum baptismo, quidam sine baptismo moriuntur: ergo pari ratione, licet nulli adultorum neget auxilium sufficiens ad salutem, quibusdam tamen conferret misericorditer talia auxilia, quibus prauidet eos peruenituros in vitam aeternam, atque adeo eos praedestinari, alijs vero similia denegauit, quae si concessisset, vita aeterna potirentur.

Sexto: Idem testimonijs scripturae sacrae probari potest; Paulus enim ad Ephes. 1. ait: Praedestinavit nos in adoptionem filiorum per IESUM Christum, secundum propositu voluntatis suae, in laude gloriae gratiae suae. Addit: In quo etiam nos sorte vocati sumus, praedestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae. Cum ergo Paulus dicat nos praedestinos esse secundu propositum voluntatis Dei, in laude gloriae gratiae suae; & nos sorte vocatos esse, ac praedestinos esse secundu propositum eius, qui operatur omnia secundu consilium voluntatis suae; manifestum est, Deu non statuisse conferre nobis effectum totum praedestinationis pro qualitate vsum liberi arbitrij praenisi, quasi ille fuerit velut mensura effectuum praedestinationis, aut ratio & origo nostrae praedestinationis: teo enim dato, nunquam Paulus nos sorte vocatos, praedestinosq; esse secundu propositum voluntatis diuinae asseruisset, sed potius pro qualitate vsum liberi arbitrij praenisi. Item ad Colossenses 1. ait: Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum: vbi effectum praedestinationis sortem vocauit. Et secunda ad Timot. 1. Qui nos liberauit, & vocauit uocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam. Ad Rom. 9. Non ex operibus, inquit, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori, & Iacob dilexit: & mihi serebor, cuius misereor, & misericordiam praestabo, cui miserebor. Vnde concludit: Igitur non volentis neq; currentis, sed miseratus est Dei. Psalm. etiam 17. Saluum me fecit, ait Psalmographus, quoniam voluit me. Quae omnia aperte sonant, Deum non pro qualitate vsum liberi arbitrij praenisi, sed pro suo beneplacito ac voluntate effectum praedestinationis conferre statuisse.

An praeuisio boni vsus liberi arbitrij, qui gratiam iustificancem consequitur, sit ratio praedestinationis adultorum. Quid item sentiendum sit de iis, qui ad vsum rationis non perueniunt.

*Membrum 5.*

*Aliorum opinio.*



Idem Thomas hoc loco refert quorundam aliorum sententiam, qui dicebant opera meritoria, eimue bonu vsum liberi arbitrij praeuisum, qui post comparatam primam gratiam in adultis cernitur, esse rationem quare Deus ex aeternitate eisdem primam gratiam conferre voluerit, & beatitudine donare, quos in gratia ad finem vsque vitae perseueraturos conspexit, atque adeo quare quosdam praedestinauerit, reliquos vero, quos sua nequitia & libertate tales futuros non esse prauidit, reprobauerit. Dominicus a Soto in caput 9. epistolae ad Romanos, ita impugnat huius sententiae auctores, quasi existimauerint, primam gratiam esse effectum operum quae illam consequuntur, conferriq; adultis non secus ex suis meritis, tamen futuris, ac gratiae & gloriae incrementu ex proprijs meritis conferatur: quod plane esse error manifestus in fide. Etenim gratia illa, si ex operibus conferretur, iam non esset gratia, vt Paulus ad Romanos 11. ostendit. Quare superuacaneum duxi alias rationes ad illam in eo sensu impugnandu, quas Soto, & alij accumulauit. Credo tamen sententiam illam non ita esse exponendam, sed vt eam hoc loco D. Thomas interpretatur, Nempe, vt ille bonus vsus praeuisus non sit meritu ad gratiam antecedentem, sed tantum congruitas ob quam Deus gratia donare voluerit potius bene vsurus, quam male vsurus suo beneficio. Non secus ac si Rex quos gratis donare velle suis militibus, prauideretq; quoniam bene illis essent vsuri, qui non item, rationi consentaneum iudicaretur, vt equos, his potius qui bene illis forent vsuri, quam alios donaret. Bonus namq; ille vsus equorum ex parte militum, praeuisus a Rege, inaequalitatem illam in distributione donorum rationabilem reddit.

*Legitima opinionis proposita interpretatio.*

Sententia haec, etiam hoc modo explicata, non

minus falsa est, & a scripturis sacris aliena, quam quae membro praecedente impugnata est: argumentaque, quibus illa refutata est, non minus haec impugnant, ostenduntque satis esse in fide periculosam, ne aliquid amplius dixerim. Possimus etiam has addere rationes. Prima est, quia saepe Deus confert gratiam reprobis, illisq; qui continuo absq; aliquo bono vsu per peccata lethalia sunt ea amissuri: gratia namq; Spiritus S. vt Ambrosius ait, nescit tarda molimina, sed statim ac quis ex auxilio Dei quod nunquam deest, ad eam vel per sacramentum, vel sine sacramento suscipiendam, sufficienter se disponit, illam recipit: ergo prima gratia non confertur ob praeuisum bonum vsum illius subsequente. Secunda, Paulus ad Ephes. 1. ait: Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in caritate: vbi no dixit, quia futuri eramus sancti & immaculati: no ergo Deus ex aeternitate conferre nobis statuit primam gratiam, effectum praedestinationis propter praeuisum bonu vsum illius subsequente, sed vt illum haberemus. Et. 2. ait: Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur, non ergo praeuisa bona opera subsequente fuerunt ratio ob quam Deus fidem, & gratiam nobis conferre voluerit. Ad Titum item tertio: Non ex operibus, inquit, iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit: vbi soli suae misericordiae, no operibus nostris praeuisis, nostram tribuit iustificationem. Tertia, quia in Latro, qui simul cum Christo cruci fuit affixus, & in multis alijs, qui iam iam animam agentes, vel ad fidem conuerterunt, suscipiuntq; baptismum, vel alia ratione a peccatis resurgunt ac iustificantur, parum admodum, aut nihil vsus gratiae futuri prauidet Deus: no ergo propter bonu vsum subsequente praeuisum gratia donatur, & praedestinantur adulti.

*Praedestinato non est propter bonum vsum liberi arbitrij qui gratiam sequitur.*

*Error circa partem lorium praedestinationem & reprobationem proponitur.*

Quod verò ad eos praedestinos attinet, qui ante obitum nunquam ad usum rationis perveniunt, ex quibus sumitur etiam evidens argumentum, gratiam non conferri propter bonum usum liberi arbitrii subsequente pravissimam, quidam, quos Prosper in epist. ad Augustinum, quae habetur ante librum de praedestinatione sanctorum, refert, peccatissime contententes usum liberi arbitrii cuiusque, à Deo praevisum rationem esse ex qua praedestinatio aut reprobatio pendet, cum obiiceretur de parvulis, quorum quidam suscepto baptismo absque ullo usui liberi arbitrii prevolant in caelum, alij vero discedentes sine remedio contra peccatum originis damnantur, respondebant: hos etiam salvari, aut damnari, pro qualitate usus liberi arbitrii quem Deus praevideat illos habituros, si ad usum rationis pervenissent.

*Refutatur.*

Error hic, tum ob apertam absurditatem, tum quòd gratis aseratur, impugnatione non indigebat: impugnari tamen potest, cum Hieron. lib. 3. dialog. adversus Pelagianos, Aug. epist. 105. ad Sixt. versus finem, & epist. 107. ad Vitalem, & de praedestinatione sanctorum c. 12. 13. & 14. & Greg. 27. Moral. c. 2. Primò, quoniam ut nullus damnatur propter demerita, quae Deus conspicit illum fuisse habiturum, si vel diutius vixisset, vel in alio ordine rerum fuisset collocatus, aut graviore reprobatione, periculosiore occasione incidendi in peccata, Deo permittere, habuisset: ita etiam nullos consequitur praemium, aut gratiam, propter merita quae habuisset, si vel diutius viveret, vel in alio ordine rerum collocaretur, potentioribusque auxiliis inuaretur: ea enim ratione multi ex ijs, qui sunt apud inferos, essent

*\*Meritis, aut demeritis, quae nunquam orunt, neque praemium, neque poena debetur.*

in caelo, & è contrario, multi ex ijs, qui beati sunt, in inferno cruciarentur: non ergo, quòd ex parvulis quidam discedant cum baptismo & iustificetur, alij verò minime, provenit ex meritis aut demeritis quae habituri essent, si adolevisse: maxime cum in baptizatis conspicitur Deus, quòd, si ad tale vel talem aetatem cum his vel illis auxilijs pervenirent, discederent in gratiam: si verò ad quandam aliam longiore, vel breviorè, & cù alijs vel alijs auxilijs, & occasionibus, in peccato lethali discederent. Adde, quòd si pro qualitate meritorum aut demeritorum, quae essent habituri, iustificaretur, aut damnarentur, etiam pro quantitate illorum cõsecuturi essent maiorè gratiam & praemium, aut supplicium, quòd est ridiculum. Secundo, quoniam, ut bene argumentatur Augustinus, merita aut demerita, quae nunquam sunt futura, nullius sunt merita aut demerita, ve propter illa praemio vel poena iuste afficiatur: unde Paulus secundae ad Cor. 5. Omnes nos, ait, praesentari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum: Prout gessit, dixit, & propria corporis, hoc est, dum in corpore vixit, quia illis tantum poena aut praemium respondet, Matth. etiam 24. dicitur: Nisi breviter fuisset dies illi, non fieret salua omnis caro; sed propter electos breviantur. Et Sapiencia 4. de iusto dicitur: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius: placita enim erat Deo anima illius, propter hoc propevit educere illum de medio iniquitatum. Non ergo vel parvuli, vel adulti, gratiam, poenam, aut praemium consequuntur pro qualitate usus liberi arbitrii, quem habituri essent, si diutius viverent.

**Diui Thomae communiorque inter Scholasticos de praedestinatione sententia. *Membrum 6.***

*Prima D. Thomae conclusio. Effectus partiales praedestinationis, quoad modo sibi invicem sententia.*



sententia D. Thomae hoc loco, quae communior est inter Scholasticos, his duabus conclusionibus continetur. Prior est: Praedestinationis, quoad effectus partiales ex quibus integer praedestinationis effectus constat, nihil prohibet unam esse causam alterius: ut posteriorem esse causam prioris in genere causae finalis: priorem verò esse

causam posterioris in genere causae meritoriae, quem dicit D. Thomas reduci ad dispositionem materiae. Verbi gratia, dicimus Deum praordinasse se daturum alicui gloriam ex meritis, tanquam ex dispositione illius praerequisita, causam ex parte illius meritoria gloria; & praordinasse se daturum alicui gratiam, ut mereretur gloriam, quare gloria causa finalis est meritorum & gratiae. Imò prima gratia causa est finalis dispositionum antecedentium

*Secunda D. Thomae conclusio. Praedestinationis quoad integritatem ex parte praedestinati non datur causa.*


cedentium infusionem gratiae. Et dispositiones illae, licet non sint causae meritoriae, sunt tamen quasi materiales causae primae gratiae, quatenus de lege ordinaria à Deo constitutum est, ut sint dispositiones ad illam comparandam necessariae. Posterior est: Praedestinationis, quoad integritatem effectum, non datur causa ex parte praedestinati. Probatur: quia quicquid est in homine, quo in vitam aeternam dirigitur, id totum comprehenditur in integro effectu praedestinationis, etiam ipsa preparatio ad gratiam, quae non fit nisi per auxilium particulare Dei: ergo nulla ratione fieri potest, ut integri effectus praedestinationis aliqua causa ex parte nostri reperatur. Praedestinatio igitur, hoc modo spectata, ex parte effectus habet pro ratione diuinam voluntatem, ad quam totus effectus praedestinationis ordinatur, ut in fine. & ex qua, sicut ex principio primo mouente, procedit. Haec D. Thomas in corpore huius articuli.

Eadem sententia est Augustini multis in locis. Praeter multa verò alia, est locus insignis lib. de praedestinatione sanctorum cap. 15. ubi in praedestinatione illa Christi (qua, iuxta Paulum ad Rom. 1. praedestinus est filius Dei, & quae, ut fons fuit & origo totius gratiae generi humano post Adae peccatum collata, ita praedestinationis ceterorum) ait, esse praecelsissimum lumen praedestinationis & gratiae Adami posterorum. Ut enim humanitas Christi assumpta est à Verbo diuino, nullis omnino existentibus illius meritis, atque adeo Christi, qua homo est, ex aeternitate, nullis praevisis ipsius meritis, praedestinus est, ut esset filius Dei: ita praedestinatio sanctorum, quae in sancto sanctorum maxime claruit à quo tanquam à capite gratiae, per quam singula membra ex aeternitate praedestinata sunt, se diffundit, nullis fuit praevisis eorum meritis, sed ex sola misericordia, liberaque, voluntate diuina. Eadem sententia est Magistri Sententiarum, in primo, dist. 41. Scoti, Durand. Gregorij Ariminens. eadem dist. 41. Martij. q. 41. Driedonis de concordia liberi arbitrii & praedestinationis, Caietani, & Soti in cap. nonum epistolae ad Rom. & sermone ceterorum scriptorum D. Thomae, plurimumque aliorum.

D. Thomas in responsione ad tertium addit, ex parte hominum praedestinatorum & reprobatorum nullam esse causam seu rationem quare quidam eorum sint à Deo praedestinati, alij vero reprobandi: sed rationem sumendam reddendamque, esse ex parte Dei. Et quidè quòd in genere quidam

hominum ex aeternitate fuerint à Deo electi, & praedestinati; alij verò fuerint reprobandi, ratio, inquit, fuit, ut in praedestinati diuina bonitas per modum misericordiae eluceret, illis demeritis parcendo in reprobis pro modò iustitiae, illos iuste puniendo. Hanc enim reddidit Paulus illis verbis ad Rom. 9. Volens Deus ostendere iram suam, id est, iustitiam vindictam, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa iustitia vasa irae apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriae suae in vasa misericordiae, quae preparantur in gloria. Et secundae ad Timoth. 2. dicit: In magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea & fictilia, & quaedam quidem in honorem, quaedam autem in contumeliam. Quòd verò hos determinatè praedestinauerit, illos reprobauerit, non est alia ratio, quam diuina voluntas, qua liberè id ita fieri voluit. Adhibet duo exempla. Quoadmodum, inquit, cum materia prima rerum sublimarium tota sit ciuidè rationis, si quis petat, Cur Deus in prima rerum constitutione partem quandam posuerit sub forma ignis, partem aliam sub forma terrae: responderi optime potest, ut esset diuersitas specierum in hoc mundo vniuerso, quae diuersis modis diuinam bonitatem, sapientiam & potentiam repraesentaret, tum etiam ad alios congruos fines. Si verò petat, cur potius hanc partem formae ignis subiecerit, quam eam, quae formae terrae subiecerit: non potest reddi alia ratio, nisi quia voluit. Quemadmodum etiam, cum ratio artis postulet ut ab artifice quidam lapides in vna parte adificij, alij in alia collocentur, non potest reddi alia ratio quare determinatè hos posuerit in hac parte potius, quam in alia, nisi quia voluit artifex. Neque tamè inquit D. Thomas propterea est iniquitas apud Deum, si equalibus inaequalia preparat: cum ex gratia hominibus effectum praedestinationis, & non ex debito conferat. In iis enim, quae ex gratia conferuntur, potest quis pro arbitrio plus vni, quam alteri, absque vlla iniustitia, vitioque exceptionis personarum donare, quod vitium solum potest habere locum in iis, quae ex iustitia conferuntur.

Hic obiter, quoniam fortasse in sequentibus non se offeret opportunus alius locus, dicam non aduersari huic vitium doctrinae D. Thomae illud Petri Actuum 10. In veritate comperi quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni genere, qui timet eum & operatur iustitiam acceptus est illi. Etenim eo in loco non erat Petrus ser-



mo de personarum acceptione, quæ est vitium, opponiturque iustitiæ, sed de optione, electione, ne populi Iudæorum, præ Gentibus, reliquoue orbe, cui Christi gratia peculiariter, tanquã populo cui erat Messias promissus, & communicaretur, quasi Iudæi post Christi mortem, genus humanum redemptum, & cœli ianuam apertam, futuri etiam essent peculiaris Ecclesiæ Christi & Dei, in quam aliter aut copiosius Dei dona per Christum descenderent, vt ante Christi aduentum descenderant, erantque peculiaris Ecclesiæ præ cæteris gentibus: quin potius legem veterem cessasse omnino, desinendamque esse mactentem legalium, quæ illucisque synagogam à Gœnium Ecclesiæ diuidebat, factumque esse vnum commune ouile sub vno pastore, vnamque communem Ecclesiam, quæ æquè complecteretur omnes, qui tam ex Iudæis, quam ex Gentibus ad eam vellet accedere, sine vlla prorsus, vel prærogatiua maiori, vel diuisione inter eos. Vnde Paulus ad Ephes. 2. cum conuersis ex Gentibus agens ait: Propter quod memores estote, quod aliquando vos, qui eratis Gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manifesta, qui eratis illo tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israël, & hospites testamentorum (veteris scilicet quod Israelitæ iam habebant, & noui quod sub Messia sperabant) promissionis sperni non habentes, & sine Deo in hoc mundo: nunc autem in Christo IESV vos, qui aliquando eratis lögæ, facti estis propè in sanguine Christi, Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & mediu pariterem in aeternæ soluentis inimicitias in carne sua. legem mandatorum detexit euacuans, vt duos conderet in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, vt concileret ambos in vno corpore Deo per Crucem, interficiens inimicitias in semetipso, & veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem iis qui propè: quoniam per ipsum habemus accessum: ambo in vno spiritu ad Patrem. Ergo iam non estis hospites & aduentæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum: id est, in quo Apostoli & Prophete fundati sunt) ipso videlicet summo angulari lapide Christo IESV: in quo omnis edificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coedificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto. Hactenus Pau-

lus. Quia ergo Petrus, tanquã Ecclesiæ capiti, in visione illa hinc submissi de cœlo, in quo erant omnia quadropedia, & serpentiæ terræ, & volatilia cœli, & in reliquis, quæ eo capite circa Cornelij conuersionem accidisse narantur, primò omnium Apostolorum facta est reuelatio aperta cessationis legalium, æqualitatisque Gentium cum Iudæis in participatione gratiæ Christi in vno & eodem corpore Ecclesiæ, quam Christus sanguine suo, euacuata lege veteri, fundauit: id admirans, conuersisque ex Iudæis, qui ipsum fuerant comitati, manifestans, dixit: In veritate comperi (nunc scilicet in iis, quæ circa hanc Cornelij vocationem ad finem acciderunt, mihi que illius occasione reuelata sunt) quia non est personarum acceptor Deus, quasi Iudæos præ Gentibus, sicut ad synagogam, ita ad Ecclesiam, quam Christus sanguine suo fundauit, elegerit: sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi, paratus scilicet omnes æquè recipere. Vnde Paulus ad Ephesios 3. statim post verba paulò antè relata, subiungit: Cuius rei gratia (quia scilicet id ita docco) ego Paulus vincus Christi IESV pro vobis Gentibus (ea enim de causa interficere cum voluerunt Iudæi, tanquam qui diffensionem à lege Moysis doceret, comprehensusque fuit Hierosolymis, & vincus Romæ detinebatur, quando hæc scripsit) si tamen audistis dispensationem gratiæ, quæ data est mihi in vobis, quoniam tecum dùm reuelationem notum mihi factum est sacramentum, quod aliis generationibus nõ est agnatum filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis & Prophetis (noui scilicet testamenti) in spiritu Gentes esse coheredes, & cõcorporales (id est, simul & æquè partes in eodem corpore Ecclesiæ) & participes promissionis in Christo IESV per Euangelium, &c. His autè obiter annotatis ad rē propositā redeamus.

Nonnulli ita sententiam hanc defendunt, vt duplex auxilium diuinum cõstituatur, quoddam efficax, quoddam sufficiens, vt nuntamen inefficax. Quod verò auxilium efficax sit aut inefficax, censent nulla ratione tribuendum, esse libero arbitrio, quasi ex eo auxilium quodeunque, siue magnum siue paruum, efficax aut inefficax sit, quod cum arbitriū pro sua libertate possit consentire & non consentire, cooperari cum illo & nõ cooperari, si consentiat & cooperetur, vt potest, efficiet illud efficax, si verò non consentiat neque

*Quarta  
tione nos  
nulli an-  
xillum  
efficax  
& ineffi-  
cax con-  
stanti.*

neque cooperetur, vt etiam potest, reddet illud inefficax: sed ipsi auxilio, siue Deo efficaciter, aut inefficaciter per illud mouenti, tribuendum esse quod liberum arbitrium consentiat, aut nõ consentiat: ita vt quoties Deus mouerit per auxilium, quod ex modo motionis diuinæ, atque ex Deo ipso habet quod sit efficax, liberum arbitrium consentiet, cooperabiturque ad salutem; quod si mouerit per auxilium, quod ab eo non habet vt sit efficax, liberum arbitrium nõ consentiet, neque cooperabitur ad salutem. Ea verò ratione dicunt Deū ex adultis hos potius, quam illos, pro libera sua volūtatē prædestinasse, quia liberè voluit eis conferre auxilium efficax, cæteris verò solum inefficax. Quos nãque (inquiūt) vocare constituit auxilio efficaci, in eis que gratiam eodem auxilio vsque ad finem vitæ consecrare, eos prædestinavit. cæteros verò, cū quibus vt noluit ea libertate, reprobaui, dū permittere statuit vt liberetur in peccata, pro quibus iustè puniretur, dūq; in peccatis iã commissis, denegatione auxilij efficacis, eos obdurare decreuit.

Certè non dubitarem sententiam hanc, hoc vitio modo explicatam, errore in fide appellare. Etenim ea data, non video qua ratione libertas illa arbitrij nostri salua possit consistere, quam quaest. 14. art. 13. disputatione 23. aperitissimè ostendimus, etiam posita diuina gratia, præscientia, & prædestinatione, non minus, quã hæc ipsa esse de fide. Si namq; arbitrium nostrum ab efficacia aut inefficacia auxilij diuini habet quod consentiat aut non consentiat Deo vocanti, & cooperetur aut non cooperetur ad salutem, perseueretque aut nõ perseueret in gratia, certè non ab innata & propria libertate id pèderet, sed à qualitate auxilij & motionis diuinæ, atque adeo neque est quod illi cedat in laudè & meritū, quin potius perit omnino libertas arbitrij ad salutē.

Præterea, vel auxilium illud, quod appellant sufficiens & inefficax, est sufficiens vt arbitriū nostrum siue alio auxilio & motione diuina possit consentire Deo vocanti, cooperari ad salutē, & perseuerare in gratia, vel non est sufficiens. Si sufficiens sit, ergo arbitrium ipsum, sua cooperatioue & innata libertate, potest illud idem efficax efficere. Si verò nõ sit sufficiens, ergo perperã illud dicunt esse sufficiens & inefficax. Adde, tunc nulla ratione vitio posse veri arbitrii nostro, quod Deo per tale auxilium vocanti non consentiat, & non cooperetur: quandoquidem siue

alio auxilio & cooperatione diuina, quæ ei denegatur, præstare id non potest.

Item multi damnati sunt eo, quod non perseuerauerint in gratia, quam accepterunt, quod sanè non est nisi propter peccatum lethale, ratione cuius gratiam amiserunt; vel ergo cum auxilio quod Deus paratus erat illis impendere, potuerunt vitare peccatum illud, vel non. Si non potuerunt, ergo non peccauerunt consentiendo in tale flagitium: quippe cum nullus in eo peccet, quod vitare non potest. Si verò potuerunt, ergo in potestate ipsorum fuit efficere efficax auxilium illud, perseueratque: cum illo in gratia ex propriaque ipsorum voluntate prouenit vt auxilium illud non esset efficax.

Postremò, auctores huius sententiæ nunquam satisfacere poterunt aperitissimæ definitioni Ecclesiæ in Concilio Trid. sess. 6. cap. 5. & can. 4. quas quaest. 14. art. 13. expendimus, in appendice disp. 40. quam post hoc opus compositum eo loco adiecimus. Etenim apertè illis definitur, ab arbitrio nostro pendere, quod auxilia diuina efficacia aut inefficacia ad nostram conuersionem ac iustificationem reddantur. Fateor quidem, Deum multiplicatione aut variatione auxiliorum efficere sæpe, vt liberum arbitrium id velit, quod minore aut alio auxilio pro sua libertate non vellet, cum tamen vellet illud possit, atque adeo vnum auxilium diuinum comparatione liberi arbitrij hic & nunc spectari, esse efficax, aliud verò minime, dum vnum omnino permouet, & aliud non permouet: vt crumtamè, intereum dum arbitrij libertas in vtramque partē salua manet (vt semper est cõsuetudum manere) arbitrium ipsum efficere potest, vt auxiliū, quod est efficax ad permouendum, sit inefficax, illi nõ consentiendo; & vt illud, quod est inefficax, fiat efficax, illi consentiendo, itrenueque cum illo cooperando. Atque hoc est, homines in studio huius vitæ positos esse in manu consilij sui, vt, ad quod voluerint, porrigant manum. De hac re post huius operis primam editionē dictum est copiosè q. 14. art. 13. disp. vltima, & in appendice in responsione ad tertiam obiectionem.

Post hoc nostrum opus compositum legi etiam doctum sanè opus, in quo aduersus hanc nostram sententiam obieciatur, primo: Quod si ab influxu liberi nostri arbitrij cum auxilio, aut auxilijs diuinis, pèderet, quod diuina auxilia essent aut non essent efficacia ad nostram conuersionem,

*Resellit  
proposita  
sententiã.*

*Obiectio  
prima.*

nerio nem, vltimamque dispositione ad gratiam, sequetur: quid in conversione nostra & iustificatione esse a nobis, quod non sit a Deo, nempe cuiusmodi liberum influxum, quo auxilia omnia efficacia redduntur: quod tamen est contra illud ad Ephesios 2. Ipsius factura sumus, creati in Christo IESU in operibus bonis, quae preparauit vt in ipsis ambulemus.

Secundus.

Secundò: sequeretur initium nostrae salutis, saltem quoad eorum influxum à quo illa pendet, esse nobis, & non à Deo.

Tertius.

Tertio: sequeretur dari in iustificationis aliquid ab ipsis, quo à non iustificationis discernerentur, illosque excederet, contra illud primae ad Cor. 4. Quis enim te discernit quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Quo fit, vt dicendum necessario sit, etiam influxum illi liberi arbitrii esse à Deo determinante ac mouente arbitrium ipsi per auxilium efficax ad talem liberum influxum & contentum.

Ad primam.

Ad primam huius obiectionum distinguendum est consequens: si enim dum in eo inferitur sequi, aliquid in nostra conversione esse à nobis quod non sit à Deo, sermo sit de opere aut actione, quae sit à nobis, & non simul ac praecipue à Deo eam per influxum suum, auxilia, ac dona euahelic ad supernaturale esse gratiae gratum faciendi in suo ordine & gradu commensuratum, neganda est consecutio: omnia namque opera, quibus vel ad gratiam disponimur, vel comparata iam gratiam vitam aeternam proficimus, preparauit nobis Deus in Christo, cuius meritis supernaturalia auxilia ac dona nobis conferunt, quibus illa exercere valeamus, ipsi est auctor ac praecipuus effector eorum operum in nobis. Cum vero Paulus dicat, Deum ea preparasse, vt in ipsis ambulemus; sane non excludit, quin potius exprimit, liberum nostrum influxum in eadem opera, ratione cuius nostra etiam essent à nobis libera vna cum Deo effecta, tanquam gressus nostri, quibus, cooperante Deo, nos ipsi in vitam aeternam tendimus. Porro liber noster influxus ad nostras supernaturales actiones, licet sit ipse met actiones ac operationes totae totaerit effectus, vt vocant, quae à Deo supernaturaliter influente, & à nobis tanquam à duabus partibus cuiusque ex parte emanant, est tamen illae actiones, vt praecise spectantur quatenus ab arbitrio libere influente emanant, non vero qua-

tenus simul proficiuntur totae à Deo totalitate similiter effectus, vt quae 14. art. 13. & aliis saepe, explicatum est. Quo fit, vt non solum nulla res sit in illis actionibus, sed neque vlla ratio formalis, quae non sit efficiens tum ab arbitrio nostro, tum etiam à Deo supernaturaliter in eadem influente. Quemadmodum quando duo trahunt nauim, nihil est in tractione & motu, quod sit ab vno trahentium, & non sit simul ab alio: cum tamen totus ipse motus, totaque actio, quatenus spectatur vt praecise emanat ab vno, dicatur influxus illius; & quatenus spectatur vt praecise proficiuntur ab alio, dicatur influxus alterius. Si verò in consequente sit sermo de aliquo, hoc est, de realitate aut formalitate aliqua, non quidem quae spectetur simpliciter, sed praecise vt emanat ab vna parte integratae suae causae, quo pacto actiones nostrae supernaturales, quae simul à Deo & à nobis sunt, quatenus praecise à nostro arbitrio procedunt, dicuntur influxus nostri arbitrii, concedendum est dari aliquid quod sit à nostro arbitrio, & non aliter, ea praecise consideratione à Deo, nisi tanquam à naturae, ipsiusque liberi arbitrii auctore, qui eam facultatem nobis contulit, vt eo pacto libere nostras actiones bonas cum eo coopereremur, eaque ratione in laudē ac meritum nobis cederent, tanquam quae eo modo in nostra essent potestate. Possunt etiam eadem actiones quatenus praecise à nostro arbitrio emanare spectantur, tribui Deo, non solum tanquam inuanti & alliciendi nostrum arbitrium per dona gratiae praenientis, vt ad eas influat, eaque ratione faciliorem reddenti influxum & cooperationem nostri arbitrii, sed etiam quatenus, nisi per eandem gratiam praenientem cooperaretur in eandem actionem, in quam influat nostrum arbitrium, quemadmodum non esset ea actio, ita neque illi nostri arbitrii influxus in illam, vt quae 14. art. 13. explicatum est; semper tamen influxus nostri arbitrii liber manet, vt actiones illae sint, aut non sint, atque adeo vt auxilia, quibus praenimur & coadiuuamur, efficacia aut inefficacia, cassaque reddantur: neque salua fide Catholica video quo pacto id possit negari.

Inter hanc doctrinam; & ea quae ad sequentes obiectiones dicemus, intelligendum est etiam illud Ezechielis 36. Dabo vobis cor novum, & spiritum novum ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis

vobis cor carneum, & Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam vt in praecceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiat, & operemini, & illud Isai. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.

Ad secundam.

Ad secundam dicendum est, cum arbitrii nostri influxum, de quo disputamus, antecedit dona gratiae praenientis, atque excitantis idem arbitrium ad consentiendum, & cum eis cooperandum vltimam dispositionem ad gratiam, manifestum esse non recte ex eo capite inferri, initium nostrae salutis (in sensu in quo id ab Augu. & Cocilio negatur) esse à nobis, quod influxus ille sit à libero arbitrio cooperante cum auxiliis gratiae, eaque efficacia reddente. Neque enim influxus ille principium & origo est nostrae salutis: cum multa illum antecedant, quae ad gratiam salutemque nostram spectant; neque is influxus à parte rei sit vel res, vel formalis aliqua ratio, quae non sit simul à Deo cooperante per auxilia gratiae, sed sit supernaturalis ipsa actio à Deo pariter & ab arbitrio emanans, comparata tamen cum sololibero nostro arbitrio tanquam cum parte integratae causae eiusdem actionis, vt dictum est.

Quando audis consensum nostrum efficacia reddere auxilia gratiae, non ita id intelligas, quasi arbitrium nostrum vim aliquam aut efficacitatem tribuat auxiliis ipsis: vt enim q. 14. art. 13. disp. 40. & in appen. in resp. ad 3. obiect. late explicatum est, arbitrium & influxus noster nullam vim conferunt gratiae auxiliis, sed potius auxilia vim & propensionem arbitrio tribuunt ad consensum eliciendum, arbitrium ipsum ad id inuicando, alliciendo, atque adiuuando: sed vt ex antecedentibus hoc loco, & ex dictis locis citatis, & aliis saepe constat, in hoc sensu id dicimus: Quod cum auxilium esse efficax non aliud sit, quam momento & inuitatione sua, quam naturae necessitate, quatenus gratia praenientis est, habet, permouere arbitrium ad consentiendum seu cooperationem secum ad contritionem, aut actum alium, ad quem praenientis gratia inuitet, permouere autem arbitrium, vt consentiat seu cooperetur cum gratia praenientem ad contritionem, ab innata arbitrii libertate pendeat, quae talem consensum & cooperationem elicere vult aut non vult, utique quod auxilium gratiae praenientis efficax sit, hoc est, effectum illum habet, ad quem arbitrium inuitat, ab ipso arbitrio

libere consentiente & cooperante secum pendet, tanquam à parte causae, quae secum producere debet talem effectum, comparatione cuius, si producat, dicitur auxilium efficax; si vero non producat, quia arbitrium non vult consentire, & cooperari, dicitur inefficax. Quo fit, vt arbitrium prius natura motum & excitatum per auxilium gratiae praenientis, consentire libere & cooperari cum eodem auxilio, non sit efficacitatem illi tribuere, sed adhibere conditionem, sine qua tale auxilium non habebit rationem efficax per comparationem ad talem effectum, neque item gratiae coadiuuant arbitrium ad contritionem per notum eiusdem auxilii influxum in contritionem, quo eam cum arbitrio cooperetur, eo quod desit libera cooperatio arbitrii secum ad eandem contritionem, vt disp. 40. citata & in appendice loco citato copiose explanatum est. Haec ceteri hoc loco addenda, tamen si perspicua satis in nostra doctrina essent, quoniam non defuerunt, qui, vt auxilia gratiae ex se efficacia tuerent, doctrinam nostram hoc loco in sinistram sensum trahere conati sint, quasi nos docuerimus, arbitrium conferre efficaciam seu vim auxilio gratiae, & quasi sit aliqua supernaturalis efficacia seu efficacia, quae non sit ab auxilio gratiae: tota namque supernaturalis efficacia, qua contritio producitur, est ab auxilio gratiae, & totaliter tanquam à radice & causa quod ille actus supernaturalis sit. Licet enim arbitrium ad eundem cooperetur, cooperatur tamen per vim suam naturalem, à qua non habet actus ille, quod supernaturalis sit, sed solum à cooperatione auxilii gratiae, quamuis, quod actus ille liber sit, non ab auxilio gratiae, sed à solo arbitrio proveniat.

Ad tertiam, sicut ad primam, distinguendum est consequens: si enim intelligatur, sequi dari in iustificationis aliquid, hoc est, actionem aliquam, aut rem, vel rationem formalem supernaturalem, quae ita sit ab eis, vt simul ac praecipue non sit à Deo, per quam discernantur à non iustificationis, eosque superent, neganda est consecutio: nihil enim tale sequitur esse in eis; faceremurque, quicquid eiusmodi in eis cernitur, totum esse supernaturale Dei donum, siue cooperantibus ipsis ad illud per suum arbitrium, siue non: eaque ratione merito ait Paulus, Quis te discernit, tanquam auctor, videlicet, praecipue quae causa donorum, quibus alios superas, ab eisque differs? Vnde protinus subiungit:

*Actiones  
supernaturales  
liberi arbitrii, cuius  
spectatae  
vs ab eis  
praecise  
emanant,  
quo pacto  
in Deum  
referantur.*

Ad tertiam.

subiungit: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? Si vero consequens intelligatur, sequi dari in iustificatis aliquid supernaturale, quod non simpliciter sed ut precisè emanat à libero arbitrio tanquam à parte integre causæ, spectatumque eo modo ratione habet concursus liberi arbitrii, sit ab ipso libero arbitrio, in eoque discernatur iustificatus à non iustificatis, seu potius in effectu ipso supernaturali, spectato similiter ut precisè emanat à libero arbitrio, & ut in potestate arbitrii est consentire tunc, aut non consentire, ut Triditimum Concilium definit, restaturque experientia interna cuiusque nostrum, concedenda est consecutio, neque id negare intendit Paulus, neque à quoquam, salua fide Catholica, negari potest. Ea enim de causa, qui iustificatur, & qui post acceptam iustitiam cooperatur eum gratia, mereturque incrementum illius, dignus est laude, honorificandusque est à Patre cœlesti in sempiterna beatitudine. Concilium D. Aug. de spirit. & lit. cap. 33. & 34. sic eum cap. 33. ait: Consequens est paululum quærere, utrum voluntas illa, qua credimus, etiam ipsa donum Dei sit, an ex illo naturali insito libero adhibeatur arbitrio. Si enim dixerimus eam non esse donum Dei, metuendum est, ne existimemus inuenisse nos aliquid, quod Apostolo increpanti & dicenti, Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? respondere possimus: Ecce habemus voluntatem credendi, quam non accepimus. Si autem dixerimus, etiam eiusmodi voluntatem non esse nisi donum Dei, rursus memendum est, ne infideles atque impij non immerito se veluti iuste excusare videantur ideo non creditisse, quod dare illis Deus istam voluit voluntatem. Et cap. 34. questionem dissoluens, cum præuenientem ac excitantem gratiam præmississet, addit: His ergo modis quando Deus agit cum anima rationali, ut ei credat, neque enim credere potest, quod liber libero arbitrio, si nulla sit fides, vel vocatio, cui credat, profectò & ipsum velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus misericordia eius præuenit nos: consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi, propria voluntatis est. quæ res non solum non infirmat quod dictum est, Quid enim habes quod non accepisti? verum etiam confirmat. Accipere quippe & habere anima non potest dona, de quibus hoc audit, nisi consentiendo: ac per hoc

quid habeat, & quid accipiat, Dei est: accipere autem & habere, utique accipientis & habentis est. Sane, sicut præsentem tentationem, qui consensus illi præbet, & peccat, ac amittit gratiam, liberè in talem consensum influit, ut ipse sponte sua se ipsum determinans per liberum arbitrium ad eum consensum, suoque arbitrio abutens ad actum, ad quem à Deo collatum illi non fuerat, neque Deus est, qui ad eum actum arbitrium illius determinat aut inclinatur per efficacem aliquem præuium motum & applicationem ad id volendum, sed solum cooperatur cum illo tanquam causa vniuersalis concursu indifferenti ad consensum vel dissentium: ita quando, præstò existente auxilio Dei sufficiente (quod Deus neque ei, qui in peccatum consentit, denegat) aliquis tentationi resistit, victoriamque comparat, & meretur gratiæ augmentum, ipse est, qui liberè, nimirumque à Deo prædeterminatur, sed solum adiutus, se ipsum determinat, & influit dissentium: potensque est tunc influere consensum in tentationem, & peccare, ut Concilium Trid. definit. Consensus ergo in tentationem, quia est abusus liberi arbitrii, neque est à Deo ad id inclinante, imò neque aliter adiuuante, quam per concursum vniuersalem de se indifferentem ad bonum & ad malum, non tribuitur Deo, etiam ut naturæ auctori, sed solum libero arbitrio, nequitiaque peccatoris. Dissensus verò in tentationem, victoriæque illa tribuitur Deo, tum ut naturæ auctori, qui ad id liberum arbitrium consultat, tum etiam ut inclinanti & adiuuanti per gratiam gratum facientem, atque alia auxilia ad eam victoriam, illamque intendenti: non verò tanquam eo pacto prædeterminanti & applicanti arbitrium, per motum & auxilium ex parte Dei solum, & non ex parte arbitrii creati efficacem, ut in potestate arbitrii non fuerit in illo eodem temporis momento, in quo in dissentium influit, & comparauit victoriam, producere consensum, & tentationi succumbere. Neque intelligere vlla ratione valeo, quo pacto nostri arbitrii libertas salua maneat, si Deus est, qui per concursum & influxum ex parte ipsius solum, non verò ex parte arbitrii creati, efficacem, arbitrium ipsum prædeterminat ad omnes suos actus. Licet enim ratio spontanei, quam solum Lutherani admittunt, salua maneat, facultas tamen ipsius arbitrii ad non consentiendum, aut etiam dissentiendum, in eo temporis

poris puncto in quo consentit, quam Concilium Trid. definit, & vniuersique in se ipso experitur, atque in qua ratio libertatis arbitrii est posita, non video quo pacto salua consistat.

Auctores contrariæ sententiæ pressi difficultate multorum argumentorum, quæ ipsimet consiciunt, nec profectò satis dissolunt, inter alia dicunt: Eum, qui præuenientis gratiæ accipit motus (quos Deum nulli peccatori denegate affirmant) neque tamen conuertitur, eò quod efficax auxilium ei non conferatur, sine quo conuerti non potest, & quo oblato, nequit illi resistere, sed necessariò conuertitur, eum, inquam, in culpa esse, quòd vltimus auxilium efficacem non accipiat, eò quòd non progredietur vltimus utendo auxilijs gratiæ acceptis. Libenter autem ab his auctoribus peterem, an ille progressus vltimus ad vsum gratiæ præuenienti, sit bonus vsus liberi arbitrii ad iustificationem conducentis: & an esse possit sine præuiò alio auxilio Dei efficaci ad talem actum liberi arbitrii, & sine præuia motione & determinatione, qua Deus ad eum actum liberum arbitrium determinet. Arbitror non negabunt esse bonum actum liberi arbitrii, conducereque ad iustificationem. Quòd si concedat esse posse sine auxilio Dei efficaci, & sine præuia motione & determinatione Dei, quæ ex parte Dei, & non ex parte arbitrii, sit efficacem, iam concedit influxum liberi arbitrii ad actum bonum conducentem ad iustificationem, imò à quo pendat quòd cõferatur aut non cõferatur auxilium efficacem quo iustificatio cõpleatur, qui actus non prædeterminetur à Deo, sed emanet ab arbitrio creato se ipsum determinante, ac proinde militant aduersus eos tres illæ objectiones, quas aduersus nostram sententiam consiciunt. Præterea cõcedunt, non omnes actus bonos moraliter prædefiniri & prædeterminari à Deo per influxum suum & motionem efficacem, in qua prædeterminatione & prædefinitione, seu potius in voluntate absoluta diuina eossa prædeterminatione, dicunt Deum eòrò præcognoscere actus omnes & effectus liberi arbitrii. Quòd si dicant, actum illum esse non posse sine auxilio Dei efficaci, præstò neque auxilium & præmotionem illa efficaci arbitrii nostrum necessariò elicere eum actum, eo verò auxilio & præmotione absente elicere non posse eum actum, sanè non est cur culpa caratione libero nostro arbitrio tribuatur, quòd vltimus non fuerit progressum ad eum actum elicendum:

cum non magis fuerit in potestate ipsius, sine præuiò alio auxilio efficaci & præmotione, eum ad eum elicere, quam sit ad eum vltimus, quo impij conuersio completur.

Nunc à Augustini, D. Thomæ, communior sententiæ Scholasticorum de prædeterminatione opinionem, sine cuiusmodi auxilijs ex se efficacibus, & sine præuisionibus ad actus vniuersum liberi arbitrii non malos per cõcursum Dei ex se efficaciæ regrediamur. Sane, ut ex hæctenus dictis cõstet, & ex iis que in huius materiæ progressu libi gemus, erit manifestum, eam sententiæ amplectimur, quatenus affirmat prædeterminationis, quoad actum voluntatis diuinæ, per quem in esse prædeterminationis completur, nempe quo statu hæc adultis, & non alijs, conferre ea media, per quæ præuidebat eos pro sua libertate peruenturos in vitam æternam, nullam dari causam vel rationem, imò neque conditionem, sine qua non, ex parte vsus liberi arbitrii ipsorum præuisi, sed quòd hi fuerint prædestinati, & non alij, ex sola libera & misericordii voluntate Dei pendere, quæ sua dona distribuere voluit pro solo libero suo beneplacito, nemini denegando sufficientiam subsidia ad salutem: atque adeo eandem sententiam amplectimur, quatenus affirmat, prædeterminationem non esse secundum præscientiã vsus liberi arbitrii, quasi pro qualitate vsus præuisi statuerit prædestinare, suauè dona adultis distribuere.

Multi tamen eam sententiam in hoc sensu amplectuntur, ac defendunt, quasi Deus ante vltimam præscientiam vsus liberi arbitrii, etiam ex hypothesi futuri, atque adeo nulla omnino habita ratione talis vsus, elegerit quosdam in particulari ex hominibus, & Angelis, quos voluit, quibus beatitudinem conferret, & reliquos ab ea exclusisset, utrumque verò eo fine, ut in electis bonitas ac misericordia sua splenderet, & in reliquis sua eniteret iustitia vindicativa. Tunc verò vltimus fuisse progressum ad eos, quos elegerat, prædestinandos, prouidentem illis de medijs, quibus eandem beatitudinem assequerentur, atque ad statuendum permittere alijs peccatam, in eisque illos obdurare vsque ad finem, ut vt iuste eos puniret, in eisque sua iustitia eluceret.

Verum autè D. Thomas solum intenderit illud primum, in quo nos eius, communior sententiæ Scholasticorum sententiã libet amplectimur, an verò etiam hoc secundum, quòd nostro iudicio duram nimis, vt subiiciemus, illam efficit.

alij iudicent. Quamuis autem ipsius verba tum alibi, tum hoc loco in responsione ad tertium, quæ nos supra retulimus, ipsam redolere videantur; fortasse tamen non tam durè de prædestinatione & reprobatione sensit, quam ab aliquibus existimatur; & mihi non est dubium, non tam durè de his sensisse, quam durè sentiunt, qui auxilia ex se efficacia, prædeterminationesque per concursum Dei ex se efficacem constituunt, ut constat ex quaest. 6. de veritate, art. 3. & ex aliis doctrinae ipsius locis. Cum verò in omnibus cum Doctore sancto consentire percipiamus, grati sane nobis erit, si quis ita cum exponat, ut solum illud primum, in quo cõuenimus, asseruerit. Nos autem quid de D. Thoma hac in parte censeamus, addemus statim, Augustini mentem exponendo.

Quid Augustinus de prædestinatione senserit, expenditur.

Quod ad Augustinum atinet, in primis constat cum causam reprobationis hominum constituisse peccatum originis, ut in progressu videbimus. Deinde cum communis eorum Patrum, qui ipsum antecesserunt, sententia fuerit, prædestinationem fuisse secundum præscientiam vsus liberi arbitrii, ut inferius dicemus; Augustinus, re diligentius (occasione hæresis Pelagianæ) examinata, merito asseruit, nõ fuisse secundum eam præscientiam, quasi Deus dona gratiæ & prædestinationis pro qualitate vsus liberi arbitrii præuisa statuerit conferre, sed fuisse pro sola sua libera voluntate: id quod D. Thomas & communior Scholasticorum sententia, atque nos cum illis amplexati sumus. Hæc verò sententia, tum ob sui eo tempore nouitatem, tum etiam quod Augustinus non addiderit, fuisse nihilominus non sine præscientia quid pro arbitrii creati libertate esset futurum, ex hypothesi quod in hoc vel illo rerum ordine cum his vel illis auxiliis & occasionibus collocaretur, habitaque consideratione in prædestinandis ac reprobandis Angelis & hominibus talis vsus futuri, tamen nõ ut pro qualitate illius dona gratiæ & prædestinationis conferrentur, id quod, licet Augustinus non negauerit, non tamen expressit, multum sane eo tempore nonnullos ex fidelibus turbauit, ut inferius videbimus: ea quippe sententia continere videbatur illud secundum valde durum, quod multos hodie amplecti ac defendere paulo antea diximus. Veram autem Augustinus, etiam secundum, quod duram eã facit, sua opinione intenderit, patrem affirmantem suadere

videtur, quod, ut quaest. 19. ar. 6. disp. 1. visum est, inde videret motus, ut illud 1. ad Tim. 2. Vult omnes homines saluos fieri, in multis suorum opertum locis interpretaretur, non de omnibus vniuersim hominibus, sed de solis prædestinatis. Partem verò negatam non minus suadet, quod Augustinus non negauit præscientiam illã ante omnem actum liberi voluntatis diuinæ, atque adeo ante omnem prædestinationem & reprobationem, qua Deus cognouerit quid per quocumque creatum arbitrium pro sua libertate ex quacumque hypothesi, & in quocumque rerum euentu esset futurum, ut constat ex his quæ ex Augustino, tum alibi, tum supra quaest. 14. ar. 13. disp. 52. retulimus. Quare dubitandum non est, si ea de re vel Augustinus, vel D. Thomas confulerentur, continuo responsuros fuisse nihilominus prædestinationem & reprobationem non sine præuia illa scientia, habitaque consideratione vsus liberi arbitrii futuri; tamen nõ, ut pro qualitate illius dona gratiæ & prædestinationis à Deo conferrentur: quod sanè rigore atque duritiem, quam alioquin sententia illa sonat ac continet, aufert, hominumque animos sedat. Quocirca, si meum hac de re iudicium quicquam ponderis habet, suspicor Augustinum, & D. Thomam (qui Augustini vestigia est secutus) sua opinione illud primò solum, quod eum communiori Scholasticorum sententia nos libenter amplectimur, intendisse potissimum; neque aduertisse quantum ad auferendam duritiẽ illam, quam minimè intenderunt, conduceret additio illa, quam nec negarunt, nec negassent, si de ea fuissent consulti: nempe fuisse nihilominus prædestinationem & reprobationem non sine præscientia qualitaris vsus liberi arbitrii, habitaque consideratione illius modo explicato, & in sequentibus factis explicando. Interim verò dum sub ea quasi caligine D. August. ad hoc nõ attendit, arbitratus primo aspectu cum sua de prædestinatione opinione esse coniunctum, Deum nõ velle omnes vniuersim homines saluos fieri, sed solos prædestinatos, in multis suæ doctrinæ locis, ut quaest. 19. ar. 6. disp. 1. i. etiam est, ita illum locum Pauli 1. ad Tim. 2. interpretatus est, ut de solis prædestinatis intelligeretur. Ceteri tamen Patres tã Aug. antiquiores, quam eo posteriores, Doctoresque Scholastici communiter eam expositionem non probarunt, ut disputatione citata dictum est, sed locum Pauli exposuerunt de omnibus

omnibus vniuersim hominibus, veruntamen de voluntate Dei conditionata, si per ipsummet homines, primumque ipsorum parentem nõ staret. Imò D. Thomas, licet Augustini expositiones retulerit, potius tamẽ Damasceni expositioni adhaesit, de voluntate Dei antecedente, seu conditionata. Quo fit, ut ex hoc capite, minus D. Thomæ, quam Augustino, illud secundum, quod durã reddit illam de prædestinatione opinionem, sit tribuendum. Quin & Augustinus ipse illam aliam expositionem loci Pauli de omnibus vniuersim hominibus, & de voluntate Dei conditionata, interdum est amplexatus. In lib. enim ad articulos falsò sibi impositos, ar. 2. ipse, aut quicumque alius eius operis auctor, ait: Simpliciter credendum est atque profitendum, Deum velle, ut omnes homines salui fiant: si quidem Apostolus, cuius ea est sententia, sollicitè custoditur, ut Deo pro hominibus omnibus supplicetur. Ex quibus, quod multi pereant, pereunt est meritum, quod multi saluentur, saluantur est donum: ut enim reus damnetur, inculpabilis est Dei iustitia, ut autem reus iustificetur, ineffabilis Dei gratia est. Hæc ibi. Eandem expositionem amplectitur Augustinus de spiritu & litera, c. 33. Imò verò prædestinationem fuisse factam non sine præscientia vsus liberi arbitrii futuri, habitaque illius consideratione, affirmat Augustinus, aut alius eius operis auctor, ad art. 12. & refertur 23. quaest. 4. c. Nabuchodonosor, ubi ait: Illi, de quibus dicitur, Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis; si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum; voluntate exierunt, voluntate ceciderunt. Et quia præciti sunt casuri, non sunt prædestinati; essent autem prædestinati, si essent reuersari, & in sanctitate ac virtute mansuri: ac per hoc prædestinatio Dei multis est causa standi, nemini labendi. Hæc ibi.

Ex his patet, opinionem de prædestinatione, quoad illud secundum, ut diximus supra, nonnullos eam amplecti ac defendere, tribuendam non esse Augustino, neque item D. Thomæ, qui Augustini solum est vestigia secutus, manifesteque affirmat, Deum velle omnes vniuersim homines saluos fieri, si per ipsos non steterit. Imò verò, esto hi duo Patres in eam sententiam inclinassent, salua eorum reuerentia, quæ illis debetur maxima, quoad illud secundum admitten-

da non esset. Neque enim minor opinioem illam eo pacto intellexim à multis duram nimis, indignamque diuina bonitate & clementia iudicari: maxime cum quicumque adulti, eo ipso quod ex æternitate à Deo prædestinati non fuerint, permãserint reprobati, non solum ut à vita æterna excluderentur, donisque gratuiti spoliarentur, sed etiam ut æternis acerbissimis cruciatibus manciparentur. Quæ enim, non dicã bonitas & clementia, sed æquitas patitur, ut nulla omnino ratione vsus liberi arbitrii habita, eo vel solo vel præcipuo sine Deo certos solò quosdam homines ex æternitate elegerit, & prædestinauerit, reliquos verò penè innumeros non electos, & non prædestinatos reliquerit, sciens quos puniret, & in quibus iustitiam suam vindictiuam commendaret? Quæ item æquitas, bonitas, & clementia postulat, ut pro sua tantum voluntate, absque vlla consideratione vsus liberi arbitrii cuiusque, decreuerit, ut hi in particulari essent prædestinati, illi reprobati? Certè id potius duri, ferri, & crudelis, quam clementissimi principis, auctorisque totius consolationis, bonitatis, ac pietatis, esse videretur: eaque ratione potius obsecraretur diuina iustitia, quam commendabilis redderetur: id quod latius, circa permissionem peccatorum ad eundem finem, art. 3. sumus profecturi.


Est præterea eadem sententia parum consentanea scripturis sacris. Etenim si Deus ex æternitate pro sua tantum voluntate, ut haberet in quibus suam misericordiam & iustitiam vindictiuam manifestaret, nulla habita ratione vsus liberi arbitrii hominum & Angelorum, aut cuiusquam alterius rei, quæ ex parte eorum cerneatur, decreuit, ut si soli ab eo designati conseruentur beatitudinem, & prædestinarentur; alij verò ab ea omnino excluderentur, & reprobati persisterent; ad eumque finem voluit homines & Angelos, totumque hoc vniuersum creare; qua, quæso, ratione verum est, Deum velle omnes homines saluos fieri, in sempiternamque felicitatem omnes condidisse? Quæ etiam ratione verè sub iureiurando apud Ezechielem cap. 18. affirmat, non esse voluntatis suæ mortem impij, sed magis ut conuertatur & viuatur. Quæ item ratione in scripturis omnes vniuersim homines, absque vlla exceptione, ad penitentiam & vitam æternam inuitat? Aut quo iure



re de non predestinatis conuenitur, quod non, vt oportet, viuunt, suamque salutem negligant? Profecto, si quod impugnamus, verum est, si-  
ditiones potius, & inuersiones, comparatione eor-  
rum qui vitam aeternam non consequuntur, vi-  
derentur ista inuersiones, atque oburgationes,  
quae ex persona Dei factae in scripturis sacris  
continentur, quam veri animi significationes:  
quod tamen asseram non solum esse indignum  
diuinae bonitatis & maiestatis, sed etiam blasphemiam  
plenum. Neque vniquam aduersarij addu-  
cta scripturae loca iuxta suam sententiam pote-  
runt exponere, nisi eis maximam vim aperte in-  
ferre velint. Cum tamen locus ille Pauli ad Ro-  
man. 9. cui potissimum inniuntur, nulla vi ver-  
bis illata, exponendus sit longe aliter ac ipsi vo-  
lunt, vt disp. 4. commodius ostendemus. Deni-  
que praeterquam quod haec sententia occasio-  
nem praebet hominibus despondendi animo, ne

dicam desperandi, sequius operandi, obtendendi  
excusationes, atque sentendi de Deo, non vt  
oportet, in bonitate, atq; ea de causa minus ho-  
minum animos erga creatorem diligendum ac  
colendum excitare videatur, certe non video  
quam ratione patentissima libertas arbitrij  
nostri, quam experimur, quaeque tam aperte in  
scripturis sanctis traditur, cum diuina praedesti-  
natione ita explicata coherere valeat. Nec mi-  
ror, Caeterum, hanc sententiam secutum, inge-  
nuè in cap. 9. epistolae ad Romanos, fateri se  
nescire conciliare arbitrij nostri libertatem cum  
diuina praedestinatione ita intellecta, licet tam  
praedestinationem, quam arbitrij libertatem se  
firma fide tenere asseueret. Haec autem omnia  
multo magis vim habent, si praedestinatio facta  
affirmetur per auxilia ex se efficacia, aut per praes-  
tutiones ad omnes actus non malos per concu-  
sum Dei ex se efficacem, vt ex se patet.

**Utrum Deus voluntatem nostram ad assensum vel dissen-  
sum determinet.** *Appendix ad praecedens.*  
*Membrum septimum.*

 Causatione eorum, quae membro  
praecedente praesertim diluen-  
do tres obiectiones in eo propo-  
sitas, dicta sunt, praesens questio  
est hoc loco diuina. In ea  
verò non solum est sermo de  
consensu, aut dissensu, ad actiones supernatura-  
les, sed etiam ad naturales. Quamuis autè aliis  
in locis potuisset antea inseri, placuit in hunc  
locum eam differre, vt ex tam multis de hac re  
hactenus dictis facilius expediretur. Ne verò  
membrum praecedens longitudine tardio asse-  
reret, ab eo illam seiuimus. Licet autem videat  
à multis superfluum eam post tota ea de re sepius  
inculcata, non inuenit tunc fore iudicandam, quia  
tamen post primam huius operis editionem ac-  
cepi, quosdam aduersarij nostram doctrinam ita  
de sequentibus argumentis gloriam, quasi ea ef-  
ferri ineluctabilia, libuit eam addere: praeser-  
tim quoniam eorum occasione dici aliqua pos-  
sunt, quae maiorem lucem hactenus dictis affe-

rant. Quidam itaque in partem affirmantem  
argumentantur.  
Primo, quoniam Deus conuenit nostras volun-  
tates: ergo multo magis eas determinat ad assen-  
sum, vel dissensum. Consequentia probatur, quon-  
iam plus est conuenire voluntates, quàm eas deter-  
minare: quippe conuersio sit ab extremo in ex-  
tremum, determinatio verò ex eo quod est indis-  
cretum ac medium.  
Secundo: Deus est causa determinationis  
quae est in voluntate, eo quod sine ipso factum  
sit nihil: ergo determinat voluntatem, eiusque  
actum. Neque refert, si quis dicat, fallacem esse  
consequentiam: quemadmodum non rectè sequitur,  
Deus facit actum merendi, comedendi, loquen-  
di, aut blasphemandi, ergo meretur, comedit,  
aut blasphematur: quoniam non est par ratio; eo  
quod haec inuoluntate passionem & imperfectio-  
nem Deo repugnantem, determinare verò vo-  
luntatem nihil dicat Deo repugnans, qui volun-  
tates creatas, beatorum saltem, determinat.

*Argumentum primum.*  
*Secundum.*

*Tertio.*

*Tertium.* Tertio: Deus vnà cum voluntate producit ef-  
fectum, influendo in illum simul cum voluntate:  
cur ergo dici non poterit similiter suo influxu  
simul, natura saltem prius, determinare ipsam  
voluntatem? Confirmatur quoniam nihil est  
inconueniens, si Deus voluntatem, vnà cum ipsa,  
determinet: sicut voluntatis operationem, vnà  
cum ipsa, efficit.  
*Quarto.* Quarto: Vel est diuersus influxus, quo volun-  
tas se determinat, & producit effectum, vel vnus  
atque idem. Si est diuersus: cur sicut Deus cum  
voluntate simul natura dicitur producere effe-  
ctum, non etiam dicitur cum voluntate seipsam  
determinare simul eam determinare? Si est vnus  
atque idem: cur sicut per illum dicitur Deus si-  
mul cum voluntate producere effectum, non si-  
militer dicitur simul cum voluntate eandem de-  
terminare?  
*Quinto.* Quinto: Sicut voluntas, absque praedecisione  
sive libertatis, seipsam liberè determinat: sic nihil  
absurdi est, si dicamus, Deum vnà cum ipsa li-  
berè eandem determinare.  
*Confr.* Confirmatur, quia quod potest Deus efficere  
per causas secundas, potest se solo facere.  
*Sextum.* Sexto: Qua, quae, ratione fieri potest, vt con-  
cursus Dei vniuersalis quo simul cum voluntate  
ad eundem effectum concurrat, causa sit deter-  
minationis voluntatis: cum potius determinari  
videatur per specialem concursum voluntatis:  
eo quod sit specialis determinare vniuersale, &  
non è contrario?  
*Confr.* Confirmatur, quia concursus vniuersalis est  
ipsa volitio, vt pendet à prima causa: volitio au-  
tem iuxta doctrinam nostram, est ipsa volunta-  
tis determinatio: quare dicendum videtur, con-  
cursum illum esse voluntatis determinationem,  
non verò causam determinationis voluntatis.  
Vnde fit, statuendum esse, dari alium influxum  
Dei prauium, qui causa sit determinationis vo-  
luntatis, qui quaeque voluntatem cum ipsa voluntate  
determinet.  
*D. Thom.* Pro eadem sententia citatur D. Thom. 3. con-  
tra Gentes cap. 9. ad finem, & 1. par. quest. 23.  
art. 1. ad primum, quasi eius sit sententia, Deum  
Opt. Max. determinare omnem actum volun-  
tatis positium etiam malum.  
*Præs. 118. q. 1. art. 1.* Praeter ea, quae disputatione praecedente, res-  
pondendo ad tres obiectiones in ea propositas,  
atque alias saepe in praecedentibus, dicta sunt, so-  
lum admonerem, quae sequuntur. Primum est:

Actum aliquem esse liberam, nullam nouam ra-  
tionem formalem dicere in ipso actu, sed dici  
liberum, quasi extrinseca denominatione à liber-  
tate, quae est in potentia, à qua liberè est produ-  
ctus. Potentiam quippe liberam esse non est  
aliud, quam posse indifferenter elicere hic &  
nunc, & non elicere actum, vel etiam posse  
elicere & non elicere contrarium, si in ea  
ad actum sit libertas, non solum contradic-  
tionis, sed etiam contrarietatis. Itaque libertas  
voluntatis, quae in ipsa est formaliter, non est aliud  
quam cum voluntas ex le, atque ex sua essentia,  
sit potentia ad volendum ea in quibus ratio bo-  
ni elucet, & ad respuendum ac nolendum ea in  
quibus apparet ratio mali, sicut visus est poten-  
tia ad videndum, & intellectus ad intelligendum,  
sic tamen esse potentiam ad volendum ac no-  
lendum, vt si tum in ipsa sit, quando vult aliqua  
bona, ea non velle, continendo se non elicien-  
do actum, aut etiam eadem noue, vel hunc quo-  
que actum continere: id quod visui, intellectui,  
& caeteris non liberis potentiis denegatum est:  
quando enim suos actus eliciunt, in ipsis non  
est situm eos non elicere, quin potius naturae  
necessitate eos tunc eliciunt. Quo fit, vt libertas  
voluntatis in eo sit posita, quod ita sit potentia ad  
volendum, & nolendum, vt non naturae necessitate eos  
actus eliciat, sed possit eos non elicere: hoc autè,  
quod dico, non naturae necessitate eos producere,  
posseque proinde eos non elicere, negatio atque  
eoditio est in natura voluntatis, & praeparatione ferè  
omniū suorum obiectorum, fundata, prout ab omni  
alia potentia, quae libera non est, distinguitur.  
Hinc faciliè intelligitur, quemadmodum quan-  
do voluntas velle potest, & non vult, quia vide-  
licet non elicit actum volitionis, quem potest  
elicere, dicitur liberè non velle, ac proinde ea  
non volitio libera est denominatione à libertate  
voluntatis, quia ita non vult, vt poterit velle;  
qua de causa peccatum merè omissionis dicitur,  
verèque est liberum: sic quoque quando volun-  
tas elicit actum, quem ponit non elicere, dicitur  
cum actum liberum, non à liberrate aliqua, quae  
in ipso sit, sed à libertate voluntatis, quia eum  
ponit non elicere, quando illum elicit, haec li-  
bertas actus liberè elicit, non est in ipso actu,  
sed in voluntate, quae liberè illum elicit, hoc  
est, cum facultate eum continendi, seu non eli-  
ciendi, à qua facultate denominatione quasi ex-  
trinseca liber dicitur, sine alia ratione formali in  
ipso.

*Assensum  
liber dicitur  
à liber-  
tate  
volunta-  
tis.*  
*Libertas  
quid, &  
in volun-  
tate for-  
maliter.*



ipso actu, à qua liber dicatur. Ceterū esse actum sic liberē dicitur, est conditio sine qua nec virtutis aut vitij, nec meriti aut demeriti, nec rei laudē aut vituperio, præmioque aut poena dignæ, rationem habebit. Ex dictis etiam intelligitur, quamvis actus supernaturales liberi arbitrij emanent à voluntate, & à gratiæ præueniente, & subitiam rationem gratiæ cooperantis & coadiuuantis ad eorum arbitrium, quia tamen gratia illa, quantum est ex se, agit necessitate naturæ, neque in ea est vlla libertas, actus illos esse quidem supernaturales, quia ab ea gratia emanant, non verò esse ea ratione liberos: contra verò eisdem actus liberos esse, quia emanant à voluntate, quæ ad eos potuit non influere, non verò esse ea ratione supernaturales.

ad imaginem & similitudinem diuinæ ipsius voluntatis.

Illud verò est obseruandum, quando voluntas nostra ad supernaturales actus donis gratiæ adiuuatur, quamuis illis alliciatur atque inuitetur ad consensum seu influxum ex parte liberi arbitrij necessarium, non tamen ab eis determinari & applicari ad eum consensum, sed ipsam sic inuitatam atque adiutam, seipsam innata sua libertate determinare, applicare, ac consentire, seu cooperari, potentem, non solum continere consensum, sed etiam dissentire, vt Concilium Tridentinum definit. Quia tamen consensus ille & cooperatio voluntatis, nisi simul adessent gratiæ dona, esset actio naturalis alterius speciei ab ea, quæ producitur cooperantibus simul gratiæ donis, dici potest gratiæ dona suo influxu & cooperatione determinare consensum voluntatis ad speciem aliam actionis supernaturalem, non quidem applicando ac determinando voluntatem vt influat ac consentiat, sed cooperando ac influendo immediate cum illa ad distinctam supernaturalem speciem actionis.

*Influxum gratiæ determinat consensum nostrum ad distinctam speciem actiua.*

Tertium est: Vt eadem disp. 33. dilucidè comprobatum fuit, quo influxu Dei & liberi arbitrij producitur actus naturalis liberi arbitrij, eodem absque alio influxu resultare in eo rationem virtutis aut vitij, & meriti aut demeriti, siue hæc omnia entia rationis sint, siue rationes virtutis ac vitij sint reales, formaliter solum distinctæ ab eisdem actibus in genere naturæ.

*Quo influxu Dei & liberi arbitrij producitur actus in genere naturæ, producitur in genere moris.*

Quartum: Nos non negare in Deo esse potentiam ad applicandam ac necessitandam voluntatem nostram ad actum, quem ipse voluerit eam elicere: id quod 1. 2. q. 6. ostendimus, & supra in calce disp. 12. asseruimus: addendo ibidem ac alibi, implicare contradictionem, Deum esse potentia vt ad inclinandum nostrum arbitrium ad peccandum: quoniam id cum infinita ipsius bonitate pugnat. Addendo præterea, Deum regulariter non necessitare voluntatem humanam, sed donis suis atque auxiliis suauiter allicere, inclinare, ac trahere illam, vt, seruato integro iure libertatis illius, id velit ac efficiat, quod Deus eam velle ac efficere voluerit. Atque ita Prouerb. 21. dicit: Cor Regis in manu Domini: quocumque voluerit, inclinabit illud.

*Voluntati regulariter non necessitat Deus, si eest possit.*

Ad primum argumentum propositum, concessio antecedente, nempe Deum nostras conuertere voluntates, si intelligatur, donis suis gratiæ

*Ad primum.*

tiæ præuenientis & excitantis, ac alijs auxilijs eas alliciendo ac inuitando ad conuersionem, & quando Deo ita præuenienti ac excitanti consentiunt, influendo simul eisdem gratiæ donis vnà cum eisdem voluntatibus immediate ad actus conuersionis, vt toto hoc opere à nobis explanatum est, neganda est consequentia. Quoniam id non est donis gratiæ determinare voluntates nostras ad consensum, vt sæpe est explanatum, sed est solum inuitare & allicere. Et multò minus ex eo antecedente, in sensu verò à nobis explicato, sequitur Deum determinare voluntates nostras ad consensum, aut dissentium, circa actus merè naturales. Multò etiam minus sequitur determinare illas ad actus peccatorum quoad influxum nostri arbitrij, à quo solo actus illi habent, quod sint contra legem Dei, & fundent rationem seu deformitatem peccati: quod sanè asserere, error apertus esset in fide, blasphemiam aduersus Deum Opt. Max. continens, vt ex dictis q. 14. art. 13. à disp. 31. ad disp. 53. & q. 19. art. 6. disp. 3. perspicue constat. Circa probationem verò consequentiæ obseruandum est: Conuersionem regulariter non esse ab actuali adhesionē voluntatis per actum aliquem positiuum, qui perseueret, & quo voluntas inhereret contrario obiecto per consensum, aut dissentium; sed esse à culpa contracta per actum præteritum, quæ cessauit, & aliquando à culpa contracta per solam omissionem actus culpabilem lethaliter. Esto autem esset à culpa per actum, qui perseueraret vsque ad instans conuersionis exclusiue, vt forte fuit in Paulo, qui iter peccaminosum exercebat, quousque subito eius cumfuit lux de celo; tam etsi mora temporis videatur intercessisse ab illo puncto vsque ad conuersionem, in qua mora audiuit vocem illam de celo, ac respondit, Quis es Domine? &c. esto, inquam, esset à culpa per actum, qui perseuerasset vsque ad instans conuersionis exclusiue, ea tamen conuersio solum esset per dona & auxilia inuitantia & alliciencia potius aut minus potenter voluntatem ad consensum, manente semper in ea libertate ad adhibendū aut continendum consensum, atque adeo ad se determinandum, aut non determinandum, ad consensum, vt de conuersione Pauli disp. 53. citata dictum est. Vnde ad probationem consequentiæ voluntatis, quam determinatio eiusdem volun-

tatis ad alios cōmunes actus, determinatio tamen voluntatis quæ vtrobique fit, est ab ipsa voluntate, pro sua innata libertate sic liberē applicante ac determinate ad consensum, aut dissentium, vt dictum est; & non à Deo sua omnipotentia illam determinante, vt potest: quoniam tunc actus non esset liber, sed necessarius ex parte nostræ voluntatis, ac proinde neq; rationem virtutis aut vitij, neq; meriti aut demeriti haberet, neque item esset actus humanus: argumentum autem supponit, conuersionem fieri à Deo applicante & determinante voluntatem, vt præberet consensum gratiæ excitati ac vocanti, quod tamen est falsum.

*Ad secundum.*

Ad secundū, si in antecedente sit sermo etiam de determinatione voluntatis ad actum peccati, non solum est falsum, sed etiam continet errorem in fide, vt ex disputationibus argumento præcedente citatis constat. Ad probationē verò, quia videlicet sine ipso factum est nihil, dicendum est, id esse verum de quacumque entitate reali & actione, rationeue formali reali entitatis realis aut actionis: at verò determinationem voluntatis ad actum peccati, esse quidem ipsummet actum, seu actionem peccati, quæ simul emanat à Deo influente in illum concursu generali, & ab arbitrio voluntatiue humana influente concursu particulari, tãquam à duabus partibus vnius integræ causæ illius actionis, vt sæpe explanatum est; determinationem verò voluntatis esse illam actionem, non simpliciter, sed vt spectatur quatenus præcisè emanat à voluntate humana; sic enim rationem habet influxus, cooperationis seu consensus voluntatis humanæ in eam actionem, actiue peccati; & quia influxus ille ac cōsensus ita à voluntate emanat, vt in potestate illius fuerit continere illum, quia & elicere contrarium dissentium, dicitur determinatio libera voluntatis ad eam actionem peccati: quatenus verò eadem spectatur vt præcisè emanat à Deo, dicitur influxus generalis & cooperatio Dei tanquam causæ vniuersalis eiusdem actionis: quia ergo influxus generalis Dei ad illam actionem, & particularis liberi arbitrij, neque formaliter in ea distinguuntur, sed sola consideratione per habitudinem ad diuersa principia, à quibus partialitate causæ diuersi modè ea actio emanat, vt sæpe explicatum est, consequens est, ex eo, quod voluntas humana seipsam determinet ad ita particulariter in-

*Determinatio voluntatis ad actum quid.*

*Actus supernaturales à nobis habet quod liberi sint à gratiæ, quod sint supernaturales.*

*Potentia naturales ex se sunt determinata ad suas operationes.*

*Voluntas seipsam ad operandum determinat.*

flendum & cooperandum ad eam actionem, non sequi dari actionem, aut rationem formalem actionis, quae sit à voluntate humana, & non simul sit à Deo. Adde, illam quoque determinationem voluntatis humanae sine Deo non fieri, quatenus, ut existat, pendet, non quidem ab influxu Dei in voluntatem, quo illam applicet ac determinet ad consensum, sed ab influxu vniuersali Dei cum voluntate ad eandem actionem, ut q. 14. art. 12. disp. 26 ostensum est. Si autem in illo eodem antecedente non sit sermo de determinatione voluntatis ad actum peccati, sed solum ad ceteras actiones, idem quoque est respondendum, tum ad illud, tum etiam ad probationem illius, idque propter eandem rationem. Tamen si eatenus determinatio illa auctori naturae possit aliquo modo tribui, quatenus emanat à facultate arbitrii ad ita liberè se determinandum ab eodem naturae auctore collata; eo quod non sit abusus liberi arbitrii, sicut est determinatio ad actum peccati: & quatenus idem auctor naturae saepe ad eam determinationem adiuvat & inuitat arbitrium peculiaribus suis donis & auxiliis: simpliciter tamen ea determinatio arbitrii ipsi est tribuenda, ut dictum est. Ad id verò, quod in fine eius argumenti subsistit, dicendum est, quamuis Deo non repugnet determinare voluntates creatas ad bonum, atque in patria visione beatifica illas determinet seu necessitat ad ipsum diligendum: quando tamen obiectum non est bonum infinitum clarè visum, illas non determinare, sed liberas eas relinquere, ut seipsas determinent ad actum, ut habet ac postulat ipsarum natura ac libertas.

cum ipsamet voluntate determinandam, adhuc voluntas manet libera ad se determinandum, aut non determinandum; quoniam cooperatio illa Dei non est integra causa eius determinationis voluntatis, sed pars duntaxat: dicendum est, si exillente ea cooperatione Dei priora natura ad voluntatem determinandam ad consensum, adhuc voluntas potest se non determinare, & non consentire; ergo per eam actionem, seu cooperationem, non determinatur, sed adhuc restat voluntatem seipsam determinare, aut non determinare; & consentire, aut non consentire: non ergo illa actio & cooperatio Dei, est determinatio voluntatis. Praeterea superflue ponitur praeter concursum Dei generale immediatè cum voluntate ad actionem, & praeter influxum gratiae praecedentis, & cooperantis cum voluntate ad actiones: maximè cum voluntas sit, quae seipsam determinat. Item determinatio voluntatis non est actio voluntatis secundum omnem sui considerationem, sed est ipsa actio prout habet rationem influxus solius voluntatis, qui determinatio voluntatis dicitur, quatenus ita voluntas eò influat, cooperatur, & consentit, ut in potestate ipsius situm sit non ita influere, non cooperari, & non consentire: ergo nihil aliud constituendum est, quod sit cooperatio Dei ad ita determinandam voluntatem vnà cum ipsamet voluntate.

In quarto argumento si sit sermo de influxu, quo voluntas se determinat, & quo producit effectum, & interrogetur, an sint vnus & idem, vel diuersus: dicendum est, esse vnum & eundem; qui determinatio voluntatis dicitur, quatenus in facultate voluntatis est eum non elicere, sed continere illum, vel elicere influxum contrarium, ut dictum est. Cum autem sit argumentum, cur sicut per illum dicitur Deus simul eam voluntate producere effectum, non dicitur simul eam voluntate eandem determinare: negandum est Deum per illum influxum producere effectum vnà cum voluntate: influxus quippe Dei in actionem, & terminum illius, distinctus ratione est ab influxu voluntatis, ut saepe dictum est. Praeterea influxus Dei in actionem est immediatus in actionem ipsam, & non in voluntatem, & per voluntatem eo moram in actionem: influxus verò Dei, si esset adhibendus ad determinandam voluntatem, esse deberet immediatè in voluntatem, quo voluntas applica-

retur ac moueretur ad consentiendum, seu ad determinandum se ad consensum. Si autem in eo argumento sit sermo de influxu voluntatis ad illa duo, & influxu Dei, atque interrogetur, an influxus Dei & voluntatis sint vnus & idem vel diuersus: dicendum est, esse diuersos: ceterum Deum habere quidè influxum in actionem voluntatis, non verò quo voluntatem ad consensum seu cooperationem determinet. Quando autem quaeritur, cur sicut Deus cum voluntate simul natura dicitur producere effectum, non etià dicitur eum voluntate seipsam determinatè simul eam determinare: dicendum est, quoniam, ut ad tertium argumentum, & ad illius consummationem dictum est, primum nihil absurdum continet, neque tollit libertatem voluntatis ad eam actionem: secundum verò illam tolleretur, ut ibidem ostensum est.

*Ad quintum.*

*Ad cōfir.*

*Ad sextum.*

Ad quintum iam dictum est, primam eius antecedentis partem nihil continere absurdum: secundam verò tollere libertatem à voluntate.

Ad confirmationem dicendum est, nos non negare posse Deum per seipsum determinare voluntatem, sicut illa seipsam determinat: sed negamus id lege ordinata efficere comparatione obiectorum, circa quae voluntas est libera: quoniam eo ipso, quod ea determinaret, auferret ab illa libertate, nec suae naturae illa relinqueret.

Sextum argumentum supponere videtur, nos asserere, Deum per concursum vniuersalem determinare voluntatem ad suum actum: qui verò argumentatur, contendere videtur, id fieri debere per alium concursum ac influxum Dei. Nos autem non dicimus, concursum Dei vniuersalem determinare voluntatem ad consensum, sed potius per influxum particularem liberi arbitrii concursum Dei vniuersalem determinari ad speciem actus voluntatis, prout voluntas potius inflexerit ad volendum, quam ad nolendum, vel è contrario; aut ad volendum potius hoc obiectum, quam illud. Negamus praeterea voluntatem determinari ad liberum suum consensum per quemeamque alium influxum Dei.

*Ad cōfir.*

Ad confirmationem, concessa maiori, si intelligatur, quod concursus Dei generalis ad volutionem sit ipsa actio voluntatis, praecise tamen spectata, ut emanat à Deo illo modo influente; ad minorem dicendum est, volutionem, nostra sententia, esse ipsam determinationem voluntatis ad eandem actionem, spectando tamè actio-

nem volutionis praecise per comparationem ad voluntatem, & ut rationem subit influxus voluntatis ad eandem actionem, quo pacto ea actio ratione distinguitur à seipsa priori modo spectata, subitque rationem distincti influxus per comparationem ad distinctas partes vnus integræ causae eius actionis, ut saepe explanatum est: quare neganda est consequentia, qua inferretur, ex nostra sententia sequi, concursum Dei generalem esse determinationem voluntatis: committitur enim fallacia accidentis, quatenus ex eo quod concursus Dei generalis, & influxus particularis voluntatis ad eandem actionem volutionis, vniuntur in vna realitate, imò & in vna numero ratione formali actionis, inferretur vnus influxus, prout eadem numero ratio formalis actionis diuersimodè spectatur per comparationem ad diuersas partes integræ causae, à qua emanat, ut saepe ostensum est: quare ex eo, quod res, & ratione formali vniuntur in eadem numero actione, non sequitur, quod sint idem influxus inter se: quoniam in ratione influxus sunt diuersi, non verò in ratione rei. Non secus atque attributa diuina in ratione rei, quin & in ratione formalis rationis realis, sunt idem, in ratione tamen attributorum sunt diuersa, fallaciaque accidentis committitur, si ex eo, quod vnum attributum sit idem res, & ratione formali reali cum alio, inferatur vnum attributum esse aliud attributum. Falsum itaque est, nostra sententia, concursum Dei generalem, quo concurrat ad actum voluntatis, esse determinationem voluntatis: & verum, non esse causam determinationis voluntatis; quamuis argumentum, vnde inferretur, fallax sit. Quando autem inde vterius colligitur, dandum esse alium influxum Dei praxium, quo Deus determinet voluntatem, neganda est consequentia: quoniam, ut ostensum est, neque concursus Dei generali, neque aliquo alio concursu Deus illam determinat, sed liberam eam relinquit, ut praesentibus & assistentibus omnibus ad agendum requisitis, ipsa seipsam determinet.

Ad id verò, quod ex D. Thoma dicitur, dicendum est, nihil tale eis in locis asserere. Sed, cum disputaret, an homines à Deo praedestinentur, atque in contrarium citasset Damascenorum testimonium lib. 2. fidei Orth. quo affirmatur Deum non praedeterminare ea, quae à nostro arbitrio pendunt, sed merita & demerita humana esse

*Ad tertium.*

*Ad cōfir.*

*Ad D. Thomam.*



in nobis, in quantum sumus nostrorum actuum domini per liberum arbitrium, respondet D. Thomas, Damascenum non negare praedestinationem per media supernaturalia à Deo praedeterminata, quibus praevidet, quem praedestinat, pro sua libertate perueniuntur in vitam aeternam: sed negare praedeterminationes, quibus necessitas ad hoc vel illud in particulari velendum ac sperandum inducatur, eo pacto quo causae naturales à Deo sunt praedeterminatae ad vnum. In quo planè nobiscum sentit, exploden-

das videlicet esse praedeterminationes, quales illas constituit ij, aduersus quos hoc opere disputamus, per determinationem & applicationem voluntatis nostrae à Deo, vt id velit, aut nolit, quod eam velle aut nolle ipse voluerit, quod planè libertatem à nostra voluntate excludit, ac necessitatem meo operandi modo inducit. Admittit verò D. Thomas praedestinationem in sensu, in quo à nobis quaest. 14. art. 13. disp. 53. memb. 2. constituta sunt, neque plus illis locis intendit.

Expenditur progressus, quem in praedestinandis reprobandisque; hominibus nonnulli Deum habuisse confingunt; num etiam prauiusio peccatorum, vel electio aliqua, praedestinationem antecesserit.

*Membrum 8.*

*Scoti instantia circa praedestinationem & reprobationem, progressus. Fundamentum Scoti.*



**S**cotus in primo, dist. 47. q. vni- ca, & in tertio, d. 7. q. 3. & d. 19. q. vnica, 8. In ista questione, explicat progressum, quem Deus in praedestinandis reprobandisque hominibus ex aeternitate habuit, constituendo varia instantia, in quibus, nostro intelligendi more, vnum ante aliud voluerit, ac prauidet. Innititurq; quidam principio, quod multis etiã aliis in re, de qua disputamus, familiare est. Nèpe eni, qui ordinatè vult finem, & media ad finè, prius vult finè quàm media ad finem. Quod ergo ad rem praesentem attinet, hoc modo sua instantia distinguit: Oblatis Deo creaturis omnibus futuris mente praeditis, in primo, vt ait, instanti quibusdam voluit beatitudinem voluntate efficaci, & inter eas Christo vt homini, in cuius honorem & gloriam ceterorum hominum beatitudinè esse voluit, quem credidit Scotus futurum esse, etiam si Adam non peccasset. Circa reliquas verò creaturas, quae ad beatitudinem non peruenient, ait, Deum in eo instanti se negatiuè habuisse. In secundo instanti ait voluisse gratiam voluntate efficaci creaturis, quas in primo instanti ad beatitudinem ele-

gerat. Eodemque modo ait, habuisse se negatiuè in secundo instanti circa reliquas creaturas. Porro voluntatem efficacem cõferendi gratiam & gloriam creaturis ita electis, praedestinationem earundem appellat: vnde ponit iam eas esse praedestinas ante ea, quae in reliquis instantibus Deus ordinauit, vt locis citatis, potissimum dist. 19. pater. In tertio deinde instanti dicit, voluisse permittere peccatum Adami, & cetera generis humani quae inde secuta sunt, atque adeo prauidisse illa omnia esse futura. Scientiamque libera in Deo sequitur actum efficacem voluntatis diuinæ, quo vult aliquid esse, aut permittere: quare quo ordine res vult voluntate efficaci, eodè eas prauidet esse futuras. Vnde vult Scotus, non solù praedestinationè Christi, sed etiam ceterorum hominum, ad certam gratiã & gloriam, & praescientiam quod vtraque essent habituri, priorè esse quàm praescientiam peccati Adami, & quoruncunq; aliorum peccatorum, vt apertè docet dist. 7. q. 3. citata. In quarto denique instanti, cognita ruina generis humani, ait voluisse, vt Christus (qui, esto Adam non peccasset, vt putat, erat futurus) veniret in carne passurus, vt sua passione & meritis efficaciter praedesti-

destinatis primam gratiam, & perseverantiam in ea vsque ad finem vitae obtineret. Atque in eodem instanti reliquos homines, prauiusiam eorum peccatis, in quibus ad finem vsque vitae erant perseveraturi, ait ea de causa à Deo fuisse reprobatos. Quare vult, nullã esse causam praedestinationis electorum praeter diuinam voluntatè: reprobationis verò dicit causam ex parte reprobatorum, nempe, eorum peccata prauiusa, propter quae iuste reprobantur ac damnantur.

Dixi, quod ad rem praesentem attinet, Scotum quatuor instantia explicata distinguit: quoniam non negat, quin potius affirmat, singula distingui posse in multa alia. In primo enim quatuor alia distinguit. Primũ, in quo Deus nouit se. Secundũ, in quo nouit creaturas merte praeditas. Tertiu, in quo Christũ praedestinauit tanquã finè & caput ceterorũ praedestinatorũ. Quartũ deniq; in quo ceteros praedestinauit, vt patet dist. 7. & 19. citatis. Secundum etiam ait posse diuidi in multo plura, prout ad gloriam esse possunt multa media, quorum vnum sit propter aliud tanquam ob finem: semper enim prius expetitur finis, quàm id quod est ad finem. Non negabit etiam in tertio, peccatum Adami prauiusum esse ante cetera peccata generis humani, quae ex illo tanquã ex radice ortum habuerũt. In quarto etiam cõcedet, prius fuisse expetita merita & passioe Christi, quàm gratiam, quae inde praedestinis aduenit, &c.

*Præscientia peccatorũ præcessit praedestinationem & reprobationem ex D. August. multorumq; sententia.*

Alij verò existimant, praescientiã peccatorum in Deo, tum Christi, tum aliorum hominum praedestinatione priorem fuisse. Et quidem Augustinus multis in locis docere apertissimè videtur, scientiam ruinae generis humani, peccatae originis, quod omnes fecit, in Deo fuisse ante praedestinationem & reprobationem hominum: Deum verò prauidentè totum genus humanum originis peccato infectum, dignumq; ea ratione interitu aeterno, ac proinde vclut massam quãdam perditionis propter peccatum, quo erat infecta, ex sua tantum misericordia & liberalitate, absq; vllis praerestibus meritis, aut ratione ex parte hominum, ex eternitate conferre voluisse quibusdam media efficacia per Christũ, quibus ad beatitudinè perueniret, scq; eos in Christo & per Christũ merte gratis praedestinasse, vt in eis cõfederet diuicias gloriae suae, per modũque misericordiae bonitas ipsius in eis splendet: cũ reliquis verò libetè noluisse vti tali be-

beneficentiã, sed illos, nemini inferendo iniuriam, iusto iudicio voluisse relinquere in massa perditionis, nolendo cõferre per Christum media efficacia quibus ad vitam aeternam peruenirent; atque adeo voluisse eos punire, vel propter solum peccatum originis, vel propter peccata alia actualia, in quibus prauidebat eos ex hac vita discessuros; idq; in commendationem iustitiae suae vindicatur: quod est, eos in eum finem reprobasse.

Neutrum horum, ait Augustinus, fuisse ex operibus propriis eorũ, qui vel praedestinantur, vel reprobantur, sed vtrunq; fuisse antequam quicquam boni aut mali egissent, vt adhibito exẽplo in Iacob & Esau docet Paulus ad Ro. 9. Nihilominus licet praedestinatio fuerit ex sola misericordia Dei, quae merte gratis, nullaq; existente ratione ex parte praedestinatorum separare illos voluerit de massa perditionis, reprobationem tamen dicit fuisse propter peccatum originis prauiusum tanquã praerexistens, quando agebatur de remedio & gratia per Christũ donanda, quae, quatuor praedestinati sunt, fuerunt praedestinati. Dum enim statuit Deus, non conferre reprobis ea media per Christum, quibus in vitam aeternam peruenirent, vt pote illis minimè debita, sed eos vel relinquere in peccato originis, vel, si ab eo resurgeret, permittere vt in alia peccata inciderent, quae prauidebat sua libertate commissuros, in eisq; vitam finituros, voluit eos reprobare: quo fit, vt origo & ratio reprobationis fuerit peccatum originis, statusq; naturae corruptae, cum proposito non cõferendi ea media per Christum, quibus à perditione omnino euaderent. Ita intelligo Augustinum, qui multis in locis hanc docet sententiam: tamen non ita accuratè explicet, quo modo intelligat peccatum originis esse ex parte reprobatorum rationè & causam reprobationis. Quia ratione à multis impugnatur, obicitentibus, peccatũ originis, cum in Esau per circumcissionè, & in multis aliis reprobis per baptismum, & alia remedia fuerit deletum; & semel remissum, redire nequiverit, nullo modo potuisse esse rationem reprobationis eorum. August. tamen in eo sensu intelligere videtur, fuisse causam reprobationis, quatenus fuit causa tum amittendi ius ad regni caelestis, tum etiã status naturae corruptae, nolente Deo per Christum reprobis conferre eã gratiam & auxilia sine quibus prauidebat eos sua sponte & libertate

*Prædestinationem fuisse sine ulla ratione ex parte praedestinatorũ, reprobationè verò ob peccatum originis, asserit D. Aug.*

& libertate æternum interitum incurfuros: cum tamen, si vellent, eisdem auxiliis, & aliis quæ per Christum paratus erat tribuere, si, quod in eis erat, facere voluissent, & interitum æternum euadere, & vitam æternam, in quam conditi erant, consequi potuissent. Hanc totam doctrinam tradit aperte August. li. 1. ad Simplicianum quæst. 2. post medium, epistola 105. ad Sixtum, serm. per totam, & 157. ad Opratum, in Enchiridio c. 94. 98. & 99. de prædestinatione & gratia à c. 3. Hypog. lib. 6. & alibi sæpe, vel ipse vel quicunque alius duorum posteriorum operum auctor.

*Quomodo aliqui communem Scholasticorum sententiam explicent, ut cum D. Aug. omnino obsequiantur.*

Aliqui volunt communiorē Scholasticorum sententiam, de qua superiori membro dictum est, non ita esse intelligendam, quasi Deus ante omnem præscientiam actionū liberi arbitrij creati, atque adeo ante præscientiā peccati originis, quosdam, quos voluit, elegent, reliquos pro sua libera voluntate reiecerit ac reprobauerit, ad sue misericordix & iustitiæ vindictiæ ostensionē: sed quod id fecerit, post notitiam peccati, saltem originis, dum per Christū & in Christo (cuius incarnatio, si Adamus non peccasset, futura non esset) quotquot beandi erant, de statu perditionis in sempiternam felicitatem perducere statuerit: ut prædestinatio & reprobatio posterorum Adam, talis ex æternitate fuerit, qualis iuxta August. sententiam paulo ante explicata est.

In quo in primis non vitant illa, Deo indigna, inhumanitas, siue crudelitas, quod sine vlla ratione ex parte reprobatorum, & culpa, quæ id mereretur, voluerit Deus tantam hominum multitudinem reicere & reprobare, & quasi de industria quæruerit illis peccatorum occasiones, permissurūque peccata, ut eos iuste punire posset. Cum enim originis peccatum, iam tunc præuisum futurum, sufficiens fuerit causa meritoria ad iuste damnandum, excludendumque à regno cælesti totum genus humanū, utique ex misericordia Dei infinita fuit, quod Christū redemptorem generi humano voluerit donare, & quod in Christo & per Christum quosdam hominum voluerit prædestinare, ex iusto verò, ac inficiturabili iudicio, reliquos reprobare, non conferendo illis per Christum auxilia, sine quibus prævidetur non peruenirent in vitam æternam, sed relinquendo eos in perditione, in qua, si Christus generi humano non fuisset concessus, permansissent: maxime cum multi reproborum suspens per Christum à multis peccatis li-

berati, pro quibus poenas acriores persoluissent apud inferos, esto vitæ æternæ non sint consecuti.

Deinde, si ita explicetur communis sententia, auctores illius dicere possunt, ac ratione Deum voluisse omnes homines saluos fieri, & tamē noluisse prædestinare omnes in Christo, sed quosdam duntaxat, & alios de industria reprobare, in quibus iustitia ipsius vindictiua splēderet, quod quasi ex primaria intentione, qua (nihil interim cogitando de Christo, nondumque præuiso peccato futuro) create constituit genus humanum in iustitia originali quæ ad posteriores omnes deriuaretur, voluit omnes homines saluos fieri, si per ipsos primūque parentē non staret: at præuiso iam peccato & perditione generis humani, dum in Christo & per Christum homines prædestinabat, noluit omnes saluos fieri, sed eos tantum quos prædestinavit.

Veruntamen proculdubio dicendū est, etiā in statu naturæ corruptæ per Christū velle Deum omnes homines saluos fieri, si per ipsos, dispositionemque ipsam vniuersi, non steterit, ut quæst. 19. art. 6. ostensum est. De statu namque naturæ corruptæ, postiq; originis peccato, loquebatur Paulus, dum primū ad Timotheū 2. dixit, Deum velle omnes homines saluos fieri. De eodem etiam statū sub iurcurando affirmat Deus Ezechielis 18. non esse voluntatis suæ mortem impij, sed vt conuerteratur, & viuat. Atq; in eodem statu omnes sine exceptione inuitantur à Deo ad vitam æternam. Christus præterea omnibus in redemptorem datus est, vt omnes, si per ipsos non staret, in vitam æternam peruenirent. Nec, iuxta illam aliam explicationem, dicendus esset Deus velle omnes homines saluos fieri, sed voluisse in statu innocentiæ omnes homines saluos facere, si statū ipse perseverasset, per primūque parentem non steterit.

D. Thom. 3. p. q. 1. ar. 3. ad quartū, ait prædestinationē præsupponere in Deo præscientiam futurorū, & ob id, quod Deus prædestinat salutem alicuius hominis implendam per orationes aliorum, vt salutē Pauli per orationes Stephani, ita prædestinasse opus incarnationis in remedium humani peccati, quod præcognoscebat futurū. *Prædestinatio autem præsupponit præscientiam futurorū, ut ait quod præcedit in Deo prædestinationem, si intelligatur de omnibus vniuersim futuris, & de præcognitione quod absolute & absq; vlla hypothesis sit futura, aperte est falsū. Etenim Dei præscientia, quod*

*In statu etiam namque corruptæ quo modo Deus velle omnes homines saluos fieri.*

*Prædestinatio autem præsupponit præscientiam futurorū, ut ait quod præcedit in Deo prædestinationem, si intelligatur de omnibus vniuersim futuris, & de præcognitione quod absolute & absq; vlla hypothesis sit futura, aperte est falsū. Etenim Dei præscientia, quod*

quod Petrus habiturus sit gratiam & gloriam, posterior est decreto voluntatis diuinæ, quo illum statuit creare, & cōferre media quibus prævidet ipsum ad gratiam & gloriam perueniturum: quandoquidem in Deo scientia libera cuiusque effectus posterior est actu libero voluntatis diuinæ, quo facere aut permittere statuit talem effectum, vel conferre media quibus prævidet liberæ arbitrij esse futurum, vt supra diximus: prædestinatio autem Petri cōpletur per actum voluntatis diuinæ, quo statuit conferre Petro auxilia & media quibus prævidet illum ad gratiam & gloriam esse perueniturum.

*Caietani sententia.*

Caietanus eo loco, arbitratus sermonem D. Thomæ esse de præscientia futurorum quoad esse eorum futurum absolute absq; vlla hypothēsi, vt propositam euadat difficultatem, distinguit tres ordines rerum, qui præordinationi diuinæ per prouidentiam aut prædestinationē subiaceant. Primū esse dicit, quo res omnes per diuinam prouidentiam in fines suos naturales ordinantur. Hunc appellat ordinem naturæ. Secundum, quo res mente prædicæ, insuper in finem supernaturalem gloria per gratiā & media supernaturalia diriguntur: quem vocat ordinem gratiæ. Tertium, quo creatura aliqua ordinatur ad summam vniōnem, quæ cū Deo esse potest, qualis est vniō hypostatica. Hunc ordinem Dei & creaturæ nominat: commodius ordo vniōnis hypostaticæ appellari poterit.


Hos tres ordines ita dicit esse inter se affectos, vt secundus supponat primū: quippe cū prius res per diuinam prouidentiam ordinentur in suos fines naturales, quàm per gratiā quædam eorum ordinentur vterius in finem supernaturalem. Quia ergo, inquit, prius Deus per suam prouidentiam creare constituit res omnes naturales, & eisdem conferre media propriis finibus naturalibus accommodata, quàm ordinare decerneret creaturas mente præditas ad gloriam per gratiam & media supernaturalia; inde est, quod prævidet omnia futura contingētia spectantia ad ordinē naturæ, antequam quicquam statueret & prævideret circa futura contingētia spectantia ad ordinē gratiæ. Quia verò ad ordinem naturæ non solum pertinent res naturales, media, operationes, & effectus earum, sed etiā defectus & peccata, tum agentium ex necessitate naturæ, vt sunt montes, tum etiā agentium liberè, cuiusmodi sunt ea, quæ in genere

moris peccata dicuntur, eò quod, iuxta illud Osee 13. Perditio, tua Israel, ex solis nostris viribus peccare valcamus: sit, vt ante prædestinationem & ordinem gratiæ, prævidet Deus peccata omnia generis humani, atque adeo vti illa etiam præcognouerit ante ordinem vniōnis hypostaticæ, qui vtrūque ordinem supponit. Deus namque prius constituit ordinem naturæ: quia verò ille non pertingebat ad finem supernaturalem gloriæ, addidit ordinē gratiæ, & quia hic non pertingebat ad summā vniōnem, quæ cū Deo esse potest, ordinē vniōnis hypostaticæ superaddidit.

Iuxta hæc ergo Caietanus ait, Propositionem D. Thomæ intelligendam esse, non de omnibus vniuersim futuris cōtingentibus, sed de illis, quæ non habent originē ex ordinibus diuinæ prædestinationis, seu gratiæ & vniōnis hypostaticæ, ab illis tamen supponuntur, cuiusmodi sunt, futura contingētia spectantia ad ordinem naturæ, de quorum numero sunt peccata futura.

Hæc nihilominus conclusio cōstituenda est: Ante prædestinationem tam hominum, quàm Christi Domini, quatenus homo est, vt scilicet simul esset filius Dei, atq; adeo antequam Deus incarnationem decerneret, præcessit in mente diuina cognitio omnium vniuersim futurorum contingētium, non quidem qua ea absolute esse futura nouit, sed ex hypothēsi, si eū totum ordinē rerum, naturæ, gratiæ, & vniōnis hypostaticæ condere vellet, quæ re ipsa cōdere statuit: non verò cognitio peccatorum, quia ea absolute & absq; vlla hypothēsi esse futura præcognouit. Prior pars satis cōfirmata est q. 14. art. 13. dis. 49. & sequentibus, vbi ostensum est, Deum ante omnem actum liberum suæ voluntatis, atque adeo ante omnem prædestinationem, & ante omnem scientiam liberam, partim per scientiam merè naturalem, partim per mediā illam scientiam inter liberam & merè naturalem, de qua disputatio 51. & duabus sequentibus locuti sumus, cognouisse futura omnia contingētia, non solum quæ futura sunt in toto ordine rerū, quem condere decreuit, sed etiā quæ futura essent tum in eo ipso, si eū quoad circumstantias & auxilia aliquo ex infinitis modis sua omnipotētia possibilibus variasset, tum etiā in quouis ex infinitis aliis ordinibus rerum, quos condere potuit: ac cognouisse vniuersim ea omnia futura contingētia, non secundū esse futurū absolute absq; vlla hypothēsi, sed sub cōditione si huius vel illius ordinis

*Prædestinatio etiam Christi, si vt hominis, ante reuelatam cognitionem futurorum omnium, non contingētis ex hypothēsi dicitur.*



*Qualis  
delibera-  
tio pro  
cessu  
fuit om-  
ne actum  
liberum  
voluntatis  
divina.*

ordinem rerum cum his vel illis circumstantiis condere vellet. Atque hæc planè fuit omnino integra, ac plena, & qualis Deum decebat, vt ira dicam, deliberatio ex parte intellectus diuini, ante omnem actum liberum suæ voluntatis, qua quicquid velle poterat, omnemq; habitudinem mediatorum ad fines, & connexionis aliquorum finitū inter se, eo simplicissimo intuitu, quo se ipsum atque omnia in se ipso naturaliter comprehendit, plenissimè & perfectissimè cognouit.

Quare, quod ad rem præsentem attinet, contemplari debemus Deum, antequam quicquam liberè voluerit, intuentem infinitos ordines rerū, quos creare poterat, & quid in vnoquoque, etiam per liberum arbitrium creatum, esset futurum, si talem ordinem cū his vel illis circumstantiis creare vellet, atque adeo intuentem quid futurum esset per arbitrium Angelorum, primorumque parentum, ex hypothesi quod vtroque in gratia, primosque parentes cum iustitia originali, vt vitam æternam propriis meritis obtinerent, in eo ordine rerum crearet, quem re ipsa create constituit; intuentem præterea, nō solum quam habitudinem hic ordo rerum, quoad hūc mundum vniuersum, hominesque & Angelos prædicto modo creatos, habebat, vt in eis bonitas, liberalitas, sapientia, potentia, cæteræque diuinæ naturæ perfectiones relucere, sed etiam quam habitudinem & congruentiam habebat Christus verus Deus & homo; tum vt hominum & Angelorum esset caput, atque adeo vt præstantioribus bonis, quam careri omnes, donaretur, in eiusque honorem & gloriam cætera omnia cederent, tum etiam vt redimeret genus humanum, cuius ruinam ex eadem hypothesi futuram intuebatur, & vt in Christo & per Christum, quotquot homines forent saluandi, prædestinarentur; tum denique vt in generis humani redemptione, & in cæteris, quæ per Christum futura erant, omnia ipsa diuina attributa multo magis quam in cæteris omnibus rebus, relucere: hæc, inquam, omnia, & infinita alia intuentem contemplari debemus Deum, antequam quicquam liberè constitueret. Cū verò verò habitudines finium, rerumque omnium inter se, plenissimè cognoscere, integrumque illi esset, non velle permittere ruinam generis humani, nisi per Christum felicissimè vellet ei subuenire, neque item velle incarnationem, nisi tanquam partem sui finis integri adiunctam habe-

ret reparationem generis humani; cū etiam, non solum ante ruinam generis humani, sed etiam post illam, nulli adūtorum voluerit sempernam beatitudinem, nisi dependenter à proprio vtu liberi arbitrij cuiusque eorum, imò neque paruulis, nisi dependenter à remedio contra peccatū originis per vsum liberi arbitrij aliorū exhibito, vt ex fide constat; deniq; cū vnico simplicissimo actu suæ voluntatis, præuiq; plenissima deliberatione seu cognitione circa res omnes, voluerit ex æternitate quicquid voluit: sanè extermināda omnino videtur instantia Scoti & aliorū, in quibus in statuenda incarnatione prædestinando Christo cū cæteris beatis, aut reprobatis cæteris hominibus, Deus vnum voluerit ante aliud, aut per scientiam liberam præuiderit ante aliud, quæ certè instantia adeo obscuram reddunt quæstionem hanc, vt vix, aut ne vix quidem, intelligi queat. Imò nec vix etur admittenda scientia illa, qua secundum esse futurum absolute, & absque vlla hypothesi, præuiderit Deus ruinam generis humani, antequam de incarnatione Christi ageret, & de prædestinando Adamo, Adamiq; posteris in Christo & per Christum, vt Augustinus, & multi alij docere videntur. Satis namque est cognitio, qua eam ipsam ruinam, & omnia contingentia per scientiam naturalem & mediam inter liberam & merè naturalem futura præuiderit, ex hypothesi quod eum ipsam ordinem rerum condere decerneret; neq; credo aliud voluisse Augustinum. Imò verò cū non minus verisimile sit, quod nunquam Deus voluisset permissionem ruinæ generis humani, nisi simul subuenire illi per Christum decreuisset, quam verisimile sit quod noluisset omnino incarnationem, nisi coniunctam haberet reparationem generis humani, vtique sicut ex sententiā Augustini, & aliorum, qui, si Adam non peccasset, futuram non fuisse incarnationem affirmant) non fuit in Deo præcognitio futuræ incarnationis absolute, & absque vlla hypothesi, ante scientiam de ruina generis humani; ita neque fuit præcognitio futuræ ruinæ absolute, & absque vlla hypothesi, ante scientiam de futura incarnatione: quandoquidem, vt neutram vel esse vel permittere Deus voluit sine altera; ita neutrius cognitio fuit in Deo per scientiam liberam, atque adeo secundum esse futurum absolute, & sine hypothesi, ante eam: quoad esse verò futurum

*Scoti in-  
stantia est  
extermināda.*

*Item præ-  
uisionem  
absolutā  
peccati  
originalis  
ante præ-  
destinationem.*

*Funda-  
mentum  
Scoti dis-  
soluitur.*

rum ex hypothesi, si scilicet Deus cōdere vellet totum ordinem rerum, quem re ipsa condere statuit, vtique cognitio fuit simul ante omnem actum voluntatis diuinæ, per scientiā naturalem, atque mediā inter liberam & merè naturalem.

Ad fundamentum ergo illud, cui Scotus & alij in eiusmodi instantium designatione inniuntur, dicendum est, si velint, cum qui ordinatè, hoc est, ordine quodā vnum post aliud, vult finem & media, prius debere velle finem quam media; verum quidem esse: Deum tamen non ita se habere, præsertim in re de qua disputamus, sed simul velle finem ac media. Si verò velle ordinatè idem sit, ac non postmodò, siue indecenter, respondendum est, nihil indecens & præposterum in eo cerni, quod Deus, qui vnico actu intellectus omnia comprehendit, vnicoque actu voluntatis vult media omnia & fines, velit simul media & finem, atque adeo per scientiam liberam nō præcognoscat vnum corū ante aliud. Dicendum deinde est, cum qui vult quidem finem, non tamen suum, sed alterius, cui illum vult tanquam præmium, & sub conditione si ad illum per propria merita, gratiæ tamen innixa, peruenire voluerit, non prius velle alicui voluntate absoluta præmium quam præuideat futura, vel itaque eidem absoluta voluntate media quibus ad finem perueniet: beatitudo autem non est finis Dei, sed est creaturarum rationalium finis ac præmium per propria merita, cooperante gratia, ex ordinatione diuina obtinendum, iuxta illud Matth. 19: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, vt innumera alia scripturæ testimonia omittam. Quare neque prius vult Deus nobis voluntate absoluta finem, quam media, neque prius præuidet nos habituros finem, quam præuideat habituros media. Exemplum habemus accommodatum in eo, qui conducit operarium. Denarius enim diurnus non est finis patrisfamilias conducentis, sed est finis ac præmium labori operarij conducti: cū verò paterfamilias non velit illi finem & præmium, nisi dependenter ab opera, quam ille præstiturus est, non prius illi voluntate absoluta vult, vel absolute videt adepturum præmium, quam videat laboratum.

Quoniam verò Scotus eodem fundamento vtitur, ad probandum futuram fuisse incarnationem, esto Adamus nō peccasset; eo quod Christus, prædestinatioq; ipsius, sit finis prædestina-

tionis ac bonorum non solum cæterorum hominū, imò verò totius vniuersi; voluit verò, & subinde præcognitio finis secundum esse absolute futurum, antecedit in Deo volitionem & præcognitionem eorum quæ sunt ad finem, atque adeo, esto Adamus non peccasset, futura fuisset incarnatio & prædestinatio Christi, quæ minimè pēdebat ab his quæ circa homines, qui ad ipsum tanquam ad finem ordinabantur, accidissent: quoniam, inquam, Scotus eodem vtitur fundamento ad hoc ita probandum, dicendum est: quando Deus ita vult finem aliquem præcipuum, vt vicissim eundem ordinet in eolumētum mediatorum, neq; à Deo, nisi dependenter à comodo mediatorum, expectatur, vtique non prius velle finem, quam media, cōmodiueque illud mediatorū ex tali præcipuo sine profecturum; neq; absolute præferre futurum præcipuum finē, antequam absolute futura media, cōmodiueque mediatorum ex tali sine præuideat: verisimile autem est, quod nunquam Deus vellet incarnari, nisi simul reparationem generis humani, & prædestinationem hominum per incarnationem perficere voluisset, tamen incarnationi & prædestinatio Christi fuerit præstantior finis, ad quem cætera à Deo ordinata sunt, quam ipsum genus humanum, & prædestinatio cæterorum; in quem tamen finem vicissim, tanquam in partem sui integri finis, incarnationi ordinata fuit.

Iuxta priorem partem nostræ conclusionis intelligo doctrinam D. Thomæ in responsione ad quartum citata, vbi ait: Prædestinationem in Deo præsupponere præscientiam omnium vniuersim futurorum contingentium, etiam eorum quæ originē erant habitura ex ordine prædestinationis & gratiæ atq; vnionis hypostaticæ; nō tamè præsupponere præscientiam, quod futura essent absolute, sed ex hypothesi, vt paulo ante explicauimus: quæ sola præscientia instituit D. Thomæ inferuiebat. Vt enim Deus, actu libero prædestinationis, orationes iusti vnus in medium salutis alterius ordinaret (vt de orationibus Stephani protomartyris comparatione Pauli Augustinus & alij affirmat) satis erat, vt, dum Stephanum & Paulum prædestinabat, per scientiam mediam inter liberam & merè naturalem præcognosceret, si vtrumq; in eo ordine rerum & circumstantiarum create vellet, in quo eos collocauit, futurus inter ictus & crepius lapidum orationes Stephani pro suis persecutoribus, quas in medium

*Incarnati-  
onem fu-  
turam nō  
fuisse si  
Adamus  
non pec-  
casset,  
qua ratio  
nō aduer-  
sus Scotū  
defenda-  
tur.*

*Mens D.  
Thomæ  
explica-  
tur.*



dium praedestinationis & salutis Pauli praecipui persecutoris ordinaret, atque propter quas tam magnificè eū vocare & adiuuare decerneret. Vt item incarnationem in reparationem generis humani instimeret, satis erat si ex hypothesi quod hunc ordinem terri creare vellet, ruinā generis humani per eandē scientiam praevideret. Denique ut cetera omnia circa tres illos ordines naturae, gratiae, & vnionis hypostaticae constitueret, non quoque effectus vnus ordinis ad alterius ordinis effectus ordinaret, satis erat illa eadem praecognitio, vt explicatum est. Exemplū namq; illud, de orationibus ab vno fuis ad praedestinationē alterius, testatur D. Thom. intelligendum esse de praesentia, etiam futurorum contingentium spectantium ad ordinem gratiae: eas namq; orationes vnus ordinat Deus ad praedestinationē alterius, quae à gratia emanant, per quam Deo gratia redduntur.

Posterior pars conclusionis, quod praedestinationem, atque decretum diuinum circa ordinem gratiae & vnionis hypostaticae, non antecesserit praecognitio peccatorum, quod futura essent absolute abique vlla hypothesi, manifestè probari potest. Primò, quoniam per ordinē gratiae & diuinæ praedestinationis impeditur multa peccata: quò cum maiora sunt auxilia gratiae, eò pauciora peccata sunt: ergo quod hęc aut illa peccata sint aut non sint absolute futura, & quod id Deus praevideat, ex decreto voluntatis diuinæ circa ordinem gratiae & diuinæ praedestinationis dependet: non ergo antecellunt praedestinationi, quae quae peccata absolute sint futura, sed solum ex hypothesi, si talem vel talem ordinem gratiae vellet constituere.

Secundò, praevitio peccati originis, in cuius remediū Verbu assumptū naturā humanā, supponit praevitioem iustitiae originalis & gratiae Adamo sibi & posteris collata: omnium secluso hoc dono, nō esset peccatum originis, quod nobis solū nocuit in gravitate; neq; magis primum peccatū Adam in nos generatione transfunderetur, quam reliqua illius, aliorumq; partem peccata in nos transmittantur: cum ergo iustitia originalis & gratia, non ad naturā, sed ad gratiæ ordinem spectent, vt non omnium peccatorum praevitio antecedit in Deo ordinem gratiae, praevitioemq; futurorum contingentium ad eum ordinem spectantium.

Tertiò, si in Adamo nō praecessisset peccatum

originis, quod fuit post dona omnia gratiae in statu innocentie accepta, consecuta non fuissent tot peccata, quot, amissa iustitia originali, parata sunt, ac proinde non fuissent à Deo praevitae: sed primum Adami peccatum non fuit praevitum antequā iustitia originalis & cetera dona, quibus nihil obstantibus peccavit, Deoq; sicut ingratas, essent in eo praevitae: ergo neque cetera Adami & posterorum peccata fuerunt praevitae, ante eorundem donorum ordinis gratiæ praevitioem: non ergo omnium peccatorum praevitio secundū esse futurum absolute praecessit in Deo constitutionem liberam ordinis gratiae, praevitioemq; futurorum contingentium ad eundem ordinem spectantium.

Quartò, cum peccata esse non possint nisi Deo permittere, peccata Adami & posterorum non prius à Deo fuerūt praevitae futura absolute, quam permittere ea decerneret: sed ea nō aliter permittere constituit quam ex aeternitate statuerit non conferre maiora auxilia gratiae quam re ipsa conferat (etenim nullum est peccatum, quod, multiplicatis auxiliis gratiae, tandem non possit impediri) ergo non prius ex aeternitate conspexit, quae peccata essent absolute futura, quam ordinem gratiae ex eadem aeternitate constitueret.

Quintò, vt supra dictum est, verisimile est, diuinam bonitatem permitturā non fuisse totius generis humani ruinā, nisi simul adhibere vellet felicissimè remediū per Christum: ergo non prius statuit permittere peccata generis humani, ac proinde neque illa praevitit absolute futura, antequam constitueret ordinē vnionis hypostaticae, praevititq; incarnationem futuram.

Sextò, in iis quae ita sunt affecta, vt vnum sit propter aliud tanquam ob finem, si quid Deus prius vult aut cognoscit absolute futurū, potius est finis, quam id quod ad finem ordinatur: sed gloria est finis gratiae, gloria & gratia sunt finis naturae, & non è contrario: Deus namque hominē propter gratiā & gloriā, reliquas verò res corporeas propter hominē cōdidit: ergo si inter futura contingentia, quae ad ordinem naturae & gratiae pertinent, aliqua Deus prius vult aut cognovit absolute futura, certè ea potius sunt futura contingentia ad ordinē gratiae & praedestinationis spectantis, quam quae ad ordinem naturae pertinent. Argumentū hoc tum secundū se vires habet, tum maxime aduersus Caietanum,

Scotum,

*Impugnatur Caietanus.*

Scotum, & alios, qui ea argumentandi forma in re, de qua disputamus, vniuntur.

Id etiam, quod Caietanus eodem in loco affirmare videtur, ab ordine scilicet vnionis hypostaticae, atque adeò à decreto voluntatis diuinæ de exhibenda incarnatione supponi in mente diuina ordinē naturae & ordinem gratiae, cognitionemq; futurorum cōtingentium vtriusque ordinis in mente diuina priorē esse cognitione futurē incarnationis, videtur apertè esse in fide periculose, Etenim cum prius (aut certè nō posterius) sit, Deum constituere, vt Christus, qua homo, sit per incarnationem, quā Christum esse praedestinatum ad tantam vel tantam gloriā, vtique si ordo gratiae & praedestinationis aliorum hominum antecederet in mente diuina ordinē incarnationis, Christus nō fuisset primus praedestinatorum, sed omnes alij praedestinati essent ante illum, atq; adeò praedestinati nō fuissent in illo & per illum, hoc est, ex meritis illius, quod pugnat apertè cum factis scripturis. Ad Ephe. namq; primò ait Paulus: Elegit nos in ipso ante mundi cōstitutionem, vt estemus sancti & immaculati in conspectu eius in caritate; qui praedestinavit nos in adoptionē filiorum per I E S V M Christum in ipsum. Non solū autē in Christo & per Christum, id est, ex meritis illius, nos praedestinavit, sed etiam ad imaginem & similitudinē illius tanquam capitis atq; exemplaris praedestinatorū, iuxta illud ad Rom. 8. Quos praesciuit & praedestinavit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Cōfirmari idem potest, quoniam omnes ex aeternitate praedestinati sumus in laudem & honore Christi capitis nostri, & per gratiam & merita illius; vt enim D. Thomas in argumento, sed contra, rectè in hoc artic. docet, per quae media ad beatitudinē in peruenimus, per eadem ex aeternitate à Deo praedestinati sumus vt ad illā perueniamus, cuius effectus noster in beatitudine non est aliud, quam esse cōformes executioni, aeternae praedestinationis: nullus verò post Adā peccatum ad beatitudinem, imò neq; ad gratiā peruenit, nisi ex meritis Christi, atque vt id in laudem & honorem illius cederet, iuxta illud ad Hebraeos 2. Decebat eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriā adduxerat, auctore salutis eorum per passionem consummari. Cum ergo ex aeternitate minime potuerimus in laudem & honorem Christi, per meritaque illius

*Christus Dominus praedestinatorum primus.*

praedestinati, nisi vel prius vel certè simul incarnatione cōstitueretur, sit, vt ordo gratiae & praedestinationis, cognitioque futurorum contingentium eiusdem ordinis, praecedere non poterit in mente diuina ordinem & decretum vnionis hypostaticae, cognitionemue Christi venturi.

Ex his omnibus patet, meditandum esse Deum optimum maximum, ante omnem actum liberationis suae voluntatis, ea plenissima deliberatione, de qua dictum est, praevititē, ex hypothesi quod, secluso Christo, eos Angelos & homines, vt in beatitudine pro ipsorum libertate peruenirent, in eo auxiliorem ac rerum ordine collocare vellet, in quo eos creauit, futuram ruinā quorundam Angelorum ac totius generis humani; praevititē item, ex sua infinita misericordia & bonitate posse donare Christū, cui, vt hominibus, gratiam vnionis, lōgeq; maiora bona, quam ceteris rebus simul sumptis, conferret; quem hominū atque Angelorū caput, rerumq; omnium Dominum constitueret, in quo totū vniuersum nobilitaretur; per quē genus humanum redimeretur; atq; à quo dona omnia, quibus genus humanum salutē consequeretur, deriuarentur, &c. Tunc verò vnico simplicissimo actu suae voluntatis ita elegisse simul totum eum ordinem, qui speciales naturae, gratiae, & vnionis hypostaticae ordines cōplectitur, & à constitutione mundi ad finem vsque seculi futurus est, vt in eo admirabili sapientia, naturae, gratiae, atque vnionis hypostaticae ordines inter se miro quodam modo intexeret, eorumq; nonnullos effectus in se mutuo ordinaret. At ita, propter plenissimā deliberationem, cognitionemue, qua futura omnia ex hypothesi praevidebat, meditandum est elegisse simul totum ordinem illū, partēque illius interuixisse, vt ex praevitioe lapsus generis humani, tanquam ex conditione sine qua non iraficeret, ortum haberet, vt (quod ad homines atinet) diuersum ordinē gratiae, ex vnione hypostaticae & Christo resiliatē, loco eius ordinis gratiae, qui, si Adam non peccasset, fuisset futurus, instituerit, & cum reliquis ordinibus complicauerit.

Quare in primis meditandum est, non fictè, sed ex animo (quae ipsius est veritas ac bonitas) eo ipso actu, quo totum ordinem, qui à principio mundi vsque ad consummationē seculi futurus est, elegit, proposuisse cōdere Angelos & homines in statu innocentiae (Christo interim secluso) vt proprio arbitrio, per gratiam illius status

*Praedestinatio & reprobatio vna cum constitutione calcearū venient, qualiter in Deo sint consideranda.*



abundantissimè adiuto, in beatitudinem pervenirent, eamque ex animo veraci, si per ipsos non statet, omnibus promiscuè conferre voluisse. Porro electio ordinis illius, quoad defunctum Angelorum & hominum in statu innocentiae, & quoad ordinem gratiae illius status, licet fuerit praedestinatio quoad eos Angelos, quos in eo ordine per talia auxilia pro ipsorum arbitrio perventuros in vitam aeternam praevidebat, quoad homines tamen, & eos Angelos, quos pro suo etiam arbitrio & culpa praevidebat ad eam ex illo statu non perventuros, solum habuit rationem providentiae circa beatitudinem, coniunctam habentis voluntatem permittendi peccata, propter quae praevidebat eos ad eam non perventuros. Ratione verò peccatorum, quae ita in Angelis praevidit futura, quoniam non statuebat eorum lapsum reparare, habuit ulterius adiunctam voluntatem eos excludendi à regno caelesti, atque peccandi cruciatibus aeternis, per quam ratio reprobationis illorum fuit completa.

Meditandus est deinde Deus, illo eodè actu, quo totum ordinem qui à principio usque ad finem saeculi futurus est elegit, quoad voluntatem donandi Christum redemptorem, atque ordinem gratiae, qui per Christum (soco eius quem Adamus amisit) lucescit, voluisse etiam ex animo promiscuè omnes homines, iam in Adamo lapsos, in vitam aeternam perducere, gratumque illi esse, tum ut singuli salutem suam diligenter curent, ad vitamque aeternam perveniât, tum etiam ut à cæteris ad eum finem diligenter adiuventur, juxta illud primè ad Theol. 4. Voluntas Dei sanctificatio vestra: & illud primè ad Timoth. 2. vbi, cum Paulus iussisset fieri orationes pro omnibus hominibus, addidit: Hoc enim bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri (ut multa alia scripturae loca praetermittamus) à ita voluisse omnes homines iam lapsos saluos fieri, ut propter rationes, quas quaest. 22. art. 1. & alibi reddidimus, in penamque peccati, voluerit id, non solum dependenter ab arbitrio cuiusque adultorum, sed etiam cum longè maiori eorum difficultate & periculo: quoad eos verò qui ad usum rationis non perveniunt, dependenter à causis naturalibus, cursuque universi, & ab arbitrio aliorum, qui eis remedium contra originis peccatum applicarent, denique quoad utroque magna ex parte dependenter à conatu Ecclesie,

parentum, cursuque, universi quoad cæteras causas liberas, in quarum potestate situm est docere & informare alios de iis, quae ad salutem sunt necessaria, verboque & exemplo ad eum finem permoveere, vel desidè ea in parte esse, aut etià eos pervertere, occasioneque ruinæ illis praebeere.

Porro electio ordinis illius, quoad voluntatem donandi Christum, & ordinem gratiae, quae in statu naturae corruptae hominibus confertur, simul fuit, tum electio & praedestinatio Christi, quatenus hominis, ut per unionem hypostaticam simul esset filius Dei, primus praedestinatorum ad gloriam, caput hominum atque Angelorum, universorumque Dominus, in cuius honorè & gloriam cuncta creata redundarent; tum etiam electio in Christo & per Christum mortaliu omnium, qui meritis & gratia ipsius in vitam aeternam perveniunt. Etenim voluntas donandi Christum hominibus lapsis, & per Christum totum ordinem gratiae qui post lapsum primorum parentum à principio mundi usque ad cõsummationem saeculi in diversis Ecclesiis militantis statibus multipliciter fluat, quique multo vberiorè haberet effectum, si per homines ipsos non statet, rationem habuit divinae providentiae circa beatitudinem comparatione mortaliu omnium, quae per Christum & in Christo omnibus ad beatitudinem densò provoum est: cõparatione verò eorum, quos Deus ea via pro libertate arbitrij ipsorum, aut applicato illis remedio contra originale peccatum, si ad usum rationis non perveniunt, perventuros praevidit in vitam aeternam, fuit praedestinatio in Christo & per Christum. Quare actu illo simul cætera omnia, quae ad naturam & gratiam spectant, ordinavit in Christum tanquàm in finem: & incarnationem ipsam atque Christum, licet expectaverit ut ideo essent quia in se ipso sunt maius bonum quàm cætera creata, vicissim tamen voluit ut foret in reparationem generis humani, tanquam in partem finis integri, sine qua, iuxta verissimiliorem sententiam, nõ foret Christi incarnatio. Omnia tamè (etiam ordinem Angelorum atque hominum in statu innocentiae) tandem in seipsum tanquam in finem retrulit, atque in admirandam suorum omnium attributorum ostensionem & commendationem, ut saepe dictum est.

Ex his omnibus quiuis iam facillè intelliget, nullâ fuisse vel electionem vel praedestinationem hominum in vitam aeternam, nisi in Christo & per Christum,

Christum, hoc est, ex meritis & gratia illius, ut art. 1. disp. 2. & art. 3. ex parte dictum est.

Illud praeterea animadvertendum est, quemadmodum supra dicebamus, electionem ordinis Angelorum atque hominum in statu innocentiae ita habuisse rationem providentiae circa vitam aeternam comparatione hominum atque vivorum Angelorum, quos Deus praevidebat ad eam proprio arbitrio & culpa non perventuros, ut adiunctam haberet voluntatem permittendi illorum lapsum in peccata, & ulterius voluntatem excludendi daemones à regno caelesti, coequae aeternis suppliciis cruciandi, per quam ratio aeternae reprobationis illorum completa fuit:

ita etiam electionem Christi, & ordinis gratiae, quae per Christum in statu naturae corruptae hominibus confertur, ita habuisse rationem divinae providentiae circa vitam aeternam comparatione eorum hominum quos Deus per illa auxilia praevidebat ad eam non perventuros, ut adiunctam habuerit, tum voluntatem permittendi lapsum eorum in peccata lethalia, quae propria, aut primè parentis libertate ac culpa praevidebat futura, atque perseverantiam in illis usque ad finem vitae, tum etiam voluntatem excludendi illos propter eiusmodi peccata praevisa à beatitudine, per quam voluntatem ratio aeternae eorum reprobationis completa fuit.

### Quantum integer effectus praedestinationis à libero adulti arbitrio pendeat. Membrum 9.



*Praedestimationis parvulorum & adultorum discriminè.*

**I**N omnibus ita examinatis ac constitutis, antequam subiiciamus nostram de praedestinatione sententiam (quam correctioni sanctae matris Ecclesiae, ut & cætera nostra, submittimus) illud in primis admonerim, multum interesse inter praedestinationem eorum qui ante usum rationis è vita decedunt, & eorum qui ad eum perveniunt (illos omnes parvulorum, hos verò adultorum nomine, deinceps significabimus). Etenim in praedestinatione & reprobatione parvulorum solum agebatur de gratuitis donis consequendis aut amittendis: parvuli namque reprobati in reliquis perinde se habebunt, ac si in solis naturalibus fuissent constituti. Imò post diem Iudicij, cum ipsorum animae suis fuerint corporibus restituta, ab omnibus molestiis, & ærumnis, quibus in hac mortali vita subiicemur, supernaturaliter liberabuntur, melioremque, in naturalibus vita, vitio omni mentis & corporis immunt, in perpetuas aeternitates ducet, quæ vllus unquam mortalium duxerit. Quia ergo in praedestinationis aut reprobationis parvulis, solum agebatur de gratuitis donis consequendis, aut amittendis; mirum non est, si quæadmodum per aliena tantum merita, Christi videlicet Servatoris nostri, praedestinantur, ita propter aliena tantum demerita ad ipsos denudata, nempe propter pec-

ccatum, nõ sua sed primi parentis voluntate commissum, ad ipsosque naturali propagatione transfusum, eisque inhaerens, reprobantur. Mirum itè non est, si post innocentiae statum amissum, nec vitam aeternam consequi, nec penam damni aeterni evadere, in eorum potestate collocatum sit, sed utrumque ex cursu universi, & causis potentibus, eos, vel antequam nascantur, vel baptismum suscipiant, interirere, atque ex aliena industria & voluntate liberè eis applicante, aut non applicante, remedium contra originis peccatum, id totum pendeat.

In praedestinatione verò & reprobatione adultorum, cum de sempiterna felicitate cum acerrimis aeternisque cruciatibus commutanda ageretur, ratio ipsa postulat, ut (Deo ad merito vitae aeternae, quo solis adultorum vitibus comparari non poterant, opitulanti parato) in manu consilij sui collocaretur, ut vel propius meritis, vitae saltem aeternae, vel certè interveniente propria industria quod dixerim propter eum, qui attritus solum, diu sui erat copos, è vita discedit, sacramento post amissum usum rationis susceperit) vel demeritis propriis, ad vitam aut ad mortem aeternam, ut mallet, pervenirent: id quod re ipsa ita effectum esse scripturae sacrae ubique testatur. Quo fit, ut omni profuso dubio firmum adsumat esse in vitam aeternam, nisi per propria merita,



que, auxilii & donis diuinis nihil omnino impediens, in potestate liberi arbitrii situm sit re ipsa habere, vel non habere, vt maluerit; quae de causa laudi & merito illi tribuuntur. Intelligit, vel curae interueniente propria industria: quod addo, propter adultum illud, de quo paulo ante locuti sumus. Simul obserua, me non dixisse, adultos praedestinos esse propter propria merita, sed per propria merita illud enim esset falsum; hoc autem est verum. Hinc etiam sit, vt nullus adultorum reprobus sit ad cruciatus aeternos, nisi propter propria demerita, quae re ipsa habere, aut non habere, in potestate liberi sui arbitrii sit collocatum, eaque de causa vituperio, aeterna punitione dignissimum, cuique tribuitur. Nullus ergo Catholicus negare potest à quocunque adulto praedestinato propria merita, quae, nihil omnino impediens diuina praedestimatione, in eius potestate est praestare, aut non praestare. Imò neque negare potest proprias dispositiones ad fidem, primam gratiam, & alia dona, quae licet à gratia excitante & cooperante pendeant, a tamen nihil omnino impediens diuina praedestimatione, in potestate liberi arbitrii sua habere, aut non habere, situm est. Quare quantum quaest. 14. art. 13. multis disputationibus ostensum est, nihil impediens diuina gratia à nobis pendere bonum vsum arbitrii nostri, quo vel ad gratia disponimus, vel eam iam adepti exercemus opera incrementi illius & gloriae meritoria, in eaque perseveramus, sustinendum, nihil omnino impediens diuina praescientia & praedestimatione, dicendum est, à nobis ipsis, nostraque innata libertate, simili modo pendere, atque adeo, nihil vel praedestimatione vel reprobatione Dei aeterna impediens, in potestate nostra esse, vel ita re ipsa operari, vt vitam aeternam consequamur, vel etiam eo modo, vt ab ea in extremam miseriam deflectamus. Quae omnia, & quam ratione cum aeterna praedestimatione & reprobatione consentiant, ostendere proponimus. Neque dubito, quin ea, quae à me modo paucis comprehensa sunt, de fide sint, si quae toto art. 13. quaest. 14. & art. 6. quaest. 19. & quae hac & praecedente quaestione dicta sunt, expendantur.

In praedestimatione adulti duo ante oculos habenda sunt. In primis adultus ipse, qui ex aeternitate est à Deo praedestinator, vt cum donis, quae Deus ex aeterna praedestimatione statuit

illi conferre, per suum arbitriū cooperetur suam salutē, in vitamque aeternam perueniat. Secundo loco dona ipsa, quibus Deus aeterna sua praedestimatione statuit illi adiuuare, perducereque in vitam aeternam, quae dona, vt à Deo per praedestimationem aeternam proficiuntur, effectus sunt praedestimationis.

Vt ergo interim solum loquamur de effectibus supernaturalibus, quos integer effectus praedestimationis adulti includit, exemplū, quo dilucidior res fiat, in eo adhibeamus, qui, adultus cum sit, ad fidem vocatur, ex infidelique fidelis ac iustus efficitur, & decessit temporis, vt fieri solet, saepe à gratia decedit, illamque recuperat, tandemque per bona opera in gratia vltimò accepta fructificat & crescit, ad extremumque vitae spiritum in ea perseverat, & vitam aeternam promeritorum ac gratiae quantitate consequitur. Quod enim de integro effectu praedestimationis talis hominis dictum fuerit, facile effectui praedestimationis cuiusvis alterius adulti, paucis mutatis, accommodabitur.

Ex iis igitur, quae quaest. 14. art. 13. praesertim à disputatione 8. & à disputatione 36. explicata sunt, nemini dubia esse debent quae sequuntur. Primum est, licet habitus fidei, spei, caritatis, primaeque gratiae gratum facientis qua iustificamur, à solo Deo efficienter producantur, neque sub nostro merito cadant, pendere tamen de lege ordinaria à propria dispositione adultorum, qua per liberam cooperationem proprii arbitrii, cooperante auxilio diuinae gratiae prauecientis atque excitantis, se disponunt. Et licet incrementum gratiae gratum facientis quod post iustificationem in progressu vitae adultis infunditur, & gloria quae in termino vitae adultis praedestinatoris conferatur, à solo Deo efficienter producantur, pendere tamen à proprio merito adultorum, quo per liberum sui arbitrii influxum, cooperante diuina gratia, eiusmodi incrementum gratiae gratum facientis & gloriae promerentur. Pendere item à positio: aut negatio, libero vsu sui arbitrii, quo à lethaliibus peccatis vsque ad terminum vitae liberè, tentationibus resistendum, ac difficultatibus superando, abstinent, eaque ratione gratiam vsque ad finem vitae liberè conseruant. Quamuis non negandum sit, si partem aliquam gratiae gratum facientis in progressu vitae ex opere operato, vt vocant, virtute alicuius sacramenti recipiant, neque illam, neque gloriam

*Prædestinationis effectus.*

*Prædestinationis adulti supernaturalis effectus quantum à libero vsu sui arbitrii pendens, & quantum à Deo.*

quae illi respondet, propriis meritis, sed Christi duntaxat recipere; vt tunc tamen dependenter ab vsu proprii arbitrii, quo tale sacramentum liberè suscipere voluerit, atque à propria dispositione, qua ad illud suscipiendum se aptauerunt. Quo fit, vt adulti, licet effectus supernaturales praedestimationis connumeratos à solo Deo efficienter recipiant, nihilominus eos dependenter à libero vsu proprii arbitrii, modo paulo ante explicato, recipiant. Neque hac in re vllam video esse contouersiam aut difficultatem.

Secundum est, actus supernaturales liberi arbitrii, quibus adultus infidelis, à Deo per auxiliū gratiae prauecientis excitatus, liberè se primò disponit ad fidem, vel spem, vel gratiam suscipiendam, pendere tum à Deo per gratiam prauecientem, tum etiā à libero influxu adulti per proprium arbitrium influentis, qui indifferenter potest vel cooperari ad eos actus cum prauecientem & excitatē gratia, vel non cooperari, aut etiam ab ea dissentire, cassamque illam reddere comparatione actuum ad quos Deus per illā liberum adulti arbitrium inuitat. Qui autem sint eiusmodi actus, & qua ratione à nobis & à Deo fiant, imò quousque gratia etiam prauecientis à conatu Ecclesiae, atque à libero nostro arbitrio, iuxta leges à Deo praescriptas, pendeat, locis superioris citatis explicatum est. Ex eisdem etiam locis patet, supernaturales actus, quibus adultus, post adeptam primam gratia, incrementum illius, & gloriae promeretur, à libero adulti influxu in eos, atque à gratia gratum faciente iam adepta, aliisque, interdū auxiliis diuinis simul concurrentibus, dependere. Merita namque nostra ita sunt nostra propter liberum influxum quoad illa concurrunt, & à quo pendet, vt sunt illi dona Dei propter gratiam & dona per quae nobiscum cooperatur, à quibus non minus, imò multo magis dependent. Vtus denique liberi arbitrii, quo adultus iustificatus in gratia semel accepta à lethaliibus peccatis abstinens omnes tentationes ac difficultates superando, diu perseverat, vt ex eisdem locis est manifestum, pendet tū ab arbitrio ipso, quod, & consentire aut non consentire in peccata, & tentationibus succumbere aut repugnare, prout maluerit, potest, tum etiam à diuino auxilio, sine quo diu in gratia perseverare non potest, quin succumbat, atque in lethale peccatum deuoluatur.

Ex his omnibus illud in primis non obscurè

deducitur, totum, & singulas partes eius supernaturalis vsus liberi arbitrii, qui in integro effectu praedestimationis adulti includitur, siue sit vsus quo adultus liberè ad finem, spem, caritatem, & primam gratiam se disponit, siue quo, post acceptam iustitiam, liberè exercet supernaturalia opera quibus incrementum gratiae & vitae aeternae promeretur; à peccatis abstinet, difficultates superat, tentationibusque resistit, habere duas causas liberas, & à qualibet earum tanquam à parte vnius integræ causae pendere. Prior ac praecipua Deus est, qui per sua dona, concurrentem, & auxilia cooperatur totum illum bonum vsus, & singulas illius partes. Posterior ac minus praecipua, ipsum arbitrium, quod libero suo influxu ad eundem supernaturalem suum vsus, & singulas illius partes, cooperatur. Quare quemadmodum totus, & singulae illius partes, à Deo pendet, & efficiuntur, ita etiam à libero ipso arbitrio. Sicut item si Deus supernaturalem in illum, & in singulas illius partes, nollet influere, omnino non essent: ita si arbitriū ipsum, vt potest, in singulas illius partes non cooperaretur, penitus non essent. Quae omnia late explicata sunt quaestione 14. artic. 13. Si ergo bonus vsus supernaturalis arbitrii & singulae illius partes spectentur vt praedictō modo à Deo tanquam à quadam parte totius causae proficiuntur, bonus vsus liberi arbitrii includitur in integro effectu praedestimationis adulti, tanquam pars quaedam illius. Si verò spectetur vt praecise ab arbitrio creato emanat tanquam ab altera parte integræ illius causae, habet se ex parte praedestinatoris, eoque id quod Deus ab eo exigit, vt cooperetur etiam ad suam salutem, dignisque premio aeterno per propria merita, quae dona etiam sunt Dei, efficiatur. Atque hac ratione diximus supra, in praedestimatione adulti duo esse ante oculos habenda: tum adultum ipsum, qui ex aeternitate est à Deo praedestinator, vt cum donis, quae ex praedestimatione aeterna statuit illi conseruare, per suum arbitrium cooperetur suam salutem, vitamque aeternam consequatur: tum dona quibus ex aeterna praedestimatione statuit illum in tempore in vitam aeternam perducere: eaque dona, vt à Deo per praedestimationem aeternam proficiuntur, esse effectus praedestimationis. Etenim quemadmodum in destinatio sagitta in scopum, aliud est sagitta quae destinatur, aliud

*Liberi arbitrii bonus vsus supernaturalis, quae ratione includatur in effectu praedestimationis.*

vis quæ illi à sagittario imprimitur, qua in scopum ab eo destinari dicitur: sic etiam in destinatione, quæ adultus à Deo, vt per suum arbitrium non solum propria sponte, sed etiam propria liberate & meritis in vitam æternam deueniat, eo modo destinatur, vt, si velit, deficere ab ea possit, aliud est id quod ita destinatur, nempe adultus ipse sua inuoluntate præditus, in manuque consilij sui constitutus, aliud verò media quibus à Deo destinatur, adiuuante constituitur, vt cooperando per suum liberum influxum in vitam æternam perueniat. Quo fit, vt ex parte adulti prædestinati non solum sese habeat adultus ipse, sed etiam ipsius innata liberitas, atque adeo liber influxus & cooperatio, vt præcisè ab arbitrio ipso emanat: ex parte verò Dei prædestinantis, prædestinationis sue diuinæ, sese habeant omnia, quibus illum adiuuare, in vitamque æternam, tam per se immediatè, quam per causas secundas, perducere constituit, quæ omnia vt à Deo (etiam bonus ipse vsus liberi arbitrij, vt à Deo cooperante efficitur) effectus sunt prædestinationis. In partibus verò eiusmodi boni vsus liberi arbitrij nihil omnino cernitur profectum à Deo, quod non item ab arbitrio creato emanet, & è contrario, quin potius quicquid in illo est, totalitate effectus, vt vocant, totum est à Deo, totumque ab arbitrio creato; ab vnoquoque, vt à parte totius causæ; ab vtroque simul, vt à causa integra: non exclusis interim aliis causis, si quæ simul concurrant.

Illud tamen animaduertendum est, quatenus ille bonus vsus emanat ab arbitrio creato, in Deum etiam referri, tum vt in auctorem ipsius arbitrij, qui in similes bonos vsus vim illam hominibus contulit, tum vt in eum, ex cuius generali concursu quicumque arbitrij influxus pèdet, tum etiam tanquam in eum, qui suis supernaturalibus donis, auxiliisque præuenientis gratiæ, arbitrium ipsum inuitat & allicit, vt consensum præbeat ad eiusmodi vsus supernaturales (vt enim q. 24. art. 13. disp. 2. & alibi explicatum est, sæpe arbitrium neque quoad substantiam actus, hoc est, ad similes vsus naturales infuisset, nisi præueniente gratia alliceretur & inuitaretur, tum denique tanquam in eum, qui cooperando per eadem gratiæ dona in actus ad quos arbitrium ipsum cooperatur, efficit vt vsus ille, cooperatione arbitrij, in re sit supernaturalis, vt sæpe explanatum est. Semper tamen Deus arbitrio in-

natam libertatè, vt consentiat aut non cõsentiat, influat aut nõ influat, cooperetur aut nõ cooperetur, relinquit; quam adeo per liberum arbitrium homini infusam esse voluit, vt in manu consilij sui constitutus, dominus esset suarum actionum, eaque ratione, nihil prædestinatione impediente, virtutis ac vitij, meriti & demeriti, laudis ac vituperij, præmij & supplicij capax re ipsa esset: id quod Scripturæ & Concilia passim, vt videmus, testantur.

Illud deinde ex hæcenus dictis est manifestum, re quæ est integer supernaturalis effectus prædestinationis adulti (saltem quoad ea, sine quibus, quemadmodum adultus in vitam æternam non perueniret, ita neque illa esset effectus prædestinationis ipsius) pendere à duabus causis liberis tanquam à duabus partibus vnius integræ causæ, ita vt quavis earum liberè, prout potest, non influente, aut contrario modo operante, res illa, quæ integer est effectus prædestinationis, non esset in rerum natura. Etenim, vt ostensum est, saluaque fide Catholica, arbitriique nostri libertate, negari non potest, quòd infidelis adultus fidem, spem, caritatem, & primam gratiam assequatur, illam in vitæ decursu anuillam recuperet, in ea crescat, in ea vsque ad vitæ terminum perseueret, tandemque vitam æternam consequatur, à supernaturali vsu arbitrij ipsius adulti dependet, quo liberè se ad priora illa dona disponit, à peccatis abstinet, tentationes ac difficultates superat, & augmentum gratiæ & gloriæ promeretur, vt explicatum est; totus verò ille vsus Deum ipsum & arbitriū creatum, tanquam duas partes vnius causæ liberæ, habet, à quarum qualibet predicto modo, vt explicatum etiam est, pendet. Quare cum infidelis adultus sine fide, spe, caritate, prima gratia, perseuerantia ad finem vsque vitæ in ea, & sine vsu liberi arbitrij ad ea omnia necessario, non possit ad vitam æternam peruenire, fit, vt res quæ est integer supernaturalis effectus prædestinationis adulti, saltem quoad illa sine quibus non erit effectus prædestinationis, predicto modo pèdeat simul à Deo & ab arbitrio creato tanquam à duabus partibus vnius integræ causæ liberæ.

Dixi, rem quæ est integer supernaturalis effectus prædestinationis adulti, saltem quoad ea sine quibus non esset effectus prædestinationis illius, pendere simul à Deo & ab arbitrio creato tanquam à duabus partibus vnius integræ causæ

causæ liberæ: quoniam licet motus præuenientis & excitantis gratiæ non sint supernaturales vsus liberi arbitrij, sed supernaturalis vsus liberi arbitrij eos sequatur; neque motus illi ab arbitrio creato, quæ liberum est, pendeant, nisi quatenus potest diuertere ad alia cogitationem, aut nõ accedere ad audiendum verbum Dei, aut ad alia exercitia, in quibus, quasi inferendo se notitiis aliunde comparatis, solet Deus supernaturaliter mouere & excitare arbitrium nostrum, atque ea ratione quatenus motus supernaturales sunt, à solo Deo, vt quæst. 14. art. 13. præsertim disputatione 45. explicatè est, tanquam à causâ liberè eos producente proficiuntur; nihilominus, cum illi nullam omnino necessitatem inferant arbitrio nostro ad reliqua quæ ab eo pendunt, & sine quibus res, quæ est integer supernaturalis effectus prædestinationis adulti, nõ erit in rerum natura, ac proinde neque rationem habebit effectus prædestinationis talis adulti; fit, vt licet res tota, quæ est integer supernaturalis effectus prædestinationis adulti, non pendeat quoad singulas suas partes ab arbitrio adulti, quia tamen pender quoad eas sine quibus non habebit rationem effectus prædestinationis illius, simpliciter, atque vt rationem habeat effectus prædestinationis, ab arbitrio adulti pendere dicatur.

Hac eadè ratione, licet sumamus latius rem, quæ est integer effectus prædestinationis adulti, nempe vt comprehendat nõ solum effectus supernaturales ordinis gratiæ & gloriæ, quo pacto de ea hæcenus locuti sumus, sed etiam vt comprehendat omnes alios effectus, quibus adultus, vt vitam æternam consequatur, adiuuatur, videlicet conatum Ecclesiæ, complexione ad virtutem propensam, natum educatumque esse inter eos, quorum consiliis & exemplo mirum in modum simpliciter, atque vt rationem habeat effectus prædestinationis, pendere à libero arbitrio ipsius adulti prædestinati. Etenim licet multas habeat partes, quæ ab arbitrio illius non pendeant, vt habere complexione ad virtutem propensam, natum esse inter Christianos, &c. quia tamen, nihil omnino his omnibus partibus impediens, ab arbitrio illius pendet illa alia, sine quibus neque res illa tota erit in rerum natura, neque rationem habebit effectus prædestinationis; fit, vt res illa, simpliciter, atque ita vt rationem effectus prædestinationis talis adulti sortiatur,

à libero influxu arbitrij talis adulti pendere dicatur.

Merito vsi sumus potius nomine rei quæ est effectus prædestinationis, quam nomine effectus prædestinationis: quoniam licet de re aliqua, quæ effectus sit prædestinationis, vt de supernaturali bono vsu arbitrij hominis prædestinati, concedendū sit habere Deum & hominem tanquam duas partes vnius causæ liberæ, à quarum qualibet efficienter fit ac pèdeat; nihilominus concedendum non est, eundem supernaturalem bonum vsum, quatenus effectus prædestinationis est, habere aliã causam quam Deum. Etenim, vt solius Dei est in vitam æternam prædestinare, ita solum comparatione Dei dicitur aliquid effectus prædestinationis; quatenus videlicet ab eo per prædestinationem ac præordinationem æternam mediatè vel immediatè tanquam à causâ emanat. Quemadmodum enim calor ab igne productus in aquam, licet simul sit effectus ipsius ignis tanquam causæ particularis, Dei tanquam causæ vniuersalis, & aquæ tanquam causæ materialis, atque ab his tribus causis in diuerso genere & gradu causæ simul sit ac pendeat; nihilominus nõ habet rationem effectus in genere & gradu causæ efficientis particularis, nisi solum comparatione ignis, quatenus præcisè illo modo ab eo emanat; quòd verò in genere & gradu causæ efficientis maximè vniuersalis sit effectus, habet solum comparatione Dei; & quòd fit effectus in genere causæ materialis, habet solum comparatione aquæ: ita licet supernaturalis vsus arbitrij simul habeat quòd sit effectus Dei & arbitrij creati, quòd tamen sit effectus prædestinationis, non habet comparatione arbitrij creati, sed comparatione Dei, quatenus ab eo mediatè vel immediatè per prædestinationem æternam emanat; maximè cum, vt explicatum est, vt emanat ab arbitrio creato, habeat se ex parte rei prædestinatæ, non verò prædestinationis.

Vt quæ dicta sunt ad epilogum redigamus, quod hæcenus dictis contendimus, & salua fide Catholica, nostrisq; arbitrij libertate, arbitratur non posse negari, est: Rem quæ est totus effectus prædestinationis infidelis adulti, quoad totum supernaturalem vsum liberi arbitrij, quo in vitam æternam perducitur, pendere tanquam à causâ illum producente, nõ solum à Deo, sed à libero influxu & cooperatione ipsius adulti, in

*Comparatione Dei solum dicitur aliquid prædestinationis effectus, non ita cooperatione aliterius causæ.*

*Epilogus dicitur.*

VERSIDA  
DE ALAMANG  
GREDOS.USAL.ES

cius potestare, nihil impedire aeterna Dei praedestinatione, est, non ita influere, atque adeo efficere, ut totus ille bonus usus non sit in rerum natura. Item eadem rem, quoad dona fidei, spei, caritatis, primae gratiae, quoad incrementum illius, perleuoniam vitae ad vitam terminum in ea, & denique quoad affectionem vitae aeternae, pendere ab eodem libero influxu arbitrij adulti in eandem supernaturalem suum bonum usum quo in vitam aeternam perducitur. Etenim si ille bonus usus non sit, neque haec alia dona erunt in rerum natura: ac bonus usus pendet à libero arbitrio per suum influxum tanquam à vera & propria causa, ad modum causarum naturalium realiter ac efficienter in eum effectum propriam induente: illa verò alia dona pendent ab eo, partim tanquam à causa cooperante dispo-

sitiones sine quibus non insunderent; partim tanquam à causa meritoria, ut augmentum gratiae & gloriae; & partim tanquam à causa ita liberè se gerente, ut non demeretur gratiam femel adeptam, eamque amittat. Quia ergo si à re, quae est integer effectus praedestinationis adulti, absint ea omnia, quae ab arbitrio talis adulti ostensum est pendere, utique sicut illum non perducet in vitam aeternam, ita neque habebit rationem effectus praedestinationis illius; sit, ut licet res illa habeat quod sit effectus praedestinationis, prout est à Deo per praedestinationem aeternam, atque comparatione Dei, & non ut est ab arbitrio creato; nihilominus ab arbitrio creato pendeat, non solum quod res ipsa in rerum natura sit, sed etiam consequenter quod rationem effectus praedestinationis in se habeat.

Appendix praecedentis.  
Membrum 10.



Vidam aduersus nostram sententiam membro praecedente contendunt, bonum usum liberi arbitrij, quo ad primam gratiam disponitur, etiam ut praecise à nostro arbitrio procedat, effectum esse praedestinationis, & argumentantur in hunc modum:

*Argumentum 1um.*

Gratia praeueniens, quae praedestinationis est effectus, non solum concipit ad bonum illum usum liberi arbitrij cooperando & influendo in eum actum vni cum libero arbitrio, sed etiam mouendo arbitrium, ut ad efficiendum eum actum concurrat: ergo actus ille, etiam ut est à libero arbitrio, est effectus gratiae praeueniens, & per consequens praedestinationis.

*Quaestio praedestinationis quid*

*Praedestinationis merito*

naturam libertatem, peruenturum illum in vitam aeternam; cum tamen integrum illi esset, nihil impediens donis & subsidijs quae ita illi ex sua parte conferre stauerebat, non ita, sed alio modo operari, ad vitamque aeternam non peruenire: quod Catholicorum nemo negare potest.

*Bonus usus liberi arbitrij simul est donum Dei & dispositio ad meritum nostrum.*

Propter hanc verò cooperationem liberam, quam Deus exigit à tali adulto, aduultusque ipse adhibet, dixi ibi, & alibi, bonum usum liberi arbitrij, quo se ad iustificationem disponit, & quod dum vel iustificatur, gloria promeretur, vel post iustificationem simul promeretur augmentum gratiae, ita esse dona Dei, ut simul, propter illam liberam cooperationem, sint dispositiones & merita talis adulti, cedantque illi in laudem & honorem: quod similiter Catholicorum nullus negare audebit aut potest.

*Boni usus liberi arbitrij singulae partes à Deo & à nobis pendunt.*

Item dixi, singulas partes totius boni usus liberi arbitrij talis adulti, à puncto, à quo primo ad fidem vocatur usque ad terminum vitae, habere duas causas liberas, à quarum qualibet tanquam à parte vnius integre causae ita pendet, ut si influere desinat, ut liberè vnaeque earum potest, talis pars boni usus liberi arbitrij non sit. Priorem ac praecipuam esse Deum, qui per sua

*Boni usus liberi arbitrij singulae partes totae sunt à Deo, & rote ab arbitrio.*

dona, concursum, & auxilia cooperatur totam illam partem boni usus liberi arbitrij. Posteriori verò ac minus praecipuam esse ipsum arbitrium, quod motum, adiutum, & excitatum à Deo, ita liberè influat, ut in potestate ipsius sit non influere, efficienterque ut talis pars boni usus liberi arbitrij non sit, ut de fide in Concilio Tridentino est definitum, & quam sapissimè à nobis est demonstratum.

Praeterea dixi, quamcunque eiusmodi partem boni usus liberi arbitrij, quae modo explicata ab influxu Dei, & arbitrij adulti, tanquam à duabus partibus vnius integre causae pendet, esse vnicum simplicissimum actum, vnicamque simplicissimam rationem formalem, quae proinde tota totalitate effectus, & est à Deo per praedestinationem aeternam, donaque, ac subsidia ipsius, quibus in tempore liberum arbitrium ad eam comproduendam adiutur, & tota est ab arbitrio ad illam cooperante: neque in ea posse designari vnum reale, aut formale, quod sit à Deo, & non ab arbitrio; & aliud quod sit ab arbitrio, & non à Deo.

*Singula eiusmodi partes effectus sunt praedestinationis.*

Hinc efficitur, ut de toto bono usu liberi arbitrij praedestinati, & de quavis illius parte, absolute & simpliciter dicendum sit, esse effectum praedestinationis: eo quod nihil omnino reale aut formale in ea sit, quod effectus non sit praedestinationis: tamen non ex eo habeat, quod effectus sit praedestinationis, quia arbitrium & libertas humana ad illam cooperatur, sed quia Deus per praedestinationem, & illius effectus, ad eandem cooperatur. Quamuis Doctores non sic accurate haec explicauerint; verissimè tamen semper dixerunt, totum bonum usum liberi arbitrij, quo praedestinitus iustificatur, atque ad vitam aeternam perducitur, singulaque illius partes, esse effectum praedestinationis; id quod perspicue à nobis modo explicatum est.

Examinandum tamen restat, utrum idem bonus usus, spectatus ut praecise emanat ab arbitrio ipso, suaque innata ac naturali libertate (ex quo capite habet ut usus liberi arbitrij dicatur: tamen quod supernaturalis sit, aliunde, ut explicatum est, habeat; & quod bonus usus sit praecipue aliunde etiam habeat, à Deo videlicet per supernaturalia subsidia ac dona cooperante) dicendus sit effectus praedestinationis.

Nos diuinus, ex eo capite non habere quod effectus sit praedestinationis, eoque modo pra-

cise spectatum, computandum non esse inter effectus praedestinationis, sed esse id quod fecerit ex parte praedestinati, & quod Deus ab illo exigit, ut Deo ipso per suam aeternam praedestinationem effectusque, omnes temporales illius praecipue cooperante, perducaturque illum in vitam aeternam, adultus quoque ipse liberè consentiat, & cooperetur, ut ea ratione, licet effectus totus praedestinationis, mediaque omnia in vniuersum quibus in vitam aeternam perducitur, donec sint Dei, ex infinita ipsius misericordia pro sola libertate sua voluntate profecta, multa tamen eorum sint merita ipsius praedestinati, & quaedam eorum dispositiones ipsius, quibus sua libertate seipsum disponit ad gratiam.

*Partes boni usus arbitrij praecise ut ab arbitrio emanat, non sunt effectus praedestinationis.*

Post hanc totam doctrinam, membro praecedente, §. Illud tamen, subieci id, quod etiam dixeram membro 6. §. Ad primam: nempe eundem bonum usum liberi arbitrij, quatenus ab arbitrio ipso creato emanat, referri etiam in Deum; tum ut in arbitrij auctorem, qui ad similes bonos usus vim illam hominibus contulit; tum ut in eum, ex cuius generali concursu quicumque arbitrij influxus pendet; tum etiam tanquam in eum, qui sine supernaturalibus donis, auxilijsque praeueniens gratiae, arbitrium ipsum inuinit & allicit, ut consensum praebet ad eiusmodi usus supernaturales, quia, ut quaest. 14. art. 13. disputatione 8. & alibi explicatum fuerat, saepe arbitrium, neque quoad substantiam actus, hoc est, ad similes usus naturales, influeret, nisi praeueniens gratia alliceretur & inuiteretur; tum denique tanquam in eum, qui cooperando per eadem gratiae dona in actus, ad quos arbitrium ipsum cooperatur, efficit ut usus ille cooperatione arbitrij in re sit supernaturalis. His autem verbis sanè non negauimus, quin potius aperte indicauimus, bonum usum liberi arbitrij, etiam ut ab arbitrio emanat, si spectetur quatenus duobus modis posteriori loco explicatis à Deo supernaturaliter iuuatur, computari posse ac debere inter effectus praedestinationis: id enim omnino, quod à Deo per effectus praedestinationis prouenit, proculdubio inter effectus praedestinationis ac ex parte computari debet. Solum autem ante hanc doctrinam docui, si spectetur ut praecise emanat à libero arbitrio (quae consideratio, ut videbitur, adhuc locum habet) computandum non esse inter effectus praedestinationis.

*Bonus usus arbitrij, etiam ut ab arbitrio emanat, in Deum referitur.*

*Influxus  
diuersorum  
causarum  
in eundem  
effectum  
quid.*

*Gratia  
præueniens  
quid.*

Vt verò dilucidius argumentum propositum dissoluamus, pono: Influxum diuersarum causarum partialium ad vnam simplicissimam actionem re & ratione formali, vt explanatum est. & prima parte explicatur, nō esse ipsammet partialem causam, seu principium influxus, sed esse actionem ipsam totam totalitate effectus, quæ partialitate causæ ab ipsa emanat, spectatam præcisè vt esse habet à tali parte causæ.

Deinde pono: Gratiam præuenientem esse motum liberi arbitrij, quo à Deo mouetur, sollicitatur, & inuitatur, vt concurrat ad eliciendum actum, boniue vsus liberi arbitrij de quo agimus, quo se ad gratiam disponat, vt paulò antea diximus, & copiosè quaest. 14. art. 13. à disputatione 8. & rursus à disputatione 17. præsertim disputatione 45. ostendimus. Veruntamen esse talem motum, qui nullam necessitatem libero arbitrio imponit ad eum conueniendum, sed integrum illi relinquit, non concurrere, casumque eum motum reddere, atque adeò vt adhibere suum proprium & peculiarem influxum necessarium, vltra totam vim & influxum gratiæ præuenientis, vt actus ille, boniue liberi arbitrij vsus sequatur, vel illum suspendere, aut etiam contrario modo insuere, quod Concil. Trident. sess. 6. can. 4. assentire vel dissentire appellat: estque hoc profectò de fide, vt can. 4. citato, & c. 3. eiusdem sessionis, definitum est.

*Ad argu-  
mentum*

Hinc iam facillè patet, quàm debiles vires argumentum propositum habeat ad nostram labefactandam doctrinam: laborat quippe in equitoco. Quando enim aliquid ita mouet aut agit motum, vt per nullam suam vim innatam cooperetur & insuat, sed solum per vim extrinsecus sibi impressam, tunc non solum tota actio, quæ inde vltimis sequitur, est effectus virtutis sibi impressæ, agentisque qui illam impressit, sed etiam cum quacunque præfissione spectetur comparatione agentis à quo immediatè emanat, est effectus talis virtutis atque agentis principalis. Vt quia aqua, aut ferru, mota hoc modo & calefacta ab igne, calefaciunt, non solum calefactio, qua aqua calefacit, est effectus caloris sibi impressi ab igne, atque item ipsius ignis, sed etiam si spectetur vt emanat præcisè ab aqua, est effectus eiusdem caloris & ignis: cò quòd aqua per nullam vim sibi insitam & propriam calefaciat. Quando tamen aliquid ita agit motum, vt non solum per vim & motum, quæ

extrinsecus accipit, agat, sed etiam per suam vim & influxum proprium; tunc quamuis tota actio sit effectus virtutis ac motus, quæ illi impressa sunt, atque agentis principalis qui illa impressit, nihilominus, si præcisè spectetur quatenus emanat à propria virtute innata talis agentis, dici debet, vt sic, proprius effectus atque influxus illius: præsertim si cooperatio & influxus per suam propriam & innatam virtutem sit necessarius omnino ad talem actionem, vltra omnè aliam cooperationem & influxum quæ uis, à qua mouetur, sitque in potestate ipsius illam adhibere vel non adhibere, intensioremque aut remissio-riorem eam adhibere, cæteris omnibus existentibus æqualibus.

Vnde quando ita aduersus nos conficitur argumentum; Gratia præueniens concurrat mouendo etiam liberum arbitrium, vt ad eliciendum actum, qui est bonus suus vsus, insuat & concurrat, distinguendum est antecedens. Si enim intelligatur ita vt per solum motum gratiæ præuenientis arbitrium insuat & concurrat, neque necessarius insuper sit proprius & peculiaris influxus seu concursus ipsius arbitrij, quem, nihil impediente tali motu gratiæ, possit suspendere, casumque gratiæ motum reddere, negandum est antecedens: continet enim errorem in fide. Si verò intelligatur ita vt non per solum gratiæ motum arbitrium insuat & concurrat, sed necessarius insuper sit proprius ac peculiaris ipsius arbitrij influxus seu concursus, quem, nihil impediente motu gratiæ præuenientis, liberè insuper adhibeat, concedendum est antecedens, sed tunc neganda est consequentia, qua insertur. Ergo actus ille, etiam vt est à libero arbitrio, est effectus gratiæ præuenientis, & per consequens prædestinationis; si consequens intelligatur de eo actu præcisè spectato vt emanat à peculiari illo & proprio influxu liberi arbitrij insuper necessario: non enim eo modo spectatus effectus est gratiæ præuenientis, sed solius arbitrij: id quod sanè ea, quæ sequuntur, manifestè confirmant.

Quòd enim actus à gratia præueniente & ab arbitrio elicitus liber sit, eaq; de causa capax rationis, virtutis, laudis, & honoris, quæ propter eum homini liberè eo pacto influenti tribuantur; profectò non est effectus gratiæ præuenientis, sed arbitrij per eum influxum. Gratia namque præueniens determinata est ad vnum, eoque

*Responso  
in forma.*

*Bono vsu  
liberi ar-  
bitrij quo  
conueniunt  
propter  
influxum  
arbitrio  
proprium.*

eoque ipso, quòd tunc in arbitrio prædestinati recipitur, ex necessitate naturæ mouet ac sollicitat: ipsum autem arbitrium est quod sua innata libertate per eum influxum sibi proprium liberè agit, ex eoque solum influxu habet actus ille, quòd liberè ab homine prædestinato eliciatur, eaq; ratione in laudem & honorem ipsi cedit.

Quòd itè è duobus, qui æquali motu gratiæ præueniuntur ac mouentur, vnus consentiat, concurrat cum gratia, eliciat actum, & conuertatur, alter verò non, certè solum prouenit ab innata & propria & intrinseca libertate vtriusque, bonis & malis, reprobis & prædestinatis communi. Gratia namque præueniens ex parte sua æqualiter vtrumque mouet, naturæque necessitate ex parte sua agit: ex eo autem, quòd vnus eorum liberè adhibere vult influxum illum sui arbitrij proprium, & alter non, vnus eorum conuertitur, alter non item.

Ex eodem capite affirmamus, quòd auxilia præuenientis gratiæ efficacia sint aut inefficacia ad conuersionem, pendere ab eodem influxu arbitrio proprio.

Quòd item vnus cum æquali auxilio gratiæ præuenientis, aut cum æqualibus aliis donis, postquàm est iustificatus, intensius aut remissius opereatur, ferocius aut tepidius, eaq; de causa, is, qui intensè ac feruè operatur, dignus efficiatur, cui plura peccata quoad poenā remittantur, & cui tribuantur dona, quæ à seignibus auferuntur; vtiq; ab influxu ipsi arbitrio proprio emanat; rationeque illius dicuntur magis aut minus strenuè vti gratia, itemque ea ipsis oblata velle vti, aut non vti, adhibendo aut suspendendo talem influxum ipsi proprium.

Ratione autè huius influxus ipsi proprii Bernard. sermone de eo quod legitur in Iob, In sex tribulationibus, &c. dixit: Quod in nobis minus est, ipse supplet (Deus scilicet) modicum tamen illud, quodcunque nostrum est, non patitur reseruati. Et Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 5. dixit: Vt ita tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, in inspirationem illam recipiens, quippe qui illam & abiterere potest.

## Auctoris de prædestinatione sententia. Membrum 11.



*Prima  
conclusio  
Prædesti-  
natio  
quid sit.*

Acto fundamèto circa effectum prædestinationis, duobus membris præcedentibus constituto, sequentibus conclusionibus quid de æterna Dei prædestinatione censendum videatur, explicemus. Sit ergo prima conclusio: Ratio ordinis ac mediatorum, quibus Deus per certissimam naturalem, & mediam inter liberam & naturalem, præuidit creaturam aliquam mente præditam peruenturam in vitam æternam, cum proposito determinatione diuinæ voluntatis ex parte sua id executioni mandandi, est prædestinatio talis creaturæ. Hæc ex dictis, præsertim articulo primo, est manifesta.

*Secunda.*

Secunda conclusio: Licet ad ultus ita prædestinatus, certò, hoc est, absque vlla Dei deceptione, vitam æternam consequetur; certitudo tamen non

est ex parte mediatorum, effectusque; prædestinationis, sed ex parte diuinæ præscientiæ, qua Deus altitudine illimitatæ perfectione sui intellectus, supra id quod natura rei habet, certò cognoscit prædestinatū taliter pro sua libertate cooperaturum per sui arbitrium, vt eisdem medijs in vitâ æternâ re ipsa debeat peruenire. cum tamen, si velit, possit re ipsa ita operari, vt neq; ea media, effectusque prædestinationis in rerum natura existant, neque ipse in vitâ æternam perueniat. Itaque cum secundū se incertum sit, à libertateque proprii arbitrij creati pōdeat, prædestinatum in eo ordine rerū, in quo Deus eum statuit collocare, tali modo cooperaturum cum auxilijs quibus eū decreuit adiuuare, vt & effectus totus prædestinationis existat, & ille per eū in vitam æternam perueniat; Deus altitudine sui intellectus, ante vllū actum suæ voluntatis, certò nouit, quid

*Certitudo  
prædesti-  
nationis  
vnde.*

quid pro libertate arbitrij illius esset futurum; cognoscitur quidem contrarium, si, ut potest, contrarium esset re ipsa futurum: accedenteque determinatione diuinae voluntatis, qui in tali ordine rerum eum collocare, taliaque auxilia illi donare statuit, remansit eo ipso prædestinatus. Hæc omnia tamen ex fundamento duobus præcedentibus membris in se, tum ex his, quæ q. 14. art. 13. & quæst. hæc & præcedente fuse explicata sunt, sunt notissima. Vnde D. Paulus 2. ad Timoth. 2. ad hoc caput certitudinem diuinæ prædestinationis reduxit, dicens: Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc (quo videlicet certum ac firmum redditur) Nouit Dominus qui sunt eius. Dum verò addit, Discedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini: in magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & hæcilia; & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam; subiungensque: Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honore, sanctificatum, & utile Domino ad omne opus bonum paratum: clarè ostendit, nihil omni firmo prædestinationis fundamento impediante, in potestate cuiusque adulti, dum in militante Ecclesia versatur, esse positum, emundare se, fierique vas in honore; aut se ipsum peccatis coinquinare, & in contumeliam æternam vas aptum reddere.

*Prædestinatus in sensu diuino non potest esse damnatus nisi in quo potest esse in compositio non potest, saltem arbitrij liber- tatis.*

Porro ex his facile quibus intelliget, in sensu diuino prædestinatum adultum ad eum sensum posse vitam æternam non consequi, quod nihil omnino impediante æterna Dei prædestinatione antecedente, nullamque omnino, vel donis, vel cooperatione diuina, quæ illius sunt effectus, necessitatem arbitrio prædestinati inferentibus, petinde sua innata libertate ita agere potest, vt sempiternam incurrat miseriam, ac si nulla antecessisset prædestinatio. In sensu verò composito ea quidem ratione non posse amittere sempiternam felicitatem, quia hæc duo coherere non possunt, nimirum, vt ille prædestinatus sit, & sempiternam felicitatem amittat, & quia, si ille, vt potest, ita abusus esset suo arbitrio vt sempiternam amitteret felicitatem, neque Deus præsciret illum per media, quæ ex sua parte illi statuit conferre, perueniturum in vitam æternam; nec proinde voluntas conferendi talia media completeret rationem prædestinationis, sed solum providentiam, comparatione vitæ æternæ: non verò ea ratione, quasi vel præsciret præ-

destinatio, vel dona & cooperatio diuina, quæ illius sunt effectus, vllam arbitrio prædestinati optandi eo modo, vt vitam æternam cõsequatur, inferat necessitatem. Id enim, & cum fide Catholica, & cum libertate arbitrij, quæ, etiam præexistente æterna Dei prædestinatione quorundam hominum, & reprobatione ceterorum, illæsa manet, proculdubio pugnet, vt ex his, quæ quæst. 14. art. 13. & tota hæc & præcedente quaestione dicta sunt, erit manifestum.

Ex his omnibus viterius patet, quãnam ratione cõ æterna prædestinatione adulti, libertas eiusdem, tum vt vitam æternam assequatur, tum vt in æternam deueniat miseriam, cohereat. Etenim in concilianda libertate arbitrij cum æterna prædestinatione, non alia difficultas est, quàm in eadem libertate cum diuina præscientia futurorum concilianda. Vt enim explicatum est, in æterna prædestinatione non alia est certitudo, quod prædestinatus sempiternam sit beatitudinem consecuturus, quàm quæ est in diuina præscientia, qua Deus certò cognouit, eum, cui talia vel talia auxilia ac media ex æterna dispositione præparauit, perueniturum in vitam æternam; esto, si velit, possit re ipsa ad eam non peruenire: porò libertatem arbitrij creati, contingendamque rerum omnium, coherere cõ certitudine diuinæ præscientiæ, fuse, & ni fallimur, perspicuè ostendimus quæst. 14. art. 13. disp. 49. & quatuor sequentibus.

*Tertia conclusio: Certitudo, quod paruuli prædestinati vitam æternam consequentur, non est ex certitudine mediolorum, effectusque prædestinationis, qui in se non est certò futurum, sed ex certitudine diuinæ præscientiæ, qua Deus altitudine sui intellectus, quod in se est incertum, potestque non esse, cognouit certò futurum. Probatur primo, quoniam si Adà in statu innocentie, ut potuit, non peccasset, fortè alia fuisset series hominũ, qui nascerentur, ac nunc est, mutatis tot circumstantiis, quot propter casum primorũ paritũ quoad cursum naturæ, mutatae sunt, vt infra in tractatu de opere sex dierũ dicemus. Atq; esto fuissent iidem numero homines, nullus tamen sine vsu rationis cõsequeretur vitã æternã, nullus item in Christo. & per Christum, hoc est, per dona quæ ille nobis promeruit, esset prædestinatus, sed per dona iustitiæ originalis, sãgecque alia diuersa dona ab eis, per quæ paruuli prædestinati beatitudine potiuntur; cum ergo, quod Adamus fuerit*

*Prædestinatio & libertas arbitrij conciliantur.*

*Tertia conclusio: Certitudo, quod paruuli prædestinati vitam æternam consequentur, non est ex certitudine mediolorum, effectusque prædestinationis, qui in se non est certò futurum, sed ex certitudine diuinæ præscientiæ, qua Deus altitudine sui intellectus, quod in se est incertum, potestque non esse, cognouit certò futurum. Probatur primo, quoniam si Adà in statu innocentie, ut potuit, non peccasset, fortè alia fuisset series hominũ, qui nascerentur, ac nunc est, mutatis tot circumstantiis, quot propter casum primorũ paritũ quoad cursum naturæ, mutatae sunt, vt infra in tractatu de opere sex dierũ dicemus. Atq; esto fuissent iidem numero homines, nullus tamen sine vsu rationis cõsequeretur vitã æternã, nullus item in Christo. & per Christum, hoc est, per dona quæ ille nobis promeruit, esset prædestinatus, sed per dona iustitiæ originalis, sãgecque alia diuersa dona ab eis, per quæ paruuli prædestinati beatitudine potiuntur; cum ergo, quod Adamus fuerit*


fuerit peccaturus, non aliam haberet certitudinem, quàm in diuina præscientia, qua peccatum, quod ille vitare potuit, Deus certò cognouit, sit, vt certitudo, quod paruuli prædestinati salui sãt per ea media, per quæ Deus ex æternitate eos saluos esse voluit, non sit ex certitudine mediolorum, effectusque prædestinationis secundum se, sed ex certitudine diuinæ præscientiæ. Secundo, quod paruuli prædestinati salutè per ea media consequantur, per quæ à Deo prædestinati sunt, pender ex eo quod nascãtur, nec moriantur antequam remedium contra originis peccatum ipsis applicetur, atque ex eo quod ad vsum rationis non perueniant: at seclusa præscientia, qua Deus ex altitudine sui intellectus certò cognoscit hæc omnia futura, nihil horum est certum, quin potius, nihil impediante diuina præscientia, singula secundum se sunt contingencia, potueruntque non euenire: quandoquidem potuerunt eiusmodi paruuli nõ nasci, parentibus, auis, proavis, & ceteris vsque ad Adamum, non contrahentibus vel non concurrentibus ad generationem, variisque aliis de causis impediri potuit eorum conceptio & natiuitas in vteris matris; potuerunt etiam mori antequam remedium contra peccatum applicaretur, orto bello, aut rixa, multisque aliis de causis; potuit item eis remedium contra peccatum non adhiberi, cum liberè fuerit adhibitum; multi præterea eorum potuerunt ad vsum rationis peruenire, qui propter varias causas, quæ impediri poterant, ad eum non peruenirent: seclusa ergo certitudine diuinæ præscientiæ, nulla est certitudo in mediis, effectusque prædestinationis paruulorum, quod ad vitam æternã perueniant. Atque hæc eadem similiter confirmant, neque in effectibus prædestinationis adultorum vllam esse certitudinem de consequenda beatitudine, seclusa certitudine diuinæ præscientiæ.

\* Quarta conclusio: Prædestinatio adulti, quoad integrũ effectũ nullã habet causam ex parte prædestinati, sed in solam Dei voluntatem reducenda est.

externam, natum esse tali tempore, ex his atque inter hos potius quàm inter alios, cum tali cõplexione, &c. denique collocatum esse potius in ea parte ordinis rerum & circumstantiarum, in qua Deus prouidebat illum liberè in vitam æternam perueniturum, quàm in alia eiusdem ordinis; vel in eadem variatis taliter circumstantiis, vt res contrario modo accidisset; aut in quacunque alia infinitorum ordinum, quos Deus potuit creare, in qua, si poneretur, prouideret eũ à sempiterna felicitate inextremã miseriam propria libertate declinaturũ. Horũ enim omnium effectũ nulla datur causa ex parte prædestinati.

Etenim si daretur causa, vel illa præcederet integram hæc effectuum collectionem, vel concomitaretur eã, vel subsequeretur, saltè aliquam illius partem. In primis præcedere non potest: quippe cum ex parte prædestinati nihil possit designari, quod integrũ hunc effectũ antecedar. Vfus namque liberi arbitrij, qui potissimum forte possit designari, aduenit post eiusmodi prædestinati natiuitatem cum tali complexione, tali tempore, ex his parentibus, concurrentibus multis aliis circumstantiis; imò esse non solum post collocationem illius in eo ordine rerum, sed etiam postquam in eo ad vsum rationis peruenit. Præterea, ipse integer vsus liberi arbitrij, vt est à Deo per hæc omnia dona & beneficia tam naturalia quàm supernaturalia, compingitur in integro effectũ prædestinationis, tanquam pars quædam illius, vt supra dictum est: ergo non datur causa antecedens integrum effectum.

Deinde non potest esse concomitans totum effectum: cum ostensum sit, quicquid ex parte prædestinati possit designari, esse post multa alia eiusdem effectus. Deinde, quia membro 4. latè ostensum est, bonum vsus liberi arbitrij, etiam illũ qui in adultis natura antecedit dona fidei, spei, caritatis, & primæ gratiæ, nulla ratione suis se causam rationemque prædestinationis quoad illius integrũ effectũ, eã suprenaturalẽ, quasi pro ratione illius vsus præuisi Deus cõferre constituerit sua omnia dona & auxilia ad salutem, idẽmque fuerit velut mensura & regula ad quam hos potius quàm alios prædestinauerit: imò verò ostendimus, Deum, nemini interum statuerẽdo denegare auxilia, quæ faciendũ totum quod in se est, essent satis ad salutem, distribuere constituisse prout voluit sua dona & auxilia, tanta natura.



naturalia quam supernaturalia, copiosius quidem uno tempore, quam alio, nec solum diuersis temporibus, sed etiam uno atque eodem tempore abundantius quibusdam, quam aliis ea claritatem fuisse; contrariumque probauimus derogare diuinae gratiae, pugnareque aperte cum scripturis sacris, & quodammodo cum ipsa experientia, ut ibidem plenius diximus.

Quod denique non possit esse causa subsequens partem effectus praedestinationis, probatur: Quia si vlla esset, maxime torus bonus vsus liberi arbitrii, tam is qui antecedit primam gratiam, quam qui consequitur: at supra membro 4. & sapere comprobatum fuit, cum vsum non fuisse causam seu rationem ex parte praedestinationis, quare Deus ita constituit distribuere sua dona, ut hi potius, quam ceteri, essent praedestinati, nec quare illis talia dona, tam naturalia quam supernaturalia, eiusmodi bonum vsum praedecidentia, voluerit conferre, nec denique quare, decernendo creare has animas hoc potius tempore & loco, quam alio, in his potius corporibus, quam aliis, constituitur hos homines potius quam alios, in ea parte ordinis rerum & circumstantiarum collocare, in qua prauidebat eos vitam aeternam consecuturos. Nihil ergo datur ex parte adulti praedestinationis quod integri effectus praedestinationis causa sit, sed in Dei voluntatem, tanquam in causam, totum id reducendum est, qui misericorditer vnicuique praedestinationis beneficium conferre voluit.

Quod si nomine effectus praedestinationis intelligantur ij, qui ad ordinem supernaturalem gratiae pertinent, certa quoque esse debet proposita conclusio. Nec enim vlla ex parte praedestinati datur causa, quae collectionem talium effectuum antecedit, excepta vna liberissima Dei voluntate. Etenim si aliqua esset causa, maxime bonus vsus liberi arbitrii prauius: at auxilia gratiae praerogantis & exortantis antecedit totum eiusmodi vsum, qui ab illis, & a libero arbitrio pendet, si ad vitam aeternam, saltem tanquam dispositio, cōferat. Praeterea quod eiusmodi auxilia maiora sunt, vel minora, ac denique talia qualia necessaria sunt ad efficiendum liberum arbitrium permouendum, & ad perseuerandum in gratia ab vltima eius receptione vsque ad finem vitae, non nostri meriti est, sed solius voluntatis Dei, prauidendae quatenus auxilij cuique ad vtrumque opus sit necessarium, ac liberè donantis: saepe enim vi-

demus, eum, qui lōgo tempore strenuè se gessit, tandem decidere à gratia, & damnari: alios verò, qui neque ita praeclare se gesserunt, neque ad tantam perfectionem peruenierunt, in gratia vsque ad finem vitae perseuerare, aut subito resurgere à grauissimis & diuturnis admodum peccatis, sublecutaq; statim morte ad caelum peruolare, ut de latrone in cruce acto cū Christo Domino sacra scriptura testatur. Itē quod ex duobus iustis vnus misericorditer praenueniatur morte, ne malitia ipsius mutet intellectū; alteri verò vna pro rogetur, prauidente Deo illum ruiturū in peccata, & damnandum, ut contigit Sauli, de quo scriptura affirmat, non fuisse meliorem illo in Israel; sub meritum hominis non cadit; neque pro ratione vsus liberi arbitrii, qui antecedit, aut prauidetur futurus, vnū potius, quam alterum, conferatur, sed solum pro libera voluntate & dispositione Dei aeterna: quae omnia, tum ex se, tum ex dictis quaest. 14. ar. 13. sunt manifesta: ergo integri effectus praedestinationis ad ordinem gratiae pertinentis non datur causa ex parte praedestinati adulti, sed in liberam Dei voluntatem, tanquam in causam, est reducendus. Denique hoc ipsum probant aperte ea omnia, quibus membro 4. & 5. confirmauimus, neque eum bonum vsum liberi arbitrii prauium, qui primam gratiam saltē natura antecedit, neque eum qui illam sequitur, causam seu rationem fuisse praedestinationis adulatorum. In conclusione hac, ut à nobis explicata est, conuenimus cum D. Thoma, & communiori Scholasticorum sententia, quam membro 6. retulimus.

Ad ea omnia, quae hac cōclusionē dicta sunt, & ad alia similia longē altius respiciens Paulus, quam à nobis explicari valeat, ad Ephes. 1. atque aliis locis, quae ad calcem membri 4. retulimus, praedestinationem, effectumq; illius, in liberam voluntatem Dei refert, dicens: Qui praedestinat nos in adoptionem filiorum per IESVM Christum, secundum propositum voluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae, in quo nos forte vocati sumus, & praedestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae, &c. Vt enim epistolam illam intuenti erit manifestum, admiratur Paulus magnitudinem beneficii, quod ita Deus aeterna sua prauidencia res disposuerit, ut inter tot homines, qui & tūc in mūdo erant, & ante aduentum Christi fuerunt, se atque alios

D. Pauli locus exponitur.

ministros Euangelij ex Iudaeis, qui Christum venturum sperabant, elegerit, quibus, cum tanta plenitudine gratiae, & donorum, mysterium Christi, reconciliationisque generis humani reuelauerit, ut nuntium Euangelij per orbē perferent: simul etiam magnificat beneficium eadem prauidencia Ephesios collatum, ut inter tantam hominum multitudine doctrina Euangelij ad eos peruenerit, ab infidelitateque ac peccatis tot benedictionibus dulcedius fuerint liberati. Itaque in principio epistolae in gratiarum actionem prorumpit, quod tam ipse, quam ceteri Apostoli, quasi sorte in Christo praedestinati fuerint, & ad tantum munus cum tanta plenitudine sapientiae, & donorum, fuerint electi. Deinde beneficii Ephesios collatum commendat, nepe quod ad eos peruenerit Euangelij, credentesq; signati fuerint spiritu promissionis sancto, qui est pignus haereditatis. Qua de causa Ephesiorū loco gratias Deo agit, ac petit, ut cognoscatur quae sit spes vocationis eorū, &c. Deinde in progressu epistolae exhortatur, ut dignè ambulet vocatione qua vocati sunt, & à peccatis abstinere, ut in gratia accepta perseuerent, ac crescant. Quo fit, ut se & alios Apostolos in ea epistola praedestinos vocet, non verò Ephesios, quos solum affirmat ad fidem & gratiam vocatos.

Capite etiam 9. epistolae ad Roman. & duobus sequentibus, admiratus ordinem diuinae prauidenciae, aeternumq; Dei consiliū in distribuendis suis donis prout voluit, in permittenda quorundam ruina, atque in erigendis aliis in toto decursu eius Ecclesiae, quae incepit in Abrahamo, cui Deus promisit Christum ex eius sobole fore nacturum, & per Christum vsque ad consummationem saeculi cōtinuatur, effectum praedestinationis in diuinā voluntatem, non in rationem aliquam ex parte liberi arbitrii creati desumptam, retulit. Suum verò locum, tum donis Dei, tum libero hominis arbitrio relinquens (ut tria illa capita expendent erit manifestum) eternum Dei consiliū demittat; tum in eo potius ordinem rerum, qui in Abrahamo cepit, & vsque ad consummationem saeculi futurus est, quam quocumque alio eligendo; tum in permittendis ruinis, quas hominum libertate ac culpa prauidebat futuras, Iudaeorum praesertim ex Christi occasione, donec plenitudo Graecum intraret; tum denique in distribuendis suis donis prout ea sapientissimè distribuere constituit; caput vnde-

circum illa exclamatione tanto ac tam profundo consilio digna conclusit dicens: O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius! Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuatur ei quonia ex ipso & per ipsum sunt omnia, ipsi gloria in saecula, amen.

Vt verò, quod ad praesens institutum ex principio capitis non atinet, intelligatur, sciendum est, Paulum illis verbis, cum nondum nati fuissent, &c. nomine, Iacob & Esau, non intellexisse tantum duos illos fratres, sed praecipue populos ex eis propagandos, videlicet, ex vna parte Ecclesiam synagogae, simul cum progenitore suo Iacob, cui Deus tot subsidia in vitam aeternam contulit; ex alia verò posteros Esau, vna cum parente ipso, quibus similia subsidia denegauit, relinquendo eos cum communibus auxilijs, quae reliquo gentilico populo non negauit. Quod autem populos illos cum suis progenitoribus D. Paul. intellexerit, non verò sola ipsa capita, manifestè potest probari. Primò, quoniam Esau nunquam seruiuit fratri Iacob, sed Idumaei posterii Esau seruiuerunt posteris Iacob: Paulus autē de his loquitur, de quibus dictū est; Maior seruiet minori. Secundo, quoniam iam illis; Ex vocatē dictum est ei, quia maior seruiet minori; refert Paulus quae Gen. 25. Rebecca matri consulenti respondit Dominus dicens: Duae gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori; vbi de populis est sermo: sicut autem eo loco populi illi, in stipitibus suis, dicuntur esse in vtero Rebecca, ita hoc loco, stipitum nomine à Paulo significatur. Tertio, quia verba etiam illa, Iacob dilexi, Esau odio habui, quae ex Malachias 1. refert Paulus, de populis ipsis, non verò de stipitibus solis, sunt prolata. Loquens enim Malachias cum Israelitico populo, ait: Dilexi vos, dicit Dominus: & dixit, In quo dilexit nos? Nonne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui? & postea Seir montes eius in solitudinem, & haereditatem eius in dracones deserti. Vbi vides, non de dilectione & odio stipitum esse sermonem, sed de dilectione & odio, quae in stipitibus ceperat, atq; ad posteros, qui suorum capitum nomine significantur, deriuata sunt. Adde, quod Paulus capite illo nono &

Quid nomen dicitur fratri Iacob & Esau potissimum intellexit D. Paulus.

duobus sequētib; de oculis Dei iudiciis circa decurtum Ecclesie ab Abrahamo vsque ad consummationē seculi differit. Nepe, quod Ecclesiam populūq; sibi dilectam in posteris Abrahami per lineam Isaac & Iacob, non verò per lineam Ismahelis ac Esau elegerit; quòd in aduentu Christi maxima pars filiorum Israel, ad quos peculiariter erat missus, corruerit, eorūq; loco Gētes sibi intrauerint in Ecclesia: quodq; circa consummationem seculi, post vocationem & ingressum Gentium in Ecclesia. Iudēi etiam sint vocandi, & ad fidem conuertendi.

His ita constitutis, intelligitur facile quid sibi voluerit Paulus in principio capitis noui verbi supra citatis, Docet nāq; quòd Deus aeterno suo cōsilio elegerit Isaac, in quo semē vocaretur Abrahamo, atque adeo ex quo deriuaretur synagoga & nasceretur Christus, non verò Ismahelē, sed tam eum, quā posteros illius, cū communibus auxiliis, quā reliquo gentilico populo praestitit. reliquerit; quòd item ex duobus filiis Isaac, vno eodemq; concubitu genitis, elegerit Iacob natu minorē, ex quo similiter nasceretur Christus, & resuraretur synagoga, quē itidē, non solum quoad se, sed etiam quoad posteros, dilexerit singularia alia subsidia tribuēdo, quibus tā ipse, quā plurimi posterorum vitam aeternam cōsequerentur; Esau autē, & posteros illius, ea ratione odio habuerit, (vt disp. 4. dilucidē ostendimus) quòd nihil tale illis voluerit, sed cū communibus reliqui gentilici populi auxiliis eū reliquerit, prauidendo tā patenti ipsū, quā totam aut ferē totā posteritātē propter ipsorū delicta damnandā, in regressūq; filiorū Israel ex Aegypto seruituti subiciēdam: hac, inquam, omnia ait Paulus, ex neutrius operibus fuisse, sed ex vocātē, eligētē, ac predicētē, quia maior seruituti minori, &c.

Illic hoc loco admoendū est, quartam conclusionē propositā minimē pugnare cum fundamento duobus praecedētib; membris iacto. Etenim in illo fundamento dicebamus, liberum arbitriū aduli esse quidē partē quandam causae libere à qua pender, non quidē tota res, quae est integer effectus praedestinationis, sed talis pars illius, sine qua neque res illa tota erit, neque rationē habebit effectus praedestinationis: nihilominus dicebamus rem illam non habere quòd sit effectus praedestinationis, vt emanat à libero arbitrio creato, sed praecisē vt emanat à Deo per praedestinationē aeternam, in quarta verò

*Non pugnat quia ea cōclusio cum mōstrā mōstrā dicitur pugnare pugnare pugnare pugnare*

conclusionē, cū eadē res tota, quae est effectus praedestinationis, sit à Deo tāquam ab vna parte totius causae, à qua plus pender vt sit in rerum natura, quā ab arbitrio praedestinati; atque vt praecisē est à Deo per praedestinationē aeternā, sit effectus praedestinationis, quo ex parte sua praedestinatū cooperantem per suum arbitrium coadiuuat ac perducit in vitam aeternam, dicimus, neq; quòd Deus prauidet, praedestinatū ita cooperaturum factū, vt per illū effectum peruenire debeat in vitā aeternā, ex hypothesi quòd eū ita veller adiuuare, neq; aliquid aliud ex parte praedestinati fuisse causam aurationem propter quam Deus effectum illum totum, mediāue illa omnia ex parte sua, voluerit illi conferre, sed solam ipsius liberam voluntatem. Porro quia sicut media, quibus adulus peruenitur est in vitam aeternam, simul pendent ab influxu Dei, & ab influxu libero praedestinati, ita, quòd re ipsa adepturus sit vitam aeternam, simul pender à Deo, & ab adulo, cooperatibus atque influētibus in eadē media; vtq; nulla est repugnantia, vt id, quod Deus ex sua parte cooperatur est, atque adeo effectum integrū praedestinationis, non sitauerit conferre praedestinato, quia prauidet illū etiam cooperaturum id, quòd ab illo exigitur vt in vitam aeternā perducatur, neque propter aliam rationem quae se teneat ex parte praedestinati, sed ex sola sua libera voluntate, vt asserit quarta conclusio, & quòd res ipsa, quae est effectus praedestinationis, tam vt sit in rerum natura, quā vt rationem habeat effectus praedestinationis, pēdeat à libero influentis arbitrii praedestinati, tamen minus praecipue, vt fundamentū à nobis iactū affirmat. Id quod ex iis quae post quintam conclusionem subiiciemus amplius elucidabitur.

Quinta conclusio: Praedestinationis paruulorum, quoad integrum illius effectum, non datur causa seu ratio ex parte corū, sed in Dei voluntatem tanquam in causam id totum reducendum est. Hae satis est nota, & ex dictis membro 3. comprobata. Confirmari autē potest primo, quia quòd Deus sacramenta, remediūque contra originis peccatum, constituit voluerit, ex libera voluntate Dei emanauit: cū ergo remedium contra originis peccatum pars sit integri effectus praedestinationis eorum, ac talis, vt sine ea vitam aeternam non consequerentur, sit, vt integri effectus praedestinationis illorum non datur

*Praedestinationis paruulorū, quoad integrum illius effectum, non dari causam sine rationem ex parte ipsorum.*

detur causa, seu ratio, ex parte eorum. Hinc confirmari potest, neq; integri effectus praedestinationis aduulorū dari causam ex parte eorum. Etenim nisi remedia, tum contra originis peccatum, tū contra peccata actualia fuissent à Deo instituta, nullus eorum beatitudinē assequi potuisset. Secundo, quia quòd Deus paruulos praedestinos in ea parte ordinis rerum ac circumstantiarum collocare voluerit, in qua prauidebat illos ex vteris maternis pro libertate arbitrii suorum progenitorum tandem nascituros, finiturosq; vitam autē vsum rationis, & aliena insuper libertate futurum esse, vt remedium contra originis peccatū illis applicaretur, nulla alia fuit causa, quā diuina voluntas, vt cōclusione praecedente circa effectū praedestinationis aduulorū diximus: inde verò corū praedestinatio pēdebat.

Vt quae haecenus dicta sunt meliūs intelligantur, & quae sunt addenda perspicī faciliūs possint, in memoria est reuocādum: Praedestinationem Dei aeternam perfici quidē & cōpleri in rationē praedestinationis per aeternū liberū actū voluntatis diuinae, quòd Deus ex sua parte cōferre adulo statuit ea media, quibus prauidebat illū pro sua libertate perueniturum in vitā aeternam, cū posset, si veller, ab ea deflectere; & quo paruulis conferre statuit media, quibus prauidebat illos dependenter, modis haecenus explicatis, à libero aliorum arbitrio, peruēturos in vitā aeternam, cū pro aliorū libertate possent nec nasci, nec in eam peruenire: at tamen eandem praedestinationem praesupponere & includere ex parte diuini intellectus cognitionem partim per scientiam merē naturālē, & partim per mediam inter liberam & merē naturālē, non solum quòd vtrique eis mediis peruenire possent in vitam aeternam, sed etiam quòd re ipsa in eam essent deuenturi, Deo altitudine & eminentia sui intellectus conspiciente hoc secundum in sua essentia, & in arbitriis suarum creaturarū supra id, quòd natura ipsa eiusmodi rerum habet. Est enim praedestinatio ratio in Deo ordinis seu mediorum, quibus prauidit has vel illas creaturas mente praedidas in vitam aeternam deuenturas cum proposito eundem ordinē per se, vel etiam interuentu causarum secundarum, executioni mandandi.

Ex quidem Deus optimus maximus per sciētiam merē naturālē ante omnem actū liberum suae voluntatis habuit plenissimam notitiā me-

diorum omnium accommodatorum, tum ad beatitudinem, tum etiam ad quoscunq; alios fines, in qua ex parte diuini intellectus posita est ratio prouidentiae diuinae in commune, tum ad omnes alios fines, tum ad beatitudinem sempiternam in particulari. Per scientiam verò mediam inter merē naturālē & liberam ante omnem etiam actum liberum suae voluntatis habuit plenissimam notitiā in iis, quae ab arbitrio creaturarum mediāre vel immediatē pendent, quibus mediis finitū assecitū sequeretur, ex hypothesi quòd hunc vel illum ordinem suae prouidentiae veller executioni mandari: quae notitia licet ad rationem prouidentiae communissimē sumptā necessaria non sit; ad rationem tamen perfectissimā prouidentiae, qualis est diuina, est omnino necessaria, vt quēst. 22. dictum est. Existente enim ea notitia, vna cum notitia de mediis ex se ad fines accommodatis, meliūs multo ac plenius nouit prouisor ad eosdem fines prouidere, neque propter contingentiam ex ipsa rerum natura in huius rebus circa quas prouidet repertā, potest in sua prouidentia falli, quasi res aliter, atque ipse credebat ac sperabat, eueniant, neque cōparatione ipsius potest incerta esse, vt prouidentiae nostrae cōparatione nostrū incerta sunt. Eadē notitia, quatenus est prauiditio, quòd his mediis haec creatura intellectu praedictae deueniet in vitam aeternam, ex hypothesi quòd eis concedantur, est, quā ex parte diuini intellectus addit praedestinatio harum creaturarum supra prouidentiam circa ipsasmet & circa ceteras intellectuales ad beatitudinem. Ratio quippe in Deo ordinis seu mediorum accommodatorum, vt creaturae mente praedictae peruenire possint ad beatitudinē cum proposito eundē ordinem exequendi per se, aut etiā interuentu causarum secundarum, est prouidentia diuina circa creaturas ad beatitudinē, siue illae praedestinatae sint, atque adeo deuenturae per eundem ordinē huius ad finem, siue non. Ratio verò eiusdē ordinis cum eodē proposito, prauidente Deo per scientiam mediā, quòd per eam ad beatitudinē deueniet, est praedestinatio cōparatione earum quae peruertuntur prauidetur. Quo fit, vt quemadmodū ars diuini intellectus, quae Deus modū nouit fabricandi res omnes quae sua omnipotentia esse poterit, antecessit determinationem liberā suae voluntatis, quae has vel illas res decreuit facere: sic etiam ratio mediorum omnium, quibus

*Qualis prouidentia ex parte intellectus diuini praecisē terminatōne liberā suae voluntatis.*

*Prouidentia circa beatitudinem quid.*

*Praedestinatio quid.*

providere poterat rebus omnibus ad fines tam naturales, quam supernaturales, & quibus prædestinare poterat quoscunque velle, quia prævidebat per ea media peruenire illos in vitam æternam, antecesserit determinatione liberam, propositumque diuinæ voluntatis, per quod eadem ratione diuini intellectus complete sunt in esse rationis providentiæ & prædestinationis cõparatione: seu circa quas id Deus executioni mandare constituit. Quia ergo ex his omnibus, quæ prædestinatio Dei æterna in sua ratione formali includit, solum propositum voluntatis, per quod vltimò completur in ratione prædestinationis, liberum est in Deo, ratio verò medijs & praxis quod eis, si concedatur, re ipsa deueniatur in vitam æternam, libera in eo nõ sunt, sed antecedunt omnem liberum actum diuinæ voluntatis: inde est, quod quado Doctores quarunt, vtrum prædestinationis detur causa, ratio, aut conditio ex parte prædestinati, cur à Deo prædestinatus sit, id solum controuertere intedunt, an actus voluntatis diuini, quo prædestinato ea media cõferre voluit, quibus in vitam æternam deuenit, detur ex parte arbitrij illius causa, ratio, aut conditio, ob quã, vel illi, vel potius illi, quam alteri, sint volita; an verò nihil tale detur, sed omnino id totum in liberam ac misericordem Dei voluntatem, qua solo suo beneplacito id ita voluit, sit referendum.

vitam æternam, aut cur potius hæc ipsa voluerit eis, quam alijs, sed id totum insolum liberam ac misericordem voluntate Dei est referendum, qui pro solo suo beneplacito id ita voluit. Itaque dicimus, præscientiam vsus liberi arbitrij prædestinatorum, futuræque talis liberæ cooperationis eorum cum donis & auxilijs Dei, vt ad vitam æternam in hoc ordine rerũ, quem Deus creare statuit, peruenirent, nõ fuisse causam, rationem, aut conditionem, quare vel prædestinatione in genere hi essent prædestinati, aut hi potius quam alij, vel quare ea ipsa numero prædestinatione, qua re ipsa prædestinati sunt, fuerint prædestinati, quasi Deus voluerit ex sua parte illis conferre ea ipsa media, quæ donare illis statuit, per eaque eos prædestinare, quia prævidit illos ita pro sua libertate cooperaturos, vt ea via ad vitam æternam peruenirent, aut quasi id fuerit cõditio, qua existente, aut qua praxis, id Deus erat facturus, & sine qua id non erat voliturus, sed pro sua tantum libera voluntate ea media illis cõferre voluisse, per quæ eos prædestinavit. Licet enim Deus nulli adultorũ denegat auxilia ad salutem necessaria, nõ tamẽ pro ratione vsus liberi arbitrij praxis, sed pro sua tantum libera voluntate distribuit sua dona, quibus vult, quando vult, quantum vult, atque eo modo quo vult, pro eademque sua libera voluntate ex sua æternitate eo pacto illa distribuere statuit, quo in tempore ea distribuit. Quod si adultis non distribuit dona sua pro ratione vsus liberi arbitrij ipsorum praxis, multo minus paruulis eadẽ distribuet, vel pro ratione vsus arbitrij quem habituros eos conspiciet, si ad vsum rationis perueniret, vel pro ratione vsus arbitrij aliorũ. Hæc omnia satis perspicua sunt ex dictis tam hoc membro, quam alijs præcedentibus, neque alia indigent probatione.

\* Septima conclusio: Licet prædestinationis adultorũ quoad actum voluntatis diuinæ per quæ completur ratio prædestinationis, neque quoad propositum conferendi illi ea media, quibus Deus alitudine sui intellectus prævidit illi pro sua libertate peruenitur in vitam æternam, nec ratio, nec cõditio, modo explicato, detur ex parte prædestinati; præscientiæ tamen, qua Deus ante eum actum id prævidit, ex hypothesi quod ex sua parte conferre illi velle ea media, datur conditio & ratio ex parte vsus seu cooperationis liberæ talis prædestinati, sine qua ea sciencia non præstitisset in Deo, quod multi non attendunt. Probatur conclusio,

clusio, quoniã res, quæ est integer effectus prædestinationis adulti, tũ quoad latitudinẽ totam, & singulas partes boni vsus liberi arbitrij, quoscumque disponit ad gratiã, promeretur post illã adeptam, resistit tentationibus, & liberẽ vsque ad finem vitæ in leuiale peccatum non prolabitur, tum consequenter quoad dona, quæ ab eiusmodi bono vsu pendet, siue tanquam à dispositionibus prærequisitis, siue tanquam à merito, siue tanquam à conditione sine qua gratia & alia dona non peruenirent; res, inquam, illa quoad omnia commemorata, pendet vt sit in rerũ natura, non solum à Deo volente ea omnia ex sua parte illi præstare, ad eaque cooperari, sed etiam à cooperatione libera arbitrij prædestinati, adeo vt si arbitrium, vt pro sua libertate potest, non cooperetur, nihil eorum re ipsa foret, vt duobus membris præcedentibus satis aperte ostensum est. Cum ergo, quod prædestinatus sit ex illa hypothesi sit cooperaturus, non idẽo sit futurum, quia Deus ex eadem hypothesi id futurum prævidit, sed è contrario, quia ita ex arbitrij libertate esset futurum, Deus id prævidit, præstiturusq; fuisset contrarium, si, vt potest, contrarium ex eadem hypothesi pro eadem adulti libertate esset futurum, vt quæst. 14. art. 13. disp. 48. & duabus sequentibus dilucide est explicatum, affirmatque communis Patrum sententia, quã ibidem disputatione 52. retulimus; cõsequens profecto est, vt conditio sine qua non præstitisset in Deo ea præscientia, fuerit quod adultus ipse in tempore ita pro sua libertate esset cooperaturus, vt ad vitam æternam per ea media perueniret, cũ, si vellet, posset contrario modo cooperari, & nõ peruenire, nihil omnino impediret voluntate illa diuina eo pacto ex sua parte illi opitulandi, & cum eo cooperandi.

\* Octaua conclusio: Sumpta in particulari prædestinatione cuiusque adulti, quæ re ipsa iam ex æternitate fuit in Deo, sanẽ sicut præcedente conclusione est ostensum, rationem seu conditionem, sine qua in Deo non fuisset prædicta præscientia, esse quod adultus ipse pro sua libertate ita sit cooperaturus pro sum arbitrij, vt ad vitam æternam perueniat: sic etiam ab hoc ipso simili modo fuit dependens, quod reliquũ, quod eadem prædestinationis includit, vel fortiter rationem providentiæ circa illum in beatitudinem. Probatur conclusio, quoniã reliquum sine illa

præscientia, nempe ratio eorundẽ numero mediocum proposito mandandi eã executioni ex parte Dei, non est prædestinatio, sed providentia solum circa illum ad beatitudinem: prædestinatio verò addit præscientiam illam: ergo si, quod adultus pro sua libertate sit ita cooperaturus, vt ad vitam æternam perueniat, est ratio & conditio sine qua in Deo nõ fuisset ea præscientia, erit etiam id à quo fuit dependens quod reliquũ, quod ea prædestinatio includit, vel fortiter rationem providentiæ circa illum in beatitudinem.

Hinc iam facile intelligitur, cum Deus adultis non prædestinatis, tam hominibus quã Angelis, ex sua parte prouiderit auxilijs & medijs, quibus, si per ipsorum arbitrium non staret, reuera ad beatitudinẽ peruenirent; quin & aliquibus eorũ prouiderit longẽ maioribus & potentioribus auxilijs & medijs, quã multis ex prædestinatorũ ordine; vtiq; quemadmodũ sumpta in particulari ratione prouidendi alicui prædestinato per ea media, per quæ Deus prævidebat perueniturum illũ pro sua libertate in vitam æternam, cum proposito eã ex parte sua executioni mandandi, integrum illi manet non ita cooperari, vt ad eã perueniat; si verò id, vt potest, esset futurum, nunquam ratio illa prouidendi illi eo modo, voluntasq; mandandi eã executioni, rationem habuissent in Deo prædestinationis, sed duntaxat prouidentia; eò quod adiunctam non habent præscientiam, quod ea via perueniturus ille esset in beatitudinem: sic sumpta in particulari ratione prouidendi alicui non prædestinato, verbi gratia, Iude, per ea media per quæ Deus prævidebat illum pro sua libertate in æternam vitam non perueniturum, cum proposito eandẽ mandandi executioni, integrũ profecto illi mansit, ita cooperari, vt ad vitam deueniret æternam; si verò id, vt poterat, esset futurum, sanẽ ratio illa prouidendi illi eo modo, voluntasq; diuina mandandi eã executioni, rationem habuissent nõ solum prouidentia, sed etiã prædestinationis circa Iudam; quia cõiunctam habuissent præscientiã quod ea via perueniturus ille esset in beatitudinem. Quo fit, vt libertas arbitrij adultorũ non prædestinatorum, veraque facultas perueniendi, si velint, ad beatitudinem, ad quã à Deo, non fide, sed vere conditi sunt, non minus consentiant cũ prouidentia qua Deus ex sua parte in vitam æternam prouidere illis statuit, & cum præscientia quam

*Prædestinatio in se grã manes non peruenire in beatitudinem, & reprobo peruenire.*

\* Octaua conclusio. Quod ratio mediocum, & propositum illa conferendi, ratione habuerunt in Deo prædestinationis adultis, pendens fuit ex præscientia quod ille eis perueniturus esset in vitam æternam: hæc verò ex vsu & cooperatio arbitrij fuit.

\* Septima conclusio. Præscientia quã prædestinatio ex parte intellectus includit, datur conditio ex parte vsus liberi arbitrij sine qua non præstitisset in Deo.

*Secunda conclusio. Prædestinationis quæ ratio ne ex parte vsus arbitrij præstitit, nec ratio, nec cõditio sine qua non, datur, sed in libertate Dei voluntatis est referenda.*



de illis habet, quam libertas arbitrii prædestinatorum, facultasque descendendi ad extremam miseriam, cum eorundem prædestinatione conveniant: neque minus non prædestinati, quam prædestinati, positi sint in manu consilii sui, ut utriusque ad quod voluerint porrigat manum, & vel ea efficiant, quæ si fecerint, in vitam perueniant æternam, vel ea per quæ in extremam miseriam delabuntur. Etenim sicut utriusque non fecerit ad quod voluerint porrigere possunt manum, ac si in Deo nulla præcessisset quorundam prædestinatio; & non aliorum: ita ratio providentiæ in particulari circa unumquemque eorum indifferens est de se, ut coniunctam habeat præscientiam in Deo, quod ita pro sua libertate sint cooperaturi ut ad vitam æternam perueniant, vel ita ut eam non assequantur; quod verò Deus altitudine sui intellectus habuerit potius eam præscientiam, quam prædestinatio addit supra illam numero ratione providendi ponit, quam contrariam, ideo fuit, quia ipsi pro sua libertate uno potius modo, quam altero, erant cooperaturi: non verò, quia Deus id præsciuit, idcirco ipsi eo pacto sunt cooperaturi.

Possumus confirmare, vnam & eandem rationem Dei æternam providendi cuiusque, adulto, siue is de numero sit prædestinatorum, siue non, pendere à qualitate vñs liberi arbitrii cuiusdem præsciit, vel quod rationem prædestinationis illius habeat, vel providentiæ duntaxat circa illum in beatitudinem, facta quadam quasi inductione in Angelis, primis parentibus, in statu innocentie constitutis, atque in aliis etiã adultis. Ut verò ab Angelis incipiamus: Quis, salva fide Catholica, libertateque arbitrii Angelorum, negare queat, Angelos, qui corruerunt, quibus cum donis & auxiliis in statu viæ à Deo constituti atque adiuti sunt, nihil omnino impediente ea ratione illis providendi, decretum Dei æterno quo ita eos ex parte sua adiuuare constituit, potuisse non consentire in peccatum ob quod perierunt, atque adeo perseverare in gratia in qua conditi sunt, peruenireque in vitam æternam, in quam à Deo sunt conditi? Quis item, salva eadem Catholica fide ac libertate, negare poterit, Angelos qui in gratia perseverant, vitamque æternam consecuti sunt, quibus cum auxiliis in statu viæ à Deo adiuti fuerunt, nihil omnino impediente ea ratione illis providendi, decretumque Dei æterno quo ita ex parte sua eos adiuuare consti-

tuit, potuisse pro sua innata libertate consentire in peccatum, sicut carter consenserunt, atque adeo decidere à gratia, amittereque sempiternam felicitatem? Planè itatus viæ utrorumque id postulabat, ad meritumque & demeritum eorum utrumque erat necessarium, neque salva fide Catholica video posse negari. Cui ergo si priores, ut re ipsa potuerunt, non consenserunt in peccatum, peruenissent utriusque in vitam æternam, illaque eadem ratio illis providendi & decretum, quæ solùm habuerunt rationem providentiæ circa eos in beatitudinem, habuissent rationem prædestinationis, eò quod fuissent ratio & decretum conferendi media, per quæ, sicut ipsi peruenirent in vitam æternam, ita Deus eos beatitudine donandos præsciuit: cum ite si posteriores, ut re ipsa potuerunt, consenserunt in peccatum, utriusque à gratia decidissent, & à sempiterna beatitudine exclusi fuissent, illaque eadem ratio & decretum providendi illis eò modo, quæ rationem habuerunt prædestinationis, habuissent solùm rationem providentiæ in beatitudinem, ad quam per ea media non essent perueniendi: fit, ut ab vñs liberi arbitrii Angelorum in vnam aut alteram partem pro sua innata libertate futuro, ut fuit dependens quod Deus altitudine sui intellectus vnam ponit quam alteram partem certò præsciret, ita fuisse dependens, tanquã à conditione sine qua non quod ratio & decretum providendi illis eò modo, vel haberet rationem prædestinationis, vel solùm providentiæ singulorum in beatitudinem.

Quis item, salva fide Catholica, atque tanta illa libertate primorum parentum in statu innocentie, de qua cum Augustino quaest. 14. art. 13. disp. 4. & 22. dictum est, quam etiam vel Lutherani ipsi nõ inficiantur, negare audeat, Adamum cum illius status donis, atque adeo sine præiudicio rationis providendi, decretumque diuini quo ex æternitate eum taliter adiuuare constituit, potuisse non peccare, ac proinde potuisse perseverare in gratia, vitamque æternam consequi? Cui ergo, si, ut potuit, non consenserit in peccatum, ex statu innocentie peruenisset in vitam æternam, ac proinde ratio illa providendi, decretumque æternum quo Deus illo tantum modo constituit eum in statu innocentie adiuuare, quæ solùm habuerunt rationem providentiæ in beatitudinem, habuissent iam rationem prædestinationis: fit, ut ab vñs arbitrii Adami in vnam

aut alteram partem pro sua libertate, tanquam à conditione sine qua non, fuerit dependens quod ratio & decretum eo pacto illis providendi, vel permanerint solùm intra limites providentiæ, ut re ipsa manserunt, vel sortita fuerint rationem prædestinationis.

Denique, ut ad adultos post lapsum nature deveniamus, utamur in primis exemplo illo Augustini 12. de civitate Dei cap. 6. Sint duo homines iustis animo & corpore, ceterisque adiunctis per omnia pares, ponamusque Deum constituisse eodem prolixo modo utriusque ex parte sua opitulari ac providere. Tunc oblata utriusque eadem peccandi occasione ex aspectu eiusdem mulieris pulchre, pro sola innata libertate utriusque fieri potest, ut unus in peccatum consentiat, alter minimè, sed seipsum cohibeat, ut eo loco affirmat Augustinus, probans inde solam liberam voluntatem causam esse peccati: quod si ponamus insuper, utrumque subito, vel ruina domus collapsæ obrutum fuisse, vel alia de causa, ut sæpe evenire solet, interiisse, inuenimus simile omnino Dei decretum conferendi utriusque media ad salutem, eademque prolixo rationem providendi, respectu eius, quem Deus prævidebat non consenturum in peccatum, sed in gratia discessurum, habuisse rationem prædestinationis: respectu verò alterius, de quo contrariam habebat præscientiam, habuisse quidem rationem providentiæ, non verò prædestinationis: cum ergo quod Deus de utroque eorum non idem, sed contraria præsciuit, dependens fuit ex eo, quod uterque eorum pro sua libertate erat facturus, qui, si vellet, possent re ipsa, quod fecerunt, non facere, fit, ut quod decreta illa rationesque providendi, vel prædestinationis rationem habuerint, vel solùm providentiæ circa vitam æternam, dependens fuerit tanquam à conditione sine qua non ex eo, quod unusquisque eorum pro sua innata libertate erat facturus: quod Deus ideo altitudine sui intellectus prævidit futurum, quia pro eorum libertate ita erat futurum, & non è contrario.

Eodem quoque modo possumus argumentari de quocunque alio adulto, qui vel vitam æternam consecutus est, vel eam sua nequitia amissus. Etenim cum is, qui beandus est, non obstantibus auxiliis iuxta æternum Dei decretum, rationemque illi providendi, conferendis, possit illis uti, vel non uti, aut etiam in sine vite consentire

in peccatum, & ab illo non resurgere, vitamque æternam amittere; contra verò, qui damnandus est, possit facere quod in se est, ut beatitudinem consequatur, cui Deus, quantum satis sit ut eam assequatur, opitulabitur: fit, ut quemadmodum, nihil impediente decreto Dei æterno uno aut altero modo illis opitulandi ac providendi, in potestate cuiusque eorum est eo modo re ipsa operari, ut beatitudinem assequatur, vel nõ consequatur; ita ex operatione eorum futura, tanquam ex conditione sine qua non, pendeat, quod decretum Dei æternum circa unumquemque eorum, ratione illis providendi, vel rationem habuerint prædestinationis, vel solùm providentiæ, Deo altitudine sui intellectus certò ex æternitate prævidente quid futurum esset; cum tamen secundum se esset omnino incertum, pendensque à libertate arbitrii.

Quo loco illud admonendum censui, nos non maiorem dependentiam prædestinationis ab vñs arbitrii adultorum constitutere, quam numerosa illa Doctorum multitudo, quos quaest. 14. art. 13. disputatione 51. reculimus, constituerit; de quorum numero erant multi ex iis, qui cum communiori Scholasticorum sententia nullam causam rationemque prædestinationis ex parte vñs liberi arbitrii adultorum prævisi esse voluit, ut Scotus, Driedo, & plerique alij: imò multò maiorem ponimus. Etenim illi, ut libertate arbitrii nostri cum diuina præscientia, prædestinatione ac reprobatione conciliarent, dicebant, in his rebus quæ ab arbitrio creato pendent, quod Deus ex æternitate vnam partem contradictionis, potius quam aliam, præsciuerit, & hunc potius prædestinauerit, quam reprobaerit, ita ab vñs arbitrii cuiusque futuro pendere, ut arbitrio creato eligente vnam potius partem contradictionis, quam aliam, Deus, cuius liberi actus interni sunt indivisibiles & semper in egressu, sic effecturus ut eandem ex æternitate præsciuerit, eligente verò aliam, effecturus sit, ut hanc ipsam, & non illam aliam, præsciuerit, atque adeo cooperante quouis adulto ita cum Dei auxiliis, ut usque ad finem vite in gratia perseveret, quod in manu consilii sui est collocatum, Deum effecturum ut ex æternitate fuerit semper prædestinatus, operante verò contrario modo, terminanteque vitam in peccatis, quod eodem iure in potestate eius situm est, effecturus ut ex æternitate fuerit reprobus.

Nos verò asserentes præscientiam & prædeterminationem ita certas & determinatas ad alteram contradictionis partem, ac fixas esse, vt contradictionem iam modo implicet aliud in mente ac voluntate diuina vel esse vel ex æternitate fuisse circa quodcumque particulare obiectum, vt loco citato demonstratum est; collocantes præterea certitudinem totam diuinæ prædestinationis, non in decreto quo Deus ei, quem prædestinabat, prouidere statuit de iis medijs quibus liberare sua peruenturus in vitam æternam præuidebatur, neque etiã in ratione ipsa prouidendi, sed in præscientia qua id præuidebat, ratione cuius tale decretum ac prouidentia sortita sunt rationem prædestinationis, asseueramus; sicut præscientia illa, esto originem habuerit ex altitudine & perfectione diuini intellectus, qua quod incertum ancepsque omnino in se est, certo cognouit futurum, pender tamen, tanquam à conditione sine qua non fuisset in Deo, ex eo quod arbitrium creatum eo pacto pro sua libertate sit cooperaturum, vt ad vitam æternam perueniat; quandoquidem non quia Deus id præsciuit, futurum est, sed quia pro libertate arbitrij est futurum, cum possit esse contrarium, Deus id præsciuit, ita etiam quod decretum illud, prouidentiaque illa rationem prædestinationis fuerint sortita, ex eo fuisse dependens, tanquam à conditione sine qua illam non sortirentur, quod arbitrium eo modo pro sua libertate esset cooperaturum, Deusque altitudine sui intellectus certo id præuideret. Atque ex hoc capite conciliamus facillè libertatem arbitrij nostri, tam cum diuina præscientia, quam cum diuina adiutorum prædestinatione. Etiam sicut, si arbitrium, vt potest, non esset taliter cooperaturum, non fuisset in Deo præscientia quod adultus ille medijs illis peruenturus esset in vitam æternam, sic neque decretum, quo Deus ex æternitate statuit per ea media illi ex parte sua opitulari & prouidere in vitam æternam, habuisset rationem prædestinationis.

Vt adhuc melius perspicias quantum libertas arbitrij horum prædestinatorum ac reprobatorum, ac facultas vtrotumque perueniendi re ipsa in vitam æternam, aut ab ea defecendi in æternam miseriam, cum ea ipsa numero prædestinatione, & prouidentia circa eos, quæ ex æternitate in Deo est, consentiat, sicut: In Deo optimo maximo non esse præscientiam illam me-

diam, qua altitudine sui intellectus penetrat quid pro arbitrij libertate sit futurum, sed quam incertum id in se esse, tam incertum & incognitum esse Deo, & nihilominus Deum per scientiam omnino naturalem, qua naturas omnium rerum, fines earum, & media ad eos accommodata penetrat statuisse ex sua parte eodem modo prouidere vtriusque in vitam æternam, quo re ipsa eis prouidet, interim exitum cuiusque futuri contingentis ignorat. Sanè ea hypothesi data, nullus dubitaret libertatem arbitrij vtrotumque, facultatemque eorum vel perueniendi in beatitudinem, vel incidendi in supremam miseriam, prout in huius vitæ stadio pro sua libertate excurrere vellent, consentire optimè cum ea ipsa prouidentia, quæ circa eos ex æternitate est in Deo: quippe cum euentus omnino esset incertus, pendensque, vt in vnam aut alteram partem eueniret, ex sola arbitrij vtrotumque libertate. Cum ergo quod Deus eminentia, illimitataque sui intellectus perfectione, præsciat quid pro cuiusque arbitrij libertate sit euenturum, nihil de libertate illius adimat, sed perinde indifferenter illum relinquat vt in quam maluerit partem se flectat, ac si præscientia in ipso non præextitisset; eò quod non, quia id præsciuit, idcirco arbitrium se flectere debeat in eam partem, sed quia sua libertate se est inflexurum, Deus id præsciuit, præsciuitque contrarium, si pro eadem libertate esset futurum: profectò nihil hac præscientia impediente, eadem libertas ac facultas perueniendi in vitam æternam, aut ab ea defecendi, in concussa perseuerat. Punctum verò prædestinationis, abyssusque inscrutabilis diuini consilij, in eo sunt posita, quod cum Deus infinitas alias prouidendi non prædestinatis rationes nouerit, quibus pro eadem ipsorum libertate in vitam deuenissent æternam; fuissentque proinde prædestinatis, itemque infinitas alias nouerit rationes prouidendi prædestinatis, quibus sua libertate beatitudinem amitterent, fuissentque reprobis pro sua tantum libera voluntate, & non pro qualitate vsus liberi arbitrij præuisi, ne vt conditione quidem sine qua non, eum prouidendi modum vtriusque elegerit, per quem præuidit, illos in vitam æternam pro sua libertate non peruenturos, hos verò deuenturos esse, atque adeo illos futuros reprobos, hos verò prædestinatos existere: uentis vllam interim iniuriam irrogado, præsertim cum vtriusque de iis prouiderit medijs

*Prædestinationis punctum, abyssusque inscrutabilis diuini consilij.*

*Certitudo prædestinationis solum ex hypothesi est in præscientia media, ab soluitur & omnino in scientia libera qua prædestinationem consequitur.*

per quæ, si per ipsos non staret, ad vitam æternam deueniret, & cum posteris omnibus Adam, in ipso eorum parente, de iis medijs prouiderit, per quæ, si per illum non stetit, summa cum facilitate æternam beatitudinem essent assecuti.

*Nullus est ficere vult ut sit prædestinatus.*

Duo obserua. Primum est eiusmodi: Licet iuxta hæcenus dicta, data quacunque prouidentia in particulari comparatione cuiuscumque adulti, siue ea, ratione præscientia adiunctæ, prædestinationo sit, siue adiunctam habeat rationem reprobationis, in potestate talis adulti sit, facere ea, quæ si esset facturus, talis prouidentia esset prædestinationo, quia adiuncta hæbet præscientiam, quod peruenturus ea via esset in beatitudinem; nihilominus in potestate nullius prædestinati est efficere, vt fuerit prædestinatus; quoniam in potestate ipsius non est efficere, vt Deus ex infinitis rerum ordinibus, quos eligere poterat, eum potius eligeret, in quo præuidebat illum pro sua libertate peruenturum in vitam æternam, quam alium, in quo tamen consistit prædestinatio talem adultum. Quare prædestinare, aut non prædestinare, à solo Deo pro sua tantum libera voluntate pender. Quod verò hæc aut illa prouidendi ratio tali adulto in particulari, rationem habeat, aut non habeat, prædestinationis comparatione illius, ex eo etiam pender, quod ipse vno vel altero modo per suum arbitrium sit cooperaturus.

Secundum est: Certitudinem, quod adultus prædestinatus in vitam æternam perueniet, esse quidem in scientia illa media, quæ antecedit liberum actum diuinæ voluntatis; at tamen quodammodo tantum in radice, & solum ex hypothesi, si Deus ea media velit cedere, eoque modo velit prouidere: at verò in scientia libera, qua Deus post eum actum voluntatis præuiderit peruenturum simpliciter illum in vitam æternam, esse absolute, & absque vlla iam hypothesi. Atque ad eiusmodi liberam Dei præscientiam, quæ, nostro intelligendi modo cum fundamento in re, est in Deo post completam prædestinationem, tanquam ad signaculum superueniens prædestinationi iam peractæ, reduxit non obscure Paulus 2. ad Timoch. 2. certitudinem nostræ prædestinationis, dicens: Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc (quo scilicet firmum ac certum red dicitur) Nouit Dominus qui sunt eius: per prædestinationem videlicet ac electionem

æternam, qua conferre eis ea media voluit, per quæ peruenturos illos præuidebat in vitam æternam.

Illud magnopere est deinde aduertendum, longè diuersum esse quærere, an præextitente in Deo (vt re vera fuit ante omnem actum liberæ suæ voluntatis) plenissima illa præscientia qualitatatis vsus liberi arbitrij in quocunque rerum ordine futuri, de qua hæcenus locuti sumus, prædestinationo Dei æterna ex parte diuinæ voluntatis in hoc sensu fuerit secundum præscientiam vsus liberi arbitrij futuri, quasi pro qualitate aut propter qualitatem vsus præuisi constituerit Deus, vel distribuere vno aut altero modo sua aua. ia ac dona, vel prædestinare hos potius quam illos; ac quærere, an illius præscientia (à qua pender vt reliquum, quod se tenet ex parte diuini intellectus & voluntatis, rationem habeat prædestinationis, aut prouidentia duntaxat ad beatitudinem) detur aliqua ratio seu potius conditio ex parte qualitatis vsus futuri, siue qua non præextitisset in Deo, quasi licet prædestinationo non fuerit facta propter præscientiam qualitatis vsus præuisi, fuerit tamen facta nõ sine tali præscientia; & quasi habita fuerit ratio qualitatis vsus arbitrij futuri, nõ quidem vt vllò pacto esset mensura aut quasi mensura donorum Dei, etiam tanquam conditio, qua præuisa fuissent conferenda, & qua non præuisa fuissent deneganda, sed tanquam eius, vt à quo, quemadmodum in tempore pender quod adultus cum his vel illis auxilijs ac donis in particulari perueniret aut non perueniret in vitam æternam, ita etiam penderat, vt voluntas illi opitulandi ac promidendi per hæc ipsa auxilia ac dona, rationem haberet vel prædestinationis, vel solius prouidentia: ad beatitudinem.

*Prædestinationem fuisse secundum præscientiam duplex sensus.*

Prima harum duarum questionum est, quam Patres ac Doctores Scholastici ad hanc vsque diem controuerterunt. Quod verò ad eam attinet, eum Augustino, D. Thoma, & alijs, aduersus Doctores memb. 4. relatos asserimus, prædestinationem non esse secundum præscientiam qualitatis vsus liberi arbitrij, vt tum hoc membro, præsertim con. 6. tit. 4. & alijs ostensum est.

*Prædestinatio in quo sensu nõ fuerit secundum præscientiam vsus arbitrij.*

De secunda autem questione parum aut nihil tã Patres, quam Doctores Scholastici, locuti sunt: eum tamè à præscientia illa media, quæ nullo refragante, comparatione determinationis arbitrij creaturarum in vnam aut alteram partem

in Deo ante omnem actum liberum suae voluntatis constituitur, pendeat legitima conciliatio praesentiae, providentiae, & praedestinationis cum arbitrii nostri libertate, legitimaque intelligentia scripturarum sanctarum: atque quando est cooperatio, qua in vitam aeternam pervenitur; ea sit, quam praedestinatione adulti addit supra providentiam circa eundem in beatitudinem.

*Nona conclusio.* Sit ergo nona conclusio in ordine: In secundo sensu explicato praedestinatione adultorum fuit secundum praesentiam boni usus liberi eorum arbitrii, habuitque Deus, modo explicato, ratione illius in eis praedestinandis. Probatur conclusio, primo ex illo ad Rom. 3. Nam quos praesciuit, & praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui; quos autem praedestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & iustificavit, &c. Quia enim adultorum praedestinatio fuit modo explicato secundum praesentiam usus liberi arbitrii futuri, estque promissa praesentia, de qua Paulus ibi loquitur, praevia & necessaria ad praedestinationem, ut Dionysius Carthusianus recte ad eum locum adnotavit: Paulus alia forma loquendi nexuit praedestinationem cum praesentia, alia vero vocationem cum praedestinatione, & iustificationem cum vocatione: id quod Caietanus ibidem, tamen ad longè diversam expositionem, observavit. Quod ut melius intelligatur, animadvertendum est, Paulum praemisisse: Diligenter Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti. Ad explicationem vero seu probationem subiunxit: Nam quos praesciuit, & praedestinavit, &c. Iuxta duas autem expositiones illorum verborum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti, diversimodè exponuntur verba sequentia, quibus Paulus rationem reddidit. Chrysostomus namque, Theodoretus, Theophylactus, & plerique alii Augustino antiquiores, priora illa verba exponunt, non de proposito & voluntate Dei, sed de proposito & voluntate eorum qui sunt vocati, quasi vocatio facta fuerit propter praesentiam propositi, seu boni usus liberi arbitrii eorum qui vocantur, sit tunc in hunc modum exponunt sequentia verba: Nam quos praesciuit, bene scilicet usus suo arbitrio, conformesque pro ipsorum libertate futuros imaginis filii sui, illos praedestinavit ut tales fierent, &c. Iuxta haec ergo expositionem longè

maiori cum ratione dicendum esset, praedestinationem factam esse secundum praesentiam in secundo sensu, de quo in nostra conclusione est lectio. Haec tamen expositio non probatur: quoniam, ut merito post Augustinum Doctores communitè affirmat, innuitque aperte contextus Pauli tibi ibi, quam alibi, vocatio sit secundum propositum Dei, qui dona gratiae distribuit prout vult. Paulus ergo rationem reddidit, illorum priorum verborum, ut more suo doceret simul, non proinde excludi arbitrii nostri libertatem, sed rationem illius haberi, tam in praedestinandis, quam in vocandis secundum Dei propositum hominibus, subiunxit; Nam quos praesciuit, futuros videlicet pro sui arbitrii libertate conformes imaginis filii sui, ex hypothesi quod ex parte sua eos adiuvere constitueret auxiliis, quae eis misericorditer impendere decrevit, & praedestinavit, id est, etiam praedestinavit ut tales forent, constituendo ea ipsa auxilia illis in tempore donare. Deinde enumerat effectus aeternae praedestinationis ita secundum praesentiam, id est, non sine praesentia boni usus liberi arbitrii constituta, dicens: Quos autem praedestinavit, &c. ac sanè de nulla alia praesentia commodius exponi potest locus ille Pauli, quam de ea quae (ut Dionysius rectè adnotavit) praevia ac necessaria est ad praedestinationem: neque haec est alia quàm illa media, qua Deus praenovit, quid pro libertate arbitrii cum his vel illis donis in hoc vel illo ordine rerum effectum futurum, ex hypothesi quod ea donare stauerat. Expositiones aliae istius loci, ut violètae ac peregrinae sunt, sic adeo variant, ut vix duo reperias, qui in eadem conveniant. Consonat ex parte Augustinus, aut quicumque alius eius operis auctor, Hypognost. lib. 6. in principio, ubi ait: Praedestinatio à praeviendo, & praeviendo, vel praevinando futurum; aliquid dicitur, & ideo Deus, cui praesentia non accidens est, sed essentia sit semper & est, quicquid antequam sit, sic praescit (intellige ut praevindet) praedestinavit. Et propterea praedestinavit, quia, quale futurum sit, praescit. Ideo & Apostolus: Nam quos praesciuit, & praedestinavit. Sed non omne quod praescit, praedestinavit: bona verò & praescit, & praedestinavit; mala verò praescit, & non praedestinavit. Quod ergo bonum est, praesentia praedestinavit, id est, priusquam sit in re, praevindat. Hoc cum ipso auctore esse coepit, vocat, ordinat, & disponit.

disponit. Unde & sequitur: Nam quos praedestinavit, hos & vocavit, &c. Haec auctor illius operis.

Secundò, probatur ex illo ad Romanos 11. Non repulit Deus plebem suam quam praesciuit, id est, eos ex Iudaeis qui secundum electionem gratiae salvi sunt, ut se paulò inferius exponit. Etenim quia ad praedestinationem cuiusque adulti duo necessaria sunt, nempe & Dei electio secundum suum propositum per gratiam, hoc est, voluntas conferendi ea auxilia gratiae, quibus praevidet praedestinatum pro libertate sui arbitrii in vitam aeternam pervenitur, & ipsa praesentia quod talibus auxiliis pro sua libertate ita sit usus, ut ad beatitudinem perveniat, idcirco scripturae sanctae, modo ex vno capite, praedestinationem appellant electionem secundum Dei propositum; modò ex alio, eam nominant praesentiam: & praedestinatos appellant praescitos à Deo, quod videlicet in beatitudinem pro libertate sui arbitrii pervenient.

Tertiò, ex illo primae Petri 1. Petrus Apostolus IESU Christi, electis advenis secundum praesentiam Dei Patris, in sanctificationem spiritus, in obedientiam, & cetera. Vbi eadem ratione dicit electionem fuisse secundum praesentiam Dei Patris.

Quartò, ex illo secundae Petri 1. Saragite fratres, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciat. Quibus verbis aperte docet, ex usu arbitrii electorum in vnam aut alteram partem pro eorum libertate futuro pendere, quòd certa sit aut non sit eorum electio ac vocatio. Quamvis autem sermo videatur esse de vocatione & electione ad gloriam per pignora fidei & gratiae, quibus iam ad illam ius habebant, & ad eam certò pervenirent, nisi sua negligentia & culpa ea amitterent, horreturque eos Petrus, ut ita operentur, ne pignora illa amittant, quatenus ea ratione eorum vocatione certa sit, finemque, ad quem ita vocati sunt, assequantur, id tamen institutum nostrum efficaciter probat: inde enim habetur, ab usu liberi arbitrii eorum in vnam aut alteram partem futuro pendere, quoad existentiam, effectum praedestinationis eorum, atque adeo ut in Deo ex aeternitate existerit praesentia, quòd per eum usum vitam aeternam consequerentur, fuerintque ex aeternitate praedestinati.

Quintò, quia eo modo praedestinavit nos Deus iustificandos & salvandos, quo in tempore iustificamur & salvamur, ut D. Thomas hoc loco in argumèto, fed contra, affirmat, meritoque Dominicus à Soto saepe repetit in cap. 9. epistola ad Romanos: at adulti iustificamur, vitaeque aeternae consequimur, dependenter ex eo quòd liberè velimus, ita ut integer effectus praedestinationis simul pendeat à libera voluntate Dei, & à libero influxu arbitrii nostri in potestateque nostra situm sit, nec iustificati, nec salvati, ut si des docet: ergo quòd ex aeternitate fuerimus praedestinati per ea media, quibus re ipsa praedestinati fuimus, vitamque aeternam consequentur sumus, non pender solum ex divina voluntate, qua Deus ad haec ipsa media nobis opitulanti constituit, sed simul etià ex libera cooperatione & influxu nostri arbitrii praevidet, neque voluntas divina ita nobis opitulandi rationem haberet praedestinationis, nisi praesentiam de libero influxu nostri arbitrii futuro adiunctam haberet.

Postremò, quia cum auxiliis ex parte Dei, cum quibus vnus iustificatur & salvatur, alius pro sua libertate nec iustificatur nec salvatur, & è contrario, ut patet ex illo Matth. 11. Si in Tyro & Sidone, & cetera, neque dubitandum est multos torqueri apud inferos, qui multò maioribus auxiliis ad salutem à Deo donati fuerunt, quàm multi qui in caelo divino conspectu fruuntur, de quorù numero videntur esse Iudaei, qui Christum Dominum predicantem & miracula facientem viderunt; de quibus, referente Paulo ad Roman. 10. conqueritur Deus per Isaiam dicens: Tota die expandi manus meas ad populum non crederentem, sed contradicentem mihi. & Christus Matth. 23. Quoties, inquit, volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & non fuisti? sed quòd hi cum maioribus auxiliis praedestinati & salvi non fuerint, illi verò cum minoribus praedestinati ac salvi fuerint, non alium è fuit, nisi quia illi pro innata libertate noluerunt uti ita suo arbitrio, ut salutem consequerentur; hi verò maximè: ergo quòd voluntas illa Dei aeterna, qua adultis ea media ex sua parte conferre stavit, quibus in beatitudinem perveniunt, rationem praedestinationis habuerit, tantquam à conditione sine qua eam rationem non habuisset, ex eo fuit dependens, quòd adulti ipsi

eo modo pro sua innata libertate vsari erant suo arbitrio vt ad eam peruenirent, idque Deus altitudine sui intellectus praeuiderit.

*Deum in praedestinationis rationem aliquam habuisse vsus liberi arbitrij.*

Illud addendum est: Quamuis Deus alligatus non fuerit vsui liberi arbitrij praefixo, aliisue circumstantiis ex parte adulti praedestinati, vt hoc vel illo modo illi prouideret ac opitulati constitueret, potuisse tamen ad circumstantias & ad vsum respicere, decensque ac rationi valde consentaneum fuisse, vt id ita faceret, in multisque re ipsa ad multa respexisse, constituendo aliquid propter circumstantias & vsum praefixum, quae alioquin non constituisset, vt ex scripturis factis aperte colligitur. Dū enim inter effectus praedestinationis computatur, quod Deus morte eum iustum praenuntiaret, qui, si diuini uiueret, pro sua libertate dānaretur, sanē in eo iusto praedestinato rationem habuit Deus qualitate vsus liberi illius arbitrij praefixi: consonatque illud Sapientiae 4. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Dum etiam Paulus prima ad Timotheum 1. de seipso ait: Qui blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorās feci in incredulitate mea; manifestē docet, non fuisse eā ita cōsecutus, nec fuisse tā magnificē adiuuatum, si peccata illa fuissent ex malitia profecta. Propter illud Saulis peccati, quod 1. Regum 14. commemoratur, dixit illi Samuel, Stultē egisti: quod si non fecisses, iā nūc preparasset Dominus regnum tuum super Isaac in sempiternum, sed nequaquam regnum tuum vltā conserget. Genes. 22. propter insignem illam obedientiā dixit Dominus ad Abraham: Quia fecisti hanc rem, & nō peperisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & benedicam in semine tuo omnes gentes terrae, quae obedisti voci meae. Cornelius Actorum 10. propter orationes & eleemosynas vocatus fuit ad Christi fidem. Atque ex scripturis sanctis constat, quō iusti magis strenuē in Dei obsequio se gerunt, eō solere a Deo abundantioribus & potentioribus auxiliis adiuuari, tum vt in gratia accepta perseuerent, tum vt in ea crescant. Matth. namque 23. & Lucae 19. talentum, quod ab eo auferatur, qui ignauiter se gessit, tribui iubetur illi, qui plus omnibus laborauerat, & ceteris ditior erat, ac sabium-

gitur: Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Vt interim alia testimonia omittam. Quin sicut vnum peccatum permitti solet in poenam alterius peccati: sic propter eleemosynas, & alia opera moraliter bona, facta ab existente in lethali peccato, consuevit saepe Deus opitulati citius, ac magis vni quam alteri, vt à peccato relurgat: eaque ratione eiusmodi opera non immeritō appellari consueuerunt dispositiones remotae ad gratiam. Porro vt vniuersim quoad haec tenus dicta quasi minorem quandam propositionem subsumamus, vnde nostrum intuitum concludamus, quae auxilia & dona confert Deus in tempore propter aliquem bonum vsum liberi arbitrij antecedentem, & quae peccata permittit, aut quam poenam aliam insigit propter malum arbitrij vsum antecedentem, eadem ex aeternitate confert, permittit, aut insigere statuit, propter eundem bonum aut malum vsum praefixum futurum ex hypothesi quod hunc vel illum ordinem rerum conde-  
re vellet.

Illud etiam, quod ad exaltationem, laudem, & honorem Christi, sanctissimaeque illius matris spectat, mihi videtur admodum verisimile, sacratissimis eorum duorum animabus non solum excellentiora dona Deum conferre decreuisse, sed etiam eandem prauidisse melius, quam ceteras, pro sua innata libertate vsuras suo arbitrio, eaque ratione in tātam dignitatem potius, quam ceteras, electas fuisse.

Ex dictis facile erit intelligere, tum maximum quoddam discrimen inter praedestinationem Christi, quatenus secundum humanā naturam praedestinatū est vt vnionem hypostaticam simul esset filius Dei, & praedestinatō nem ceterorum hominum adiutorum in Christo & per Christum; tum etiam conuenientiam in quandam. Discrimen est, quod eam natura humana perducenda non esset ad vnionem hypostaticam per vsum sui arbitrij, sed omnino à solo Deo; vtique in praedestinatione Christi, quatenus homo est, vt simul esset filius Dei, nulla omnino habita fuit ratio vsus liberi arbitrij Christi praefixi, vt ita praedestinetur: at cum homines adulti ita in Christo & per Christum praedestinetur in vitam aeternam, vt per sumum arbitrium, gratia & auxiliis ex meritis Christi solatis sussultum, iā eum, si & ipsi vellet, per-

*Praedestinationis Christi vt esset filius Dei, & praedestinationis aliorum discrimē, & conuenientia.*

uenientiarum vsus liberi arbitrij eorum habenda fuit, vt explicatum est. Conuenientia verò est, quod cum auxilia & media omnia supernaturalia, per quae à Deo praedestinati sunt, collata fuerint per Christum, atque adeo à praedestinatione Christi, quatenus homo est, vt scilicet simul esset filius Dei, non fuit ex meritis, aliquo vsu liberi arbitrij Christi, ita praedestinatō ceterorum hominum, quoad integrum effectum praedestinationis, atque adeo quoad collectionem auxiliorum & gratiae, quae ex illa praedestinatione & meritis Christi in vnum quemque praedestinatorum deriuata sunt, non fuit ex meritis bono vsu aliquo vsu liberi arbitrij eorum antecedente dona illa, sed merè gratis ex sola voluntate Dei. Augustinus de praedestinatione sanctorum cap. 15. à nobis membro 6. relatus, docet quidem conuenientiam hanc inter praedestinationem nostram & Christi; non tamen negat, neque negare potest, discrimen illud traditum.

*Postrema conclusio. Vnde fuerit dependens*

Sit denique postrema conclusio: Id vnde fuit dependens quod rationem praedestinationis paruulorum haberet ratio illis prouidendi, voluntasque diuina ex sua parte illis conferendi ea

media quibus beantur, est, non solum ipsa libera parentum coniunctio ad generationem, & cetera, ex quibus proles conseruatio vsque ad susceptionem remedij contra peccatum originis pender, sed etiam libera ipsa eiusdem remedij applicatio, à quocunq; ea fiat. Probatu conclusio, quoniam si illi nascituri aut conseruandi non essent quousque remedium eis contra originis peccatum applicaretur, vtique quem admodum nunquam peruenirent in vitam aeternam, ita neque praedestinati fuissent: cum ergo quod nascantur, & conseruentur, eisque applicetur remedium contra originis peccatum, pendeat à libera operatione aliorum, quae re ipsa potest non esse in rerum natura; sit, vt id vnde fuit dependens quod voluntas diuina conferendi illis talia media, eoq; pacto illis prouidendi, rationem haberet praedestinationis, si ipsa libera aliorum operatio. Hac eadem ratione, cum ad adulti praedestinati beatitudinem necessarium sit vt prius nascatur, vtique libera eorum omnium operatio, à qua pender eius ortus, est etiam id vnde fuit dependens quod voluntas diuina conferendi illi, quantum est ex parte sua, media quibus perueniet in vitam aeternam, rationem praedestinationis fuerit foritā,

*des, quod ratio & discretio prouidendi paruulis praedestinationis.*

**Appendix praecedentis.**  
*Membrum 12.*

*Quid mirabitur.*




On defuere qui propter ea, quae membro praecedente, §. Illud addendum est, dixi, mihi tribuere voluerint, me asserere dari causam praedestinationis ex parte boni vsus liberi arbitrij, nō quidē necessariā, quasi bono vsui liberi arbitrij praefixo Deus ita alligauerit suam voluntatem, vt vniuersim, vbicunq; illam praedestinet, praedestinauerit per haec aut illa media, & vbi illum non prauiderit, vniuersim nō praedestinauerit; sed tamen causam congruentem propter quam regulariter quosdam praedestinauerit, alios verò non item. Id autem confirmant, quoniam membro 4. sententiam eorum, qui assererant, bonum vsum liberi arbitrij praefixum causam esse praedestina-

tionis, impugno si intelligatur, quasi Deus vsum arbitrij tanquam mensuram & velut regulam elegerit, vt pro ratione illius auxilia & media ad salutē ex aeternitate statuerit, ita vt ex parte Dei fuerit aequalitas in auxiliis & medijs ad salutem cuique homini exoptandis, inaequalitas verò tota ortum habuerit ex inaequalitate seu aequalitate vsus liberi arbitrij praefixi, & ob id tanquam ratio, radix, & origo, quare hi, & non illi, fuerint praedestinati, reddi possit vsus liberi arbitrij praefixus.

Non possum non vehementer mirari, eum, qui integrum nostrum opus legit, mihi eam tribuere opinionem: cum frequētissimē in eo clamem, efficaciterque ostendam, praedestinationem non esse propter bonum vsum liberi arbitrij

*Vnde id confirmet.*



arbitrij præuisum, ne vt conditionem quidem sine qua non, sed pro sola libera voluntate Dei, qui sua dona distribuit prout vult, & quibus vult: si autem prædestinatio regulariter fuisset propter bonum vsum liberi arbitrij præuisum, sanè, quamuis non omnes prædestinationes ita à Deo fuissent constitutæ, sed quædam ab ea regula fuissent exceptæ, falsum simpliciter esset affirmare prædestinationem non fuisse propter bonum vsum liberi arbitrij præuisum.

*Ad consp. rationis.*

Vt verò à confirmatione ordiamur, certè membro 4. & 5. sententias omnes eorum retulimus, qui bonum vsum liberi arbitrij, rationem aut causam prædestinationis constituebant; eaque validissimè impugnavimus. Et membro 5. expressè cum Diuo Thoma atque ex professo retulimus sententiam eorum, qui bonum vsum liberi arbitrij causam prædestinationis congruentem constituebant, eamque tanquam à scripturis sacris alienam, & in fide plus quam periculosam, reiecit. Ac præter rationes quibus ibi ostendimus, diximus eisdem etiam argumentis expugnari, quibus membro 4. præcedente, sententias, de quibus in confirmatione mentio fit, tanquam in fide plus quam periculosas reiecit. Quòd si membro 4. citato, autèquam rationes cõsideremus, quibus efficacissimè eas sententias impugnavimus, verba illa subiecimus, quæ in confirmatione referuntur: id i. a primis fuit, quia sine dubio auctores illi eo pacto suas sententias intelligebant. Deinde, quoniam rationes nostræ id probant, eoque pacto apposita magis ac dilucidior erat disputatio. Item præcipuè, quia non intendebamus improbare, prædestinationem factam nihilominus fuisse non sine præscientia vsus liberi arbitrij habitæque illius consideratione, modo præcedente membro explicato, tanquam eius qui, nihil impediens donis, à libertate arbitrij pendet, necessariusque est ad vitam æternam consequendam, atque ad eò vt dona, per quæ Deus ex sua parte prædestinat, effectus sint prædestinationis, & per consequens vt voluntas Dei æterna ea dona conferendi rationem prædestinationis formaret. Porò in illis nostris verbis regulam & mensuram simplicissimè indistinctè atque vniuersim, sive ea vteretur Deus sine vlla exceptione ad prædestinandum, vel non prædestinandum, sine solùm regulariter & frequenter, atque ad eò cum exceptione. Vnde tam ibi, quam vbiunque ea

de re loquimur, vniuersim exclusimus, ad inæqualitatem vsus liberi arbitrij præuisi tanquam ad rationem, radicem, aut originè reduci posse, quòd quidam fuerint prædestinati, alij nõ item, sed ad solam liberam Dei voluntatè; quartumq; illud membrum post nostras omnes rationes hisce verbis conclusimus: Quæ omnia apertè sonant, Deum non pro qualitate vsus liberi arbitrij præuisi, sed pro sua voluntate ac beneplacito effectum prædestinationis conferre statuisse. Profectò auctores opinionum, quas ibi refutauimus, nõquam negassent, Deum multas scisse exceptiones ab ea regula, scæpèque dona sua distribuisse non pro qualitate vsus liberi arbitrij præuisi, vt in Domina nostra, Ioanne Baptista in matris vtero sanctificato, & vocatione Pauli, id quod Gabriel & Diuus Bonauentura expresserunt, vt in eodem membro quarto retulimus: & nihilominus eorum sententiam circa prædestinationis radicem & causam ex parte boni vsus liberi arbitrij, nos ibidem impugnavimus. Certè si eo loco in particulari non expressimus, prædestinationem neque tanquam in causam congruentem, propter quam Deus regulariter quosdam prædestinauerit, alios non item, reduci posse in qualitatem vsus liberi arbitrij præuisi, id non fuit quia contrariè effemus opinionis, vt immeritò nobis imponitur, sed quoniam nec suspicauimus id quocunq; posse de nobis arbitrari.

Quod ad ea atinet, quæ membro præcedente diximus: Ante nonam conclusionem duplicem sensum huius propositionis distinximus: Prædestinatio est secundum præscientiam vsus liberi arbitrij futuri. Vnum, id est, propter præscientiam qualitatis vsus futuri, ex hypothesi quòd homines in vno aut alio temore ordine cum his vel illis auxiliis & circumstantiis collocentur. In hoc autem sensu dixi (vt perpetuò assereram) prædestinationem non fuisse propter qualitatem vsus præuisi: vt autem à principio dixi, qui negat fuisse propter qualitatem præuisam, sanè omnem qualitatem præuisam negat, propter quam fuerit prædestinatio: eò quòd negatio illa totum, circa quod fertur, ita excludat, vt si aliqua esset qualitas propter quam modo aliquo fuisset prædestinatio, etiam velut ob causam congruentem, falsum absolute esset, prædestinationem non fuisse propter qualitatem vsus liberi arbitrij præuisam. Alterum verò eiusdem propositionis sensum distinximus,

*Ad id quod ex membro præcedente nobis tribuitur.*

imus, id est, non sine præscientia qualitatis vsus liberi arbitrij ex quacunque hypothesi futuri. In eò verò sensu à nona conclusio ne ostendimus, prædestinationem fuisse secundum præscientiam qualitatis vsus liberi arbitrij futuri, habitæque consideratione illius.

Vt verò ad §. Illud addendù est, deueniamus: eertè ibi non doceo, prædestinationem esse propter qualitatem vsus liberi arbitrij, etiam tanquam ob causam congruentem, vt lucè clarius constat: sed ex èplis ex scriptura sacra depromptis ostendo, Deum, quando homines prædestinabat, rationem aliquam habuisse circumstantiarum, vsusque liberi arbitrij præuisi, vt aliqua constitueret, non verò vt propter talè vsum aut qualitatem prædestinaret. Primum est, quoniam dum inter effectus prædestinationis computatur, quòd Deus morte ex se iustum præueniat, qui, si diutius viueret, pro sua libertate peccaret lethali ac dånaretur, sanè eo ipso asseritur, Deum, quando ex æternitate illum per ea media prædestinavit, rationem habuisse vsus illius mali præuisi futuri, non quidè vt propter eum, etiam tanquam ob causam congruentem, illum prædestinauerit, quod asseruè esset stultum, sed vt misericorditer prepropera morte, tanquam prædest. nationis eff. ètu, malum eum vsum impediret, iuxta illud Sap. 4. Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fieri deciperet animam illius. Placita enim erit Deo anima illius, propter hoc propeiauit educere illum de medio iniquitatum. Secundum est, quoniam dum Paulus 1. ad Timoth. 1. de seipso ait, Qui blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea; manifestè docet, ita eam misericordiam non fuisse consecutum, neque fuisse tam magnificè inuandum, si peccata illa fuissent ex malitia profecta; & subinde docet, neque Deum fuisse id ita statuentem ex æternitate, dum misericorditer ipsum prædestinabat; ac per consequens etiam docet, Deum, dum inter effectus prædestinationis Pauli id statuit, attendisse ad qualitatem illam ignorantiam, quæ malum vsum arbitrij Pauli excusabat, tanquam ob conditionem, nõ propter quã, etiam tanquam ob causam congruentem, illum vel prædestinaret, vel etiã magnificè vocaret, vt ex se est notissimum sed sine qua nõ statuisset illi ita magnificè vocare, vt satis apertè ex verbis Pauli colligatur.

Tertium ex èplis ex illo 1. Reg. 13. Stultè egisti; quod si nõ fecisses, iã nunc præparasset Dominus regnũ tuum super Israel in sempiternũ, sed nequaquã regnũ tuũ vltra cõsurgat; docet propter malum illum vsum liberi arbitrij Saulis præuisum, statuisse Deum deicere illum, sobolemque illius, à regno Israel. Quartum docet, propter insignè Abrahami obedientiam bonum eum vsum liberi arbitrij eius præuisum futurũ, cooperante ad illum gratia ipsius, statuisse Deum replere illum benedictionibus, & inter alias, assumere carnem humanam ex illius progenie. Quintum docet, propter bonos similitè vsus liberi arbitrij Cornelij, statuisse vocare illum peculiari modo ad fidem Christi. Cætera docent, propter strenuum vnum bonum vsum liberi arbitrij, cooperante ad illum auxilio gratiæ, Deum statuisse conferre alia maioraque dona & auxilia, quæ re ipsa in tempore confert: hoc verò, si in homine sit prædestinato, non est prædestinare propter illum bonũ vsum, neque tãquam ob causam congruentem, sed est statuere vnum particularem effectum prædestinationis propter alium, tanquam ob causam dispositam & meritoriam illius, quod nullus Doctorũ negat. Ecce in toto eo §. nullã mentionem facio de causa prædestinationis, etiã cõgruente, vt mihi imponitur.

Quia verò in principio illius §. dico: Quãuis Deus alligatus non fuerit vsui liberi arbitrij preuiso, aliisue circumstantiis ex parte adulti prædestinandi, vt hoc vel illo modo illi prouideret ac optulari statueret; potuisse tamen ad circumstantias & vsum respicere; decessque ac rationi valde consentaneum fuisse, vt id ita faceret, in multisque re ipsa ad multa respexisse, constituentem aliqua propter circumstantias & vsum præuisum, quæ alioquin non constitueret, vt ex scripturis sacris apertè colligitur: id quod cõtinuè exemplis ex scriptura depromptis, quæ proximè retuli, ostendo. Quia id, in quã, ita dico, colligunt me asserere, Deum alligari ad prædestinandum propter bonum vsum liberi arbitrij tãquam ob causam congruentem: cum tamen exempla mea de causa prædestinationis, vt ostendi, non loquantur: & cũ potius ex verbis meis colligi deberet cõtrarium. Qui enim dicit, quamuis Deus non alligetur vsui liberi arbitrij preuiso ad prouidendum, statuendumue optulari hoc vel illo modo; potuisse tamen ad illũ respicere, decessque fuisse, vt habita consideratione illius aliqua

statuerit; certe docet, in iis ipsis, quæ habita consideratione vsus præuisi eo modo statuit, nõ aligari vsui ita præuiso ad illa eo pacto statuenta: sed potuisse statueri, non præuenire cum vsutura, quem misericorditer præpropria morte præuenire statuit, velleque permittere vt laberetur in peccatum, & vt sempiternam amitteret beatitudinem. Potuisse etiam statueri vocare Paulum eo modo quo illum vocauit, etiam si præuideret ex malitia persecutorum Christianos, vt ea ratione in ea vocatione splenderet magis infinita ipsius misericordia. Et, nihil impediente peccato Saulis, potuisse statueri confirmare illi regnum, sicut, nihil impediente adulterio & homicidio Davidis, regnũ illi & soboli confirmare statuit. Itemque non obstantibus Abrahami obedientia, & operibus bonis Cornelij, potuisse statueri neque Abrahamum tor benedictionibus cumulare, neque Centurionem peculiatum illo modo ad Christi fidem vocare. Hinc iam patet quam finitè eadem verba mea quidã alij fuerunt interpretati.

Membro præcedente, conclusione 2. dixi, certitudinem, quod adulus prædestinatus vitam æternam consequetur, non esse ex parte mediorum, effectusque prædestinationis, eo quod possint re ipsa non esse, si talis adulus pro sua libertate ad ea non cooperetur: sed esse ex parte diuinæ præscientiæ, quæ præuidit Deus ita illum pro eadẽ sua libertate cooperaturum, vt illa existant, & per ea ad beatitudinem perueniat.

Quibusdam hæc nostra doctrina non placet. Consent namque, certitudinem, quod effectus totius prædestinationis futurus sit, atque adeo quod per eum prædestinatus in vitam æternam deueniet, prouenire etiam ex nuda voluntate Dei, quæ auxilia in ea temporis circumstantia dare voluit, quæ sine præiudicio libertatis prædestinati efficaciam futura erant. Id verò solum probat auctoritate D. Thomæ, quem dicunt in hoc art. 5. certitudinem prædestinationis referre expressè ad electionem voluntatis, vt constat ex iis quæ dixi in fine corporis articuli, & in responsione ad 3. & ar. 5. Hoc idem dicunt, dicunt, statuis inter prædestinationem certitudinem, & reprobum, & quæst. 5. de verit. artic. 5. Non potest, inquit, dici, quod prædestinatio super certitudinem præsentis nihil addit, nisi certitudinem præsentis: sic enim, inquit, non dicitur prædestinatioque dissentit à non prædestinato ex parte

ordinis, sed ex parte præscientiæ euentus. Et deinde ostendit hoc libertatem arbitrij non impedire.

Si, qui hoc ita affirmant, de numero eorum essent, qui præiudicia per concursum aut auxilium Dei ex se efficaciam constituunt, necesse non esset aliud dicere, quã quæ quæst. 14. art. 13. disp. vlt. dicta sunt. Quia tamen nobiscum consentiunt auxilia non esse ex se efficaciam, sed dependentem à libero arbitrij nostri consentu, fierique posse, vt è duobus, qui æquali auxilio gratiæ præuenientis à Deo mouentur, vnus conuertatur, liberum suum consensum & cooperationem adhibendo, & alter non, sua etiam libertate consensum & cooperationem non exhibendo, aliquid hac de re dicendum erit: quamuis fortasse multi superfluum id non immeritò iudicabunt post ea omnia, quæ à nobis hæctenus dicta sunt: præsertim cum ij, quibus cum disputamus, tam debilibus fundamentis ad nobis repugnandum innitantur. Nos (vt ex dictis sepe in superioribus liquet) dicimus, prædestinationem adulti duo includere. Vnum, ex parte diuini intellectus, nempe rationem mediorum per quæ Deus præuidet perueniturum illum pro sua libertate in vitam æternam, cum possit pro eadem libertate non cooperari, eaque media impedire ac destrueret, & ad vitam æternam non deuenire. Alterum, ex parte diuinæ voluntatis, propositum scilicet, absque voluntate eo pacto ex sua parte illi opitulandi, conferendique illi ex sua parte ea media. Sicut autem illud primum, quod se tenet ex parte diuini intellectus, non habet simpliciter rationem prædestinationis sine hoc secundo: ita hoc secundum, nempe voluntas Dei eo pacto ex sua parte opitulandi, ratione non habet prædestinationis sine præscientia illa, quod talis adulus eo pacto ex parte Dei adiutus, ita per suum arbitrium cooperabitur, vt illa media existant: quoniam tunc nõ esset voluntas exequendi rationem ex parte intellectus, quæ vim & effectum prædestinationis retineret: eo quod sine ea præscientia esse nõ possit formalis ratio prædestinationis ex parte diuini intellectus: id quod profecto satis esse debebat, vt intelligeretur effectum prædestinationis adulti certum non esse per comparationem ad voluntatem Dei ita ex parte sua illi opitulandi, si præscientiam illam secludas.

Item membro 9. & 11. satis dilucidè ostendimus,

*Prædestinatio quid sit ex parte diuini intellectus, & diuina voluntatis.*

*Prædestinationis effectus certus nõ est, se solus das diuinam præscientiam.*

mus totum bonum vsus liberi arbitrij prædestinati adulti, & singulas illius partes, pendere, vt existant, nõ solum à libero influxu & voluntate Dei prædicto modo ex parte sua opitulandi, sed etiam à libero influxu & voluntate adulti, qui potest non influere, efficereque vt non sint. Itemque pendere, vt tam ipse, quàm reliqua, quæ in effectum prædestinationis includuntur, vsque ad finem vitæ perseverent, atque adeo vt rationem prædestinationis retineant, illisque ad sempiternam beatitudinem deueniant, ex eo quod talis adulus lethaliter vsque ad finem vitæ non peccet, cum tamen in potestate ipsius situm sit lethaliter peccare, quoties libuerit, destrueretque & impedire effectum prædestinationis, neque ad id diuino indigeat auxilio.

In primis autem quod talis adulus peccaturus non sit lethaliter vsque ad finem vitæ vt potest, nihil impediuntibus auxiliis, cum quibus re ipsa non peccabit, profecto certum non est, si secludas præscientiam, qua Deus præuidet cum eis auxiliis pro sua libertate non peccaturum: ergo non est effectum prædestinationis talis adulti esse futurum.

Deinde si singulæ partes totius boni vsus arbitrij adulti prædestinati, pendent, vt existant, non solum à voluntate Dei opitulandi illi ex parte sua eo pacto, quo re ipsa opitulabitur, sed etiam à libero consensu ipsius adulti, atque in Concilio Trident. sess. 6. c. 5. & can. 4. definitum est, tangente ac mouente Deo cor hominis per auxilium gratiæ præuenientis, vt cooperetur & exerceat actus, quibus se ad gratiam disponat (idemque est de cæteris, quibus deinceps gloriam, aut etiam gratiæ augmentum meretur) posse re ipsa nihil impediente tali motione & auxilio, & per consequens nihil impediente voluntate qua ex eternitate statuit ita illi opitulari, non consentire, suspendendo suum influxum seu consensum & cooperationem, imò verò posse etiam dissentire, cassumque quouis ex his duobus modis reddere tale auxilium & voluntatem Dei eo pacto illi opitulandi, ita vt partes illæ boni vsus liberi arbitrij, effectusque prædestinationis non sequantur: qua, precor, ratione sine manifesto periculo erroris in fide potest afferri, certas esse partes illas boni vsus liberi arbitrij, effectusque prædestinationis, per comparationem ad solam diuinam voluntatem eo modo

do hic & nunc tali adulto opitulandi, si præscientiam secludas, quæ Deus præuidit, ex hypothetico quod eo modo vellet illi opitulari, arbitrij pro sua libertate adhibitorum consensus, cum sub eisdem numero circumstantiis possit, si vellet, assensum atque influxum suspendere, & etiã dissentire.

Fortè dices: Etiam non oblaute ea præscientia, æque liberum est arbitrio talis prædestinationis suspendere influxum & consensum, atque etiam dissentire: ergo sicut hoc non tollit, quin partes illæ boni vsus liberi arbitrij, effectusque prædestinationis certò sint futurae, certitudine diuinæ præscientiæ, ita non tollit, quin futuræ sint certò per comparationem ad diuinam voluntatem eo pacto opitulandi tali adulto.

Neganda tamen est consequentia: quoniam præscientia illa prouenit ex illimitata perfectione diuini intellectus, quæ, quod incertum est in se, & per comparationem ad arbitrium nostrum à quo emanat liberè, ipse certò penetrat ac cognoscit: neque quia id præcognouit, idcirco futurum est, sed è contrario, quia ita futurum est pro arbitrij libertate, id præcognouit, quod, si futurum non esset, vt re ipsa potest, nunquam extriisset in Deo ea præscientia, sed contraria. Voluntas verò eo pacto ex parte sua opitulandi, nihil tale habet: & cum non sit tota & integra causa earum partium boni vsus liberi arbitrij, effectusque prædestinationis, sed simul etiam pendeant à concursu alterius causæ liberæ, vsque ex sola illa opitulatione ex parte Dei, voluntateque eo modo auxiliandi, non est certum futuræ eas partes boni vsus liberi arbitrij, effectusque prædestinationis. Etenim, existente in duobus æquali auxilio gratiæ præuenientis ex parte Dei, atque adeo voluntate æterna æqualiter eo modo illis hic & nunc opitulandi, potest vnus eorum pro sua libertate conuerti & alius non conuerti, vt, si in fide errare non velimus, tenemur sateri. Imò, tangente Deo maiori auxilio vniui quam alterum, potest, qui minori auxilio tangitur, pro sua libertate conuerti, quado alius cum maiori pro sua etiam libertate non conuertitur, sed manet obstinatus. Quia ergo nõ bonus vsus liberi arbitrij, effectusque prædestinationis, certò esset futurus per comparationem ad solam Dei voluntatem eo modo opitulandi, certitudo illa esset certitudo effectus per comparationem ad causam, quatenus futura est causa talis effectus: nunquam autem effectus est eo modo

*Obiectio.*

*Responsio. Certitudo effectus prædestinationis, comparatio non tollit libertatem, sicut tollit rei capacitatem.*

*Primum D. Thomæ prædestinationem certitudinem non tollit in futurum.*

certus, nisi quando causa est integra, aut talis, quae ita moueat alias ad eundem effectum, ut in potestate earundem non relinquat non insuere ad eundem effectum: efficitur, ut, nisi errare velimus in fide, arbitriūque negare libertatem ad eos actus de quibus disputamus, solam spontanei rationem cuius Lutherani ad eos relinquendo, dicendum omnino sit, in eiusmodi partibus boni vsus liberi arbitrii, effectusque praedestinationis, non esse certitudinē per comparationem ad solam Dei voluntatem eo modo opitulandi. Quia ergo certitudo per comparationem ad praesentiam non est certitudo effectus comparatione causa: quatenus causa est talis effectus, sed est certitudo proueniens ex illimitata perfectione diuini intellectus, quae certō cognoscit, quod in se est incertum, inde proficitur, quod ea certitudo libertatem nostri arbitrii non tollat aut minuat.

Illud admonerem, cum quidam actuum ac effectuum, ad integrum praedestinationis effectum pertinentium, ab aliis praecedentibus de lege ordinari pendente, ut ad dispositionibus ad gratiam pendente gratia ipsa, & virtutes infusae, atque actus meritorij, qui post iustificationem comparatam exerceantur, Deum optimum maximum, prauidentem ante omnem suam voluntatis determinationem hūc vel illum aduētum, ex hypothesi quod cum his vel illis auxiliis gratiae praeuenientis vellet eum adiuuare, conuertendum, & deinde cum his vel illis auxiliis perseveranturum in gratia vsque ad finem vitae, atque elicitorum pro sua libertate hos vel illos actus meritorios tantae gloriae, & tāi augmenti gratiae, simul praedestinasse illū ad ea omnia media, ad eā gloriae quantitatem, praedestinando quoddam effectum praedestinationis, quos, cooperante libero arbitrio, prauelebar futuros, ad alios, tanquam dispositiones, aut etiam merita, ad illos, eo pacto, quo in tempore dispositiones aut merita sunt comparatione eorū. Quo fit, ut voluntas aeterna adiuuandi ad posteriores actus, posterioresque bonos vsus liberi arbitrii, non fuerit nisi praesupposita praesentia bonae cooperationis liberae cum praecedentibus auxiliis & donis.

Licet haec dicta falsis superque sint ad nostram firmandam doctrinam, contrariamque auertendam, inde etiam sufficienter falsitatis arguitur, quod, si ex sola voluntate Dei aeterna ex parte sua opitulandi, auxilioque ipso di-

uino, certus esset bonus vsus liberi arbitrii, quo praedestinatus in vitam perduceretur aeternam; consentiendum sanē eilet, ex natura ipsa auxiliorum praueientis gratiae prouenire quod efficacia sint, aut non sint, non verō ex libera cooperatione, quae aduētus pro suo arbitrio indifferenter potest vel praestare suam cooperationem, influxumue ac cōsensum, eaq; ratione efficere efficacis quodcunque auxiliū, vel suspendere suum influxum, cooperationē, ac consensum, aut etiā dissentire, suaque nequitia & culpa efficeret illud inefficax. Quamuis autē ij. cū quibus disputamus, id velle videantur verbis illis; prouenire etiā ex nuda voluntate Dei, quae auxiliū in ea temporum circumstantia dare voluit, quae sine prauidicio libertatis praedestinati efficacia futura erant, sanē non video, quo pacto cum definitione Concilij Trid. sess. 6. c. 5. & can. 4. consentiat: neq; quo pacto explicare atque ostendere possint, saluū arbitrii nostri libertatē in ea temporū circumstantia manere, si comparatione nuda voluntatis Dei, ita in ea ipsa temporis circumstantia opitulandi, necessarium est arbitriū consentire, esseque bonum vsus illius, ita ut suspendere nō possit suum influxum, aut etiā dissentire, casumque in ea temporum circumstantia auxiliū Dei reddere: ratio quidem spontanei poterit cū Lutheranis salua manere, rationem verō libertatis vel contradictionis, vel etiam contrarietatis, ut vocant, perfectō non video posse saluam consistere.

Illud addamus, posita necessitate boni vsus liberi arbitrii praedestinati, effectusque praedestinationis ac singularum partium illius per comparationem ad solam liberam voluntatem Dei, quae tali adulto eo pacto ex aeternitate opitulari statuit, seclusa praesentia qualiter arbitrium illius pro sua libertate deberet se determinare, nos non intelligere qua ratione eius sententiae assereres euadere possint fatalē necessitatem in eo effectu, humanaeque libertatis euersionem. Etenim cum Deus pro sola libera voluntate eo modo, & non alio, opitulari decreuerit, neque, ut ita decerneret, ullam rationem habuit qualitatē futurae vsus liberi arbitrii, sed quod voluit in suo modo cooperandi & auxiliandi statuit, & inde tangente Deo liberum adulti arbitrium iuxta eum opitulandi modum gratiae praeuenientis auxilio, necessario summa est talis cooperatio voluntatis humanae, ut sequatur effectus totus praedestinationis, ad quam ipsa efficiēter cooperando

rando concurrit, quae, precor, ratione dicere possunt, illam hūc & nunc sub hac temporum circumstantia non esse determinatam ad vnum, atque adeo ad vnum ipsas hūc & nunc fatali necessitate non euenire: Fatum namque non est aliud, quā ordo causarum ita in agendo subordinatarum, ut effectus, stantibus causis ita dispositis, non possit non euenire. Inde verō arbitriū humani libertas omnino cum eo effectu perit, tolliturque proinde ratio virtutis ac meriti. Neque iuxta opinionem, seu potius errorem, quem impugnamus, video, quae ratione relinquatur recusis ad sensum compositum & diuisum, asylum ad quod confugere solent, qui similia affirmant. Etenim nō relinquatur locus, quod, si arbitrium facturum Deo ea voluntas opitulandi eo modo, Negatur namque arbitrium sub ea temporum circumstantia posse facere oppositum; alioquin non esset necessitas talis effectus seu vsus liberi arbitrii in ea temporum circumstantia comparatione voluntatis diuinae, quae ex aeternitate eo modo opitulari statuit. Negatur insuper, Deum id statuisse habita qualitate eius quod per arbitrium futurū erat pro eiusdem arbitrii innata libertate, asseriturque; pro sola libera voluntate Dei, nulla ratione habita qualitatē vsus liberi arbitrii futuri, id iussit statutum. Eatenus verō affirmare in sensu diuiso potuisse arbitrium humanum oppositum, quia si Deus constituisset non eo modo, sed alio opitulari, arbitrium humanum posset aut faceret oppositum; sanē non est, constituere libertatem in nobis, sed in Deo, ut nos vni aut aliud faciamus. Sicut, quod ego possim mouere lapidē, aut ducere iumentū capillum in vnam aut alterā partem, nou est libertas in lapide aut iumento ad eos motus, sed in me, ut laeuis in appēdice diximus.

Licet D. Thomae actio grauisima sit, propter eam tamen recedendum non esset à nostra sententia tot solidissimis fundamentis corroborata. Veruntamen eis in locis nobis non adueratur. Hoc enim art. 3. optime affirmat, totum bonum vsus liberi arbitrii praedestinati, etiam quo se ad gratiam disponit, effectum esse praedestinationis; sed quod nulla illius pars emanet à solo libero arbitrio, sed simul ac praecipue à gratia, ac proinde à Deo tanquā à primo mouente praedestinati arbitrium per gratiam. Hinc verō merito vult, integrum praedestinationis ef-

fectum nihil habere antecedens ex parte nostri arbitrii, cui tanquam causae, etiam congruenti, tribuatur, sed referendum esse solum, tanquam in causam, in solam liberam suam voluntatem, eam ex parte qua effectus est praedestinationis, ex qua misericorditer voluit illum conferre, & in quantum tanquam in finalem causam est referendus, eō quod ad ostendendum misericordiam suam in praedestinatis, voluit illum conferre. Haec D. Thomas ibi. Hinc verō non negat ad rem quae est effectus praedestinationis, nempe ad totū bonū vsus liberi arbitrii, & ad singulas illius partes, conuenire etiam arbitrium ipsius: quin potius in ipso corpore articuli id affirmat. Neque negat concurrere liberē, ita ut, quando concurrit, possit non concurrere, efficeretque ut non sit in rerum natura res illa, quae ab ipso etiam emanat partialiter dependenter à suo libero influxu, & quae est pars effectus praedestinationis. Et quamuis D. Thomas merito neget, Deum propter praesentiam cooperationis liberi arbitrii, quam prauelebat futuram, ex hypothesi quod eo pacto vellet illi opitulari, dedisse illi effectum praedestinationis, non tamen negat, neque negare potest, non sine illa praesentia statuisse illi eo modo opitulari, conferreque illi ex parte sua effectum praedestinationis. Neque item negat, existentiam illius effectus non esse certam ex sola sua voluntate eo modo illi opitulandi, seclusa praesentia quod arbitrium consentit, cum possit, si velit, non consentire, vtest de fide in Concilio Tridentino definitum. Neque intendit asserere, Deum ita mouere per gratiam liberum arbitrium ad cooperandas singulas partes boni sui vsus, effectusque praedestinationis, ut integrum illi non relinquat sub ea temporum circumstantia, in qua cooperatur, non ita cooperandi namque error esset in fide, qui D. Thomae nullatenus est tribuendus: praesentiam cum quaest. 6. de veritate artic. 3. & alibi contrarium aperte doceat.

Ex responsione verō ad tertium nihil aliud habetur, quā causam finalem praedestinationis fuisse, ut ostenderet diuinitas misericordiae suae in praedestinatis, sicut reprobationis causa finalis fuit, ut in reprobis ostenderet iustitiam suam vindicari. Nihil tamē docet vnde colligatur, ex sola voluntate, modō opitulandi praedestinatis, necessario sequi bonum vsus liberi ipsorum arbitrii.

*Ad primū  
D. Thomae  
sententiam.*

*Ad secundum.*

Ad tertium.

Ex art. 6. in corpore, iuncto argumento, sed contra, potius colligitur oppositum, quam propositum. Coniungit enim D. Thomas in argumento, sed contra, praesentiam: & in corpore articuli talem certitudinem & infallibilitatem addit, quae contingentiam ad verumlibet ac libertatem relinquit. Praeterea remittit lectorem ad ea quae dixerat quaest. 22. art. 3. de infallibilitate ordinis divinae providentiae: id quod nos ibidem art. 1. disp. 2. §. Quando ergo, diximus quo pacto esse expendendum, ut eum doctrina ex quaest. 6. de veritate art. 3. consentiat.

In responsione vero ad tertium eiusdem articuli loquitur de necessitate immutabilitatis actus divini, quo Deus praedestinavit: non vero de necessitate qua effectus sequatur praesens ex voluntate eo modo optulandae, praesentia seclusa. Est autem uniuersum seruandum, ex D. Thomae sententia, praedestinationem praecipue includere actum intellectus, atque adeo praesentiam: unde quando de certitudine praedestinationis loquitur, non excludit praesentiam, qua praevidet consensum liberi arbitrii futurum.

Ad quartum.

Ut ad id, quod ex quaest. 6. de veritate art. 3. refertur, veniamus: D. Thomas eo in loco illud constituit discrimen inter providentiam & praedestinationem, quod nos quaest. 22. art. 1. disp. 2. constituitur. Nempe de ratione providentiae non esse, quod media, quae per diuinam providentiam in finem particularem ordinantur, semper eum finem assequantur. Addit D. Thomas, quando tamen deficiunt à finis illius assecutione, defectio ipsa ordinatur à Deo per suam providentiam in finem alium: atque ita fit, ut quod egreditur unum finem ac ordinem diuinae providentiae, in alium eiusdem providentiae finem & ordinem relabatur, nihilque omnino sit, quod ordinem diuinae providentiae subterfugiat. De ratione vero praedestinationis esse, quod media finem particularem assequantur, ad quem per praedestinationem ordinantur, nempe vitam aeternam. Sic namque definitur praedestinatio: Est ratio mediorum, per quae ad vitam aeternam deveniunt; & quod per ea media ad vitam aeternam deveniunt, addit praedestinatio supra providentiam ad beatitudinem, quae latius patet quam praedestinatio, & ad quam praedestinatio comparatur tanquam pars subiecta ad totum uniuersale. Hinc vult D. Thomas, praeter certitudinem ex parte praesentiae, quae Deus praevidet

ex mediis, quae per suam providentiam ad finem aliquem particularem ordinantur, quae nam eum assequuntur, & quae non (ut ex virtutibus feminum animalium, quae per diuinam providentiam ad membrorum formationem ordinantur, quarum earum integra & perfecta membra formabunt, & quae deficient, ac producent monstrandam esse certitudinem aliam in effectu praedestinationis, quod per eum ad beatitudinem deveniunt: quandoquidem non sicut providentia indifferens est, ut finis sequatur, aut non; & per praesentiam certo cognoscitur quado sequetur aut non sequetur, ita res habet in praedestinatione, de cuius ratione est, ut propter eam praedestinatus ad beatitudinem perveniat. Hanc autem certitudinem (ut in fine corporis articuli patet) eatenus vult D. Thomas esse in ordine ipsius mediorum praedestinationis, quatenus licet arbitrii ipsum in singulis possit deficere, & contrario modo operari, Deus tamen praesens quid futurum esset per liberum arbitrium cum quocumque auxilio & dono, de talibus auxiliis illi providit, ut, si cum minori esset defecturus, haberet maius, cum quo, licet posset, nec tamen deficeret; & si in aliquo deficeret, providit de aliis mediis, quibus tandem pro sua libertate resurgeret. Unde non negat D. Thomas sub quocumque circumstantia temporum & auxiliorum integrum arbitrio esse deficere, ac proinde certitudinem, quod tunc non deficiet, esse ex praesentia, qua Deus praevidet arbitrium, cum possit, non defecturum. Imò, si bene attendatur, certitudo totius effectus praedestinationis, de qua ibi D. Thomas loquitur, non est certitudo singularum partium in se per comparationem ad voluntatem diuinam praesens spectatam, qua voluit eo modo optulari praedestinatio, sed est certitudo totius effectus per comparationem ad finem assecutionem: quia valet haec consequentia: Hoc est effectus praedestinationis, ergo per eum praedestinatus assequitur beatitudinem: haec tamen consequentia non valet: Hoc est effectus diuinae providentiae ad talem finem in particulari, nempe ad perfectam membrorum formationem, ergo sequetur perfecta eorundem membrorum formatio. Quod ibi D. Thomas in eo articulo (ut eius verba redolere videntur) voluit, ante praedestinationem praecessisse in Deo electionem quorundam in particulari absoluta voluntate, & postea fecutam fuisse praedestinationem eorundem; esse vero necessi-

necessitatem, non quidem in singulis partibus effectus praedestinationis, ut aperte ibi docere videtur, sed in effectu praedestinationis toto, siue his sine aliis partibus constet, quatenus recte sequitur, Deus hunc elegit voluntate absoluta antequam eum praedestinaret, ergo tandem illi quereat & tribuet talia subsidia, quibus vitam aeternam assequatur, quia si quaedam fuerint inefficacia, tribuet illi alia, quibus eadem à peccato resurgat & salvetur: si hoc, inquam, D. Thomas eo loco voluit, sanè eatenus nobis non repugnat, quatenus nullam partem effectus praedestinationis constituit certam per comparationem ad eam absolutam electionem: & tamen sententiae illius non adhaeremus, iuxta ea quae membro 6. & alibi dicta sunt. Adde multos ex

illis, qui doctrinam D. Thomae profitentur, affirmare, mutasse in prima parte sententiam in aliquibus, quae eo articulo docuerat.

Nemo mihi vitio quereat, si aliquibus objectionibus satisfacere, quas merito poteram silentio obvoluere, eaque de causa nonnulla sapius iaculcaui: res enim, de qua agitur, adeo est profunda, controuersa, scituque necessaria, ut facile mihi venia debeat condonari: praesertim cum, addito unico solo verbo, solent interdum in eiusmodi difficultibus rebus eius intellectus illustrari, qui, ceteris lectis, in quibus alij lucem copiosam inveniunt, adhuc iacebat in tenebris. Quae causa me etiam impulit, ut sequentem huius materiae epilogum adiungerem.

## Epilogus, quo dilucidius auctoris opinio explicatur.

### Membrum 13.



T, quasi ad epilogum redigentes quae hactenus dicta sunt, paucis discretisque verbis nostram proponamus sententiam: meditamur, Deum optimum maximum (ut re vera fuit) ante omnem actum liberum suae voluntatis, per scientiam merè naturalem, atque mediam illam inter liberam & merè naturalem, comprehensione suae essentiae praudentem omnia uniuersum quae sub ipsius erant potestate, inter quae erant infinitae creaturae mente praeditae, quas condere poterat, infinitique ordines rerum, auxiliorum, & circumstantiarum, non solum in quibus varias huiusmodi creaturas, sed etiam illas solas, quas creare constituit, poterat collocare: praudentem insuper quid in illis omnibus ordinibus pro arbitrio singularum creaturarum mente praedictarum futurum erat, ex hypothesi quod hunc vel illum ordinem, cum his vel illis auxiliis ex parte sua, & cum his vel illis circumstantiis condere veller.

*Prædestinationis explicatio.*

Tunc vero ex illis omnibus ordinibus, inscrutabili iudicio & sapientia sua, unico simplicissimoque, actu suae voluntatis statuisse simul totum eum ordinem, tum aliarum rerum, tum hominum & Angelorum, qui à prima rerum consili-

tutione cepit, & usque ad consummationem saeculi decurret, cum auxilijs & donis, quae tam Angelis quam hominibus ex parte sua conferre statuit, ut in manu consilij cuiusque in tali ordine constituti liberum foret, vel ad vitam aeternam pervenire, vel ab ea in aeternam miseriā deflectere, atque adeo ut in eo ordine rerum pro arbitrio suo eas circumstantias variare posset, quas in arbitrii sui potestate situm est variare.

Eo autem actu diuinae voluntatis, eaque electione totius illius ordinis rerum & auxiliorum potius quam alterius, prout talis ordo à Deo emanat, praedestinati fuerunt, tum Angeli, & homines adulti, quos Deus praevidebat, siue cum maioribus, siue cum minoribus auxilijs & occasionibus suae salutis, pro libertate sui arbitrii in gratia finituros tandem terminum viae sibi praescriptae: tum etiam hi parvuli, quos Deus in eodem ordine rerum è vita discessuros praevidebat suscepto prius remedio contra originis peccatum, atque adeo in gratia ex Christi meritis collata. Reliquos vero homines & Angelos, quos in eodem ordine rerum, vel propria, vel primi parentis libertate, diem obituros in culpa lethali praevidebat, actu illo suae voluntatis, electioneque illius ordinis rerum, non praedestinavit, tamen illo eodem actu omnibus



providentia sufficienter, ut, si per ipsos, primumque parentem non staret, viam æternam consequerentur; imò statim conferre nonnullis eorum abundantiora & preclariora auxilia, quam multis ex prædestinatis, longè meliùs circa vitam æternam consequendam illis prouidit, ac prouide maiori sua culpa eam auerit.

Quod verò Deus cum ordinem rerum, circumstantiarum, & auxiliorum, quo quidam solum in particulari fuerunt re ipsa prædestinati, reliqui verò minimè, potius elegerit, quàm quemcumque alium ex infinitis in quibus præuidebat rem longè aliter euenturam, atque adeò quòd eligendo eum omnino voluerit his in particulari (sive constitutis in parte ordinis apriori, sive minùs apta ad salutem) conferre ea auxilia ex parte sua, maiora aut minora, quibus præuidebat eos beandos, reliquis verò, sive in parte ordinis apriori aut minùs apta ad salutem constitutis, sive cum maioribus sive cum minoribus auxiliis, voluerit ea tantùm auxilia donare, cum quibus licet potuissent vitam æternam consequi, & multi eorum longè faciliùs, quàm multi prædestinati, præuidebat tamen, vel ipsorum, vel primi parentis, libertate, futurum esse, ut viam in culpa lethali terminarent, essentque de numero reprobatorum: nulla profecto suis, tam ex parte eorum qui prædestinati, quàm eorum qui non prædestinati fuerunt, causa aut ratio, quæ eos ita differerit, ac impares fecerit, sed id totum in libertatem Dei voluntatem referendum est qui prouidens omnibus sufficienter, & aliquibus ex reprobis abundantius quàm plerisque prædestinatorum, eligere voluit potius talem ordinem rerum, quàm alium, iuaque dona eo potius modo quàm alio voluit distribuere. Quare autem cum præuideret tantam hominum & Angelorum multitudinem ipsorummet aut primi parentis libertate perituram, id ita voluit, exclamandum est cum Paulo: O altitudo diuinarum sapientia & scientia Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, &c. Ex hoc capite spectata hominum prædestinatio, merito in scripturis sanctis dicitur fuisse secundum propositam & liberam electionem Dei, qui quos voluit elegit, ut eos possit, quàm alios, prædicto modo prædestinare: merito etiam, qui ita electi & prædestinati sunt, quasi sorte vocati & prædestinati sunt.

Dicimus nihilominus, eligente Deo ex sua

arbitrarietate eum ordinem rerum potius quàm alium, quòd hi adulti potius, quàm illi, fuerint talis ordinis electione ac prouidentia prædestinati, atque adeò electio illa & prouidentia rationem habuerint prædestinationis potius comparatione horum adultorum quàm illorum, rationem seu conditionem, à qua vtrumque dependebat, fuisse, quòd eum vtrique ita in eo ipso ordine rerum uti possent suo arbitrio ut viam in gratia finirent, ac beati euaderent; hi tamen, & non illi, id erant præstituti, idemque Deus altitudine sui intellectus, supra id quòd libertas arbitrij contingentiæque ipsa rerum postularat, præuiderit. Si namque, ut re vera potest, res non esset ita euentura, eadem electio talis ordinis haberet quidem rationem prouidentia: in beatitudinem, non verò prædestinationis, comparatione eorumdem adultorum, quorum modò prædestinatio existit.

Si ergo per impossibile ponamus, Deum, dura hunc ordinem rerum ac auxiliorum elegit, habuisse quidem plenissimam scientiam naturalem, qua naturas omnium rerum, complexiones earum necessarias, etiam eas quæ ex dispositione causarum fatali quadam necessitate tales sunt, & habitudines mediõrum ad fines plenissimè cognouit, qua denique rebus omnibus, etiam libere o arbitrio præditis, de medijs omnibus ad fines, tam naturales, quàm supernaturales, iuxta naturam cuiusque, accommodatis prouidere perfectissimè nouerit; at non habuisse scientiam illam mediam inter liberam & metè naturalem, qua altitudine sui intellectus determinationem liberi arbitrij creati, ac prouide complexiones contingentes quæ ab eo pendunt, penetraret: vique illa eadem electio talis ordinis rerum, habuisset quidem rationem prouidentia: in beatitudinem comparatione creaturarum omnium rationalium; at tamen, quemadmodum Deus tunc sciret quanam earum in eo ordine rerum pro libertate sui arbitrij in vitam æternam essent perituræ, sed quàm incertum id in se est, tam incertum esset Deo; ita electio illa & prouidentia nullius creaturæ comparatione adiunctam habuissent rationem prædestinationis, quæ certitudinem assequenda beatitudinis, ex certitudine diuinæ præscientia: prouidentiam, in se includit. Quo fit, ut quemadmodum ratio prædestinationis cuiusque adulti pendet à præscientia, qua Deus præuiderit eum per

certa quadam media beandum, eamque addit prædestinatio supra prouidentiam, ita certitudo tota, quòd prædestinatus in vitam æternam sit peruenturus, ab eadem præscientia pendeat, in eamque solam referenda sit; non verò in electionem ordinis rerum, in diuinamque prouidentiam, quæ circa homines & Angelos in beatitudinem dirigendos versatur.

Hinc iam facillè patet, quanam ratione libertas arbitrij nostri & Angelorum cum diuina prædestinatione cohareat, perindeque integrum fuerit cuique Angelorum, & esse modò cuique hominum adultorum, in vitam æternam peruenire, aut non peruenire, ac si electio ordinis rerum, quem Deus ex æternitate elegit, rationem prædestinationis adiunctam non habuisset. Etenim si ab electione illius ordinis secludas præscientiam, qua Deus nouit quid in eo toto futurum erat per liberum arbitrium hominum & Angelorum, solumque relinquant præscientiam merè naturalem ad eum ordinem eligendum, prouidendumque rebus accommodate ad suos fines necessariam, atque adeò ab electione illa secludas rationem prædestinationis, relinquantque eam intra limites solum diuinæ prouidentia: in beatitudinem, facillè poterit coherere cum ea libertatem arbitrij nostri & Angelorum; quippe cum quàm liberum est vnicuique nostrum peruenire aut non peruenire in beatitudinem, & quàm incertum in se est quid horum sit futurum spectata solum libertate arbitrij nostri, tam incertum esset in Deo, essetque ita pro libertate arbitrij nostri cum medijs suis prouidentia: cooperaturus ut ad beatitudinem peruenirent, an non. Cum ergo non quia Deus præsciuit nos cooperaturos hoc vel illo modo, peruenturosque aut non peruenturos in vitam æternam, id taliter futurum sit, sed e contrario, quia futurum erat pro libertate arbitrij nostri, id Deus altitudine sui intellectus præsciuerit, præsciuissetque contrariù, si, ut potest, contrariù esset futurum, sit, ut præscientia, quæ prædestinatio supra electionem illius ordinis rerum diuinamque prouidentia: addit, nihil omnino libertatis à nobis adimat, sed perinde liberos ad operandum hoc vel illo modo, & ad perueniendum in beatitudinem, aut ab ea delectandum, nos relinquant, ac si in Deo non esset prædestinatio, sed sola prouidentia. Licet enim hæc duo non coherant, quòd sumus prædestinati, & non sumus in vitam

æternam peruenturi; vel quòd Deus præsciuit nos ita cooperaturos ut in vitam æternam perueniamus, & non ita cooperemur, & idcirco in sensu composito fieri omnino nequeat, quin prædestinatus in vitam æternam perueniat; quia tamen si nos, ut possumus, non essemus ita cooperaturi ut in vitam æternam deueniremus, prædestinatio illa & præscientia non fuisset in Deo; fit, ut in sensu diuiso tam liberi maneamus, & tam fieri possit modò, prædestinatum non beari, ac si prædestinatio non esset.

Verùm non arbitramur ita à Deo prædestinationem esse factam, quasi priùs ex his, quos creare decreuit, nulla ratione habita arbitrij cuiusque, constituerit hos solum in particulari prædestinare, perducereque in vitam æternam, reliquos verò minimè, sed eos reprobare propter peccata, quæ, eo ipso quòd non sunt prædestinati, sciebat illos habituros, constituissetque id eo fine, ut simul haberet, in quibus; tum suam misericordiam & munificentiam, tum suam iustitiam vindicatum in æternum manifestaret, ut verò decretum illud sic voluntatis executioni mandaret, quasi insidiatum fuisse libero arbitrio, tam eorum quos prædestinare, quàm eorum quos in numero reprobatorum relinquare intendebat; prioribus quidem querendo media, modos, ac circumstantias quibus in quocumque euentu vitam æternam consequerentur, posterioribus verò de industria ita abstulisse auxilia (relinquendo tamen semper necessaria) & tales questuisset modos ac circumstantias; ut tandem à regno exclusi æternis suppliciis damnarentur. Neque item arbitramur boni usum liberi arbitrij, inflectere in eam partem, quæ ad salutem cõducit, pendere à sola prædestinatione, & effectibus illius, quasi prædestinatus non possit flectere arbitrium suum in partem oppositam, non secus ac si non esset prædestinatus; & quasi reprobis non possit ita uti suo arbitrio, ut vitam æternam assequatur, perinde ac si esset prædestinatus: quod plane errorum in fide existimamus. Prædictaque omnia iudicia esse, cenemus maiestate & honoris diuina, redderentque excusabilem libertatem reprobatorum, & cum scripturis in suspensibus est ostensum, multaque erroribus occurrunt in Ecclesia præbuerunt.

Quòd arbitramur, est; Deum omnia omnia que futura erant præuidentem, ita sua sapientia & bonitate,

bonitate, misericordia, ac iustitia. v. nico electio- nis actu simul elegisse ex parte sua totū cum ordi- nem rerum, qui à prima rerum constitutione cœpit, & vsque ad consummationem seculi de- curret, ac si, non existente in eo præscientia de rebus per arbitrium creaturæ futuris, eundem per partes, prout res successu temporis cœn- sēnt, elegisset. Vnde credimus, Deum tam ex animo ab æternitate statuisse condere in suam beatitudinem, in temporeque condidisse Ange- los omnes & homines in statu innocentie, ac si de casu & ruina quorūdam Angelorum ac pri- morum parentum nihil prævidisset. Id quod at- testantur abundantissima ac præclarissima do- na & auxilia cum quibus omnes condidit, & de quibus singulis, vt summa cum facilitate, proprio arbitrio ac meritis in vitam æternam deuenirent prouideri. Consentitque cum diuina veritate ac bonitate, significantque apertè sacræ literæ. Neque arbitramur Deum ex sua æternitate ruinam Angelorum & hominum (vt ha- beret quos iustè puniret) intendisse, aut ea fuisse delectatum: quin potius præter ipsius intentionem, atque, vt ita dicam, contra ipsius velleita- tem accidisse, qua sicut contrarium intendebat, ita etiam, si per ipsos non stetit, contrarium expetebat. Quia verò ita eos in suam beati- tudinem condere constituebat, vt propria libertate ac meritis facilius & gloriosius in eam de- ducerentur, ad ipsius prouidentiam pertinebat, velle permittere ea peccata, quæ tam Angeli quam homines, ita feliciter conditi, perpetuare vellent, per suamque sapientiam, iustitiam, ho- nitatem, ac misericordiam, maiora bona inde elicere, quosdam peccatores in æternum puni- endo, vt in eis ipsius vindictiua iustitia eluce- ret, quorundam verò miserendo, eisque per si- lium suum, aequitate ac rigore suæ iustitiæ vin- dictiuae seratis, mitabiliter subueniendo, &c.

Arbitramur ergo, Deum in æternitate sua prævidere, ex hypothesi quòd Angelos & ho- mines in statu innocentie condere velle, futu- ram ruinam quorūdam Angelorum, & totius ge- neris humani, perinde vti in infinita bonitate ac misericordia moti, simul cum ea parte ordinis rerū quæ fuit à primæ rerum conditione vsque ad lapsum primæ parentum ex eadem æterni- tate redintegrationem generis humani per Christi aduentum ac merita, reliquosque ordi- nis vsque ad consummationem seculi decurrerem

elegisse, ac si ignorans quid futurum esset, ean- dem post lapsum primorum parentum reparati- onem generis humani elegisset. Quia verò reliqua generis humani peccata ex lapsu primo- rum parentum tanquam ex radice sunt secuta, vtique sicut lapsus ille non fuit ex intentione ac voluntate Dei, ita neque peccata & perditio cæ- terorum, quæ in reliquo ordine lapsum paren- tum insequente cernuntur, ex intentione & vo- luntate Dei, sed potius contra ipsius velleitatem eueniūt. Quo fit, vt vniuersum verum sit, Deum ex parte sua velle omnes absque vlla exceptione saluos fieri, & nolle mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Quia tamen tatum malum est offensivè infinitam Dei maiestatem & bonitatem, expediebaturque propter alios opti- mos fines, quos alibi ex parte explicauimus, ge- nus humanū in hac vita non reparari per Chri- stum ad felicitatem status à quo deciderat, sed relinqui his miseris animæ & corporis obno- xium, quas experimur, vt vel ea ratione in effe- ctibus ac pœnis grauitas illius peccati eluce- ret, tum propter alios egregios fines; inde effe- ctum est, vt licet Deus ex æternitate reparati- onem generis humani per filium suum homi- nem factum constituerit, quod beneficium omnibus mortalibus voluit esse commune, sua tamen sapientia, inscrutabili que iudicio consti- tuerit, vt neque alio tempore, aut aliter Christus in mūdum veniret, neque promulgatio aduen- tus illius, vt homines per fidem fructu redemp- tionis potirentur, aliter in lege naturæ, scripta, & gratiæ ex parte sua fieret, quam sit facta, totusque decursus militantis Ecclesiæ hominum arbitrio, constitutionique vniuersi committeretur. Scopus innovando vocationem ad fidem, promulgati- onemque aduentus Christi in variis mundi æra- tibus, variisque aliis modis misericorditer suppe- ditio suæ Ecclesiæ ferendo ac prouidendo.

Quod itaque asserimus, est: Deum, electione totius ordinis rerum, qui vsque ad consumma- tionem seculi decurrit, quantum est ex parte sua, salutem omnium expensis. Deinde verò cons- tituisse quemlibet adultum in manu consilij sui in eo ordine rerum, vt, ad quod velle, liberè porrigeret manum, atque adeò beatus, vel mi- ser, prout mallet, euaderet, ac si nulla in Deo esset præscientia de rebus per arbitriū creaturæ futuris, quæ in eo rerum ordine percurrunt aut non percurrunt essent in vitam æternam, atque adeò

adeò perinde ac si nulla in Deo esset prædesti- natio, sed sola prouidentia, qua eodem modo ex æternitate constitueret prouidere hominibus circa beatitudinem, quo in tempore post agni- tum successum quarundam rerum idem consti- tuisset, ac prouide non minus liberos nante: adultos post prædestinationem, vt ad quod vo- luerint porrigerent manum, atque adeò vt beati vel miser euadant, quam si nulla in Deo præ- cesserit prædestinatio, sed ita cuiusque salus in- certa esset Deo, atque secundum se incerta existit.

Hac ergo conclusione comprehendere potest nostra sententia: Quòd Deus hunc ordinē auxi- liorum & cæterarum rerum, in quo prouide- bat, tum quosdam adultos pro sui arbitrij liber- tate, tum quosdam paruulos sine sui arbitrij li- bertate percurrerent in vitam æternam, reliquos verò minime potius elegerit, quàm quencunque alium in quo res aliter euenisset, atque adeò quòd electione potius huius ordinis, quàm alterius, hos prædestinauerit potius, quàm illos, nulla fuit cau- sa aut ratio ex parte prædestinatorum, sed id to- tum in liberam Dei voluntatem referendum est.

*Conclusio  
auctoris  
sententiæ  
cōplettes.*

Traditur ratio conciliandi aliqua ex parte Patres, expo- nendique sacras scripturas, quæ de prædestinatione lo- quuntur, sententiæque auctoris magis adhuc explanatur.

*Membrum vltimum.*

*Prædesti- nationem esse secun- dum præ- scientiam vsus libe- ri arbitrij quod mo- dis possit intelligi.*



Quod ad antiquiores Patres at- tinet, vt melius intelligantur, & quoad fieri possit ad cōcordiam adducantur, sciendum est: Cum duo, vt hæcenus explicatum est, necessaria sint vt adultus in vitam æternam perueniat, à Deoque sit prædesti- natus, vñ vt Deus ea auxilia ac media ex par- te sua constituerit ei conferre cum quibus præ- uiderit illū pro sua libertate sua cooperaturum, vt ad terminū viæ in gratia perueniat: alterum vt adultus ipse pro sua libertate sit re ipsa ita coo- peraturus; primumque à Deo pendeat, secun- dum verò ab ipso adulto: eos sanctos Patres, qui

Quòd verò electio huius ordinis rationem ha- buerit prædestinationis, comparatione horum adultorum, & non illorum, ratio seu conditio ex parte adultorum, à quod pendebat, fuit, quòd pro sua inuana libertate hi, & non illi, ita per suum arbitrium essent cooperaturi, vt ad ter- minum viæ in gratia peruenirent, Deusque at- titudine sui intellectus id prouiderit. Licet autē, vt Deus vnum potius ordinem quam alium eligeret, alligatus non fuerit vsui liberi arbitrij præuiso, in multis tamē rebus constituendis ra- tionem illius habere potuit, atque id decens fuit, imò verò re ipsa habuit, vt membro 12. ante pos- tream conclusionem ostensum est. Quòd si quis contendat, vel D. Thomam, vel quemcum- que alium ex Scholasticis à nostra hac sententiā minime dissentire, certè ego illi non succen- seam: opto enim magis paruos omnes, quàm vel vnum aduersarium habere, nedum D. Tho- mam, cuius iudicium & doctrinam tantū facio, vt tunc me securius pedem figere arbitrer, cum illum consentientem comperio.

tempora Pelagij & Augustini præcesserunt, ad hoc secundum attendentes, vñ unanimi serè con- sensu assensisse, prædestinationem fuisse secun- dum præscientiam boni vsus liberi arbitrij, me- ritorumque cuiusque, ad eamque sensum fuisse conatos inter præteri scripturas sacras.

Orta verò hæc Pelagiana, cum Pelagius contra scripturas sacras omnia tribueret libero nostro arbitrio, illudque solum sufficere affir- maret ad salutem, & quantis donum gratiæ pos- sēta admiserit, assueuerat tamen, neque necesse- sarium esse, neque conferri ad incipiendum (ini- tium enim salutis esse à nobis per nostram ar- bitrium contendeat) sed confert ad præscien- dum,

dam, non quasi sine illo perficere non possentius, sed quia non ita facile, nec tam bene, insuper addiderit, conserui vnicuique pro qualitate boni vsus arbitrij præcedentis: cum hæc, inquam, Pelagius doceret. Augustinum & alios Patres, huic hæresis opponentes, ex scripturis sanctis ostendit, initium nostre salutis esse à Deo per gratiam præuenientem & excitantem, & tam incipere quam perficere pendere à gratia Dei quæ per Christum nobis datur, donaque & auxilia gratiæ, non pro qualitate vsus arbitrij, sed iuxta Dei beneplacitum conferri.

Credens autem Augustinus cum iis, quæ de gratia aduersus hæresim Pelagianam ex scripturis rectissimè docuerat, coniunctum esse, prædestinationem Dei æternam non fuisse secundum merita qualitatemque vsus liberi arbitrij à Deo præuisti, sed solum secundum Dei electionem & beneplacitum (quod in quo sensu verissimum sit, membro 12. explicatum est) iuxta eam sententiam Paulum ad Rom. 9. nullis in suorum operum locis interpretatur est, retrinxi quoque illud pumg ad Tim. 2. Vult omnes homines saluos fieri, vt non de omnibus vniuersim hominibus, sed de solo prædestinatis intelligeretur. Quæ doctrina plurimos ex fidelibus, præsertim ex iis qui in Gallia morabantur, non solum indoctos, sed etiam doctos, mirum in modum turbauit, ne dicam illius occasione salutem eorum fuisse periclitatum. Ne enim eiusmodi doctrinæ adhaerent, hæresi potius Pelagianæ ex parte assentiendum putabant, variosque alios errores circa paruolum prædestinationem consuebant. Id quod inter alia testatur dux illæ Epistolæ à Prospero & Hilario Arelatensi Episcopo ea de re ad Augustinum in se, quæ inter opera Augustini ante librum de prædestinatione sanctorum habentur. Prosperus autem postquam turbatione & periculum multorum explicauit, inter alia, quæ explananda ab Augustino efflagitat, ad eos qui turbati fuerant sedandos, atque ad sanam doctrinam re-luocandos, adiungit illud etiam qualiter diluatur, quæsumus pauenter nostram insipientiam serendo demouit, quod retractatis priorum de hac re opinionibus, pendè omnium par inuenitur & vna sententia, quæ propositum & prædestinationem Dei secundum præscientiam receperunt, vt ob hoc Deus alios vasa honoris, alios contumeliaz fecerit, quia finem vniuersalique præiudicet, & sub ipso gratiæ

*D. Aug. de prædestinatione sententiæ in Mas. silentes turbauerit.*

adiutorio, in qua futurus erat voluntate & actione præiudicet. Hilarius etiã commemoratis objectionibus, quæ aduersus Augustini doctrinam ab iis, qui commoti fuerant, afferebantur, eos etiam conuictos fuisse in hunc in modum affirmat: Quid opus fuit, inquit, huiusmodi disputationis incerto tot minus intelligentium corda turbari? Neque enim minus vtiatur sine hæc definitio, tot annis à tot tractatoribus, tot præcedentibus libris Catholica fides fuit defensa. Sententiam verò Augustini secutus est Diuus Thomas, & post eum plerique Scholasticorum.

Quæ sequuntur, fuerunt semper sine contro- uersia, tanquam in fide orthodoxa ex scripturis sanctis luce clarius manifesta, inter Catholicos receptissima: In nobis esse arbitrij libertatem. Nullam, siue aduictum, siue paruulum, posse in vitam æternam peruenire, nisi per gratiam ex meritis Christi collatam. Nullum aduictum ex suis solis viribus, sine auxilio supernaturali gratiæ, posse iustificari, vitam æternam promereri, atque ad eam peruenire. In Deo esse præscientiam futurorum omnium, ac prædestinationem bonorum in vitam æternam per gratiam, dona, & auxilia supernaturalia. Arbitrij libertatem cum his omnibus coherere, minimeque per ea auferri aut impediri. Illud etiã video inter Patres omnes receptissimum, vt ex eorundem testimoniis quæst. 14. art. 13. disp. 22. membro vltimo, & disputatione 52. ostendimus, non quia Deus præsciuit hoc esse futurum, ex iis quæ ab arbitrio creato pendunt, ideo futurum esse; sed è contrario, quia ita pro arbitrij libertate erat futurum, Deum id præsciuisse; præsciurus oppositum, si oppositum, vt pro arbitrij libertate esse potest, foret futurum. An verò initium salutis aduictorum ad credendum, sperandum, penitendum, ac diligendum vt ad salutem oportere, esset ab adultis ipsis per proprium arbitrium, ita vt gratiam Dei præuenirent; an verò à Deo per gratiam præuenientem & excitantem, vt rei veritas habet, antequam occasione hæresis Pelagianæ res esset diligentius discussa, non erat quicquam inter eos omnino certum & constitutum; qua de causa mirandum non est, si Chryllostomus, aut alij ex iis, qui ante illa tempora scripserunt, contrariam asseruerint, & de eadem re in initio Pelagianæ hæresis, Galli, de quibus paulo ante habitus est sermo, aduersus Augustinum contenderent.

*Apud an iugos Patres, quæ suæ incerta, & qua non satis explorata*

Licet

*Fundamentum arbitrij præscientiæ & gratiam cum libertate arbitrij.*

Licet semper in prædictis fuerit concursus sententia, vniuersisquæ; non solum Patrum, sed etiam vitorum omnium Catholicorum consensus; vnum tamen è difficilissimis ab Augustino & ab aliis fuit semper iudicatum, veram inuenire rationem & modum, qui difficultates omnes pellet, & humanum intellectum pacatum omnino redderet super coherentia libertatis arbitrij cū diuina gratia, præscientia, & prædestinatione, ita vt aduictus, nihil his tribus impediens, suam, vt maluerit, operetur aut non operetur salutem, vitamque, æternam assequatur, aut non assequatur. Ac quæuis ij heretici, qui vel diuine gratiæ, vel libertati arbitrij præiudiciū afferre moliri sunt, ex scripturis sanctis, principisquæ fidei efficaciter sint expugnati, haud tamen scio, an explicata peuitis, & abundè re-lidita ratione integra conciliandi libertatem arbitrij cum illis tribus, & hereticis aditus, quo facilius ad pacem vnitatemque Ecclesiæ redirent, sit patfactus, & concertationes quæ ante mille annos inter viros Catholicos obortæ sunt, quantum par est, sint compositz. De quarum numero vna, eaque antiquissima, semper fuit, an prædestinatio aduictorum fuerit secundum præscientiam vsus liberi arbitrij: an verò pro sola Dei voluntate ac beneplacito. Quædam enim tam Patres quàm Scholastici, ad cooperationem, nihil diuina gratia, præscientia, & prædestinatione impediens, in cuiusque arbitrio positam, atque ad salutem necessariam, respicientes, indignumque diuina bonitate, iustitia, & æquitate reputantes, vt absolute vlla profus consideratione vsus arbitrij cuiusque, maxime vt haberet quos puniret, hos prædestinauerit, illos verò rececit, asseruerat prædestinationem secundum præscientiam vsus liberi arbitrij, meritorumque cuiusque, fuisse factam. Alij verò attendentes ad auxilia & dona gratiæ, quæ Deus absque cuiusque iniuria, non pro ratione vsus arbitrij cuiusque præuisti, sed pro suo beneplacito, æterna sua prouidentia distribuere cõstituit, dixerit prædestinationem non secundum præscientiam vsus arbitrij meritorumque cuiusque, sed solum secundum Dei voluntatem ac beneplacitum esse factam: dumque uenerit ad duos illos sensus à nobis membro 9. explicatos attendunt, nempe, aliud esse prædestinabile secundum præscientiam vsus liberi arbitrij quatuor pro qualitate aut propter qualitatem illius statuerit distribuere dona & auxilia, ac prædestinare.

rit aliud verò quasi non sine præscientia, habitaque ratione vsus præuisti prædestinauerit; plerumque ex sectatoribus prioris sententiæ limitè affirmatiõnis posterioris sensus; alij verò ex sectatoribus sententiæ posterioris limites negationis prioris sensus transgrediuntur, sibi iniuicem non immeritò aduertiari arbitrantur.

Nos pro nostra tenuitate rationem totã conciliandi libertatem arbitrij cum diuina gratia, præscientia, & prædestinatione, quam toto articulo 13. quæst. 14. & art. 6. quæst. 19. quæst. 22. & tota hæc quæst. tradidimus, sequentibus principis, ex quibus eam deduximus, quæque variis in locis tradidimus, initiò iudicamus: quæ si data explanataque semper fuissent, fortè neque Pelagiana hæresis fuisset exorta; neque Lutherani tam impudenter arbitrij nostri libertatem suscipere ausi negare, obtidentes cum diuina gratia, præscientia, & prædestinatione coherere non posse, neque ex Augustini opinione, concertationibusque cum Pelagianis, tot fideles fuissent turbati, ad Pelagianosque defecissent, facileque reliquæ illæ Pelagianorum in Gallia, quæ tunc in Epistolis Prosperi & Hilarij sit mentio, fuissent extinctæ, vt patet ex iis in quibus homines illos cum Catholicis conuenisse, & ab eis dissensisse, eadem Epistolæ testantur; concertationes denique inter Catholicos facile fuissent compositz.

Primum principium ac fundamentum est, modus ille diuinitus influendi, tam per concursum generalem ad actus liberi arbitrij naturales, quam per auxilia particularia ad actus supernaturales; qui quæst. 14. art. 13. à disputatione 8. à 25. & à 37. explicatus est.

Secundum est, legitima, seu potius orthodoxa, de modo doni perseverantiæ explicatio. Etenim ostendimus, nullum quidem aduictum perseverare posse diu sine speciali auxilio Dei, ob idque perseverantiã in gratia esse Deum donum: at nulli Deum denegare auxilium quod ad perseverandũ sit satis. Præterea cum auxilio, quo cū vnus vsque ad finem vite perseverare possit, si velit, non perseverare: & cum auxilio, quod Deus confert, præstatio est conferre ei qui non perseverat, posse perseverare, per eamque stare quod non perseveret. Quo fit, vt ad donum perseverantiæ non sit necessaria. Vnũ ex parte Dei, videlicet vt ea auxilia conferre statuerit, cura quibus præuidebat aduictum pro sua libertate perseverare.

*Primum fundamentum.*

*Perseuerantiæ donum quo pacto à nostro libero arbitrio pendat.*

Ces 2

perseueratum. Alterum ex parte arbitrii adulti tanquam conditio sine eius voluntate conferendi sunt auxilia non habuisset rationem voluntatis conferendi donum perseuerantiae, nempe ut scilicet pro tua libertate ita sit cum eis cooperatum ut perseueret, quod in potestate ipsius est collocatum. Quare non ita intelligendum est donum perseuerantiae esse à Deo, quasi per illud potestatem auferat ad non perseuerandum, aut quasi per Deum stet, quominus is perseueret, qui in peccatum labitur. Haec omnia manifesta sunt ex dictis, praecipue quaest. 1. 2. art. 13. disputat. 14. & à disputatione 17. Atque ex his duobus principiis satis dilucidè, nisi fallimur, artic. 13. citato libertate arbitrii nostri cum diuina gratia conciliamus.

Tertium est: Praesentia illa media inter scientiam Dei liberam & merè naturalem, qua, ut eodem art. disp. 50. & ubi sequentibus ostentum est, ante actum liberum iuae voluntatis cognouit Deus, quid in vnoquoque rerum ordine per arbitrium creatum esset futurum, ex hypothesis quòd hos homines aut Angelos in hoc vel illo ordine rerum collocare statueret, qua tamen cogniturus erat contrarium, si contrarium, ut potest, pro libertate arbitrii creati esset futurum. Atque ex hoc principio ibidem ostendimus libertatem creati arbitrii cum diuina praesentia cohaerere.

Quartum est, quòd Deus hunc potius ordinem rerum, quam alium voluerit creare, & in eo haec potius auxilia, quam alia, conferre, cum quibus praesidebat hos, & non illos, pro libertate sui arbitrii peruenire in vitam aeternam, nullam fuisse causam aut rationem ex parte adulatorum praedestinatorum & reprobatorum. Atque ex hoc capite haecenus diximus praedestinationem non habere causam aut rationem ex parte vsus liberi arbitrii praedestinatorum & reprobatorum, sed in solam liberam Dei voluntatem esse reducendam. Quòd verò voluntas creatandi cum ordinem rerum, & in eo conferendi haec & non alia auxilia, rationem praedestinationis comparatione horum adulatorum, & non illorum, fuerit sortita, pendens fuit ex eo, quòd vnus potius vnus quam alius, pro libertate arbitrii eorum esset futurus, atque adeò ex eo quòd Deus summum cum praesideret, quia pro eorum libertate erat futurus. Atque ex hoc capite diximus dari rationem praedestinationis adulatorum ex parte vsus liberi arbitrii

prauis. Ex eodem etiam capite ostendimus libertatem arbitrii eorum ad operandum prout oportet ad vitam aeternam assequendam, aut contrario modo, perinde consentire cum praedestinatione per ea ipsa media per quae ex parte Dei ab aeternitate praedestinati sunt, ac si in Deo non esset praedestinatio, sed tantum prouidentia per eadem media, tamque incertum Deo esse, an per ipsorum arbitrium ita essent cooperaturi ut in vitam aeternam peruenirent, quam incertum id secundum se est. Denique ostendimus non aliam esse difficultatem in concilianda libertate arbitrii nostri cum diuina praedestinatione, quam in eadem ipsa cum diuina praesentia concilianda reperitur.

Iuxta haec, distinximus duos illos sensus, in quorum altero negandum erat cum Augustino praedestinationem fuisse secundum praesentiam vsus arbitrii cuiusque prauis. In altero verò id ipsum sine scrupulo cum aliis Patribus omnino concedendum erat. Modò addimus duo. Primum est, scripturas sanctas ita exponendas esse, ut neque iuxta primum sensum affirmemus praedestinationem fuisse secundum praesentiam vsus liberi arbitrii meritorum, quae cuiusque adulti; neque iuxta secundum sensum id negemus. Secundum est, Patres quodammodo catenus ad concordiam posse reduci, si, qui negant praedestinationem fuisse secundum praesentiam meritorum ac boni vsus liberi arbitrii futuri, accipiantur in priori sensu, quatenus eorum dicta id patiuntur; in quibus est Augustinus, & eius sectatores. Qui verò fuisse affirmant secundum merita & bonum vsus prauis, exponantur in sensu posteriori, quatenus eorum dicta id ferret, de quorum numero sunt, Origenes, Athanasius, Chrysostr. Ambrosius, Theodoretus, Theophylactus, omnes in cap. nonum epistolae ad Rom., Hieronymus in illud ad Galat. primo; Cum placuit ei qui me segregauit ex utero matris meae. Et ad Hederibianam expositione quaest. decime. Faustus (non Manichaeus, sed in Gallia episcopus) libro primo de gratia & libero arbitrio cap. 4. & lib. 2. ca. 6. tom. 3. bibliotheca Patrum, & plerique alij. Neque verò dubito quin ab August. & ceteris Patribus vniuersi consensu comprobata fuisset haec nostra de praedestinatione sententia, ratioque conciliandi libertatem arbitrii cum diuina gratia, praesentia, & praedestinatione, si eis proposita fuisset. Illud etiam

etiam adda. multa August. variis in locis docuisse, in quibus cum modo loquendi aliorum Patrum videtur omnino consentire. Atque inter alia, in libro responsionum ad articulos sibi falso impositos, in responsione ad duodecimum articulum, & refertur 23. quaest. 4. cap. Nabuchodonosor, Augustinus, aut quicumque alius eius operis auctor, ita inquit: Illi de quibus dicitur; Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent vtrique nobiscum; voluntate exierunt, voluntate ceciderunt. Et quia praesciti sunt casuri, non sunt praedestinati: essent autem praedestinati, si essent reuerturi, & sancti-

tate ac veritate mansuri: ac per hoc praedestinatio Dei manifestis est, causa standi, nemini causa labendi. Haec ibi.

Longior fui in hac disputatione, quam optaram, vereorque ne aliquam rem repetitio lectori molestiam attulerit: quia tamen res est magni momenti ac valde lubrica, & haec nostra ratio conciliandi libertatem arbitrii cum diuina praedestinatione à nemine, quem viderim, hucusque tradita, ideo satis haec duxi paulò fufius explicare, ne forte eorum praesior explicatio efficiet quominus meus nostra ab his, qui minus ingenio pollent, perciperetur.

*Vtrum Christus per sua merita causa fuerit nostrae praedestinationis. Disputatio 2.*

*Partes neg. suadetur primo.*



ars quae negat, suaderi potest, primò, ex illo ad Ephesios 1. In quo & nos sorte vocati sumus, praedestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae: ergo quòd in Christo & per Christum fuerimus praedestinati, neque Christus quatenus homo, neque merita ipsius, sed sola Dei voluntas, quae, quos voluit, in Christo praedestinavit, tanquam causa constitui debet.

*Secundo.*

Secundò: Augustinus de praedestinatione sanctorum cap. 15. ait: Ea gratia fit ab initio fides, siue homo quicumque Christianus, qua gratia homo ille (I E S V S nempe quatenus homo) factus est Christus: sed homo ille sine viliis suis aut alienis meritis ex sola Dei gratuita voluntate, & praedestinatione, factus est Christus, ut eo capite late ostendit Augustinus: ergo quicumque Christianus neque meritis propriis, nec alienis Christi, vocatur à Deo, aut perducitur ad fidem, sed ex sola Dei gratuita voluntate & praedestinatione: non ergo Christus suis meritis fuit causa praedestinationis nostrae, saltem quoad donum fidei, quòd radix & fundamentum est ceterorum donorum, quae in iustificatione, integroque effectu praedestinationis nostrae sequuntur.

*Tertio.*

Tertio: Si Christus per sua merita causa fuit

set praedestinationis nostrae, maxime quia meruisset nobis primam gratiam, Deusque praedestinatione aeterna constituisset eam nobis propter merita Christi conferre: id autem dici non potest, quia tunc non essemus gratis à Deo iustificati, contra illud ad Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, neque prima gratia esset gratia, quippe collata esset nobis à Deo tanquam debita nobis propter merita Christi, atque adeò non gratis: ergo Christus per sua merita non fuit causa nostrae praedestinationis.

Sit nihilominus prima conclusio: Christus per sua merita non fuit causa praedestinationis nostrae, quoad integrum illius effectum, quatenus comprehendit non solum dona supernaturalia, sed etiam naturalia, qualia sunt nactum esse complexione ad virtutem propensam, natum potius esse sub gratia, atque inter Christianos, eosque bene morigeratos, quam in alio tempore, aut inter improbos educati. Haec est Driedonis de redèptione & captiuitate generis humani tractatu 2. ca. 2. parte 3. art. 4. Probatur, quoniam Christus non promeruit nobis dona naturalia, sed supernaturalia, quibus in vitam aeternam perducimur, quaeque in primo patente amissimus: ergo non meruit nobis effectum praedestinationis quoad merè naturalia quae ad vitam aeternam adiuvant. Haec enim ex sola disputatione vniuersi, quam Deus pro suo beneplacito

*Prima conclusio. Praedestinationis nostrae, ut comprehendit etiam naturalia effectus, non suis meritis.*

ER SIDAL AMANCA

placito ante ruinam generis humani constituit, conueniunt. Quamuis autem, si Adamus non peccasset, atq; adeo sibi & posteris donum iustitiæ originalis non perdidisset, alium cursum ex constitutione ipsa vniuersi, donoque iustitiæ originalis, atque ex paradisi habitatione tenuissent generationes hominum, ab eo quem post eundem lapsum tenuerunt; nihilominus non alium multo diuersum tenent, ab eo quem seruassent, esto Deus constituisset non reparare genus humanum per Christum, sed illud in peccato, totumque cursum, vniuersi suæ naturæ relinquere decreuisset.

*Secunda conclusio. Prædicti nationis effectus aliquos naturales originem trahere à Christi meritis.*

Sic tamen secunda conclusio: Naturalia aliqua originem traxerunt ex meritis Christi. Probaror, quoniam multa naturalia iusti suis orationibus ac meritis à Deo obtinuerunt. Isaac enim preces Rebeccam ex sterili fecundam reddiderunt, Anna Samuelem filium, Zacharias Ioannem Baptistam, & pleræque alia naturalia iusti orationibus à Deo impetrant, imperantque in posterum, quorum multa ad salutem plurimorum maximè conferunt: cum ergo merita, & orationes quæ Deo gratæ fuerunt, vimque obtinendi habuerunt, totam eam vim ex gratia meritis Christi comparata habuerunt, sit, vt multa naturalia originem traxerint ex meritis Christi. Eaque de causâ paulò antè diximus, generationes hominum, post peccatum primorum parentum, non aliter multo diuersum cursum tenuisse ab eo, quem seruassent, si Deus reparare genus humanum per Christum minimè decreuisset.

*Tertia conclusio. Prædestinationis nostre, quoad in segrum suum effectum supernaturalium, Christus per sua merita non fuit causa.*

Tertia conclusio: Christus per sua merita non fuit causâ prædestinationis nostræ, quoad integrum supernaturalem effectum eiusdem prædestinationis. Probaror, quoniam nõ fuit causâ incarnationis, per quam effectum est, vt ipse simul esset homo & Deus, vt ex se est notissimum, ostenditq; Augustinus de prædestinatione sanctorum cap. 15. neque item per propria merita fuit causâ suorum meritorum: cum ergo inter effectus supernaturales nostræ prædestinationis primum locum teneat Christi Domini incarnatio, merita & passio ipsius, à quibus reliqui supernaturales effectus originem habuerunt, sit, vt Christus per sua merita integri supernaturalis effectus nostræ prædestinationis causâ nõ fuerit.

Quarta conclusio: Christus per merita sua fuit causâ nostræ prædestinationis, non solum

quoad primam gratiam qua iustificamur, & reliqua supernaturalia quæ illam vsque ad assecutionem vitæ æternæ consequuntur, sed etiã quoad fidem & omnem aliam dispositionem supernaturalem qua ad primam gratiam præparamur, imò etiã quoad miracula, & reliqua omnia supernaturalia, quibus ad vitam æternam iuamur (si modo Christum ipsam, eiusque merita excipias) quo pacto causa fuit meritoria actionum Stephani, & beatæ Monicæ, quibus adductus Deus, Paulum & Augustinum in viam salutis reduxit, Imò multa naturalia ex meritis Christi nobis donantur, quibus in vitâ æternam adiuuamur, vt conclusione secunda aliqua ex parte explicatum est.

Conclusio hæc est aduersus Driedonem loco citato, Ruardû Tapper tomò 1. art. 6. de satisfactioe fol. 242. & Capreolum in tertio, d. 18 q. 1. ad argumenta contra quartâ conclusionem; qui affirmant, Christum fuisse quidem causam meritoriam primæ gratiæ, & donorum quæ illam consequuntur, non tamè fidei, ceterarumque dispositionum fidem antecedentiũ. Censent namque, supernaturales omnes motus ac dona, quibus ea ratione ad primam gratiam disponimur, quia per ea tales reddimur, quales Christus nos esse vult iuxta leges circa merita suæ passionis nobis applicanda institutas, nõ cadere sub meritum Christi, sed esse effectus prædestinationis Dei æternæ, qui absque villo merito, vel suscipientium, vel etiam Christi, à sola libera voluntate Dei emanant: primam verò gratiam, quæ confertur, non nisi iam prius dispositis, apertisque vt meritum Christi applicetur, ex meritis ipsius Christi conferri. Vnde vult Driedo, inter ea quæ in integro prædestinationis effectu includuntur, adoptionem filiorum, quæ fit per gratiam gratum faciètem, ex meritis Christi emanare, iuxta illud ad Ephes. 1. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per I. E. S. V. M. Christum in ipsum: ea verò quæ eiusmodi adoptionem antecedunt, sine meritis Christi, pro solo Dei beneplacito prædestinati conferri: eaque ratione exponit illud Ioannis 6. Nemo potest venire ad me (per fidem videlicet) nisi Pater meus traxerit eum: id est, nemo potest sociari mihi per fidem, ac particeps esse meritorum meorum, nisi Pater meus sua gratuita motione pulsauerit cor eius, vt in me crederet.

Sententiam hanc nec scripturis sanctis, nec digni

*Quarta conclusio. Fuit tamè quoad primam gratiam & omnem aliam dispositionem supernaturalem, & cetera.*

*Driedoni et quorundam aliorum sententia impugna 187.*

*Christus Dominus ruina generis humani reparator.*

dignitati Christi cõsentaneæ esse arbitror. Vnde quoad dona omnia supernaturalia probari potest nostra conclusio, primò, quia quæadmodum per peccatum primorum parentum amisit genus humanum ius totum quod ad vitam æternam habebat; ita etiam omnibus subsidiis, quibus supra suam naturam ad eam eueni adiuuarique poterat, indignum effectũ est; neque quicquam in finem supernaturalem recuperat nisi per Christum, tantè ruinæ per sua merita perfectum reparatorem: vsque adeo verò genus humanum per peccatum corruit, indignumque euasit subsidiis omnibus ad vitam æternam, vt nisi Deus reparare illud per Christum constituisset, non secus primi parentes, commisso peccato, vnà cum ceteris donis, habitibus, etiam fidei & spei, supernaturalibus spoliati fuissent, ac demones, simul atque peccatorum, spoliatos remansisse credimus. Etenim quia demones reparandi nõ erant, continuo supernaturalia omnia dona amiserunt: in primis autè parètib; quia per Christum reparandi erant, ex meritis eiusdem Christi futuris, supernaturalis fides & spes, quas cum natura ipsa acceperant, permanserunt; continuo tamen reuelatus est illis mediator futurus, atq; adeo eorum fides ac spes, non solum in Deum, sed etiam in mediatorem futurum, sese extendunt; neque post lapsum primorum parètum aliter cuiquam mortalium contigit salus, nisi in fide mediatoris saltem implicita, neque aliud nomen fuit sub cælo datum hominibus, in quo oporteat eos saluos fieri, vt Petrus Actorum 4. testatur. Quia ergo genus humanum per lapsum primorum parentum ius ad vitam æternam omnino amisit, atque subsidiis donisque omnibus, quæ in Adamo acceperat, destitui meruit; eaque de causâ Christus omni ex parte perfectus nostræ ruinæ reparator constitutus est: sit, vt nullum donum, quod supra mortalium naturam ad vitam æternam modo aliquo adiuuet, siue sit fides, siue quæcunque alia dispositio ad gratiam, nisi ex Christi meritis recipiamus.


Secundo: Sacramenta nouæ legis à Christo instituta sunt, & ex meritis illius vim habet, per eaque tanquam per dispositiones meritũ Christi applicatur, vt gratia conferatur: ergo quòd fides & cetera supernaturalia dona, quæ ad primam gratiam disponunt, dispositiones sint quibus meritum Christi applicatur, & confertur prima gratia, non tollit, imò probat, meritis Chri-

sti ea ipsa conferri. Eodemque argumento aperte aduersus Driedonem conuincitur, in effectu integro prædestinationis aliquid, quod primam gratiam, adoptionemque filiorum antecedar, nempe sacramenta ipsa, à meritis Christi habere vim, & propter Christi merita hominibus conferri.

Tertiò: Ad Ephesios 1. ait Paulus: Benedictus Deus & pater Domini nostri I. E. S. V. Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in caritate: sed fides, & ceteræ dispositiones supernaturales ad primam gratiam, comprehenduntur nomine omnium benedictionum spiritualium; cum spirituales benedictiones sint: ergo ex meritis Christi nobis conferuntur. Quod confirmari rursus potest, tum ex eo quod in eodè capite subiugitur: In quo nos (inquit) sorte vocati sumus: vocatio autem sit per motus gratiæ: pruenientis, quæ primam gratiam antecedit: tum etiam quia Ecclesia conuersionem infidelium, & hæc omnia à Deo suis orationibus petit nobis donari per Christum Dominum nostrum. Vnde Bernardus sermone 12. in Cantica: Quicquid sapientiæ, quicquid virtutis te habere confidis, Dei virtuti & Dei sapientiæ deputa Christo.

Quartò: Christus, quatenus homo, est caput totius Ecclesiæ, non solum triumphantis, sed etiam militantis, meritis suis influens in totum corpus illius, sensum & motum omnem spirituales, atque adeo mortua membra ad vitam reuocans, corporique Ecclesiæ rursus vniens per fidem, atque efficiens membra, cum antea membra non essent: vnde ad Ephesios 4. ait Paulus: Qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in adificationem. Et paulò antè præmisit; Christum ascendentem in altum dedisse dona hominibus, & quosdam quidem dedisse Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, alios pastores & Doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in adificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatè fidei & agnitionis filij Dei. Quo loco aperte docet, etiã adificatio-

*Christus caput Ecclesiæ.*



nem & constructionem corporis Christi my-  
stici institutionemque hominum in eo per fidem,  
ad Christum tanquam ad caput pertinere: fit  
ergo, vt fides & cetera dona supernaturalia à  
Christi nostri capitis meritis in totum corpus  
Ecclesie descendant non verò sola gratia qua in  
filios Dei adoptantur.

Quinò ex sequentibus scripturæ locis eadem  
veritas colligitur. Ad Philip. 1. Vobis datum est  
pro Christo non solum vt in eum credatis, sed vt  
etiam pro illo patiamini: ergo fides ex meritis  
Christi confertur. Ad Heb. 12. Aspicientes in au-  
ctorem fidei, & consummatorem IESVM.  
Vnde Augustinus de prædestinatione sancto-  
rum cap. 15. Ille nos fecit credere in Christum,  
qui nobis fecit in quem credimus Christum: il-  
le fecit in hominibus principium fidei, & perfe-  
ctionem in IESV, qui fecit hominem princi-  
pium fidei, & perfectorem IESVM. Citaturque  
eundem locum Pauli. Item Ioan. 1. Vidimus  
eum quasi vnigenitum à Patre plenum gratia  
& veritatis, & de plenitudine eius nos omnes  
accepimus: porro veritas, quam ab eo accepi-  
mus, donum est fidei. Eiaia 53. Si posuerit pro  
peccato animam suam, videbit semen longæ-  
uum, & voluntas Domini in manu eius dirige-  
tur: id est, quicquid circa homines in vitam eter-  
nam supernaturaliter perducendos fieri consti-  
tuit, meritis eius executioni mandabitur. Vnde  
Hieronymus in eum locum: Voluntas, inquit,  
Domini in manu eius dirigetur, vt quicquid Pa-  
ter voluit, illius virtutibus impleatur. Et paulò  
inferius subdit: Quia laboravit, videbit Ecclesi. 5  
in toto orbe conflagrare, & earum saturabitur fi-  
de. Et infra: Vult ei Dominus ostendere lucem,  
vt omnes per se videat illuminatos. Consonat  
etiam cum loco citato Eiaia. Illud Ioan. 13.  
Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.

Postremò ex Concilio Mileuit. cap. 4. vbi ha-  
betur: Cum dicat Apostolus, Scientia inquit, ca-  
ritas verò edificat, valde impium est vt creda-  
mus, ad eam, quæ inquit, nos habere gratiam  
Christi, ad eam quæ edificat non habere; cum  
sit verumque donum Dei, & scire quid facere  
debeat, & diligere vt faciamus, vt edificat te  
caritate, scientia non possit inquirere. Sicut autem  
de Deo scriptum est: Qui docet hominibus scien-  
tiam scriptum est: Caritas ex Deo est. Deni-  
que in Concilio Trident. sess. 6. cap. 5. habetur:  
Declarat sancta Synodus ipsius iustificationis

exordium in adultis à Deo per Christum IES-  
VM præuenire gratia fundendum esse, hoc  
est, ab eius vocatione. Vbi expresse definitur  
præuenientem gratiam, qua adulti ad fidem vo-  
cantur, atque ad iustificationem disponun-  
tur, à Deo conferri per Christum IESVM.  
hoc est, ex meritis illius. Et cap. 6. docetur, Dis-  
positionem totam ad iustificationem per fidem,  
ipem, &c. esse per redemptionem quæ est in  
Christo IESV, atque adeo ex meritis Christi.  
Et cap. 7. dicitur: In ipsa iustificatione, cum re-  
missione peccatorum, hæc omnia simul infusa  
accipit homo per IESVM Christum, cui in-  
feritur, fidem, ipem, & caritatem. Quare senten-  
tiam Driedonis errorem esse in fide, non videtur  
dubitandum.

Illud etiam vehementer displicet, quod  
Driedo loco citato affirmat. Videlicet, non fuisse  
ex meritis Christi preparationes, quas longè  
ante Christum natum Deus in lege, in Prophe-  
tis, & in Psalmis præparauit, & revelauit popu-  
lo suo, missurum se Christum filium suum fu-  
turum redemptorem, lumen Gentium, virgi-  
nemque electam quæ pareret Emanuelem, sed  
esse solum gratuita quædam dona Dei. Hoc,  
inquam, vehementer displicet. Etenim certissi-  
mum est, Deum Patrem ex meritis Christi coo-  
perante Spiritu sancto corpus & animam Beatæ  
Virginis, vt dignum filij sui habitaculum effici  
mereretur, præparasse: gratia namque, qua ani-  
ma illa sacratissima ita aptata fuit, ex meritis  
Christi collata fuit. Gratia item, qua Abrahamus  
proprium filium immolare tentans ita Deo iu-  
benti placuit, vt Messias promissionem accipere  
mereretur, vtique ex meritis Christi etiam pro-  
fecta est. Denique fides & revelatio Christi  
venturi, qua fideles ante Christi aduentum ius-  
tificati sunt, & Ecclesia ad Christum facilius  
suscipiendum præparata fuit, meritis etiã  
Christi tribuenda est. Noxæ namque sua infinita  
sapientia Deus, ita quæ ad aduentum Christi  
necessaria erant præparare, vt non solum in  
Christum tanquam in finem, vt Driedo vult, ea  
ordinaret, sed etiam ex meritis Christi venturi,  
aut omnia, aut certe plurima disponderet, atque  
Ecclesie suæ donaret.

Quinta conclusio: Simpliciter est conceden-  
dum atque affirmandum, Christum causam esse  
nostræ prædestinationis, quoniam est causa,  
tum suorum meritorum ac miraculorum, tum  
etiam

Driedonis  
assertio  
alia con-  
uulsiur.

Quinta  
conclusio.

etiam eorum omnium quæ meritis Christi in  
nos emanant, quibus in vitam perducimur  
æternam, estque in seipso finis & exemplar no-  
stræ in sempiternam beatitudinem perducio-  
nis: quod verò incarnationis, sui que ipsius non  
sit causa, id non tollit quo minus simpliciter  
nostræ prædestinationis, quoad effectum, causa  
dicatur: præsertim cum is nostræ prædestina-  
tionis effectus in ipso met Christo includatur: &  
cum, quando simpliciter dicitur, Christum cau-  
sam esse nostræ prædestinationis quoad effec-  
tum, semper intelligatur, præterquam ipsius finet,  
vt ex se est satis perspicuum.

Pro solutione ergo argumentorum quæ initio  
disputationis proposita sunt, sciendum est,  
quod latius 3. parte quæ est, 1. artic. 2. ostendimus,  
nempe, ita Christum Dominum pro peccatis  
totius generis humani satisfecisse, dona que omnia  
gratiæ, quæ illi post lapsam peccatorum pa-  
rentum conferuntur, infinitaque alia, prome-  
ruisse, vt in nihilominus applicationem effectuum  
suorum meritorum certis quibusdam legibus  
alligatam reliquerit. Atque inde est, vt infinitum  
quod ille meruit, finite atque eo tantum modo  
generi humano applicetur, quo ille suis legibus  
applicandum distribuendumque constituit. Li-  
cet autem, inter alias, lex vna tam ex Patris,  
quam ex Christi, quatenus homo est, voluntate  
fuerit, vt cuique, facienti quod in se esset, nun-  
quam sufficiens supernaturalæ auxilium dene-  
garetur, quo ad gratiam perueniret, vitamque  
æternam consequeretur; quia tamen acquilli-  
mum erat, vt omnia sua merita Patris volunta-  
ti Christus per omnia subiceret, cuius humana  
voluntas paternæ quoque voluntati omnino con-  
formis erat; in multis quidem, prout Pater vo-  
luit, certas quaedam leges constituit, vt circa ef-  
fectus sacramentorum, & quod abique villo sa-  
cramento pro qualitate ac quantitate contritio-  
nis gratia conferretur, &c. at in plerisque aliis  
arbitrio Patris distributionem donorum, quæ  
promeruit, reliquit. Eaque ratione, ita Pater om-  
nia Christo dedit in manus, vt nihilominus vo-  
luntas Patris in manu Christi, hoc est, meritis  
& virtutibus Christi, dirigatur & impleatur, quæ  
suprà ex Eiaia explicatum est. Nihil ergo pug-  
nat, neminem venire ad Christum per fidem nisi  
Pater motione ac dono suo gratuito eum tra-  
zerit, vt habetur Ioan. 6 & nihilominus motio-

nem illam ac donum semper à Patre propter  
merita Christi conferri.

Ad argumenta igitur initio proposita, quate-  
nus cum nostris conclusionibus pugnare vide-  
buntur, dicendum est: Primum quidem proba-  
re optime, Christum non fuisse causam præ-  
destinationis nostræ quoad integrum eius effec-  
tum; eo quod sicut soli Deo, quatenus Deus  
est, conuenit prædestinare, ita ipse est pro-  
prium causam esse totius effectus prædestina-  
tionis, eo modo quo disputatione præcedente  
est explicatum. Id verò non tollit quominus si-  
mus à Deo prædestinati in Christo, & per Chri-  
stum, cuius meritis nobis conferre constituit cæ-  
tera omnia dona supernaturalia, quibus in vitam  
æternam perducimur, atque adeo non tollit, quod  
Christus sit etiam causa meritoria effectus præ-  
destinationis quoad cætera supernaturalia om-  
nia dona quæ integer prædestinationis effectus  
in se includit.

Ad secundum, quo Driedo suam confirmat  
sententiam, dicendum est: Augustinum verbis  
illis, totoque eo capite, hoc solum velle, quod si-  
cut Christus, qui caput & principium est nostræ  
prædestinationis, quoad fidem, & dona omnia  
supernaturalia quæ ex meritis ipsius nobis cõfe-  
runtur, nõ accipit merito suo, vt per incarnatio-  
nẽ simul esset homo & Deus, ita nos donũ fidei  
& iustificationis, aut regenerationis in Christo,  
nõ merito nostro, sed Christi accipimus: nõ ve-  
rò eam facit collationẽ, quod sicut Christus id  
non accipit ex meritis alienis, ita nos ex meritis  
Christi fidem & regenerationẽ in Christo non  
accipiamus; quin potius contrarium eo capite  
docet. Vnde mirandum est, quod ex citato Au-  
gustini testimonio ausus fuerit Driedo senten-  
tiam suam confirmare.

Ad tertium, concessa maiori, neganda est mi-  
nor. Ad probationem pro contraria parte, dicen-  
dum est, ideo homines dici iustificari gratis, &  
primam gratiam propriissimè cõparatione eor-  
um sortiri rationem gratiæ; quia quando nobis  
confertur, nulla ratione nobis debetur, ne ea  
sumus digni, neque Christus adhuc vllam ratio-  
nem debiti in nos transiit, sed merè gratis,  
quod ad nos atinet, ea confertur. Quod autem  
Christus eã meruerit, rationeq; meritorũ ipsius  
nobis tribuatur, nõ tollit quominus cõparatio-  
ne nostrĩ donum merè gratuitum dicendum sit.

Ad primũ  
argumẽ  
tum par-  
tis opposi-  
tæ.

Prædesti-  
nati in  
Christo  
quo pacto  
simus.

Ad secun-  
dum.

Ad tertium  
Gratia  
prima sũ  
eũ Chri-  
sti meritis  
nobis con-  
feruntur,  
est ratio  
donũ gratis  
nullam  
causam  
nobis  
debitam.



Quæ gratia præueniens simpliciter dicenda sit maior, datane Lucifero, an infimo ex Angelis prædestinatis.

Disputatio 3.



Viro quodam docto interrogatus sum, quæ gratia simpliciter sit dicenda maior & melior, illane quæ quamuis in genere entis & qualitatis sit minor, à Deo tamen præcognita est futura efficax atque idonea ad salutem ex libera cooperatione & perseverantia voluntatis eius cui conferatur: verò illa, quæ quamuis in genere entis & qualitatis sit longè minor à Deo tamen præcognita est futura inefficax ad salutem ex defectu liberæ cooperationis ac perseverantiæ voluntatis eius cui conferitur, ut in proposito exemplo de gratiis collatis Lucifero & infimo Angelonum prædestinatorum liquet.

Gratia præueniens quam latè sum assuro.

In titulo huius disputationis, nomine gratiæ præuenientis, comprehendimus etiam gratiam gratum facientem, & cetera supernaturalia dona habitualia, quæ, vt q. 14. art. 13. disp. 4. 1. dictum est, rationem gratiæ præuenientis sortiuntur comparatione sequentium operum, quatenus homini aut Angelo iam iustificato adiumento sunt, vt facilius bona opera efficiat, tentationibus resistat, atque à peccatis se contineat.

Vir ille doctus in eam partem, quod minor gratia entitatiæ præcognita futura efficax & idonea ad salutem, sit dicenda simpliciter melior ac maior gratia, argumentabatur.

Argumentum primum.

Primo, quoniam nemo sapiens non illam præhæret, si ipsi, futurorum conscio, optio ex duribus illis gratiis daretur. Nemo item non existimaret, se plus à Deo diligi, si à Deo futurorum præscio hanc potius quam illam impetraret. Nemo denique non mallet sibi à Deo conferri gratiam præuenientem collatam bono Latroni, aut minimo Angelorum beatorum, quam illam quæ Iudæ aut Lucifero collata fuit.

Secundò.

Secundò, quoniam alioquin vix apparet qua ratione Deus ex parte sua plus amaret prædestinatos, quam non prædestinatos: & quomodo non ex nobis, saltem aliquo modo, penderet prædestinatio in esse prædestinationis. Quomodo item plus Deo debeat electus, quam re-

probus: & denique quæ ratione Deo peculiarem gratiarum actionem debeamus pro gratia nobis idonea, futuraque efficaci ad salutem.

In partem verò contrariam argumentabatur: Primò, quoniam quæcumque gratia secundum se totam, & secundum omnes suos gradus est gratia: ergo quæ fuerit entitatiæ maior, erit melior & maior in esse gratiæ, atque secundum moralem æstimationem.

Gratia præueniens maior entitatiæ simpliciter melior, ac maius beneficium.

Secundò, quia licet Deus quando dat cuiusmodi gratiam entitatiæ & secundum se maiorem, præuideat eam ex defectu accipientis futuram inefficacem, ipse tamen illum non selegit, quia futuram inefficacem, sic enim salutem hominum insidiaretur, nec sincerè cuperet omnes saluari, sed eam selegit, quia maiorem tam sincerè, tamque ex animo, quam si ignoraret euentum futurum: si autem euentum futurum ignoraret, nemo dubitaret quin absolute maiore illum amore, gratia, ac beneficio prosequeretur, quem gratia maiori entitatiæ atque intensiùs (tamenti culpa accipientis futura inefficaci) donaret, quam illum alium: ergo idem nunc quod iudicandum est, quando Deus, præcius futurorum, eas gratias couert.

Tertiò, quia vix aliàs apparet quomodo ex parte sua tam sincerè voluerit saluare reprobos, quam electos, & qua ratione electio absoluta ad gloriam, non sit facta ante præuisionem meritorum, & electionem absolutam ad gratiam. Nam si ab æterno ante omnem præsentiam visionis magis dilexit Deus electum, quam reprobum, verbi gratia, Angelum Raphaellem, quam Luciferum (vt omnino dicendum videtur iuxta priorè sententiã) non apparet in quo plus eum dilexerit, quam quòd hunc absolute veller ad gloriam, non item illum.

Respondet: Gratiam præuenientem Lucifero collatam, cum qua à peccato non se continuit, longè maiorem fuisse, quam quæ Angelorum minimo donata fuit, cum qua in gratia perseverauit, vitamque æternam obtinuit, simpliciterque appellandam esse maiorem gratiam.

Que-

Quonia & gratia reuera est, habuitque in Lucifero non solù ratione gratiæ præuenientis comparatione sequentium actuum, quos elicit, atque vt se ab illo peccato contineret, à quo non abstinuit, sed etiam gratiæ gratum facientis: & maior in se gratia fuit, licet minus cum ea, immò nihil, quando in peccatum lapsus fuit, liberare sua ac nequitia cooperari voluerit. Neque est existimandum, in illis rerum circumstantijs, si gratiæ illæ præuenientes fuissent commutatae, & quæ infimo Angelo fuit præstita, collata fuisset Lucifero, & è contrario, quæ exhibita fuit Lucifero, concessa fuisset infimo Angelo, huic lapsurum fuisse, & Luciferum fuisse in gratia permanentem, aut gratiam, quæ data fuit Lucifero, fuisse à Deo illi largitam vt conuerteret, seque ipsum damnaret. sed potius donatam à Deo illi fuisse vt potentius ea à peccatis abstineret, intensiusque operaretur bene, atque ad maiorem gloriam perueniret.

Lucifer voluntate antecedente fuit magis dilectus, quam infimus Angelus prædestinatus: sed consequenter.

Ad questionem verò, quis eorum fuerit à Deo magis dilectus, dicendum est: Si loquamur de gratijs solim præuenientibus, voluntateque absoluta Dei eas illis conferendi, atque adeò de dilectione, qua statim eas illis conferre, reque ipsa in tempore eas conferendo, ipsos dilexit, longè plus dilexisset Luciferum, quam infimum Angelorum prædestinatorum: eò quòd longè maius bonum Lucifero, quam infimo Angelorum, ea ratione prælliterit. Si verò non sistamus in sola gratia præueniente, sed simul consideremus, Deum elargièdo infimo Angelorum minore eam præuenientè gratiã, prævidendoque illum in eò ordine rerum pro sua libertate ac stentuitate perseveraturum vsque ad vltimum vite terminum in gratia, voluisse simul illi absoluta consequenteque voluntate perseverantiam illam in gratia, atque augmentam in ea, & præmium vite æternæ: quæ tria, prævidendo Luciferum pro sua libertate lapsurum in peccata, eadem Lucifero voluntate consequente denegauit: dicendum est, absolute plus dilexisset infimum Angelorum, quam Luciferum: tamenti voluntate antecedente, dependenterque à libera cooperatione Luciferi, atque adeò si per illum non staret, plus cum dilexerit quam infimum Angelorum: eò quòd maiora merita, maioremque gratiam & gloriam ea voluntate illi experiret, ad eaque sua prouidentia verè, & non siccè, eum præordinauerit.

Ad primum nemo nescit.

Ad primam partem arguenti primi, negandum est antecedens. Neque enim, quòd auxilium præuenientis gratiæ futurum sit, aut non sit, idonea gratia ad salutem, vitamque æternam obtinendam, pronenit ex auxilio ipso, vt argumentum videtur supponere, sed prouenit ex nostro arbitrio volente aut non volente cooperari vt ad vitam æternam oportet. Neque certum est, imò est omnino ambiguum, an, si commutata fuisset gratia illæ præuenientes, quæ Lucifero, & infimo Angelorum collatae sunt, res è contrario essent euentura, vt supra dictum est, quin potius verisimilius est, infimum Angelum cum supernaturalibus donis Lucifero collatis intensius ac melius cooperaturum fuisse, peruenturumque ad maiorem gloriam, quam cum donis ipsi collatis: Luciferum verò cum minori auxilio gratiæ, existentibus naturalibus eodem modo, sub eisdem circumstantijs, similiter aut fortè citius ac foediùs peccaturum, cuius contrarium argumentum etiam supponit. Quare nemo sapiens nõ eligeret potius maius auxilium Luciferi, quam minus infimi Angelorum, sciens potentius ac magis adiuuari maiori quam minori, & penes ipsum esse cum veroque conuere, atque vsque ad vite terminum in gratia perseverare.

Ad secundam verò partem, negandum simpliciter est antecedens. Quis enim merito existimaret, se magis diligi à Deo, maiusque ab eo beneficium accipere collatione maioris auxilij, quam minoris, sciens illo se magis sub quibuscunque circumstantijs adiuuari, quam minori, à soloque suo arbitrio pèdere quoduis illorù efficax aut inefficax efficere. Et saltem nullus sapiens dubitare posset, sistendo intra solos limites gratiæ præuenientis, se magis à Deo diligi collatione maioris eiusmodi auxilij, quam minoris.

Ad tertiam verò partem simpliciter negandum est antecedens, supponit enim quoddam falsum, nempe, si euidam tertio exhibita fuissent auxilia infimi Angeli ac Luciferi, vel Latronis ac Iudæ, nimirum cum auxilio Luciferi, aut Iudæ, & perseveraturus vsque ad vltimù vite terminum in gratia cum auxilio infimi Angeli, aut Latronis: de qua re nihil omnino constat, sed vtrumque à libero illius arbitrio penderet, faciliusque itare ac proficere semper posset cum maiori quam cum minori auxilio.

Ad primam partem secundi argumèti dicendum



dum est, facile iam ex dictis constare, quam ratione Deus voluntate absoluta & consequente magis amasset predestinatos, quam non predestinatos: predestinatis enim tribuit simul perseverantiam, ac premium vite aeternae, dependentem tamen à libera eorum cooperatione, quam praevitit futuram; quae duo non predestinatis non voluit eo voluntatis genere: maius autem bonum est perseverantia ac premium vite aeternae, quam incrementum gratiae praevitientis, quod quibusdam non predestinatis voluit. Voluntate autem antecedente & conditionata, si per utroque non staret, necesse non est Deum plus dilexisse minimi predestinatorum, quam omnes reprobos, ut de Lucifero comparatione infimi Angelorum predestinatorum dictum est.

Ad secundam partem dicendum est, ea ratione predestinationem in esse predestinationis non pendere ex nobis, sed ex sola Dei misericordia: quoniam, quod Deus elegerit eum rerum ordinem, circumstantiarum, & auxiliorum, siue maiorum, siue minorum, in quo requidebat eos pro sua libertate salvandos, qui electione eius ordinis eo ipso predestinati sunt, vitamque aeternam pro sua libertate consequuntur, potius quam alium ex infinitis, in quo res aliter pro eadem ipsorum libertate habuisset, non fuit ex nobis, aut pro meritum & cooperationis nostrae qualitate, sed ex sola misericordia Dei. Quod autem in hoc ipso ordine salvetur, atque adeo quod is ipse ordo, quem Deus re ipsa elegit, rationem predestinationis comparatio-

ne cuiusque nostram sortiatur, & non solius providentiae adiunctam habetis reprobationem cuiusque nostrum, pendens fuit à cooperatione nostra praevitit pro nostra libertate tali futura, ut vitam in gratia in eo ipso ordine finiremus, cum pro eadem libertate cooperatio potuerit aliter esse futura, & utrumque supra latè est explicatum.

Ad tertiam simul & quartam partem iam facile patet, quia ratione plus Deo debeat predestinatus, quam reprobos. Cum enim, quod ipse predestinatus sit, pendat ex misericordiae Dei electione eius ordinis potius, quem re ipsa elegit, quam cuiusvis alterius, in quo res aliter habuisset, facile constat, plus Deo predestinatos ea parte ac simpliciter debere, quam reprobos, neque vquam pares gratias pro tam ingenti beneficio posse ei persolvere. In eo autem multorum reproborum ingratitudo maxima in Dei bonitatem ac misericordiam, eorumdem nequitia, ac iustissima Dei adversus illos ira & indignatio elucet, quod, cum de maioribus auxilijs gratiae in eo ipso ordine eis provident, quam multis ex predestinatis, quibus facilitas ad multo maiorem gloriam in eo ipso ordine peruenire potuerunt, quam multi ex reprobis, atque adeo cum longè plus antecedente voluntate, non ficta, sed vera, eos re ipsa dilexerit, ad maioremque beatitudinem per suam misericordiam eos praevititauerit, libertate sua, nequitia, ac culpa, ab eadem ad extremam deflexerint misericordiam.

**Virum ex parte reprobis detur causa reprobationis.**

*Disputatio 4.*

*Partis neg. argumenta primò.*



Vod ex parte reproborum nulla detur reprobationis causa seu ratio, sed in solam liberam voluntatem Dei eorum reprobatio referenda sit, probari potest primò, ex illo ad Rom. p. vbi Paulus de Jacob & Esau loquens ait: Cum nondum pari fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali (ut secundum electionem propositum Dei marent) non ex operibus, sed ex vocante dictum

est, quia maior seruiet minori: sicut scriptum est (Malachiae videlicet primo) Iacob dilexi. Esau autem odio habui. Ecce, quemadmodum Paulus de Jacob docet, non propter opera, siue merita sua, fuisse à Deo dilectum & predestinatum, ita quoque de Esau affirmat, non fuisse propter opera odio habitum ac reprobatum: ergo reprobatio non est propter peccata praevitit, atque adeo nec causam nec rationem ex parte reprobis habet.

Secundò,

*Secundò.*

Secundò, quia subiungit Paulus, Deum Exodi 33. dixisse Moysi, Miserebor cuius misereor, & misericordiam praestabo cui miserebor: hoc est, ut ait misericordiam cum quocunque voluerit, & prout mihi placuerit. Concluditque Paulus: Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Additque: Dicit enim scriptura Pharaoni, Quia in hoc excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam, & ut annuncietur nomen meum in universa terra. Rursusque infert: Ergo cuius vult miserebor, & quem vult indurare. Ecce, ex his omnibus perspicere habetur, Deum misereri cuius vult, & indurare quem vult, & non esse volentis aut currentis, sed miserentis Dei, excitationemque esse Pharaonem, ut Deus in eo repugnante divinis praeceptis ostenderet virtutem suam, & mirabilia signa efficeret quae in universo orbe praedicerentur: ergo sicut praedestinatio non est propter merita praevitit, ita neque reprobatio, sed in solam liberam voluntatem Dei ea reducenda est.

*Tertiò.*

Tertiò, quia addit Paulus: Dicis itaque mihi: Quid adhuc quaeritur? Voluntati eius quis resistit: Et quasi huic quaestioni annuens Paulus, negotium non minus reprobationis, quam praedestinationis, ex sola libera voluntate Dei pendere, responderet: O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmècum ei, qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus lutum, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Quod si Deus volens ostendere iram, id est, iustitiam suam vindictivam, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa ita apta in vasa misericordiae, quae praeparavit in gloriam, supple, Quis enim culpabit? aut quid habet homo quod incuset? Ecce, Paulus innuere videtur aperte, negotium reprobationis pendere totum ex sola libera voluntate Dei, in cuius potestate non minus fuit, absque cuiusquam iniuria, facere ex eadem massa per praedestinationem quosdam vasa honoris, quosdam per reprobationem vasa contumelie, quam in potestate figuli sit ex eadem massa lutum quaedam vasa in honore, quaedam in contumeliam effingere. Causam praeterea reprobationis causasse affirmat, ut in reprobis splendat in aeternum divina iustitia, quemadmodum in praedestinatis divina misericordia elucet: sit ergo, ut


reprobatio non fuerit propter mala merita praevitit, sed ex sola libera voluntate Dei fuerit dependens.

Ad huius rei intelligentiam sciendum est: Circa unumquemque reprobum aduitem triplicem actum voluntatis divinae, nostro intelligendi more, esse distinguendum. Primus est, voluntas permitendi ea peccata, propter quae ille excludendus est à beatitudine, supplicisque aeternis mancipandus. Quem aduitem, tanquam effectus, sequitur ipsa permissio eorumdem peccatorum in actu. Secundus est, voluntas obdurandi peccatorem usque ad finem vite in eisde peccatis iam commissis, hoc est, voluntas non conferendi illi ea auxilia cum quibus resurget. Hunc actum consequitur similiter in tempore, tanquam effectus illius, obduratio ipsa. Tertius est, voluntas excludendi eundem reprobum à regno caelesti tanquam eo indignum, deputandique illum supplicis aeternis propter peccata in quibus ad vitam terminum praevitit peruenimus. Quem actum consequitur in tempore, tanquam effectus illius, exclusio ipsa à regno caelesti, mancipatioque supplicis aeternis quando haec fiunt.

Hi omnes tres actus in eo conveniunt, quod singuli supponit praevitit esse à Deo ea peccata pro libertate talis adulti futura, tanquam radicem quod circa illum versentur, diversis tamen modo. Voluntas namque permitendi peccata supponit Deum ea praevitit futura pro libertate talis adulti, non simpliciter, sed ex hypothesi quod ipse ea non impediat. Nec voluntas permitendi peccata est aliud, quam voluntas ea non impediri. Ut enim Deum permittere peccata, non aliud est, quam ea non impedire, cum possit, ac praevitit futura, qua de causa ratio permissionis posita est in illo primo, praevitit illis alijs duobus, ut art. 2. huius quest. & q. 19 art. 11. explicatum est: ita voluntas divina permitendi eadem peccata, nihil aliud est, quam velle ea non impedire, cum possit, & praevitit pro libertate arbitrij creati esse futura, nisi ipse impediat. Quo fit ut tam permissio peccatorum adulti, quam voluntas ea permitendi, tanquam radicem supponant, Deum ipsa praevitit futura pro libertate talis adulti, non simpliciter, sed ex hypothesi quod ipse, ut potest, ea efficacioribus alijs auxilijs non impediat. Quia ergo siue his maioribus auxilijs potest adultus ea vitare, tum quia Deus nunquam denegat auxi-

*Triplex voluntatis divinae actus circa quemlibet reprobum.*

*Voluntas permitendi peccata, non aliud est, quam ea non impediri in Deo.*





*Perditio  
cur ex peccatore.*

*Obduratio  
quid sit.*

*Deus peccatorem  
duobus  
modis obdurat.*

*Quid sit  
obduratio  
quid sit  
quid sit  
quid sit  
quid sit*

lia ad id necessaria, tū etiā quia, si nō posset ea sine illis vitare, eo ipso peccata non essent: consequens est, vt quando Deus peccata permittit, perditio peccatoris non sit ex Deo ea permittente, sed solum ex ipso: peccatore, cui semper subditus manet appetitus peccati, eique ita dominatur, vt, si velit, ea possit evitare.

Voluntas verò obdurandi peccatorem, tanquam radicem, supponit, Deum prauideri, tum peccatorem futurum te ipsa in peccatis, quae ipse fieri permittit, tum etiam, ex hypothesi quod, post commissā talia peccata, velit illi conferre cetera quaedam auxilia, cum quibus, si vellet, posset resurgere ab illis, & non alia maiora, aut diuersa, quibus ad resurgendum non indiger, futurum omnino esse nequitia talis peccatoris, vt non resurgat. Et tunc voluntas diuina non conferendi illi maiora illa alia aut diuersa auxilia, cum quibus Deus prauideri eum surrecturum, est voluntas obdurandi. Obdurare verò non est aliud, quam, post commissum ab eo peccatum, Deum non conferre auxilia cum quibus prauideret eum surrecturum. Quo fit, vt Deus peccatorem nō obduret, aliquam apponēdo diuitiē, sed propriam ipsius peccatoris non tollendo, iuxta illud ad Rom. 2. Secundam duritiam tuam, & impoenitens cor tuum, thesaurizas tibi iram. Duobus verò modis obdurare dicitur, vno, si non tribuat maiora aut alia auxilia, quibus eum prauideret peccatorem emolliendum ac sanandum: cum tamen semper relinquat ea cum quibus emolliat & conuerti possit, si velit, iuxta id quod ante testimonium citari praemisit Paulus: An diuitias, inquit, bonitatis eius, & patientiae, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Vbi consequenter subiungit: Secundam duritiam tuā, & impoenitens cor tuum, &c. Aliero, cum subtrahit de auxiliis, permittitque tentationes & occasiones grauiorē peccandi, quibus & propria diuitias maiores vires assumit, & difficultior redditur conuersio, id quod esse solet in poenam iustissimam praecedentium delictorum. Porro quando hoc secundo modo Deus obdurat, nō solum obdurat & obdecat peccatorem dicitur, quod etiā obduratis primo modo commane est, sed etiam tradere eos in desideria cordis eorum, eosque derelinquit, aut etiam despicere. Id quod extremum est poenitentiam omnium, quas Deus ob antecedentia delicta in hac

vita infligit. Nunquam tamē Deus ita obdurat, excoquat, tradit in desideria cordis, despicit, aut derelinquit, vt non relinquat auxilia, cum quibus, si peccator vellet, efficeretque totum quod poest, conuenteretur, misericordiamque ab eo obtineret, vt quart. 14. art. 13. disp. 10. late demonstratum est. Id etenim & stans ipse via postulat, ad prouidentiamque Dei circa omnes in vitam aeternā spectat, & Christus redemptor posteris omnibus Adami obtinuit, vnaque ex legibus, quas ex Patris voluntate, vt merita passionis suae mortalibus applicarentur, cōdidit, ea fuit, vt cuique faceret quod in se esset, tantum cum minimū auxiliū conferretur, quantum ad eius iustificationem ac salutem esset necessarium, vt saepe dictum est.

Voluntas autem excludēdi peccatorem à regno caelesti tanquā eo indignum, deputandique illum supplicii aeternis, veluti radicē, supponit, tū peccata quae prauideret Deus talem adultum pro sua libertate & nequitia cōmissurū, tū etiam in eisde ipsius reprobi persequerantiam vsque ad terminū vitae, quā, post obdurationem iuxta sensum explicatū, prauideret ex libertate & nequitia eiusde futuram. Vt enim Deus in tēpore nullum adultū excluderet à regno caelesti, mancipabitque cruciatibus aeternis, nisi propter delicta propria, in quibus vita terminabit. Ita neque ex aeternitate aliter voluit quemquā eo pacto punire, quā propter eadē peccata, & perseverantiā in illis vsq; ad finē vitae, quae ex propria cuiusque libertate futura praenidit. Quo fit, vt omnes illi tres actus voluntatis diuinae, tanquam radicem quod circa adultum versentur, supponant peccata libertate ipsius, modis paulo ante explicatis, prauitā futura.

Interest verò, tum inter tres actus propositos inter se, tum etiā inter effectus eorū. Quod voluntas permittendi peccata, permittitque ipsa, esse potest nō propter culpā aliquā, quasi in poenam, sed ex sola libera voluntate Dei. Etenim quod Deus Adami, aut cuiusuis alterius adulti, primum peccatū ex aeternitate voluerit permittere, ac tandem in tempore permiserit, nō fuit propter aliquam culpam, atque adeo neque in poenam. Quauis enim prius sit, Deum prauideri iustū libertate sua iururū in peccatum, ex hypothesi quod ei aliis maioribus auxiliis nō subueniatur, quam Deum, voluntate non conferendi illi ea auxilia, velis eius peccatum permittere,

*Permissio peccati  
quid sit  
quid sit  
quid sit  
quid sit*

*Poenam  
Deus nec  
ante culpam  
cum  
missam  
nec sine  
culpa infligit.*

*Obduratio  
semper  
esse potest  
in poenam  
praecedentis  
culpa.*

*Proprie  
dicta  
obduratio  
quoniam  
fit.*

mittere, nihilominus prius est, Deum denegatione eorum auxiliū permittere peccatum, quā peccatorem in illud incidere: quandoquidem conditio antecedens, sine qua peccatum illud non esset, ea sit, quod auxiliis non impediatur. Cum ergo Deus, neque sine culpa, neque ante culpam commissam, poenam infligit, vt disputatione 1. membro 5. ostentum est, fit, vt neque permissio primi peccati Adami, aut cuiusuis alterius iusti, neque voluntas Dei aeterna illud permittendi, fuerint in poenam propter aliquam culpā, sed solum ex libera voluntate Dei profecta sint. Permissio autē peccatorum, quae post gratiam amissam committuntur, esse solet in poenam praecedentium delictorum: eaque de causa dici consuevit, vnum peccatum posse esse poenam alterius peccati praecedentis.

Voluntas verò obdurandi peccatorem, atque obduratio ipsa, semper potest esse in poenam propter culpam. Cum enim peccator non dicatur obdurari quando primò peccat, & à gratia decidit, sed postquam peccauit, si ei nō conferantur auxilia, sine quibus sua negligentia non resurget, dicitur obdurari in peccato iam commissio, fit, vt semper obdurationem antecedit culpa lethalis, in cuius iustam poenam possit infligi, atque adeo fit, vt voluntas Dei aeterna ita obdurandi semper esse possit in poenam propter eandem culpam. Hoc modo Pharaō maiori ac maiori auxiliū subtrahente in poenam antecedentium delictorum, magis ac magis fuit in peccatis obduratus: eodemque modo in poenam praecedentiū delictorum consueuerunt peccatores tradi in desideria cordis sui, vt de Gētibus, quae cum Deum agnouissent, non sicut Deum glorificauerunt, docet Paulus ad Rom. 1. & derelinqui à Deo, ac despicī. Dixi, obdurationem posse semper esse in poenam antecedentis delicti, & non dixi semper ita euenire. Quoniam, cum auxilia gratiae merē gratis à Deo conferantur, poterit Deus cōferre peccatoribus pauciora auxilia vno tēpore, quā alio, & pauciora illi qui minus, quā illi qui magis peccauerunt, non habita ratione, vt id fiat in poenam praecedentium delictorum, sed pro suae tantum voluntatis beneficentia.

Sunt verò hoc loco nonnulla animaduertenda. Primum est, quando peccator casu aliquo statim ac incidit in peccatum, quo à gratia decidit, è vita discedit, non proprie dici obdurari

in peccato commissio: neque Paulus affirmat, Deum vnuerfum vel misereri singulorum peccatorum, vel eos indurare, sed solum misereri cuius vult, & indurare quem vult.

Secundum est, quando commissio peccato, Deus non solum non subtrahit de auxiliis, sed etiam misericorditer vocat, & peccator renuit, potius esse dicendum peccatorem perseverare ex te ipso durā aduersus Deum inuitatē, ac emolliere nitentem, quā à Deo obdurari. Quauis in eo etiam sensu Deus, admodum tamen improprie, dici possit cum obdurare, quatenus non ea multiplicat & auget auxilia, quibus eum prauideret esse emolliendum, ac tandem conuertendum. In quo sensu dici etiam potest, peccatorem, de quo in praecedēte §. loquebamur, indurari à puncto peccati commissi vsque ad primum, non esse animae in corpore.

Tertium est, fieri posse, vt ex duobus in lethali peccato cōstitutis, pulsante Deo vnum maiori- bus auxiliis gratiae praenidit, quā alū, pro libertate arbitrii vtriusque is resurgat qui minoribus, is verò perseveret durus qui maioribus auxiliis excitatur & iuuatur. De fide namque est, in facultate arbitrii cuiusque positū esse, consentire aut non consentire Deo excitanti, & inuitanti, vt in concilio Trid. sess. 6. c. 5. & can. 4. definitū est. Confirmari etiam potest, quoniam Tyrij & Sidonij conuicti fuissent, si eis data ea auxilia fuissent, cū quibus habitatores Corozain, & Bethsaidae cōuerti noluerunt, id quod quaedam ex parte nostram assertionem confirmat.

Postremum est, existēribus duobus in lethali peccato, atque adeo indignis auxilio & gratia Dei, quod Deus subueniat vni ea auxilia largiendo, cum quibus prauideret illuminandum, emolliendum, ac conuertendum, ac proinde quod Deus ea ratione illius miseretur, eumque te ipsa educat de miseria peccati; alteri verò vel subtrahat de auxiliis, semper tamen illi relinquo sufficentia, vel non tribuat ea, cum quibus prauideret sanandum, sed eum in propria duritia ac miseria peccati derelinquat, non esse ex eorum meritis, sed ex mera libera voluntate Dei, qui absque cuiusquam iniuria distribuit sua dona prout vult, & cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

Denique voluntas diuina excludēdi aliquem tanquam indignum à regno caelesti, eumque cruciatibus aeternis mancipandi, semper est in poenam

penam propter culpam, in qua Deus prauiderit illum e vita discessurum : quemadmodum etiam exclusio ipsa, atq; mancipatio, cum in tempore fit, semper est propter culpam commissam, in qua peccator e vita discedit. Vt enim Deus non conferat premium vite eterne nisi propter bona merita antecedentia, ita neque penam aeternam, nisi propter mala merita antecedentia.

*Prima conclusio.* Reprobationis datur causa meritoria ex parte reprobati, videlicet lethalis culpa, in qua prouidetur e vita discessurum, siue ea sit originalis tantum, siue actualis tantum, siue vtraque simul, vt in infidelibus adultis solet enenire. Probatur conclusio, quoniam licet reprobatio exigat, tanquam conditionem sine qua non esset, voluntatem diuinam permittendi, vel peccatum actuale reprobati, propter quod damnandus est, vel peccatum primi parentis, ex quo originis peccatum, propter quod a regno excludendus est paruulus, initium habuit; requirit praeterea voluntatem obdurandi peccatorum vsque ad finem vite in peccato, propter quod est damnandus, quatenus nisi Deus permittere vellet tale peccatum, in eoque obdurare peccator e vsque ad finem vite, quemadmodum in vite termino careret peccato, ita reprobatus non esset; nihilominus reprobatio in nullo illorum actuum est posita, sed solum in actu voluntatis diuinae excludendi talem peccatorem a vita aeterna, tanquam ea indignum, aut etiam mancipandi simul eum supplicii aeterni, si in actuali peccato prauideatur e vita discessurum, vt art. 3. late ostensum est: cum ergo voluntas ita prouidendi peccatorem sit propter culpam, in qua prouidetur e vita discessurum, vt paulo ante ostendimus, omnesque facerunt, vt quoad effectum reprobationis hoc modo sumptis, nepe quoad exclusionem a vita aeterna, aut etiam deputationem ad supplicia aeterna, causa meritoria ex parte reprobati inueniatur.

*Qui ad idem locum scribitur.* Nostra conclusio est etiam Scoti in primo, d. 41. Henrici d. 40. qu. 1. Caietani hoc loco, Ferrar. tertio contra Gentes, c. 161. Nicolai Grandis in cap. 3. epistolae ad Hebraeos, Maio, in primo, d. 41. quaest. 1. Syl. in cofatis, Scoti in cap. 9. Epistolae ad Rom. quatenus ad calcem quatuor Sententiarum, ex eo capite fuerit anceps, quod non improbabile iudicauerit, reprobationem includere actum voluntatis diuinae permittendi peccatum reprobati, atque adeo permissionem ipsam includi in

effectu reprobationis. Est etiam Augustini in locis quae disp. 7. meeb. 8. citauimus. Vnde Epistolae 105. ad Sixtum, Quatinus, inquit, causam praedestinationis, nec inuenimus; reprobationis autem causam quatinus, & inuenimus, Augustinus tam e causam reprobationis esse voluit peccatum originis, vt membro citato explicatum est. Illi etiam omnes in conclusione proposita consentiunt, qui praedestinationis causam aut rationem dari affirmant ex parte praedestinati, & plerique alij. Imo Magister Sententiarum in primo, d. 41. D. Thom. & quotquot negant dari rationem reprobationis ex parte reprobati, nobiscum conueniunt, si reprobatio id solum sit, quod paulo ante diximus: dissentit vero, quod nonnulli, in quibus est D. Thom. & quidam alij, arbitrantur reprobationem includere etiam voluntatem diuinam permittendi peccata, propter quae quis est reprobandus, atque adeo permissionem eiusmodi peccatorum computandam esse inter effectus reprobationis, vt art. 3. explicauimus. Carteri vero cofingunt, Deum ante omnem praedestinationem, etiam antequam quicquam de bonis vel malis meritis hominum cogitaret, elegisse quosdam, vt eis vitam aeternam conferret, alios vero omnes reiecit, vt in eis iniustitia diuina vindicativa splenderet, atque in eo actu reformationis ac reiectionis positam esse affirmant rationem reprobationis. Nos vero art. 3. aperte, ni fallimur, ostendimus, reprobationem in eo solo actu esse positam, quem omnes causam meritoriam ex parte reprobati habere consentunt.

*Secunda conclusio.* Si reprobatio includeret non solum voluntatem diuinam excludendi reprobatum a vita aeterna tanquam ea indignum, deputandique eum supplicii aeterni, sed etiam voluntatem permittendi ipsius aut primi parentis peccata, propter quae est damnandus, obdurandique in eisdem vsque ad finem vite, vti que, quoad integrum effectum reprobationis, non darentur causa ex parte reprobati, sed condicio duntaxat, sine qua, sicut ipse vitam non finiret in peccatis, ita neq; in Deo praecessisset ipsius reprobatio.

In priori parte huius conclusionis conuenimus cum D. Thoma. Cum enim voluntatis permittendi primum peccatum Adami, aut cuiusuis alterius iusti, hoc est, non conferendi illi auxilia quibus Deus prouidebat peccata illa fore impedienda, nulla detur causa ex parte eorum, sed

*Secunda conclusio. Reprobationis, quoad integrum effectum, an detur causa ex parte reprobati.*

id solum in liberam Dei voluntate referendum sit, vt paulo ante ostensum est; fit, vt si reprobatio includat voluntatem diuinam permittendi reprobati aut primi parentis peccatum, propter quod reprobatur, non detur causa ex parte reprobati, quoad integrum reprobationis illius effectum. Etenim eo dato, permisso peccati primi parentis, aut cuiusuis alterius, propter quod reprobatus a gratia decidit, ac damnatur, includitur in integro effectu reprobationis illius, talisq; permissionis nulla erit causa ex parte reprobati.

Posterior vero pars probatur, quoniam non solum voluntas excludendi reprobos a regno caelesti pendet ex eo, quod eorum propria aut primi parentis libertate habituri sint in termino vite peccata, propter quae digni sint vt ita excludantur, sed etiam voluntas permittendi tam peccatum primi parentis, quae peccata propria reprobatorum, pendet ex eo, quod tum primus patris, tum etiam ipsi, nisi aliis auxilijs adiuuaret, inuicta sua libertate sint commissuri illa. Deusque id praeficiat: voluntas item obdurandi adultos in peccatis, vsque ad finem vite, pendet, cum ex eo quod ipsi sua libertate sint peccaturi, tum etiam ex eo, quod cum auxilijs, quae Deus statuit illis conferre, sanandi non sint, & vtrumque Deus praeficiat, vt paulo ante explicatum est: ergo quod primus patris, aut reprobus ipse, commissuri essent peccata, propter quae reprobus est damnandus, & quod reprobos adultos cum auxilijs, quae Deus statuebat illi conferre, non deberet resistere, cum vtrumque pro libertate arbitrij eorum posset non euenire, fuit conditio, sine qua sicut reprobos non finiret vitam in peccatis, ita nec etiam actus illi in Deo praecessissent, atque adeo neque ipsius reprobatio.

*Tertia conclusio.* Reprobationis certis modo vnde.

Tertia conclusio: Cum voluntas Dei permittendi, tum peccatum primi parentis, tum etiam caetera peccata reprobatorum, pendeat ex diuina praesentia, qua ex hypothese quod huc ordinem rerum vellet condere, nec conferre alia auxilia, per medium scientiam inter libera & merè naturalem, prouidit futura eiusmodi peccata: cum item voluntas obdurandi adultum in peccatis, vsque ad finem vite, ex simili praesentia pendeat, qua ex hypothese quod constitueret non conferre illi iam lapsio in peccata alia auxilia quam quae conferre decreuit, prouidit cum in peccatis discessurum: cum denique non quia Deus praeficiat ea omnia ita futura, ideo futura

erant, sed e contrario, quia pro libertate arbitrij humani erant futura, ea aliterudine sine scientia praesentia: fit in primis, vt in effectibus voluntatis diuinae, tum permittendi ea peccata ob quae reprobati ex certitudine sunt reprobati, tum obdurandi in peccatis iam commissis reprobos adultos vsque ad finem vite, tum denique in effectibus totius reprobationis diuinae quocunque modo spectata; nulla alia sit certitudo, quam diuinae praesentiae, per quam, ob eius infinitam omnibus modis perfectionem, certò in arbitrio creato penetravit Deus, quod in te omnino ambiguum ac incertum esset: fit deinde, vt in concilianda libertate arbitrij nostri cum aeterna Dei reprobatione nulla alia sit difficultas, quam in eadem concilianda cum aeterna Dei praesentia, non sicut se de praedestinatione dictum est.

*Reprobatio certis modo vnde.*

Ex dictis facile erit intelligere, decretum voluntatis diuinae, quo (postea praesentia communi quae futura erant) hunc totum ordinem rerum & auxiliorum, qui a constituitur rerum, vsque ad consummationem seculi decernit, ex aeternitate elegit, comparatione Iuda reprobati, verbi gratia, quatenus fuit voluntas creandi eum in beatitudinem, conferendisque illi ea media, cum quibus, si per eum non staret, ad eam perueniret, habuisse rationem prouidentiae circa illum in beatitudinem dirigendum: quatenus vero Deus, prouidendo eius ruinam, nihil impediens auxilijs & medijs quae illi constituit conferre, noluit ei conferre alia cum quibus prouidebat non ruiturum, habuit rationem voluntatis permittendi eandem ruinam, siue peccata: quatenus autem in penam quorundam delictorum (maximè grauissimae illius conditionis) iustissime statuit auferre de auxilijs, quae alias illi fuerat collaturus, grauioresque tentationes permittere, prouidendo illum non resurrecturum, quin potius peccata peccatis additurum, ac tandem de salute desperaturum, habuit rationem voluntatis cum obdurandi, exsecrandi, detestandi, atque despicendi: quatenus denique, prouidendo eum terminatum viam in peccatis, iustissime statuit eundem excludere a regno caelesti, propter eandem peccata, ac punire cruciatibus aeternis, habuit rationem reprobationis.

*Ad tria arg. ex D. Lonto de f. impijs responde tur in ge. at non neri.*

Ad tria ergo illa argumeta ex Paulo ad Rom. 9. proposita, in primis in genere dicendum est, Paulum loqui quidem illis in locis de reprobis; vt in ge. at non neri.

at non semper, quoad actum, in quo propria reprobationis ratio est posita, sed quoad duos priores actus voluntatis diuine antecedentes, quos vnà cum praescientia vsus liberi arbitrij hominis reprobati, tanquam conditiones omnino necessarias, vt explicatum est, praexigit reprobatio: nempe quoad actum voluntatis permittendi peccata, propter quae sunt reprobati, tum etiam quoad actum obdurandi ad huc vsque ad finem vitae in peccatis commissis.

Ad pri-  
mum.

Deinde ad primum dicendum est, disputatione r. memb. 9. ante quintam conclusionem non obscure explicatum esse, Paulum eo loco nomine Iacob & Esau, intellexisse ex vna parte synagogam cum suo stipite, ex alia vero populum ex Esau propagatum cum suo capite: dilectionemque Iacob positam fuisse in voluntate conferendi synagoga, & stipiti illius, tot ac tam praecleara subsidia in vitam aeternam, quot illis donauit; quorum interuentu Iacob, plurimique ex eius posteris, qui ad Ecclesiam synagogae pertinuerunt, praedestinati perfluerunt, quia praeuidebat eos talibus auxiliis erectos accedente propria libertate adepturos vitam aeternam. Quod verò ad rem praesentem attinet, dicendum est, odiu Dei erga Esau nihil aliud esse hoc loco, quam Deu tam illi, quam posteritati eius, noluisse conferre similia subsidia: quare nomine odij intelligit Paulus tum voluntate permittendi eorum peccata, tum voluntatem eos obdurandi in peccatis, propter quae, & soboles in seruitutem erat redigenda, & tam parens quam posteritas iuste erant damnandi, cum in potestate ipsorum fuerit, tum ea vitare, tum ab illis resurgere per auxilia à Deo collata, & alia, quae praestare erat paratus, si illi, quod in se erat, facere voluissent; non verò intelligit voluntatem excludendi eos à regno caelesti, ac deputandi praemis aeternis, in qua sola, vt explicatum est, ratio reprobationis illorum est posita. Quem admodum autem non fuit ex bonis meritis Iacob, aut synagogae, quod Deus conferre illi voluerit maiora illa subsidia, quibus Iacob, plurimique posterorum fuerunt praedestinati, ita non fuit ex malis meritis Esau, & posterorum, quod noluerit illis conferre similia subsidia, sed alia, quibuscumque, vel non peccare, vel, si peccarent, à peccatis resurgere potuissent, & vitam aeternam obtinere, cum tamen Deus praeuideret libertate,

atque nequitia eorum nihil illorum esse futurum, Itaque non velle Deum Esau bona, quae voluit fratri Iacob, maxime cum praeuideret, nolendo illi similia bona futurum, vt conuerteret in peccata, propter quae soboles iuste seruire deberet, & iuste cum progenitore damnanda esset, appellat Paulus odium Esau. Qua in re non solum D. Thom. hoc loco art. 3. in responsione ad primum, nobiscum ex parte consentit, dum ait: Deum non velle alicui bona beatitudinis, quae vult alteri, esse illum odio habere, sed etiam si quis est vsurpatio vocabuli, odium, in scripturis facis in eadem significatione, vt idem sit, ac non velle vni bonum, quod alteri volumus, quae magis diligimus. Matth. enim 6. ait Christus: Nemo potest duobus Dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit, &c. quo loco praefert vnum alteri in dilectione ac obsequio, appellat habere odio, & contemnere alteru, cui ille alius praefertur, Luc. 14. Siquis, inquit, venit ad me, & non odit patrem & matrem, &c. non potest meus esse Discipulus; quo loco sanè non praecipit odium patris ac matris, contra ius naturae, quantumque praecipit decalogi; sed praefert Christum in dilectione patri ac matri, est odium habere patre ac matrem. Eadem phrasi dicitur vsus odio habere animam, hoc est, vitam corporis, quando propter Deum, vitamque aeternam, se periculis obicit, iuxta illud Ioann. 12. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Exodi etiam 22. Visitans, inquit, Deus iniquitatem in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, id est, qui peccando voluntatem suam nec praetulerunt, eaque ratione me spreuerunt. Vt missa faciam alia scripturae testimonia.

Ad secundum dicendum est, solum probare, quod è duobus peccatoribus ope diuina ac misericordia indignis, Deus miseretur vnus, praedestinando ex aeternitate ea auxilia, cum quibus praeuider illuminandum, emolliendum, ac perducendum in gratiam, eademque in tempore conferendo (misereri namque proprie est conferre subsidia, quibus peccator à miseria, in qua est, eruat: quare misericordia, de qua Paulus loquitur, supponit peccatorem, cui Deus eam impertitur, esse in miseria peccatorum propria sua culpa.) Quod verò alterum obduret non conferendo auxilia, sine quibus praeuider, cum spon-

Ad secun-  
dum.

te sua à peccatis non surrecturum, aut etiam in poenam aufertendo partem auxiliorum, non esse volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, qui cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Etenim id, vt supra ostensum est, non aliam habet causam, quam liberam voluntatem Dei, qui absque cuiusquā iniuria, distribuit sua dona prout vult; maxime cum nulla antecederet merita, sed demerita, semperque relinquitur auxilia, quae, si peccator velit, ad salutem sufficiunt. Quare quod Deus ea media praedestinauerit Sauli ea media, quae per liberum illius arbitrium praeuidebat futura inefficacia, eò quod praeuideret, dum Samuel peccatum obiceret, cum praefert superbia excusationes adhibitorum, non veniam petitorum, fuit ex libera voluntate Dei, qui absque iniuria potuit denegatione maiorum, aliorumque auxiliorum, eum obdurare, illum in sua propria dicitur relinquendo. Non ergo in illis verbis Pauli mentio vlla facta est actus reprobationis, sed solum obdurationis. Quo fit, vt nulla ratione inde colligatur, reprobationem non fuisse propter peccata reprobatoru praeuisa. Illud verò quod additur, Deum excitasse Pharaonem, vt in eo ostenderet virtutem suam, per ea signa, quae exhibuit ad egressum filiorum Israel, & vt nomen Dei annuntiaretur in vniuersa terra, solum significat, Deum in eos fines, inter alios, constituisse creare Pharaonem. & si praeuideret futurum eum talem per suum arbitrium, deflexurumque à fine alio sempiternae felicitatis in quem condebat, in eisdemque fines constituisse permittere peccata illius, eumque ita iustissime obdurare. Adeo enim bonus est, iuxta Augustinum in Enchiridio cap. 100. vt non fineret fieri mala, nisi vt inde sua omnipotentia eliceret bona.

Ad tertium dicendum est, Paulum in iis, quae in eo argumento adducuntur, supponere, quae in praecedenti argumento explanauimus. In primis tam eum, qui obduratur, quam eum cuius Deus miseretur, esse in peccatis propria sponte &

libertate commissis, Deumque neutri derogare auxilium, quod, vt respicitur & conuenit, sit sufficiens: id quod non solum de Pharaone colligitur aperte ex ipsamet scriptura Exodi, vt quae est, 14. art. 13. disp. 10. late ostensum est, sed de obduratis omnibus, de quibus Paulus loquitur, est manifestum, ex iis verbis quae subiungit: Sufficit in multa patientia vas irae apta in interit: id est, expectauit in multa patientia respiciendum & poenitentiam, quam vtrique non expectasset, nisi in illorum esset potestate, Deusque praesto esset conferre illis auxilium sufficiens. Deinde supponit, Deum vni ex peccatoribus, qui sponte propria in peccata incidierunt, misericorditer velle ea auxilia, cum quibus praeuider conuertendum; alteri verò non velle ea, cum quibus praeuider conuertendum, quod est velle eum obdurare: atque inde oritur quaestio, de qua sermo est in argumento: quae plane hominum est superba ac irreuerenter presumptum disceptare cum Deo, nec securè bonitati ac dispositioni illius se committentium, quae eo ipso, quod à Deo est, non potest non esse iustissima & aequissima, esto supra captum sit nostrum. Quaestio itaque coru est: Si Deus ei, quem obdurat, non vult ea auxilia, cum quibus praeuider conuertendum, sed alia, cum quibus re ipsa non conuertetur, eritque obduratus; quid adhuc quaeritur? Voluntati eius quis resistet? Huius quaestio responder Paulus, retundens primò eorum superbiam & praesumptionem, quod cum Deo ita audeant loqui, aequissimaque eius iudicia ac dispositiones examinare, dicens: O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas, in honorem, aliud verò in contumeliam? Quasi dicat: Si figulus ex eodem luto, absque vlla vel alterius iniuria, vel nota sua, facit aliud vas in honorem, aliud verò in contumeliam; quanto magis Deus ex duobus peccatoribus luto vilioribus, qui se tales propria culpa & libertate effecerunt, poterit absque vlla iniuria aut nota facere vnum illorum vas in honorem, conferendo illi auxilia quibus praeuider faciendum; & relinquare alterum vas contumelie, quale se ipse effecit, non conferendo illi auxilia, quibus praeuider emolliendum, sed eum obduratum relinquendo! Deinde satisfacit plenius quaestioni, ostendens clariùs misericordiam, aequitatem,

Quaestio  
circa re-  
probatio-  
nem.

Vt à D.  
Paulo sol-  
uatur.

litatem, & bonitatem Dei, ac dicens: Si Deus in optimum finem, nempe, ut ostenderet iustitiam suam in obduratis ac malis, atque ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, sustinuit in multa patientia (expectans videlicet & inuitens ad penitentiam, paratus adiuuare, & sæpe pulsans offerensque auxilium sufficiens ad salutem) vasa iræ apta in interitum (aut, ut alia litera habet, aptata in interitum, id est, quæ se ipsa propria libertate in interitum aptauerunt) supple, quid est, quod conqueraris, & opponas Deo? & non potius misericordiâ, bonitatē, atque sapientiâ illius, etiam circa malos & reprobos, admiseris?

Quo loco, antequam ulterius progrediamur, nonnulla sunt animaduertenda. Primum est, finem permittendi peccata reproborum, eosque sustinendi, non fuisse solum, ut Deus in eis ostenderet iustitiam suam, sed etiam ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, ut aperte docet hoc loco Paulus, neque aliter contextus cohereret. Etenim nisi Deus iniquorum peccata permisisset, non fuisset mors Christi, & redemptio generis humani, nec certamina, & victoriæ iustorum, & præcipue martyrum coronæ: quare in eum etiam finem Deus reproborum peccata permisit ac sustinuit, ut in electis tam multipliciter ostenderet diuitias gloriæ ac misericordiæ suæ, præter alios etiam fines, ob quos art. 3. & alibi ostensum est ea etiam permisisse, ac sustinuisse.

Secundum est, exemplum illud, ac similitudinem figuli, non ita esse accipiendam, quasi quemadmodum figulus ex luto facit vasa in contumeliam, ita etiam Deus ex hominibus vasa in contumeliam efficiat, quæ plane non sunt alia, quam vasa iræ apta in interitum æternum. Hæc verò non sunt alia quam peccatores in lethali peccato existentes, ratione cuius vasa sunt contumelie, obiectumque odij atque iræ Dei, & interitus æterni dignissimum: ut autem Deus non efficit homines peccatores, ita neque efficit illos vasa contumelie: hæc atque interitus, sed ipsi sua libertate scriptos efficiunt, possuntque se ipsos mundare, interim dum sunt in via, auxilioque Dei (quod nulli unquam deest) efficere vasa in honorem, & sanctificationem: neque enim alia sunt vasa, de quibus loquitur hoc loco Paulus, quam illa, de quibus secunda ad Ti-

motheum 2. ait: In magna domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fibilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis emundauerit se ab istis, erit vas in honorem, sanctificationum, & vile Domino ad omne opus bonum paratum. Duplex igitur est status, tam vasorum iræ, quam sanctificationis. Alter in hoc seculo, in quo integrum est cuique vasorum commutari, & ex vase honoris & sanctificationis fieri vas iræ & contumelie, & è contrario, ut aperte docet Paulus secunda ad Timotheum 2. & hoc loco non negat, quin potius idem illis verbis, sustinuit in multa patientia, &c. asserit. Alter est status seculi futuri, in quo nulla omnino potest esse commutatio. Quia verò Paulus 2. ad Timotheum 2. loquebatur de magna domo Dei, vel Ecclesiæ militatis solum, vel ut vtranque Ecclesiam comprehendit, asserit vasa iræ posse se mundare, & fieri vasa in honorem. Hoc verò loco de Pharaone caterisque reprobis, qui obdurati æternum interitum incurserunt, affirmat sustinuisse illos Deum in multa patientia, dum erant in via, ut vasa fierent misericordiæ, & noluisse. Exemplum ergo & similitudo Pauli hoc loco, inter figulum & Deum, solum est: Quod sicut figulus, absque vlla iniuria aut nota sua, habet potestatem efficiendi ex eadem massa luti aliud vas in honorem, aliud in contumeliam: ita multo magis, absque cuiusquam iniuria, aut indocentia ex parte Dei, est potestas in Deo ex duobus peccatoribus luto ob sua peccata vilioribus, efficere vnum vas in honorem, tribuendo auxilia, quibus præuidet conuertendum & sanctificandum; relinquere verò alterum vas in contumeliam & interitum (qualem is seipsa effecit) non tribuendo illi subsidia, quibus præuidet conuertendum, maxime cum eidem offerat ac relinquat ea, quibus cum (si vellet) posset se ipsa conuertere, vasque misericordiæ ac honoris reddere.

Intra dicta, ad argumentum negandum est, Paulum annuere, negotium reprobationis pendere ex sola libera voluntate Dei, quasi ex parte reproborum non deur causa meritoria. Negandum item est, pro causa reprobationis reddidisse solum ostensionem iustitiæ vindictiue. Etenim, ut explicatum est, pro causa meritoria reddidit peccata præuisa, in quibus eos sustinuit in multa patientia, neque solum causam sualem


permissionis peccatorum reproborum, obdurationisque eorum in illis, expressit ostensionem iustitiæ diuinæ, sed simul etiam ostensionem diuitiarum gloriæ atque misericordiæ Dei infinitæ in vasa misericordiæ, fueruntque multæ alia partes vnius integræ causæ finalis, ob quam permittit ea peccata, in eisque obdurare reprobos, ut dictum est.

Circa locum illum Ecclesiæ 7. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despererit, animaduertendū est, non omnes reprobos desperet, nomine comprehendit, sed illos tantum, ut supra dictum est, qui ob multa & grauiora peccata, subtractione maxima auxiliorum, ac permissione tentatiuum, in desidia cordis sui traditi sunt, atque à Deo sunt

derelicti. Quoniam autem difficillimum est, eiusmodi hominem, qui ita in profundum malorum venit, seipsum conuertere, & multo magis solis suggestionibus & consiliis aliorum ita permoueri, ut conuertatur, dicitur, nemine posse illum corrigere. Quod enim difficillimè, & uanquam, aut ferè nunquam fiet, impossibile ut fiat, moraliter loquendo dicitur. Adde, quem Deus præuideret, admonitionibus, facienteque ipse totum quod potest, fore tandem conuertendum, utique quantacunque auxiliorum pars esset ab eo in penam præteritorum peccatorum sublata, dicendus non esset despectus à Deo. Quo fit, ut neque despectio libertatem arbitrij à reprobo auferat, ut conuerti, vitamque æternam obtinere, si velit, possit.

*Locus Ecclesiæ 7. exponitur. Reprobi non omnes desperet, nomen intelligitur.*

## LAUS DEO.



# INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTURÆ, QVORVM

explicatio intelligi ex hoc opere aliqua ex parte potest.

Numerus paginam indicat; A, primam illius columnam, B, secundam.

Genes. 1.	<b>D</b> ixit Deus, Fiat lux & facta est lux.	pagina 307. a
Genes. 3.	Præcepit nobis Deus ne comederemus illud.	30. a
Genes. 3.	Viuit mulier quoddam bonum esset lignum ad ascendendum pulchrum oculis, aspectuq; delectabile.	182. b
Genes. 3.	Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est.	145. b
Genes. 4.	Nōne si bonus egeris, recipies? In autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit sed sub te erit appetitus eius. & tu dominaberis illius.	93. a
Genes. 4.	Maiores iniquitas mea, quàm ut veniam merear.	33. b
Genes. 6.	Tactus dolore cordis intrinsecus. Delebo, inquit, hominem quem formavi.	278. b
Genes. 22.	Tolle filium tuum quem diligis Isaac, &c.	277. b 278. a 375. b
Genes. 22.	Quis fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terra, quia obedisti voci meæ.	372. a
Genes. 37.	Accidit quoque & visum somnium. &c. circa Historiam Ioseph.	265. a
Genes. 38.	In ipsa effusione infantum unus protulit manum, &c.	265. a
Gen. 48.	Posuit Ephraim ad dexteram suam, &c. Exponitur mysterium in ea benedictione latens.	321. b
Gen. 30.	Nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati? &c.	280. b
Exod. 7.	Indurabo cor Pharaonis, & multiplicabo signa mea. Et infra: Induratum est cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut præceperat Dominus. Et infra: Induravit Pharaon cor suum.	34. a
Exod. 9.	Adhuc retines populum meum, & non vis eum dimittere? Et infra: Peccavi etiam nunc: Dominus iustus, & ego & populus impij. Et infra: Videns autem Pharaon quoddam cessasset pluuia, & grandis, & tonitruus, auxit peccatum, & ingratus est cor eius, & seruatorum illius, & induratum nimis, nec dimisit filios Israel, sicut præceperat Dominus.	34. a
Exod. 10.	Vsq; quo non vis subijci mihi? Dimitte populum meum: sicut autem resisti, & non vis dimittere eum, &c.	34. b
Exod. 22.	Visitans iniquitatem in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me.	402. b
Deut. 30.	Mandatum, quod ego præcipio tibi, non supra te est. Considera quoddam hodie posuerim in conspectu tuo vitam & bonum. &c. Eli: ergo vitam, ut vivas.	95. a
Iosuevi.	Optio vobis datur, eligite hodie quod placeat, cui seruire potissimum debeatis.	91. b
1. Reg. 15.	Stultè egisti: quod si non fecisses, iam nunc preparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum: sed nequaquam regnum tuum ultra consurget.	362. a. 375. b
1. Reg. 23.	Consulisti David Dominum num Saul descendet in Ceilam. Respondit: Descendet. Num tradent me viri Ceilam? Tradent.	218. a. 211. a. 218. b
2. Reg. 12.	Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxore tua in oculis Solis huius.	143. a. b
2. Reg. 16.	Dominus præcepit ei: ut malediceret David, & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Dimitte eum ut maledicat iuxta præceptum Domini.	145. b
2. Reg. 17.	Terium tibi datur optio, elige unum, quod malueris ex his, ut faciam tibi. Et infra: Nunc ergo delibere, & vide quem respondearis ei, qui misit me, sermonem.	93. b
2. Reg. 8.	Non est homo qui non peccet.	62. a
3. Reg. 12.	Non acquiescit rex populo: quoniam non scietis fuerat eum Dominus, ut suscitaret verbum suum, quod locutus fuerat, &c.	142. a

Ascende,

# INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTURÆ.

3. Reg. 22.	Ascende, & vade prospere, & tradet Dominus in manus regis.	145. b
3. Reg. 22.	Quis decipit Achab? Egressus spiritus dixit: Ego decipiam illum. Cui Dominus: In quo? Tunc ille: Egre- diar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus: Decipies, & præ- ualebis. Egrederi, & fac ita. Nunc igitur ecce dedi Dominus spiritum mendacij in ore omnium pro- phetarum tuorum, qui hic sunt, & Dominus locutus est contra te malum.	145. a 280. a
Esther 13.	Non est qui possit tua resistere voluntati.	181. b
Iob 7.	Visitat eum diluculo, & sabidè probas illum.	182. a
Iob 9.	Si veneris ad me, non videbo eum; si abieris, non intelligam. Et infra: Si simplex fuero, hos ipsum ignorabit anima mea.	108. b
Iob 10.	Manus tua fecerunt me, & plasmaverunt me etiam in circuitu. Nōne sicut lac multasti me, &c.	181. a
Iob 10.	Visitatio tua custodiuit spiritum meum.	144. b
Iob 12.	Immutat cor Principum populi terra, & decipit eos, ut frustra incendant per inuitum. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.	64. b
Psal. 1.	Erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tem- pore suo. Non sic impij, non sicut tanquam papiu quem projicit ventus à facie terra.	17. b
Psal. 4.	Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.	129. a
Psal. 5.	Mane astabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Neque habitabis iuxta te ma- lignus, neque per manebunt iniusti ante oculos tuos.	63. b
Psal. 10.	Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Pluet super peccatores laqueus ignis, & sulphur, & spiri- tus procellarum, pars calicis eorum: quoniam iniustus Dominus, & iustitias dilexit, equis atem vidit vul- tus eius.	129. b 66. b
Psal. 15.	Persecutus meos in semitis tuis, ut non moueantur vestigia mea.	322. b
Psal. 17.	Saluum me facit, quoniam voluit me.	270. b
Psal. 18.	Exultavit ut gigas ad curvandum viam.	175. b
Psal. 22.	Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ.	65. a
Psal. 26.	Quoniam manus esto, ne derelinquas me, neque desprecia me, Deus salutaris meus.	179. a
Psal. 30.	Adiutor magna multitudine dulcedinis tue Domine, quam abscondisti timentibus te.	181. a
Psal. 30.	Illustra faciem tuam super seruum tuum. Et infra: Abscondes eos in absconditis faciei tuæ à conturbati- one hominum, proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.	1. a. 113. b. 307. a.
Psal. 52.	Ipsè dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creati sunt.	179. a. 141. a
Psal. 33.	Accedite ad eum, & illum in animi, & facies vestra non confundentur. Et infra: Gustate & videte quo- niam iustus est Dominus.	179. a. 141. a
Psal. 50.	Incerta & occulta sapientia tua manifestasti mihi.	237. a
Psal. 58.	Misericordia eius præueniet me.	175. b
Psal. 78.	Adiutor nos Deus salutaris noster.	67.
Psal. 88.	Beatus populus qui scit iubilationem, Domine in lumine vultus tui ambulabunt.	179. a
Psal. 93.	Consolationes tuæ iustificauerunt animam meam.	179. a
Psal. 94.	Hodie si vocem eorum audieritis, nolite obdurare corda vestra.	61. b
Psal. 104.	Conuertit cor eorum ut odirent populum eius, & datum facerent in seruos eius.	144. a
Psal. 117.	Deus noster in caelo, omnia quacunque voluit fecit.	280. a
Psal. 118.	Tu mandasti mandata tua custodiiri nimis: utinam dirigantur viae meae ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis.	66. b
Psal. 118.	Viam mandatorum tuorum curru, cum dilatasti cor meum.	179. a
Psal. 118.	Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine.	94. a
Psal. 118.	Animam meam in manibus meis semper.	94. a
Psal. 118.	Nisi Dominus adfuerit dominum, in vanum laborauerunt qui edificauerunt eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.	65. a
Psal. 138.	Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam, & funiculum meum inuestigasti. Tu cognouisti omnia nouissima & antiqua.	227. a
Psal. 138.	Quo ibo à spiritu tuo? & quid à facie tua fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es, &c. Erant illuc manus tua deducet me, & tenebis me dextera tua.	108. b
Psal. 147.	Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.	373. b
Prover. 1.	Quia vocaui, & renuisti, extendi manum meam, & non fuit qui afficeret; despectisti omnes consi- deras.	142. a

huius mentis: ego quoque in interiora vestro ridebo.  
 Prou. 16. *Homini est animam preparare, & Domini gubernare linguam.* 67 b  
 Prou. 16. *Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius.* 66. a  
 Prou. 21. *Cor regis in manus Domini: quocumque voluerit, inclinabit illud.* 87. b  
 Eccles. 7. *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem illa deservit.* 405. a  
 Eccles. 7. *Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* 62. a  
 Eccles. 9. *Fecit Deus hominem rectum.* 12. b  
 Eccles. 9. *Sicut iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo utrum amore vel odio dignus sit, sed omnia in futurum referantur incerta.* 181. b  
 Cant. 1. *Trabe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.* 41. a  
 Cant. 2. *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis.* 41. a  
 Sapien. 1. *Deus mortem non fecit, nec latatur in perditione viuorum. Creauit enim ut essent omnia; & sanabiles fecit nationes orbis terrarum. Inuisibilis, mortis est acquisitio: impij autem manibus & verbis accersunt illam.* 278. b  
 Sapien. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne scitio deciperet animam illius, &c. propter hoc preparauit educere illum de medio iniquitatum.* 208. a 241. a 248. b 280. b 308. a 322. a 324. b 372. a 375. a  
 Sapien. 7. *Omnium artifex docuit me sapientia.* 1. a  
 Sapien. 8. *Attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.* 109. a 295. a  
 Sapien. 8. *Signa & monstra scit antequam fiant, & euentus temporum, & seculorum.* 227. a  
 Sapien. 8. *Scimus quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det.* 66. a  
 Sapien. 9. *Cogitationes mortalium timida, & incerta prouidentia uestra.* 295. a  
 Sapien. 11. *Nihil odisti eorum que fecisti.* 129. b  
 Sap. 14. *Similiter autem odio sunt Deo impij, & impietas illius.* 129. b  
 Eccles. 7. *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in eternum non peccabis.* 7. a  
 Eccl. 15. *Ne dixeris, Per Deum abest: quia enim odit, ne feceris. Non dicas, Ille me implanauit: non enim necessarij sunt ei homines impij. Omne execrumentum erroris odit Dominus, & non erit amabilia timentibus eum.* 129. a  
 Eccl. 15. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui: adiecit mandata & precepta sua, &c.* 93. a  
 Eccl. 17. *Deus de terra creauit hominem, & secundum imaginem suam fecit illum, & secundum se vestiuit illum virtute.* 12. b  
 Eccl. 23. *Oculi Domini lucidiores sunt super Solem, circumspectantes omnes vias hominum, profundum abyssi, hominum corda, uertentes in absconditas partes, Domino enim Deo, antequam crearentur, omnia sunt agnita.* 227. a  
 Eccl. 31. *Qui potuit transgredi, & non est transgressus facere mala, & non fecit.* 93. b 166. b 277. b 316. b  
 Eccl. 39. *Opera omnis carnis coram illo, & non est quicquam absconditum ab oculis eius. A seculo usque in seculum respicit, & non est mirabile in conspectu eius.* 227. a  
 Isaie 1. *Hec, vindicabor de hostibus meis.* 278. b  
 Isaie 6. *Excaca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius clauda, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum.* 34. b  
 Isaie 26. *Omnia opera uestra operatus est in nobis Dominus.* 109. a 329. a  
 Isaie 47. *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assumunt pennas sicut aquila: current, & non laborent, ambulabunt, & non deficient.* 179. a  
 Isaie 41. *Annunciate que uentura sunt in futurum, & sciemus quia Dij estis vos.* 227. a  
 Isaie 45. *Ego Dominus creans malum.* 143. a  
 Isaie 46. *Consilium meum stabit, & omnis uoluntas mea fiet.* 280. a  
 Isaie 48. *Pradixi tibi ex tunc, antequam uenirent in aures tibi, ne forte diceres, Idola mea fecerunt hoc, & consilia mea, & consilia mandauerunt ista.* 27. a  
 Isaie 53. *Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longeuum, & uoluntas Domini in manu eius dirigetur.* 392. a 397. a  
 Isaie 63. *Quare errare nos fecisti de uis tuis Domine? Indurasti cor nostrum, ne timeremus te.* 14. a  
 Isaie 65. *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contumacem mihi.* 34. b  
 Ierem. 8. *Eligent magis mortem, quam uitam omnes qui residui fuerint de generatione hac pessima. Et infra: Di-*

ces adeos: Hec dicit Dominus: Nunquid qui cadit, non resurget? Es qui auersus est, non reuertetur?  
 Quare ergo auersus est populus iste auersione contentiosa? 95. b  
 Iere. 10. *Scio Domine, quia non est hominis uia eius, neque uiri est ut ambulet, & dirigat gressus suos. Corripe me Domine: uerum tamen in iudicio, non forte ad nihilum redigas me.* 66. b  
 Iere. 18. *Si poenitentiam egerit gens illa a malo suo, agam & ego poenitentiam super malo, quod cogitauit ut facerem ei. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat uocem meam, poenitentiam agam super bono, quod locutus sum, ut facerem ei.* 220. b 225. b  
 Iere. 26. *Sta in atrio domus Domini, & loqueris ad omnes ciuitates Iuda: uniuersos sermones, quos ego mandauis tibi ut loquereris ad eos. Noli subtrahere uerbum, si forte audiant, & conuertantur uniusquisque a uia sua mala: & poeniteat me mali, quod ego cogito facere eis propter malitiam, & studium eorum.* 93. b  
 Iere. 31. *Conuerte me, & conuertar, &c.* 165. a  
 Thren. 1. *Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est.* 64. b  
 Thren. 5. *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.* 165. a  
 Ezechiel. 14. *Homo qui posuerit immunditias in corde suo, & uenerit ad prophetam interrogans per eum me, ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum, ut capiatur. Et infra: Ego Dominus decepi prophetam illum.* 145. b  
 Ezech. 18. *Proiicite a uobis omnes prauaricationes uestras, quibus prauaricati estis, & facite uobis cor nouum, & spiritum nouum: & quare moriemini domus Israel, quia nolo mortem morietis, dicit Dominus, reuertimini, & uiuite.* 32. a 61. b 93. b  
 Ezech. 18. *Nunquid uoluntatis mea est mors impij, & non ut conuertatur a uis suis, & uiuat? Et infra: Quare moriamini domus Israel, quia nolo mortem morietis, reuertimini, & uiuite.* 32. a 61. b 93. b 277. b 333. b 342. b  
 Ezech. 36. *Dabo uobis cor nouum, & spiritum meum ponam in medio uestri, & auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio uestri: & faciam ut in preceptis meis ambulatis, & iudicia mea custodiat, & operemini.* 328. b  
 Osee 13. *Perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum.* 129. b 309. b 398. a  
 Ioelis 2. *Conuertimini ad me in toto corde uestro.* 61. b  
 Amos 3. *Si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit.* 143. a  
 Ionæ 3. *Adhuc quadragesima dies, & Nimue subuertetur, &c.* 77. a  
 Habac. 1. *Mundus quant oculi tui ne uideant malum, & respicere ad iniquitatem non poteris.* 129. b  
 Zach. 1. *Conuertimini ad me, & conuertar ad uos. Nescitis sicut patres uestri, ad quos clamabant prophetae priores dicentes: Hec dicit Dominus, Conuertimini de uis uestris malis: & non audierunt.* 31. a 61. b 93. b 165. a  
 2. Mac. 9. *Orabat hic sceleratus Deum, a quo non esset misericordiam consecuturus.* 55. b  
 Matt. 6. *Fiat uoluntas tua, sicut in celo, & in terra.* 277. a  
 Matt. 6. *Et ne nos inducas in tentationem.* 143. b  
 Matt. 6. *Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum odio habebis, & alterum diliget, &c.* 402. b  
 Matt. 7. *Non potest arbor bona malos fructus facere.* 129. b  
 Matt. 10. *Nonne duo passeres asse uenerunt? & unus ex istis non cadet super terram sine Patre uestro.* 262. a  
 Matt. 11. *Qui habet aures audiendi, audiat.* 41. a  
 Matt. 11. *Va tibi Corozaim, & tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone facta essent uirtutes, que facta sunt in uobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egressi. Veruntamen dico uobis, Tyro & Sidone remissus erit in die iudicij, quam uobis.* 37. a 40. a 167. a 170. a 207. b 224. b 241. a 321. a 371. b 399. b  
 Matt. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos.* 32. b 61. b  
 Matt. 13. *Ideo in parabolis loquitur eis: quia uidentes non uident, & audientes non audiunt, neque intelligunt, ut impleatur in eis propheta: Isaia dicens: Audistis audietis, & non intelligetis, & uidebitis uidebitis, & non uidebitis: in crassatum est enim cor populi huius, & auribus grauitur audierit, & oculos suos clauserunt, ne quando uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanentur.* 35. a  
 Matt. 16. *Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in caelis est.* 24. b  
 Matt. 18. *Necesse est ut ueniant scandala, ueruntamen uobis homini illi per quem scandalum uenit.* 85. b  
 Matt. 19. *Sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum: qui potest capere, capiat.* 66. a  
 Matt. 19. *Si uis ad uitam ingredi, serua mandata.* 42. a 93. a 245. a  
 Matt. 20. *Simile est regnum caelorum homini parifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in uineam, &c. exponitur parabola.* 21. b 243. a  
 Matt. 23. *Decimatis mentem, & rutam, & omnes oleas.* 271. b  
 Quae

Matt. 23. Quoties volui edegozare filios tuos, quem admodum gallina congregat pullos suos sub alas, & nescitis! Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. 35. a. 94. a. 278. b. 371. b

Matt. 24. Nisi breuitati fuisset dies illi, non feret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur. 324. b

Matt. 25. Vos deditis quicquid talenta, alij autem duo. &c. 162. a. 372. a

Matt. 25. Venite benedicti Patris mei, possideite paratum vobis regnum a constitutione mundi: esurivi enim, & dedistis mihi. &c. 309. a

Matt. 26. Et si omnes scandalizari fuerint, ego nunquam scandalizabor. Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. 50. b

Matt. 26. Caput contritum & mesius esse. &c. 270. a

Matt. 26. Spiritus promptus est, caro autem infirma. 270. b

Matt. 26. Verantamen non sicut ego volo, sed sicut tu. 279. b

Matt. 26. Negatis coram omnibus dicens. Nescio quid dicis, &c. 64. b

Matt. 27. Deus meus. Deus meus, ut quid dereliquisti me? 270. a

Marci 4. Virgo terra fructificat primo herbam, deinde spicam. 107. b

Marci 13. Dedit eis potestatem cuiuscumque operis. 94. b

Luce 7. Messis quidem multa, operarij autem pauci: rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. 29. a

Luce 7. Remittantur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. 261. b. 266. a.

Luce 10. Beati oculi qui vident quae vos videtis. Dico enim vobis, &c. 322. a

Luce 11. Deridistis mentiam, & rutam, & omne olus. 271. b

Luce 12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor usque dum perficiatur? 270. a

Luce 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem & matrem, &c. non potest meus esse discipulus. 402. b

Luce 19. Vocatis decem seruis, dedit eis decem mnas. 162. a

Luce 21. Videte ficulneam & omnes arbores, cum producant iam ex se fructum. 107. b. 372. a

Luce 22. Tecum paratus sum in carcerem & in mortem ire. 50. b

Luce 23. Domine, memento mei dum veneris in regnum tuum. 266. a

Ioana. 1. Sine ipso factum est nihil. 334. b

Ioann. 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 271. a.

Ioann. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. 32. a. 94. a

Ioann. 1. Plenum gratiae & veritatis. 392. a

Ioann. 3. Spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis sic est omnis qui natus est ex spiritu. 41. b

Ioann. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum, sed fiet, &c. 164. b

Ioann. 5. Pater meus usque modo operatur, & ego operor. 109. a

Ioann. 5. Opera quae ego facio, testimonium perhibent de me. 22. b

Ioann. 6. Amen amen dico vobis, queritis me, non quia vidistis signa, &c. Et, Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille. 24. b. 39. a

Ioane. 6. Ego sum panis vitae: qui venit ad me, non esuriens & qui credit in me, non sitiet in aeternum. 39. a

Ioann. 6. Omne quod dat mihi Pater, ad me venit, &c. 39. a

Ioann. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit illum. 24. b. 38. b. 390. b. 363. a

Ioann. 6. Est scriptum in prophetis. Erunt omnes decibiles Dei. 51. b

Ioann. 6. Omnis qui audivit a Patre, & didici, venit ad me. 27. a. 38. b. 42. b

Ioan. 10. Si mihi non vultis credere, operibus credite. 22. b

Ioan. 10. Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipsa. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a Patre meo. 266. b. 268. a

Ioan. 12. Propterea non poterant credere, quia iterum dicit Ihsas, Excitavit oculos eorum. 55. a

Ioan. 12. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. 402. b

Ioan. 12. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. 41. b

Ioan. 13. Scitis quia omnia dedit ei Pater in manus. 392. a. 393. a

Ioan. 14. Qui habet mandatum meum, & seruat ea, ille est qui diligit me: qui autem diligit me, diligitur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei misericordiam. 46. b. 43. a. 180. b

Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum servabit. 46. a. b

Ioan. 14. Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio, Surgite, exite. 268. a

Ioan. 15. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in vo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. 20. b. 268. a

Ioan. 15. Sicut & ego Patris mei precepta servavi, & maneo in eius dilectione. 268. a

Ioan. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. 22. b. 34. b

Ioan. 15. Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent. 22. b. 34. b

Act. 4. Neque enim est aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. 190. b. 391. a

Act. 4. Conuenienter verò in civitate ista aduersus sanctum patrem Iesum, quem vocatis, Herodes, & Pontius Pilatus, cum Gentibus, & populis Israel, facere quae manus tua & consilium tuum decreverunt fieri. 280. b

Act. 4. In eo quod manus tua extendas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri per nomen sancti filij tui Iesu. 167. a

Act. 5. Nōne manens tibi manebat, & venditum in tua erat potestete? 94. b

Act. 9. Ecclesia Dei edificabatur in timore Domini, & consolatione Spiritus sancti replebatur. 179. a

Act. 9. Subito circumfulsit eum lux de caelo, &c. 265. a. 267. a. 337. a

Act. 10. Orationes tuae & elemosinae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. 375. b

Act. 10. Orationes tuae & elemosinae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. 372. a

Act. 10. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. 325. b

Act. 13. Crediderunt quotquot erant praordinati in vitam aeternam. 303. a

Act. 16. Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, dicens: Transiens in Macedoniam adiuna nos. 29. a

Act. 16. Cuius Dominus aperuit cor intendere ijs quae dicebantur a Paulo. 25. b. 108. b

Act. 17. In eo vinimus, mouemur, & sumus. 325. a

Rom. 1. Qui praedestinatus est filius Dei. 325. a

Rom. 1. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in passionibus ignominiae, in reprobum sensum, ut faciant quae non oportet, repletos omni iniquitate. 64. b. 142. a. 144. b. 398. a. 399. a

Rom. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiae, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit secundum duritiam tuam, & impenitens cor tuum, thesaurizas tibi iram, &c. 398. a

Rom. 2. Cum Genes, quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. 18. a. 191. b. 383. b. 393. b

Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, & per fidem. 190. b

Rom. 3. Quem posui propitiorem per fidem. 307. a

Rom. 4. Vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt. 271. b

Rom. 5. Misit Spiritum filij sui clamantem, Abba pater. 7. b

Rom. 6. Cum serui essetis peccati, liberi facti estis iustitiae. 7. b

Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in lege peccati. 62. a. 179. a

Rom. 8. Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. 7. b

Rom. 8. Quia ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei. 7. b

Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. 308. a

Rom. 8. Quos praesciuit, & praedestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. 302. a. 317. a. 317. a

Rom. 8. Quos praesciuit, & praedestinavit, hos & vocavit, quos autem vocavit, & iustificauit. 302. a. 307. b. 370. a

Rom. 8. Non omnes qui ex circumcisione sunt Israel, ij sunt israelitae, &c. summam exponitur totum caput, & duo sequentia. 361. b. 386. a

Rom. 9. Cum nondum aliquid boni egissent aut mali, &c. non ex operibus, &c. 361. b. 386. a

Rom. 9. Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia prior seruet maioris scilicet scriptum est, Isaac dilexit, Esau autem odii habuit. 265. b. 266. a. 322. b. 341. b. 361. b. 366. a. 402. a. 367. b. 402. a

Rom. 9. Iacob dilexit, Esau autem odii habuit, &c. 265. b. 266. a. 322. b. 341. b. 361. b. 366. a. 402. a

Rom. 9. Miserebor cuius miseror, & misericordiam praestabo cui miseror. Igitur non volentis, neque currentibus, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura a Pharaoni: Quia in hoc excoitavi te, ut ostendam in te virtutem meam, & annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Ergo cuius vult, miseretur, &



quem vult induat. 322. b. 307. a. 402. b. 403. a  
 Rom. 9. Non est volentis neque currentis. sed Dei miserentis. 176. a. 177. a. 322. b. 402. b. 403. a  
 Rom. 9. Dicis inique mihi. Quid adhuc quaritur? Velintati eius quis resistet? O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicitur: Numquam tu, qui se fraxit, quid me fecisti sic? An non habet potestati figuratus luti ex eade massa facere aliud quidem vas in honore, aliud vero in contumeliâ? Quid si Deus volens ostendere iram & notâ facere potentiam suâ sustinuit in multa patientia vasa ira apta in interitû. Ut ostenderet diuitias gloriae suae in vasa misericordiae. quae preparauit in gloria. 311. a. 317. a. 397. a. 403. a. b. 404. a  
 Rom. 9. Quos vocauit, non solum ex Iudaïs, sed etiam ex Gentibus sicut in Osee, &c. 317. a  
 Rom. 9. Volentati eius quis resistet? 280. a  
 Rom. 10. Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine predicante? Et infra: Ergo fides ex auditu. 22. a. 28. b  
 Rom. 10. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. 34. b. 371. b  
 Rom. 11. Non repulsi Deus plebem suam, quam praesciuit. 371. a  
 Rom. 11. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin non esset gratia. 393. b. 397. a  
 Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius! 224. b. 382. a  
 Rom. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. Et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo insinatur, Dilige proximum tuum sicut te ipsum. Plenitudo ergo legis est dilectio 46. b  
 Rom. 13. Etiam Christus sibi non placuit. sed sicut scriptum est, Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. 270. b  
 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. 182. b  
 1. Cor. 4. Quis enim te discernit? quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, auid gloriaris quasi non accepisti? 41. b. 165. b. 167. b. 170. a. 328. a. 329. b  
 1. Cor. 7. Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suae voluntatis. 94. a  
 1. Cor. 7. Volo omnes vos esse sicut meipsum. Sed unusquisque proprium dominum habet a Deo, alius quidem sic, alius vero sic. Dico autem non nuptis, & viduis, bonum est illis si se permanserint, sicut & ego. Quod si non se continent, nubant: melius est enim nubere quam uri. 66. a  
 1. Cor. 9. Nunquid Deo cura est de bobus? 796. b  
 1. Cor. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte, cum aliis predicauerim, ipse reprobus efficiar. 30. b. 316. b  
 1. Cor. 10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. 77. a. 78. a  
 1. Cor. 12. Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. 21. b. 25. a  
 1. Cor. 12. Qui operatur omnia in omnibus. 107. b  
 1. Cor. 13. Si linguas hominum loquar, & Angelorum, & si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum. 21. a  
 1. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest. 78. b  
 1. Cor. 14. Si conueniente vniuersa Ecclesia in unum, omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiotâ, conueniuntur ab omnibus: disiudicatur ab omnibus, occurrunt enim cordis eius manifesta sunt: & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quod verè Deus in vobis sit. 167. a  
 1. Cor. 15. Gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius vobis omnibus laboravi, non ego, sed gratia Dei mecum. 42. a. 66. a. 173. a  
 2. Cor. 1. Non volumus ignorare vos fratres, de tribulatione nostra quae facta est in Asia: quoniam supra modum grauati sumus supra viuentem, ita ut raderet nos etiam viuere. 77. a. 78. a  
 2. Cor. 3. Non quædam sufficientes sumus cogitare aliquis à vobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. 21. b. 24. b. 107. b  
 2. Cor. 3. Vbi Spiritus Domini, ibi libertas. 7. b  
 2. Cor. 3. Carnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque prout gessit, sicut bonum, sicut malum. 321. b  
 Ephes. 1. Benedixit Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo, &c. 391. b  
 Alleg

Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in caritate. Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae, &c. 302. a. 305. b. 309. a. 323. b. 347. a. 300. b. 300. b  
 Ephes. 1. In quo etiam nos sorte vocati sumus, praedestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum propositum voluntatis suae. 1. a. 389. a. 391. b. 393. b  
 Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis gloriarietur. 323. b  
 Ephes. 2. Ipsius factura sumus, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae preparauit ut in ipsis ambulemus. 228. a  
 Ephes. 2. Propter quod memores estote, quod aliquando vos, qui eratis Gentes, &c. usque ad illud, In habitaculum Dei in Spiritu sancto. 325. a  
 Ephes. 3. Cuius rei gratia ego Paulus vincitus, &c. usque ad illud, Promissionis in Christo Iesu per Euangelium. 326. b  
 Ephes. 4. Quosdam dedit Apostolos, &c. usque ad illud, in adificationem sui in caritate. 31. b. 391. b  
 Ephes. 4. Qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam secundum operationem in mensuram vniuersi, quae membri augmentum corporis fecit in adificationem. 391. b  
 Philip. 1. Qui cepit in vobis opus bonum, perficiet in diem Christi IESU. 375. a  
 Philip. 1. Vobis datum est pro Christo, non solum ut credatis. 392. a  
 Philip. 2. Cum metu & tremore vestram salutem operamini: Deus est enim qui operatur in vobis, & velle, & perficere, pro bona voluntate. 64. b. 175. a. 177. a. 268. a  
 Philip. 2. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. 322. b  
 Colos. 1. Qui dignos nos feci in partem sortis sanctorum. 322. b  
 1. Thess. 2. Qui & Dominum occiderunt Iesum, & Prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes Gentibus loqui, ut salua fiant, ut impleant peccata sua: peruenit enim ira Dei super illos in finem. 34. b  
 1. Thess. 4. Scitis quae precepta dederim vobis per Dominum IESUM. Hac est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstinatis vos a fornicatione, &c. 277. a. 348. a  
 2. Thess. 2. Ea quod caritatem veritatis non receperunt, ut salui fierent, ideo mittit illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio. 145. a  
 1. Tim. 1. Qui blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea. 375. a. 378. a  
 1. Tim. 2. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo, qui vult omnes homines saluos fieri, &c. 32. a. 94. b. 271. b. 272. b. 332. b. 342. b. 348. a. 384. b. 386. a  
 2. Tim. 1. Qui nos liberauit, & vocauit nos vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam quae data est nobis in Christo Iesu. 322. b  
 2. Tim. 2. Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Nouit Dominus qui sunt eius. Discendat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quadam quidem in honorem, quadam autem in contumeliâ: sicut quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vile Domino, ad omne opus bonum paratum. 224. b. 358. a. 364. a. 404. b  
 Tit. 3. Non ex operibus iustitiae quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. 323. b  
 Philem. Sine consilio suo nihil volui facere, ut ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. 94. a  
 Hebr. 3. Decibat enim per quem omnia, & propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum, per passionem consummari. 347. a  
 Hebr. 4. Non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia, pro similitudine absque peccato. 270. a  
 Hebr. 5. Cum esset filius Dei, didicit ex iis quae passus est obedientiam. 368. a  
 Hebr. 6. Terra proferens spinas & tribulos, reproba est, & maledictio proxima. 310. b  
 Hebr. 12. Assipientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum. 392. a  
 Iacob. 1. Nemo cum tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est, ipse autem tentatorum non tentat. 129. a  
 Iacob. 2. Fides sine operibus mortua est. 191. a  
 Iacob. 2. Videbis quoniam ex operibus iustificatur homo. 188. b. 195. a  
 Iacob. 2. Abraham pater noster nomine ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare. 278. a  
 Iacob. 3. Quis verbo non offendit, hic perfectus est vir. 67. b





1. Petri 1.	Petrus Apostolus Iesus Christi electis aduenis secundum profectum Dei Patris, in sanctificationem spiritus, in obedientiam, &c.	371. a
1. Petri 2.	Si iamen gustatis in quibus uisus est Dominus.	179. a 181. a
2. Petri 1.	Scite quod si uisus, non par bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis: hoc enim factus non peccabatis aliquando.	64. a 271. a
1. Ioh. 2.	Quidam se esse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc ueritas non est. Qui autem custodit uerbum eius, in hoc caritas Dei perfecta est.	46. b
1. Ioh. 5.	Si de uerbo quantum peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est.	62. a
1. Ioh. 3.	In hoc cognoscimus quia diligimus uos Dei, si non Deum diligimus, & mandata eius fictimus. Hoc est enim casum Dei, ut mandata eius custodiamus.	46. b
Apoc. 2.	Dauid illi tempus ut penitentiam ageret, & non uult penitere a fornicatione sua.	94. b
Apoc. 3.	Dauid tibi emittit in me aurum ignitum probatum, ut locupletes sis.	94. a
Apoc. 7.	Ecce ego ad estum, & passo, si quis aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum. 32. b. 94. a. 182. b. 186. b	32. b. 94. a. 182. b. 186. b
Apoc. 20.	Qui non est scriptus in libro uitae, missus est in stagnum ignis.	317. a
Apoc. vi.	Qui lapsus est, inflicetur animo.	188. b

Appendix Membri octauu, Quaestionis 23. Articuli 4. & 5. Disputationi primae inferenda, ante Membra 9 pag. 349.

**N**ON desuere, qui arbitratu sine, me praecedenti Membro hanc concessisse argumentationem: Deus unico simplicissimo actu suae uoluntatis ex aeternitate uoluit, quicquid uoluit, ergo uidentur omnino ex terminanda instantia Scoti, & aliorum. &c. quasi in ea sententia sim, in diuina uolitione, propter illius simpliciatem, nullam posse distingui prioritatem & posterioritatem nostro intelligendi modo cum fundamento in re.

tute tamen continet multos: sane nulla est causa cur in ea distingui non possint aliqua instantia, si non quales a Scoto, certe qualia ab alijs distinguuntur.

Si ea, quae Membro praecedere dicta sunt, recte expendantur, simulque ea quae in antecedentibus remisimus ad eum locum, facile comperietur, in tribus tantum euentibus, qui ad rem nostram spectant, nos rejicere ibi instantia, seu prioritates nostro intelligendi modo, in quibus unum sit uoluntate a Deo, aut cognitum absolute futurum ante aliud.

Primus est, quando ordines aliqui ita sunt inter se complicati, ut, quatenus in uno determinate sint futura, in uero pendente ex ijs, quae in alio aut alijs futura sint. Quatenus enim futura in uno ordine mutuo pendunt ex futuris in alijs, admittenda non sunt instantia, in quibus, quae pertinent ad unum ordinem, uolita aut cognita a Deo sint absolute futura, antequam uolita aut cognita sint, quae pertinent ad alios. Hac ratione Membro praecedente reieci prioritatem, quam Caietanus introducere tentauit, quae uoluerit prius a Deo cognoscantur absolute futura, quae pertinent ad ordinem naturae, quam quae pertinent ad ordinem gratiae; & prius quae pertinent ad ordinem gratiae, quam quae pertinent ad ord-

In tribus euentibus instantia excluditur.

Primus.

Tunc uero argumentatur, me repugnare mihi metipsum, qui a te doceo, Deum prius uolente antecedente seu conditionata uoluisse omnes homines saluos fieri, & postmodum absolute uolente quibusdam uoluisse beatitudine, alij uero damnationem.

Item, qui Membro praecedente doceo, Christum primatum esse praedestinatorum, & communium cum scriptura facta pugnantem: tam in id uerum esse non posse, nisi in uolente diuina prioritas distinguatur, quae Christum ante alios praedestinauerit.

Quod si in scripturis in diuina uolitione necessitate concedenda est prioritas & posterioritas nostro intelligendi modo; eum quod actus ille, siue sit simplicissimus, uir-

Obiectio prima.

Obiectio secunda.

Obiectio tertia.

Secundus.

Tertius. Electio ad beatitudinem non est in Deo ante praedestinationem.

ad ordinem uisionis hypostatica.

Quando fines aliqui uoliti sunt, uolus dependenter ab alio, aut non sine alio. Unde quia sicut credendum est, Deum permissum non fuisse minam totius generis humani peccato Adami, nisi scilicet reparationis illud esset per Christum, sic, iuxta comuiorem Patrum sententiam, futura non fuisset incarnatio, nisi simul in reparatione generis humani, tanquam in partialem & adiunctum finem, esset uolita: consequens est, ut admittendum non sit instans, in quo prius incarnatio fuerit absolute uolita, aut fuerit cognita absolute futura, quam uolita & cognita fuerit absolute sumra reparationis generis humani per Christum, ut Scotus uolebat, sed simul utraque fuerit uolita: reparationis quidem in laudem & honorem Christi; Christi uero ipse atque incarnatio in reparationem generis humani tanquam in partem finis integri ad quem fuit uolita, & sine quo uolita non fuisset: atque adeo fit, ut simul utraque fuerit cognitum absolute futurum.

Tertius est, quando finis neque uolitus, neque proinde cognitus, est absolute futurus, nisi dependenter a medijs beatitudinis, nisi tanquam praemium, ad quod, si adulti essent, peruenirent per propria merita, quae gratia ipsius (& meritis Christi post Adae peccatum) miterentur: sane non prius absolute uoluntate uoluit Deus eis praemium, ad illudque eos elegit, quam uideret uellet; illis media ad illud accommodata: atque adeo quam per illa media eos praedestinet. Sicut pater familias non prius uult miterentur ab illa uoluntate denarium diurnum, quem in praemium se finem suorum laborum illi proponit, quam praedestinet labores & merita illius, eorum quod dependenter ab illis cum illi uelit.

Certe nostra haec doctrina omnino consistit cum uoluntate Dei antecedente, quae omnibus, quos create statuit, sempiternam suam beatitudinem uoluit, in cuiusque finem uere, & non fidei, eos creauit. Quia enim omnes ad beatitudinem creabatur, create ne stantebat, sed tanquam in fine & praemium, ad quod uel propria libertate, ac meritis gra-

tia sua inuixis, uel Christi meritis (medijs quibusdam eis applicatis) peruenirent: omnibus sane eo ipso uoluit beatitudinem, sed uoluntate conditionata, si per ipsos aut primum parentem, uel post Adami peccatum per concussum uinculis, aut alios, qui media applicarent, non staret. Quare, cum is, qui in praemium & sub conditione mediotorum uult sine alicui, non prius absolute uelit illi finem, quam uideat, & (quatenus ab ipso pendet) uoluntate absolute uelit illi media: consequens profecto est, ut ex antecedente & conditionata uoluntate, quae Deus omnibus uoluit absolute eam uoluisse, ac proinde neminem ad illam absolute delegisse, nisi per absolutam etiam mediotorum uoluntatem, ac praedestinationem, quod conditio impletur, sine qua nemini beatitudinem uoluit. Hoc autem nihil aliud sane est, quam neminem elegerit, nisi in Christo, ac per media, quae ita ex Christo in illum deuari uoluit, ut per ea (cooperante suo arbitrio, si adultus esset) perueniret in beatitudinem. Eligere uero hoc modo, idem omnino est, quod praedestinare in Christo, & per Christum: unde sequitur manifeste, admittendam non esse electionem ad beatitudinem, quae praedestinationem antecedit.

Cum autem, quantum praedestinationis non detur causa, reprobationis tamen ac reiectionis a beatitudine causa sint peccata praeterita futura; multo minus admittenda erit uoluntas absolute reiectionis a beatitudine aliquos, quae antecedit uoluntatem permittere peccata, in eis quae reprobis uoluntate praeteritis futuris. Illam obdurandi uoluntate in finem uitae: de qua re diximus artic. 3. & dicemus disputatione uisura.

Ecce explicauimus instantia, quae aduersus Scotum, Caietanum, ac Durandum supra artic. 3. citatum, & quosdam alios, Membro praecedente, ratione, quam obiciens transcurram terat, reieciere intendimus. Id quod facile poterat intelligere: tunc ex serie ipsa nostra doctrinae, atque ex nostro instituto: cum etiam quia initio eius paragraphi, in quo ratio illa continetur, manifeste indicauimus, nos non loqui uniuersum, sed sermonem ad nostrum contrahere institutum.

Reprobatio non antecedit uoluntatem permittere peccata, & in eis obdurandi uoluntate in finem uitae.



antem, idq; illis verbis: *Quare quod ad præfens institutum attinet contemplari, &c.* quasi dixerimus, interim alia non curamus, neque ad illa nostrum extrēdum sermone: tū denique ex ipsamet ratione. Neq; enim antecedens integrum, vnde conclusionem illam deduximus, sunt verba illa: *Denique cum unico simplicissimo actu sua voluntatis, præniāque plenissima deliberatione seu cognitione circa res omnes, voluerit ex aternitate, quicquid voluit, sanē.* &c. quasi ex simplicitate actus voluntatis diuinę intenderimus inferre vniuersim, neque in ipsā volitione, neque in volitis esse quicquam nostro intelligendi modo, cum fundamento in re, volitum prius alio: sed ea verba solū sunt pars quædā antecedētis, eaq; non præcipua, sed coadiuuans duntaxat integrum antecedētis. Præmissa namq; à principio illius paragraphi plenissima cognitio- ne seu deliberatione Dei ex parte ipsius intellectus ante actum suę voluntatis, quæ ad nostrum institutum inferendum in serui- bar, rationem conficere incepimus ab illis verbis: *Cum verò habitudines.* &c. vt vel ex punctuatione ipsa luce clariùs constar. Ea verò tota sic habet: *Cum verò habitudines finim, verūmq; omnium inter se, plenissimè cognosceret, integrūmq; illi esset, non velle permittere ruinam generis humani, nisi per Christum felicissime vellet ei subuenire, neque iter. velle incarnationem nisi itaquam partis finis integri adiunctam haberet repa- rationem generis humani: cum etiam non so- lum ante ruinam generis humani, sed etiam post illam, nulli aduulorum voluerit sempiternam beatitudinem, nisi dependenter à proprio vsu liberi arbitrij cuiuscunq; eorum, imò neque parvulis, nisi dependenter à reme- dia contra peccatum originis per vsuū liberi arbitrij aliter exhibito, ut de hęc constat. de- niq; cum unico simplicissimo actu sua vo- luntatis, præniāque plenissima deliberatione seu cognitione circa res omnes, voluerit ex aternitate, quicquid voluit, sanē ex terminata vi- detur omnipotentia Scoti. & aliorum, in quibus in stituenda incarnatione, præde- stinando Christo cum ceteris beatis, aut re- probandis ceteris hominibus, Deo vnū vo-*

luerit ante aliud, aut per scientiam liberam prouiderit vnū ante aliud. &c. Hoc autem non est negare omnem prioritatem nostro intelligendi modo in volūate diuina, quasi nobis ipsi repugnemus, qui quæstione 14. art. 13. disput. 16. §. Hinc secundo, diximus, actum diuinę voluntatis prius natura esse liberum & indeterminatum ad vnū, & posterius in eodem nunc aternitatis esse determinandum ad vnū, vt de nostra volūate in instanti temporis eodem art. 13. disp. 4. dixeramus: & qui, tum in locis quæ nobis obiciuntur, tū etiā in aliis in hac prima parte, prioritatem & posterioritatem in actu voluntatis diuinę comparatione di- uersorum obiectorum constitutum.

Hinc iam constat primum eorum, quæ nobis obiciuntur, nullius esse momenti. Quod ad secundum de Christi prædesti- natione attinet, sanē integrū relinquimus, si prædestinatio Christi cum prædestinatio- ne singulorum hominū in particulari com- paretur, priorē esse nostro intelligendi mo- do prædestinationem Christi, quā præ- destinationem singulorū, qui in ipso præ- destinati sunt, tāquam causam & exemplar prædestinationis cæterorum, & tanquam finem, principium, ac fontem, vnde mediā prædestinationis cæterorum deriuata sunt, vt in eodem ipso membro subiurgimus.

Etenim licet Christi prædestinatio non antecedit voluntatem absolutam redimen- do genus humanum per Christum, & per consequens prædestinandi in genere ho- mines aliquos in Christo, antecedit tamen singulorum prædestinationem, qui ab ipso sunt redempti. Neque enim sicut volitio, vt esset incarnatio & Christus, adiunctam ha- bet redemptionem generis humani, tan- quam conditionem sine qua non essent vo- lita: ita prædestinatio Christi habet adiun- ctam prædestinationem huius vel illius in particulari, tanquam conditionem sine qua prædestinatio Christi non esset volita.

Ad vltimum, quod nobis obicitur, iam dictum est quouiscq; membro præcedente reiciamus instantia, seu prioritatem, & pos- terioritatem in diuina volitione.

Ad pri-  
mam ob-  
iectionē.  
Ad secun-  
dam.

Prædesti-  
natio  
Christi  
prior ca-  
terorum  
hominū  
prædesti-  
nationis.

Ad tertiam.

# INDEX PRÆCIPUA- RVM RERVM QVÆ IN HOC OPERE EXPLICANTVR.

Numerus indicat paginam; A, primam illius columnam;  
B, secundam.



**ACCEPTIO** personarum in quibusdā prædestinandis, alijs non item, nequaquam cernitur. 325.b  
*Accidens.*  
Accidentia Euchaitia, qua ratione fiant subsistentia in se ipsis. 268.b

*Actio.*  
Actio immanens est actus secundus: non ita actio transiens. 122.b  
Actio si à Deo auctore non sit, neque passio. 143.a  
Actio moraliter mala non potest esse volita à Deo, sed solū permissa: passio verò non mala, cum ea actione cōiuncta, potest esse à Deo volita. 143.a  
Actiones supernaturales liberi arbitrij, etiam spectatæ præcisè vt ab eo emanant, quo pacto in Deum referantur. 328.b  
Actiones variæ ac termini ad imaginem depingen- dam. 117.b  
Actionum humanarum triplex genus. 258.a

*Actus.*  
Actus mali moraliter, materialisue peccati naturalis bonitas, quatenus in Deum naturæ auctorem, pri- mamque rerum causam, reduci debeat. 142.b  
Actus arbitrij supernaturalis nō soli quantitati auxi- lij gratiæ cooperantis respondet quoad intentionē, sed simul etiam quantitati influxus arbitrij. 161.b  
Actus intellectus & voluntatis actiones sunt, termini earum sunt qualitates, ab eis formaliter solūm distinctę ac dependentes in conseruari. 154.b  
Actus supernaturales fidei, spei, & charitatis, eminenter continent actus naturales de eodem obie- cto, ac pioinde habitus naturales produunt. 155.a

Actus supernaturalis quoad omnes suos gradus est talis, tamen quoad quosdam quoad accidens. 155.a  
Actus supernaturalis ab vna causa habet quod sit liber ab alia, quod sit supernaturalis, cum tamen sit totus ab vnaquaque causarum: & quid in eo in-

fluxus illarum, qui sola ratione inter se distinguun- tur. 155.a  
Actus supernaturalis & naturalis de eodem obiecto, vnde distinguuntur specie. 155.b  
Actum & habitum differentiat, licet sint habitus- dines ad eadem obiecta, cur diuersa. 156.a  
Actus eiusdem potentia vnde specie distinguun- tur. 157.a  
Actus apprehensivi potentiarum cognoscentium, pro diuersitate materialium obiectorum, distin- guuntur specie. 157.b  
Actus assentiendi intellectus, vnde specie distinguun- tur. 157.a  
Actus dilectionis, qui vltima dispositio est ad gra- tiam, num eiusdem speciei sit cum eo qui emanat postea à charitatis habitu. 158.b  
Actus virtutum appetentium, vt immediate per actus, & mediatè per obiecta distinguuntur. 158.b  
Actus voluntatis vnde specie distinguuntur. 158.b  
Actus voluntatis liber dicitur, non à liberate quæ in ipso sit, sed quasi denominatione extrinseca à li- bertate voluntatis. 335.b  
Actus supernaturales nostri arbitrij à nobis habent quod liberi sint, & à gratia cooperante quod sint supernaturales. 336.a  
Actus, quo influxu Dei & liberi arbitrij productur in genere naturæ, productur in genere motus. 336.b

*Agens, & agere.*  
Agens liberum & naturale quid. 5.a  
Agens actione immanente perfectior est dum est in actu secundo, quā dum est in actu primo: id verò locū non habet in agente actione trāscunte. 123.a  
Agente Deo necessitate naturæ eo præcisè vniuersali concursu, quo re ipsa agit, contingentia rerum sal- ua maneret. 147.b  
Agere nullo coadiuuante, cur virtutem omnem crea- tam excedat, sitq; Dei proprium. 109.a.b  
Agere Deum ex necessitate naturæ, & esse omni om- nino ex parte omnipotentem, contradictionem impu-  
G g g impu-

implicat. 146.b  
*Eternitas.*  
 Eternitati omnia simul coexistere, quo pacto defendi possit. 202.a  
 Eternitas vt tempori correspondeat, exemplo explicatur. 210.a  
*Affectio.*  
 Affectio ad obiectum, quatenus est voluntatis, & non liberi arbitrij, in nobis & in Angelis liberam volitionem solet antecedere. 183.b  
*Amens.*  
 Amentes, & pueri aliqua efficiunt liberè, & cur neque ad culpam, neq; ad meritum eis imputentur. 8.a  
 Amentibus quando vsus rationis adueniat, & num circa omnia obiecta adueniat simul. 10.b  
*Amor.*  
 Amor. Vide Dilectio, & Caritas.  
*Angeli.*  
 Angelis integra remanserunt naturalia post peccatum. 13.a  
 Angelis & primis parentibus collata sunt supernaturalia, quibus vitam aeternam promereri possent. 20.a  
*Approbatio.*  
 Approbatio ad intellectum spectat, ac sæpè includit actum voluntatis. 308.a  
 Approbatio diuina comparatione beatitudinis quid. 308.b  
 Approbatio prædestinatione est posterior. 308.b  
*Arbitrium.*  
 Arbitrium. Vide Liberum arbitrium.  
*Assensus.*  
 Assensus intellectus vnde specie distinguantur. 157.a  
*Atritio.*  
 Atritio, quæ cum sacramento ad iustificationem est satis, bonus est actus, ac Dei donum. 56.a  
 Atritio eadem cuncta esse debet ad esse supernaturale, saltem per supernaturalem Dei timorem. 56.a  
 Atritio supernaturalis cum sacramento ad iustificationem sufficiens quæ, & quomodo fiat. 56.a. 186.a  
*Augustinus.*  
 Augustini error, antequam ad fidem conuerteretur. 5.a  
 Augustinus qua occasione scripsit libros de natura & gratia, & de correctione & gratia. 5.b. & 6.b  
 Augustini error circa prædestinationem, fideique inicum quem factus Episcopus retractauit. 28.a  
*Auxilium.*  
 Auxilium efficax ex se, & inefficax, qui consti-

tuant. 239.a  
 Auxilia ex se efficacia constituenda non sunt, quæ inter prædestinatos & non prædestinatos discernant. 234.a. & 327.a  
 Auxilia gratiæ quòd efficacia, sint, pèdere ab arbitrio, quo pacto intelligendum. 329.b  
 Auxilium sufficiens Deus nunquam denegat. 328.b  
 Auxilia gratiæ confert Deus semper conanti ex suis naturalibus facere quod in se est. 31.a  
 Auxilia gratiæ nulli, quantumuis scelerato, denegantur omnino. 32.b  
 Auxilio æquali fieri potest vt vnus vocatorum conuertatur, & alius non. 37.a  
 Auxilia gratiæ libertatem non tollunt. 38.a. 39.b  
 Auxilia gratiæ adulto præstita, quòd efficacia sint, habent dependenter à libero influxu arbitrij eius cui præstantur. 40.a. 327.a  
 Auxilium particulare, quo homo natura lapsa eget vt efficaciter diligat Deum super omnia, diuersum est ab eo quo iustificatur, quotidianumque appellatur. 48.b  
 Auxilia maiora vel minora conferte consuevit Deus iustis, prout cautius & maiori cum submissione se gerunt. 65.a  
 Auxilij gratiæ nomine quid Patres aduersus Pelagia nos intelligant. 15.b. 78.a  
 Auxilium particulare gratiæ præuenientis ad supernaturales actus, & concursus generalis, in quo differant. 124.a. 172.a.  
 Auxilio gratiæ præuenientis prius, saltem natura, mouet Deus, quam liberum arbitrium consentiat & cooperetur; fecus autem concursu vniuersali. 128.b. 172.a  
 Auxilia particularia quænam gratiæ propriè dicantur. 149.a  
 Auxilia per Angelos præstita, an inter gratiæ auxilia sint computanda. 149.a  
 Auxilij sufficiens in efficax & inefficax diuisio. 166.a. 327.a  
 Auxilium sufficiens, quòd efficax aut inefficax sit, pender ab eius arbitrio, cui præstantur 166.a. 167.b. 168.b. 327.a  
 Auxilia ad conuersionem non sola gratiæ auxilia continent: tamen si sine gratiæ auxilio nullus possit conuerti. 166.b. 170.a  
 Auxilia maiora vel minora, prædestinationisque effectus, non pro qualitate vsus liberi arbitrij præuisi, sed pro suo beneplacito confert Deus. 321.a  
 Auxilia maiora in lege scripta quàm natura, & in lege gratiæ quàm scripta, collata sunt. 321.b  
 Auxilium  
 Auxilium efficax & inefficax ex ipsa auxilij natura quidam non rectè constituunt. 326.b  
 Auxilio gratiæ minori potest quis adiutus resurgere, quando alius maiori non resurgit, durulq; perseverat. 399.b  
 Auxilium quotidianum, quo ad perseverandum in gratia indigemus, quæ includat. 149.b  
*Beati.*  
 Beati ex solo intuitu diuinæ essentia, & determinationis voluntatis diuinæ, cognoscere nequeunt ea futura, quæ pendent ex arbitrio creato. 231.b  
*Bonum, & bonitas.*  
 Bonum opus morale, quod fini naturali sit accomodaturn, efficere potest homo natura lapsæ cū solo concursu Dei generali. 17.a  
 Bonum morale merè naturale commensurationem non habet ad beatitudinem supernaturalem. 19.b  
 Bona opera, quæ meritoria non sunt, esto sint supernaturalia, interdum nihil, & reputantur, & dicuntur apud scripturam sacram. 20.b  
 Bonum non reputat interdum Augustinus, nisi quod cum charitate est coniunctum, aut in suo ordine & gradu commensurationem cum beatitudine habet. 21.a. 59.b. 72.a  
 Bonum opus morale difficile, an in vno temporis momento præstare possimus sine speciali auxilio Dei. 68.a  
 Bona nostra opera, quæ à nostro pendent arbitrio, vt Deus velit, tum conditionata, tum absoluta voluntate. 141.b  
 Bonitas naturalis actus mali moraliter, materialiter peccati, quatenus in Deum natura auctorem, primamque rerum causam, reducenda sit. 142.b  
 Bonus vsus liberi arbitrij primam gratiam antecedens, neque causa, neque ratio est prædestinationis. 321.a  
 Bonus vsus gratiæ iam acceptæ non est causa aut ratio prædestinationis. 323.b  
 Bonus vsus liberi arbitrij totus, qui in effectu prædestinationis includitur, duas causas parciales ac liberas habet, à quarum quauis ita pender, vt ea pro sua libertate non influente, omnino non sit. 351.b  
 Bonus vsus liberi arbitrij, etiam vt præcisè ab arbitrio emanat, quo pacto in Deum ipsametiam referatur. 352.a  
 Bonus vsus liberi arbitrij simul est donum Dei, & dilectio, aut meritum nostrum. 354.b  
 Boni vsus liberi arbitrij singulæ partes à Deo & à nobis pendent. 354.b

Boni vsus liberi arbitrij singulæ partes totæ sunt à Deo, & totæ ab arbitrio. 355.a  
 Boni vsus liberi arbitrij singulæ partes effectus sunt prædestinationis, sed non vt præcisè spectantur quatenus à libero arbitrio emanant. 355.a  
 Bonus vsus liberi arbitrij, etiam quatenus ab arbitrio emanat, vt in Deum referatur. 355.b  
 Bono vsui liberi arbitrij quæ conueniant propter influxum arbitrio proprium. 356.b  
 Bona opera, quæ scripturæ & concilia fieri posse negant sine speciali auxilio Dei, quæ sint. 20.b  
*Caritas.*  
 Caritas vita est spiritualis animæ. 190.b  
 Caritas qua ratione vniat perfectè Christo vt homini. 190.b  
 Caritas vniò per actum, quæ. 190.b  
 Caritatis & gratiæ habitus operatius est, idque natura necessitate, quantum est ex se. 193.b  
 Caritatis & gratiæ habitus non concurrunt efficienter ad vltimam dispositionem ad gratiam, hoc est, ad contritionem, & dilectionem. 192.b. 194.b  
 Caritatis & gratiæ habitus cur contritionem meritoriam reddant gloriæ, non verò gratiæ, in primo iustificationis instanti. 195.a  
 Caritatis actus, qui vltima dispositio est ad gratiam, num distinctus specie sit ab actu, qui postea à caritatis habitu emanat. 158.b  
 Caritatis actus ab habitu supernaturali emanans, distinctus est specie ab actu charitatis naturalis de eodem obiecto, estq; in obiecto diuersa ratio sub qua, comparatione vtriusque actus. 159.a  
 Caritas. Vide Dilectio, & Gratia.  
*Castitas.*  
 Castitatem seruare non possumus absq; speciali auxilio Dei. 66.a  
*Catharinus.*  
 Catharini de prædestinatione sententia. 315.a  
*Causa.*  
 Causa secundæ cum Deo cooperantur ad suos effectus. 107.b  
 Causa prima immediatè operatur cum omni causa secunda. 108.b  
 Causæ primæ proprium à nulla alia pendere in productione & conseruatione suorum effectuum. 109.a. & b  
 Causa prima per concursum generalem, & secunda per particularem, agunt eadem numero actione, vtriusque concursus rationem habentis. 109.b  
 Causa secundæ, vt ignis, sine sui mutatione calorem inducit. 110.a  
 Ggg 2  
 Cau.

Causarum instrumentalium duo genera: vnu quod non agit immotum; aliud quod sine sui mutatione agit. 110. a  
 Causa primagenrali concursus, non influit in secundam, sed cum secunda in effectum. 111. a  
 Causa prima concursus generalis a particulari causa secunda determinatur ad speciem actionis, & effectus, neuterq; superfluit. 112. a  
 Causa prima per concursum generalem, & secunda, quodammodo partes, & quodammodo integræ causæ sunt effectus. 114. a  
 Causa prima & secunda partiales causæ sunt, partialitate causæ, non vero effectus. 114. b  
 Causæ essentialiter subordinatæ non semper ita sunt affectæ, vt superior moueat inferiorem. 114. b  
 Causa nulla secunda, etiam supernaturalis, producere potest actionem aut effectum sine concursu Dei generali. 109. b. 123. b  
 Causa prima cur Deus dicatur comparatione effectum causarum secundarum. 128. b  
 Causam peccati non esse Deum demonstratur. 129. a  
 Causa peccati cur Deus non sit, quam rationem plerique antiquorum reddiderint. 131. a  
 Causa peccati cur Deus non sit, legitima ratio. 133. b  
 Causa prima quatenus Deus sit eorum actionum, & effectuum, qui necessitate naturæ producuntur, propriæque sunt causarum secundarum. 136. a  
 Causarum subordinatarum quædam eodem influxu, aliæ diuerso agunt. 120. b  
 Causæ influxus in effectum, quid. 356. a  
 Causæ agentis sine vilo suo proprio influxu, & cum suo peculiari influxu discernen. 356. a  
*Certitudo.*  
 Certitudo diuinæ scientiæ circa contingentiã futura vnde proveniat. 236. a. b  
 Certitudinis fidei prima radix quæ. 153. a  
 Certitudo qua ratione sit in fide naturali heretici circa ea in quibus non errat, qua non item. 154. a  
 Certitudo quid. 154. a  
 Certitudo non est differentia essentialis fidei supernaturalis. 154. a  
 Certitudo quæ ex parte subiecti, & quæ ex obiecto. 154. b  
 Certitudo diuinæ scientiæ quod creatum arbitrium peccabit, vnde proveniat. 248. a  
 Certitudo futurorum contingentium ex hypothesi, seu sub conditione, est mediæ scientiæ in Deo consistenda. 248. b. 249. a  
 Certitudo diuinæ scientiæ circa futura contingentiã, vnde proveniat. 260. b  
 Certa non sunt futura contingentiã, quæ ab humano arbitrio pendent, ex solo ordine diuinæ providentiæ, si scientiam mediã secludas. 261. b  
 Certitudo quod confirmatus in gratia lethaliter non peccabit, ad certitudinem diuinæ præscientiæ reducit. 267. b. & 316  
 Certitudo effectus prædeterminationis, quæ est comparatione præscientiæ, cur non tollat arbitrii libertatem, vt tolleretur si esset comparatione diuinæ voluntatis. 377. b  
 Certitudo, & inevitabilitas effectus, non idem sunt; neque ex certitudine recte inevitabilitas colligitur. 300. b  
*Chrysofomus.*  
 Chrysofomi error (sine sua culpa) circa gratiam. 177. a  
*Christus.*  
 Christus promeruit, & obtinuit, vt nulli, faciendi quod in se est, denegarentur auxilia sufficientia. 32. a. 33. b  
 Christi ruinæ generis humani perfectus reparator. 391. a  
 Christus caput Ecclesiæ. 391. b  
 Christi meritis eę dispositiones in Ecclesiã effectus sunt, quæ ad eiusdem Christi aduentum spectabãt. 392. b  
 Christi merita legibus quibusdam à Christo, quoad eorum applicationem, ex patris voluntate alligata sunt: in multisque applicationem eorum solo patris arbitrio reliquit. 392. b  
 Christi Redemptoris necessitas. 19. a  
 Christus prædinatorum primus. 337. a  
 Christum, dum viator erat, peccare, contradictionem implicabat, & tamen liberè non peccabat. 268. a  
 Christi opera vnde meritum habent in infinitum. 268. b  
 Christus præcisè spectatus cum gratia vniõis, seclusis alijs donis, similis cæteris hominibus fuisset, quoad libertatem, motus, & rebellionem sensualitatis, ac cæteras humanas miseras. 269. a  
 Christo, iutenim dum erat viator, cur relicta fuerit libertas ad transgredienda præcepta, & ad nonnulla alia. 269. b  
 Christi voluntas capax fuit doloris & tristitiæ. 269. b  
 Christus liber fuit ad transgredienda præcepta, certus quod transgressurus ea non esset. 269. b  
 Christus qua ratione spectatus peccare nullo modo potuit. 269. b  
 Christi motus in præcepto illi fuit, & non solum spontanea, sed etiã libera, contradictionis aut etiam contrarietatis libertate. 270. a  
 Christus

Christus prædinatorum fuit primus, prædeterminationeque ipsius prior fuit cæterorum hominum prædeterminatione. 347. a  
 Christus simpliciter est dicendus causa nostræ prædeterminationis. 392. b  
*Cogitatio.*  
 Cogitationes, quæ illustrationes sunt gratiæ præuenientis, ab intellectu ipso, tanquam à parte causæ, efficiuntur. 183. a  
*Cognitio.*  
 Cognitio intellectus qualis sufficiat ad libertatem, & ad peccatum ac meritum. 198. a  
 Cognitio qualis in brutis sufficiat, vt in eis sit libertatis vestigium. 198. b  
*Compositus sensus & diuisus.*  
 Compositus sensus & diuisus quales inferuiant ad arbitrii summam libertatem tuendam, quales non item. 247. b. & 251. b. & 379. a  
 Compositus sensus & diuisus quando locum habent. 169. b  
*Comprehensio.*  
 Comprehendatur vt res aliqua, necesse non est cognoscere id esse futurum quod sub potentiam illius cadit. 243. b  
*Conciliatio.*  
 Conciliandi liberum arbitrium cum gratia, præscientiã, providentiã, prædeterminatione ac reprobatione, quæ ratio probanda. 3. a  
*Concilium.*  
 Concilia antiqua, & Patres, de quibus credendi, sperandi, diligendi, ac pœnitendi actibus cum Pelagianis contendeant. 58. a. 60. a  
 Concilii assistit Spiritus sanctus, ne in definitionibus errent, cooperationem tamen & industriam Ecclesiæ exigit: Et cur definitiones vno tempore, quàm alio, exactiores ac dilucidiores sint. 60. a  
 Conciliorum est interpretari, atque exactiõis definire, quæ in prioribus aliis definita sunt. 60. a  
*Concursus.*  
 Concursus generalis cum causa secunda in effectum, nõ est influxus in causam, vt mota agat, sed in effectum immediatè. 111. a. 123. b  
 Concursus Dei generalis ad omnem actionem & effectum, quæ necessitas. 111. b  
 Concursus neque generalis Dei, neque particularis causæ secundæ, superfluit. 112. a  
 Concursus Dei generalis à particulari causæ secundæ determinatur ad speciem actionis & effectus. 112. a. b. 125. b. 154. b. 196. a  
 Concursus generalis sine particulari causæ secundæ nihil producere valet, aut è contrario: mutuoque hi duo influxus, vt existant, ex se dependent. 112. b  
 Concursus generalis & particularis non sunt duæ actiones, sed vna numero. 112. b. 134. b  
 Concursus generalis quid. 112. b  
 Concursus generalis Dei, & vniuersalis Solis, in quod differant. 113. a  
 Concursus Dei generalis qualis in se sit, & quo pacto à Deo emanet. 113. a  
 Concursus Dei generalis vsque adeo causis secundis ad agendum est necessarius, vt nulla, etiam supernaturalis, sine eo quicquã possit producere. 123. b. 151. a. 169. b  
 Concursus Dei generalis cum causa operante actione immanente, non est concursus in causam, quæ agens est, sed quatenus suscipit in se actionem & effectum. 123. b.  
 Concursus generalis, & auxilium particulare, quod præueniens grati ad effectum supernaturalem nuncupatur, in quo, præter alia, differant. 124. a. 172. a  
 Concursus generalis non est influxus in causam secundam, sed cum illa in effectum, neq; efficax est, vt sine causa secunda producat effectus: contrariãque assertio multis erroribus anam præbuit. 124. b. 125. a  
 Concursus Dei generalis cum libero arbitrio quo exemplo perperam explicetur. 126. a  
 Concursu generali non prius Deus concurrat ad effectus, quàm causæ secundæ, aut è contrario: secus dicendum est de auxilio gratiæ præuenientis. 158. a. 172. a  
 Concursu generali cum quo viribus arbitrii produciatur materiale actus boni moraliter, aut peccati, produciatur actus ipse bonus moraliter, aut peccatum. 136. b  
 Concursu tantum generali, quæ nunc adhibet, agente Deo ex necessitate naturæ, rerum contingentiã salua maneret. 147. b  
 Concursus Dei generalis, præter influxum liberi arbitrii & gratiæ præuenientis, requiritur ad actus ad iustificationem necessarios. 151. a  
 Concursus Dei generalis ad quamcunque actionem non malam non est duplex, vt quidam arbitrantur, sed simplex duntaxat. 115. a  
 Concursus Dei generalis, si esset influxus in causam, ignis eo moueretur quando calefaceret. 116. a  
 Concursus Dei generalis diuersas numero est ad diuersas numero eiusdem agentis actiones. 117. a. 118. b.  
 Concursu generali agens Deus, & particulari causa secunda.

secunda, recte partiales causę comparatione effectus possunt appellari. 120.b  
 Conuersum efficacem ex se & inefficacem qui consistunt. 239.b  
*Confirmatio in gratia.*  
 Confirmatio in gratia & præsuetio ab omni culpa in quo sint posita. 267.b  
*Confirmatus in gratia.*  
 Confirmatus in gratia peccatorum non esse lethali- ter, ad certitudinem diuinę præsuetię reducit. 267.b  
 Confirmatorum in gratia certitudo, quod non peri- bunt, unde proueniunt. 316.b  
*Consensus liberi arbitrij.*  
 Consensus liberi arbitrij Deo excitanti & vocanti, quid. 42.a.165.a.168.a  
 Consensus gratię pręuenienti actus est supernatura- lis. 165.b.168.b  
 Consensum nostrum determinat influxus gratię ad actum supernaturalem, ac proinde ad distinctam speciem. 336.b  
*Consuetudo.*  
 Conseruat Deus effectus omnes immediate. 109.a  
*Consilium.*  
 Consilium quale in Deo. 305.b  
*Contingentia, & contingens.*  
 Contingentia rerum fato auferitur. 3.b  
 Contingentia rerum salua maneret, licet Deus eo tan- tum concursu vniuersali, quem nunc adhibet, ex necessitate naturę insueret. 147.b  
 Contingens duobus modis dici potest complexio ali- qua: posteriori fatalę necessitatem excludit. 197.a  
 Contingentię radix totius vniuersi, earumque eius- dem partium, quę a solo Deo productę sunt & conseruantur, in solam Dei liberam voluntatem referenda est: necesse Deo cōtingens horum cau- sa dicendus non sit. 197.b  
 Contingentię qua ratione tolleretur, si fatali neces- sitate effectus causarum secundarū euenirent. 199.a  
 Contingentię radix proxima & remota effectuum causarum secundarum, quę. 199.b  
 Contingentes non omnes effectus immediate eman- ant a proxima radice contingentię. 199.b  
 Contingentię an dari possit alia proxima ratio. 200.a  
 Contingentię effectuum ad ordinem gratię spectan- tium quę sit radix. 200.b  
 Contingentię futurorum esse in Deo certam sci- entiam ex rationibus idealibus, crediderit ne D. Thomas. 206.a  
 Contingentię futura non prius existunt in æternita-

te, quam in tempore: neque ex eorum existentia in æternitate colligi potest præsuetia de illis di- uina. 210.  
 Contingentię rerum vt cum præsuetia concilietur, triplex scientia distinguenda est in Deo. 227.b  
 Contingentię rerum & præsuetia Dei qua ratione cohæreant. 234.a  
 Contingentię futura. Vide, Futura contingentia.  
 Contingentię futura ex hypothese seu conditionata quę a Deo cognoscuntur, quomodo ex quorun- dam sententię, & quomodo iuxta veritatē. 241.a  
 248.b.249.a  
 Contingentię futura nō sunt determinatę vera. 230.b & 242.b  
 Contingentię futurorum ex hypothese seu ex condi- tione, certitudo est præsuetię medię. 248.b.249.a  
 Contingentię radicem quę diuinum solum liberum arbitrium habeant. 257.a  
 Contingentię radicem propriam quę habeant diui- num arbitrium, & simul ab alia radice pendeant. 257.b  
 Contingentię radicem propriam quę habeant arbi- trium creatum. 258.a  
 Contingentię futura ab humano arbitrio pendentia certa non sunt ex solo ordine diuinę prouidentię, si scientiam mediam secludas. 261.b  
*Contritio.*  
 Contritio & attritio vt a Deo & a libero arbitrio si- mul efficiantur. 30.a.151.b.165.a.  
 Contritionem & attritionem elici posse, quoad solam actus substantiam, cum solo concursu generali Dei, affirmat communior Scholasticorum senten- tia, & an sit amplectendum. 44.a.79.a.81.a  
 Contritio, etiam supernaturalis, non includit dilectio- nem Dei super omnia efficacem, propositumue efficacem non peccandi lethaliter, sed absolutū dun- taxat. 51.b  
 Contritio, etiam supernaturalis, non indiget tali pro- posito non peccandi lethaliter, quod, si tunc diffi- ciles tentationes occurrerent, persisteret. 52.a  
 Contritio & attritio, etiam supernaturales, condici- onale quodammodo propositum non peccandi le- thaliter requirunt, diuino videlicet auxilio inni- tendo. 52.b  
 Contritio ab influxu arbitrij habet quod sit dolor, a Deo verō tanquam a particulari causā habet quod sit dolor speciei supernaturalis. 138.a.151.b  
 Contritionem solet antecedere timoris affectus. 56.b  
 Contritionis actus, præter influxum gratię præue- nientis

nientis & liberi arbitrij, indiget concursu genera- li. 151.b  
 Contritionis actus, & quiuis alius supernaturalis li- beri nostri arbitrij, non soli gratię cooperanti re- spondet quoad intensiōem. 161.b  
 Contritionis motus, qui vltima dispositio est ad gra- tiam, quis sit, & quomodo fiat. 185.b.186.a  
 Contritio cur interdum minus ab eo percipiatur, qui illustriorem eam habet. 180.b  
 Contritionem cur habitus caritatis ac gratię merito- riam reddat vitę æternę, & non gratię in primo iustificatiōis instanti. 195.a  
*Conuersio.*  
 Conuersio infidelium multum pēdet a qualitate mi- nistrorum Euangelij. 29.a  
 Conuersio infidelis, aut peccatoris adulti, non soli gra- tię pręuenienti tribuenda est. 37.b.38.a  
*Crede.*  
 Credendi initium, vt ad salutē oportet, a solo Deo est per gratiam pręuenientem. 28.a  
 Credendi, sperandi, diligendi ac pœnitendi actus, de quibus concilia & Patres cum Pelagianis con- tendebant, quales erant. 58.a.59.a.60.b  
 Credendi, sperandi, ac pœnitendi actus, præter influ- xum pręuenientis gratię, & liberi arbitrij, indiget concursu Dei generali. 151.a  
 Crede. Vide, Fides.  
*Culpa.*  
 Culpa. Vide, Peccatum.  
*Deliberatio.*  
 Deliberatio qualis præcesserit omnem actum liberum voluntatis diuinę. 344.a  
 Deliberatio est notitia quanta sufficit ex parte intel- lectus ad actus voluntatis liberos. 9.a  
 Deliberatio intellectus quanta sit necessaria ac suffi- ciens ad lethale peccatum & meritum. 198.a  
*Desero.*  
 Deseri peccatorem a Deo quid. 398.a  
*Despectio, & Despectus.*  
 Despectio, qua Deus despicit, quid. 378.a  
 Despectus a Deo an corrigi possit. 405.a  
 Despectio libertatem arbitrij a reprobo non aufert, vt conuertit, vitamque æternam, si velit, assequi possit. 405.a  
*Determinatio voluntatis.*  
 Determinat voluntas seipsam ad actum. 335.b.335.a  
 Determinatio voluntatis ad actum quid. 337.b  
*Deuotio.*  
 Deuotio essentialis, & vera, quę. 181.a  
 Deuotio sensibilis quę, & quantum adiuuet, 181.a

Deuotionis sensibilis donum cur sepe, etiam a iustis & dilectis, auferatur. 191.b  
*DEVS.*  
 DEVS operatur immediate cum omni causā se- conda. 108.b  
 Deus cur causā prima dicatur comparatione effectū causarum creatarum. 128.b  
 Deus non esse causam peccati demonstratur. 129.a  
 Deus cur peccati causā non sit, quam rationem pleri- que antiquorum reddiderunt. 131.b  
 Deus non potest præcipere peccata, neque ad malas actiones inclinare, aut eas suadere, vel prædesinare. 131.a.132.a  
 Deus cur peccati causā non sit. 132.b  
 Deus vt comprehendat sapientes in astutia sua. 230.b  
*Dilectio.*  
 Dilectio efficax Dei super omnia exigit obseruatio- nem mandatorum omnium sub lethali culpa obli- gantium. 46.a  
 Diligere Deum super omnia efficaci dilectione, etiam naturali, non potest homo naturę lapsę sine spe- ciali auxilio Dei. 47.a  
 Dilectio efficax Dei super omnia, naturalis vna, su- pernaturalis altera: & quam obseruationem man- datorum earum quęque includat. 48.a  
 Dilectione efficaci, etiam supernaturali, potuerūt ho- mines status innocentię cum solo concursu gene- rali diligere Deum super omnia. 48.a  
 Diligere efficaciter Deum super omnia non potest homo naturę lapsę absque speciali auxilio Dei, etiam si in gratia sit constitutus. 48.b  
 Dilectio efficax Dei super omnia diuerso auxilio eget in homine naturę lapsę ab eo, quo is iustificatur, 48.b  
 Dilectio efficax Dei super omnia non est simplex actus. 49.a  
 Dilectio Dei efficax in statu innocentię a solo libe- ro hominis arbitrio penderet: in statu autem na- turę lapsę simul penderet a particulari auxilio Dei. 49.b  
 Dilectio absoluta & inefficax Dei super omnia, etiam supernaturalis, concedenda est media inter effica- cem dilectionem & velleitatem. 49.b  
 Diligendi & pœnitendi actus, de quibus concilia & Patres cum Pelagianis contendebant, quales erant. 58.a.59.a.60.b  
 Dilectio. Vide, Caritas.  
*Dispensare.*  
 Dispensare in præceptis decalogi, in quo sensu Deus non possit. 132.b  
 Dispe-

*Dispositio.*  
 Dispositio tam in mente artificis, quam in rebus quid. 287.a

*Ecclesia.*  
 Ecclesie regimini ac conatui, vsuique arbitrij nostri, vt Deus magna ex parte accommodauerit leges distribuendi gratia dona. 22.a. 30.b. 184.a  
 Ecclesie Euangelice ministrorum qualitas multum conducit vt infideles ac peccatores conuertantur. 29.a  
 Ecclesia a lapsu primorum patrum vnum corpus mysticum, cuius caput Christus qua homo. 190.b

*Effectus.*  
 Effectus, etiam supernaturales, quos Deus facere potest per causas secundas, non consuevit efficere per seipsum solum. 164.b  
 Effectum esse certum, & esse inuitabiliter euenturum, non idem sunt: neque ex certitudine illius inuitabilitas colligi recte potest. 300.b  
 Effectus partiales predestinationis quo pacto sibi inuicem sint cause. 324.a  
 Effectus predestinationis sunt partes singulae boni vsus liberi arbitrij, sed non vt precise ab arbitrio emanant. 355.a  
 Effectus predestinationis certus non est per comparationem ad id quod predestinatio dicit ex parte diuinae voluntatis, si secludas quod dicit ex parte diuini intellectus. 376.b  
 Effectus predestinationis certitudo comparatione presentie cur modo non tollat arbitrij libertatem, vt eam tolleret si esset comparatione diuinae voluntatis. 377.b  
 Effectus predestinationis dicitur aliquid comparatione Dei, non vero cuiusvis aliterius cause. 353.b  
 Effectus fortuiti, vt comparatione Dei tales non sint, satis est ab eo esse prauisus. 296.a

*Electio.*  
 Electio predestinandorum non antecessit rationem mediatorum in finem, quam predestinatio ex parte diuini intellectus dicit. 305.b  
 Electio non antecessit predestinationem. 305.b  
 Electio duplex in Deo meditanda: vna, quae in predestinatione includitur: alia quae predestinatione est posterior. 309.a

*Electio.*  
 Electio ad beatitudinem non est in Deo ante predestinationem. 305.b. Et in appendice post Indicem Scriptur. error. 308.a  
 Error Tullij circa presentiam & diuinationem futurorum contingentium. 3.a  
 Error fato auferentium arbitrij libertatem. 5.b  
 Error Manichaeorum circa arbitrij libertatem. 3.b  
 Error Pelagianorum. 5.a. 58.a  
 Error Lutheri & aliorum asserentium Deum esse causam peccati. 129.a

*Eucharistia.*  
 Eucharistia accidentia qua ratione fiant substantia in seipsis. 268.b

*Euitabile.*  
 Euitabile & inuitabile medium non habent comparatione eiusdem effectus. 300.b

*Existentia.*  
 Existentia rerum omnium simul in aternitate quo pacto defendi possit. 202.a  
 Existentia rerum non prius est in aternitate, quam in tempore. 210.a

*Faciens quod est in se.*  
 Facienti conatiue ex suis naturalibus facere quod in se est, semper Deus praestat auxilia gratiae praeuenientis. 31.a. 398.b

*Fatum, fatalisque necessitas.*  
 Fato libertatem arbitrij qui abstulerint. 3.b  
 Fatum, fatalisque necessitas, quid. 3.b  
 Fato prouidentiam qui abstulerint. 3.b  
 Fati assertio in qua acceptio errore non continet: verum neque in ea fati nomen usurpandum. 4.a  
 Fatale necessitati Plato & Stoici omnia, praeter humanam voluntatem, subiecere. 4.a  
 Fatum qui haeretici asseruerint. 4.a  
 Fati assertio aduersus quos damnata. 4.b  
 Fatalem absolutamque necessitatem qui asseruerint. 6.b  
 Fatum neque consequentiae certitudinem habet comparatione diuinae prouidentiae, si praesentiae secludas certitudinem. 294.a

*Fides.*  
 Fidei Catholicae rebus vt, tanquam reuelatis, quocumque actu assentiamur, necesse est doceamur reuelatas esse. 22.2  
 Fidei actus quoad substantiam, id est, merito naturalis, elici potest cum solo concursu Dei generali. 22.b  
 Fidei assensus licet quoad actus substantiam elici possit sine speciali auxilio Dei, saepe tamen speciale auxilium confert, non solum vt assensus qualis ad salutem oportet eliciatur, sed etiam omnino vt eliciatur. 25.a  
 Fidei supernaturalis assensus qua praeueniente & excitante gratia ex parte intellectus & voluntatis indigeat. 26.a. 184.a  
 Fidei, actus & vocationem & tractionem diuinam exigit, 25.a

exigit, & liberum arbitrij influxum. 25.a  
 Fidei supernaturalis habitus quam dispositione consequatur. 26.a. 185.a  
 Fidei habitus in intellectu residet, adiunctumque habet alium habitum infusum in voluntate, & cur eo indigeat. 26.a. 27.b. 185.a  
 Fidei supernaturalis habitus satis est cum solo concursu Dei generali ad actum credendi supernaturalem efficiendum. 26.a. 185.a  
 Fides gratia praeueniente indiget ex parte voluntatis, quae in ipsa recipiatur. 27.a  
 Fidei habitus supernaturalis qua necessitate constituitur. 27.b  
 Fidei initium a solo Deo est per gratiam praeuenientem. 28.a  
 Fidem vt infidelis suscipiat, quantum a qualitate ministrorum Euangelij, conatumque Ecclesiae pedit. 29.a  
 Fidem cur ordinari non suscipiant, qui de ea nihil audierunt: cum tamen facienti, quod in se est, Deus gratiam non denegat. 29.b  
 Fidei promulgatio diuersis temporibus facta. 29.b  
 Fidem licet nullus comparare possit, nisi a Deo praeuentus, & interius vocatus, cur tamen peccent, qui audientes Euangelium, nec sentientes se interius vocatos, illud non amplectuntur. 36.a  
 Fidem cur quidam ex audientibus Euangelium suscipiant, alij non item. 37.a  
 Fides quibus auxiliis gratiae egeat. 25.a. 38.a. b. 39.b  
 184.a. b  
 Fides opus Dei & nostrum. 38.b. 39.b  
 Fides Dei donum. 39.b  
 Fides vt suscipiatur, cur multum adiuuent miracula. 166.b. 170.a  
 Fide mystice vnum Christo tanquam membra in corpore Ecclesiae, tamen si caritate perfectae. 190.b  
 Fidei qua ratione iustificatio tribuatur. 191.b  
 Fidem initium ac fundamentum esse iustificationis, explicatur. 191.b  
 Fidei, spei, caritatis & gratiae infusi habitus operatiui sunt, idque necessitate naturae, quantum ex ipsis est. 193.b  
 Fide & spe supernaturalibus spoliati sunt daemones simulque peccauerunt. 397.a  
 Fides Adam statim post peccatum extensa est vt esset fides in Christum. 391.a  
 Fidei certitudinis prima radix quae. 153.a  
 Fides haeretici naturalis circa ea, in quibus non errat, qua ratione certa, qua non item. 152.a  
 Fides supernaturalis ob influxu Dei particulare distinguitur specie a fide naturali de eodem obiecto. 153.b

Fide naturali cur tam firmiter adherere potest aliquando haeretico, quam aliquis Catholicus aeterni supernaturali adhereat. 153.b  
 Fidei supernaturali non est differentia intrinseca certitudo. 154.a  
 Fidei supernaturalis actus a naturali de eodem obiecto quo pacto distinguitur specie per habitudinem ad obiectum sub alia ratione sub qua. 158.a  
 Fidei actus primus, qui est dispositio ad habitum, supernaturalis est ex peculiari influxu Dei: & num specie distinctus ab actu qui postea ab habitu emanat. 158.a  
 Fides. Vide Credere, & Vocationem ad fidem.

*Fortuiti effectus.*  
 Fortuiti effectus, vt comparatione Dei tales non sint, satis est a Deo esse prauisus. 296.a

*Futurum contingens.*  
 Futurorum contingentium esse in Deo certam scientiam ex rationibus etiam idealibus, crediderit ne D. Thomas. 206.a  
 Futura contingentia ante eorum existentiam quo pacto cognouerit Deus, prius ex hypothesi, postea absolute. 207.b  
 Futura omnia contingentia cognosci a Deo in sola determinatione libera suae voluntatis, tanquam in radice vnica contingentiae, vt error aduersus Scotum improbat. 214.a  
 Futura contingentia quomodo cognoscantur a Deo ante determinationem suae voluntatis, & post illam. 216.b  
 Futura contingentia cognoscendi, ideas, essentiamque diuinam esse rationem obiectiuam, in quo sensu sit verum. 217.b  
 Futura contingentia quo pacto certa & immutabili scientia cognoscat Deus, libertate arbitrij & contingentia rerum illatis, eo quod certitudo non ex obiecto, sed ex altitudine eminentiaeque cognoscetis proueniat. 223.b  
 Futurorum contingentium praesentia est in Deo. 227.a  
 Futura contingentia non quia sciuntur a Deo, ideo sunt futura, sed e conuatio; & quomodo a Deo praenoscantur. 231.a  
 Futura contingentia sciuntur certo a Deo certitudine proueniente, non ex obiecto, sed ex nobilitate cognoscentis. 236.a. b

*Gratia.*  
 Gratia maior collata est per Christum, quam fuerit in statu innocentiae. 17.b  
 Gratia praeueniens & excitans ad fidem quae. 27.a  
 184.a

Gratia praeueniente ad fidem indiget voluntas, quae in voluntate ipsa recipiatur. 27. a  
 Gratia praeueniens ad credendum non habitus, sed illustratio est intellectus, & motio ac affectio voluntatis per auxilia particularia, nec permanet. 27. a. 184. a. 185. a  
 Gratia praeueniens ex solis Christi meritis & liberalitate Dei confertur. 28. a  
 Gratia non tollit, sed supponit ac perficit naturam. 28. b. 184. a  
 Gratiae dona licet Deus distribuat ut vult, leges tamen ordinarias eadem distribuendi vlti liberi arbitrii hominum, regiminique Ecclesiae, magna ex parte accommodauit. 28. b. 184. a  
 Gratiam praeuenientem ad credendum Deus ordinariè non tribuit, nisi praeuia aliunde notitia eorum quae fides docet. 28. b. 184. a  
 Gratia ad poenitentiam praeueniens quantum ab arbitrio eius, qui iustificatur, & à ministris Ecclesiae pendeat. 30. a  
 Gratia praeueniens ad contritionem & attritionem, quae. 30. a. 65. a. 185. b  
 Gratiae praeuenientis auxilia confert Deus semper conanti facere ex suis naturalibus quod in se est. 31. a  
 Gratiae auxilia nulli, licet scelerato, denegantur omnino. 22. b  
 Gratiae soli praeuenienti tribuendum non est, quod ex duobus audientibus Euangelium vnus conuertatur, alius non. 37. b  
 Gratiae auxilia libertatem non tollunt. 38. b. 39. a. b  
 Gratiae auxilia, quod efficacia sint, habent dependenter ab arbitrii libertate. 40. a  
 Gratiae & caritatis habitus sine alio auxilio cur non sufficiant ad perseuerandum sine culpa lethali. 75. b  
 Gratiae auxilij nomine quid Patres aduersus Pelagianos intelligant. 15. b. 78. a  
 Gratiae non potest dari tantum incrementum in homine, quin ad maiorem gratiam possit deuenire. 86. b  
 Gratiae praeuenientis ac cooperantis motus libero arbitrio necessitatem non imponunt, vt se ad Deum conuertat. 148. a  
 Gratiae auxilia quae propriè ex particularibus dicantur. 149. a  
 Gratia praeueniens, liberum arbitrium, & concensus generalis Dei, includuntur in integra causa actuum qui ad iustificationem sunt necessarij. 150. b. 151. a  
 Gratia praeueniens res est realiter distincta ab acti-

bus ad quos liberum arbitrium excitat. 151. a  
 Gratiam praeuenientem potest Deus suo immediato influxu in actus iustificationis supplere. 151. b  
 Gratia praeueniens cum solo libero arbitrio & concursu Dei generali sufficit ad credendum, sperandum, & poenitendum. 160. b  
 Gratia praeueniens & cooperans seu coadiuuans sunt vna & eadem diuersimodè spectata. 161. a. 164. a. 168. b. 169. a. 172. a  
 Gratia praeueniens est instrumentum Dei, quo cum arbitrio cooperatur actus quibus iustificamur. 163. b  
 Gratia praeueniens, vt cooperetur actus iustificationis, pòdet à cooperatione liberi arbitrii. 163. b. 171. a  
 Gratiae praeuenienti consentire quid. 165. a  
 Gratiae praeuenienti consentire, est actus supernaturalis. 165. b. 168. b  
 Gratia praeueniens non potest habere rationem gratiae cooperantis, quin arbitrium conuertatur: & tamen in sensu diuiso, quando habet rationem cooperantis, potest arbitrium non conuerti. 171. a  
 Gratia praeueniens quid: liberum relinquit arbitrium ad consensum. 256. a  
 Gratia praeueniens quae maius beneficium, ac maior simpliciter, dat àne Lucifero, an data minimo praedestinatorum Angelorum. 394. b  
 Gratia praeueniens quam latè sumatur. 394. a  
 Gratia praeueniens maior entitatiuè simpliciter melior, ac maius beneficium, esto culpa accipiètis inefficax reddatur. 394. b  
 Gratia, quoad id vnde rationem praeuenientis sortitur, praue nit influxum liberi arbitrii ad actum supernaturalem: quoad id verò vnde rationem cooperantis nanciscitur, non item. 172. a  
 Gratiae cooperantis rationem habent habitus fidei, spei, & caritatis, comparatione actuum, qui ab ipsis & ab arbitrio emanant. 173. b  
 Gratiae praeuenientis, operantis, cooperantis, & subsequenter variae acceptiones. 174. a  
 Gratia operans & cooperans quo pacto ab Aug. accipiuntur. 174. a  
 Gratia subsequens & praeueniens, quae. 175. b  
 Gratiam non praue nitre nostrum arbitrium, sed subsequi, falsò, sed sine culpa, credidit Chrysostomus. 177. b  
 Gratiae motus interdum experientia deprehenduntur. 179. a  
 Gratiae motus cur sepe non deprehendantur ab ijs, qui eos recipiunt. 179. b  
 Gratiae motus cur interdum sint admodum debiles. 179. b  
 Gratiae

Gratiae motibus aliquando solum intellectum ac voluntatem tangit Deus, non autem partem sensitiuam deuotionis dono afficit. 180. a  
 Gratiae deuotionis sensibilis donum, atq; etiam deuotionis essentialis, quid. 180. a. 181. a  
 Gratia ac verus profectus vnde iudicanda. 180. b  
 Gratiae motus cur facile credi possint, qui tales non sunt: esto autem tales essent, cur inde non sumitur signum certum gratiae gratum facientis. 181. b  
 Gratiae praeuenientis motus efficienter etiam sunt ab intellectu & voluntate in quibus resident. 259. a. 184. b  
 Gratiae praeuenientis affectus quo pacto concurrente simul voluntate fiant. 183. a  
 Gratiae praeuenientis motus, totusque iustificationis discursus, vt à Deo & à nobis procedat. 183. b  
 Gratiae praeuenientis motus actiones sunt vitales: qui item sint, & quo pacto fiant. 183. b. 184. a  
 Gratiae praeuenientis motuum ac iustificationis ordo. 184. a  
 Gratia praeueniens ad actum spei, quae. 185. a  
 Gratia non concurrit ad actum liberi arbitrii, qui ad eam est dispositio. 188. b  
 Gratia gratum faciens vnde dicta. 189. a  
 Gratia vita spiritualis animae. 190. b  
 Gratia prima sub merito non cadit. 191. b  
 Gratia à confirmatis in ea non aufert libertatem ad peccandum; sed certitudo, quod non peccabunt, est à diuina praescientia, quae de confirmatis reuelatur. 316. b  
 Gratia prima licet Christi meritis nobis conferatur, est tamen donum simpliciter gratuitum comparatione nostris. 395. b  
 Gratiae auxilio minori potest vnus pro sua libertate resurgere, quando alius pro sua etiam libertate maiori auxilio perseuerat durus. 399. b  
 Gubernatio. 287. b  
 Gubernatio quid. 287. b  
 Habitatio.  
 Habitus qualitates sunt re distinctae ab actibus, quibus producuntur, atque illorum sunt veri effectus. 154. b  
 Habitus supernaturales fidei, spei, & caritatis, neque quoad augmentum ab actibus attinguntur. 154. b  
 Habitus naturales producunt supernaturales actus fidei, spei, & caritatis. 155. a  
 Habituum & actuum differentia, licet sint habitudines ad eadem obiecta, cur diuersa. 155. b

Habitus principiorum in eadem disciplina vnde specie distinguantur. 157. a  
 Habitus naturalis, etiam per accidens infusus, cur diuersitatem in actu potentiae non efficiat. 157. b  
 Habitus supernaturalis, seu per se infusus, diuersitatem specificam in actu potentiae efficit. 158. a  
 Habitus supernaturalis charitatis influens cum potentia, distinctum specie actum efficit à naturali, cerniturque in obiecto distincta ratio sub qua comparatione virtutisque actus. 159. a  
 Habitus Theologalium virtutum satis sunt cum consensu Dei generali ad supernaturales actus eliciendos. 26. a  
 Habitus Theologalium virtutum per illustrationes & auxilia transcenduntur donorum sapientiae, intellectus, consilij, pietatis, &c. ad suos actus seruèntius eliciendos adiuuantur. 27. a  
 Habitus gratiae & caritatis, sine speciali alio auxilio, cur non sufficiant ad perseuerandum sine culpa lethali. 76. b  
 Habitus Theologalium virtutum operatiui sunt, idque naturae necessitate, quantum est ex se. 193. b  
 Habitus, siue naturales sunt, siue supernaturales, pendunt in agendo à cooperatione potentiarum in quibus resident. 193. b  
 Habitus proprius agendi ac influendi modus, quis. 194. a  
 Habitus cur vtamur quando volumus, seu pro nostri arbitrii libertate. 193. b  
 Habitus, in quo instanti primo est, potest concurrere ad actum, modo natura antecedit influxum potentiae ad eundem actum: scilicet si potentiae influxus natura antecedit. 194. a  
 Habitus Angelis & primis parentibus infusi, actus in primo instanti elicerunt. 194. a  
 Habitus acquisiti non cooperantur in instanti, in quo primo generantur, sed in continuatione postea actus. 194. a  
 Haereticus.  
 Haereticus fides naturalis circa ea, in quibus non errat, qua ratione certa, qua non item. 153. a  
 Haereticus cur fide naturali possit aliquando tam firmiter adherere, quam aliquis Catholicus infusa fide adheret. 153. b  
 Homo.  
 Homini quadruplex status. 11. b  
 Homo in partibus naturalibus constitutus qualis esset. 11. b  
 Homo cur à recta ratione quam sapissime recedat, cum alia suos fines vt plurimum assequatur. 12. a  
 Homo

Hominis post peccatum & ante gratiam status. 12 b  
 Hominis vires in statu naturæ lapsæ ante gratiam tales remanserunt, quales essent in puris naturalibus. 13. a  
 Hominis lapsi ante gratiam, & eiusdem in solis naturalibus conditi discernimen. 13. a  
 Homo qua ratione per peccatum dicitur spoliatus in gratiis, & vulneratus in naturalibus. 13. b  
 Homo in innocentia statu cū solo concursu generali implere poterat totam legem naturalem. 14. a  
 Homo in statu innocentia cum Theologalium virtutum habitibus & communi Dei auxilio suâ operari poterat salutem, & vitam æternam promereri. 14. b  
 Homo in statu naturæ integræ plenissimam habuit libertatem ad declinandum omnia quæ à naturali & supernaturali sine poterant auertere. 15. a  
 Homo naturæ lapsæ cum solo concursu Dei generali efficere potest opus bonum morale, quod naturali fini, non verò supernaturali, sit accommodatum. 17. a  
 Homo naturæ lapsæ, nec naturali dilectione efficaci, potest Deum diligere super omnia absque speciali auxilio Dei. 47. a. 48. b  
 Homo in statu innocentia efficaci dilectione naturali & supernaturali poterat cum solo concursu generali Deum super omnia diligere. 48. a  
 Homo naturæ lapsæ, etiam constitutus in gratia, seruire non potest absque speciali auxilio Dei legem particularem, quæ notabilem contineat difficultatem, & sæpe seruanda occurrat. 48. b. 65. b  
 Homo naturæ lapsæ quò diutius in tentationibus sine peccato perseverat, eò potentior redditur ad resistendum in futurum. 83. b  
 Homo naturæ lapsæ cur vitare nò possit peccata omnia, cum tamen possit singula. 83. b  
 Homo, vt ad æternam vitam efformetur, salua ipsius libertate, lute in manu sigili ad Deum merito comparatur. 86. a  
*Idea.*  
 Idea quo pacto res representet. 243. a  
*Illustratio.*  
 Illustrationes intellectus gratiæ præuenientis quid. 182. b  
*Imperium.*  
 Imperium intellectus ad executionem, quod à prudentia monastica vel arte proficiscitur, nò datur, sed est actus voluntatis. 306. b  
 Imperium intellectus, quod lex sit & præceptum alijs ex civili aut œconomica prudentia profectum, con-

cedendum est. 306. b  
*Impotentia.*  
 Impotentia ad resistendum graubus tentationibus qualis ex Anselmi sententia. 70. b  
*Incarnatio.*  
 Incarnationem futuram non fuisse, si Adamus non peccasset, qua ratione aduersus Scotum defendatur. 345. b. 348. b  
 Incarnationis ordinem præsupponere in mente diuina ordinem gratiæ, impugnatur aduersus Caiet. 347. a  
 Incarnationem antecedentia, tanquam dispositiones in Ecclesia ad Christum venturum, eiusdem Christi meritis collata sunt. 392. b  
 Incarnatio qualiter facta. 268. b  
*Induratio.*  
 Induratio & exarcatio nunquam est in hac vita per omnimodam subtractionem auxiliorum gratiæ. 33. a  
 Indurat Deus, & obæccat, non apponendo duritiam ac exarcatem. 33. a  
 Induratio Pharaonis qualis. 34. a  
 Induratio Iudeorum qualis. 34. b  
 Induratio Antiochi qualis. 35. b  
 Induratio. Vide, Obduratio.  
*Inenitabilitas.*  
 Inenitabilitas, & certitudo effectus, nò idem sunt: neque ex certitudine inenitabilitas rectè colligitur. 300. b  
*Infidelis.*  
 Infidelium conuersio quantum à qualitate ministrorum Euangelij, conatuque Ecclesiæ pendeat. 29. a  
*Influxus.*  
 Influxus causæ in effectum quid. 356. a  
 Influxus Dei & nolter in actibus supernaturalibus quid, solaque ratione inter se distinguuntur. 155. a  
*Innocentia status, & naturæ corruptæ.*  
 Innocentia status homo cum habitibus Theologalium virtutum & generali Dei concursu operari poterat suam salutem, & vitam æternam promereri. 12. a  
 In statu innocentia homo cum habitibus Theologalium virtutum & generali Dei concursu operari poterat suam salutem, & vitam æternam promereri. 12. a  
 In eodem statu homo plenissimam habuit libertatem ad declinandum omnia quæ à naturali & supernaturali sine poterant auertere. 15. a  
 In statu etiam naturæ corruptæ, quo pacto Deus velit omnes homines fieri saluos per Christum. 342. b  
*Insomnium.*  
 Insomnia qualiter fiant. 11. a  
*Instantia.*

Instantia

Instantia, quibus aliquid à Deo sit prius volitum, aut præcognitum futurum, quam ali. d. quousque admittenda, aut exploranda. 340. a. Et in appendice ad Indicem scripturæ.  
*Instrumentum.*  
 Instrumentorum duo genera: vnum, nisi moueatur, non agitaliter in motum agit. 110. a  
*Intellectus.*  
 Intellectus & voluntatis actus actiones sunt, termini verò eorum qualitates ab eis formaliter solum distinctæ, atque in conseruari ab eisdem dependentes. 154. b  
*Intelligere.*  
 Intelligere & velle efficienter emanant ab intellectu & voluntate. 7. a  
*Iustificatio.*  
 Iustificatio, & beatitudo, etiam in Angelis, & in primis parentibus cum iustitia originali, præcisa à gratia, exigunt media supernaturalia, quæ viribus suis habere non possunt. 19. b  
 Iustificationis tres actus, tanquam ab vna integra causa, simul efficienter sunt à libero arbitrio, à Deo influente immediatè per concursum generalem, & ab eodem influente per gratiam præuenientem. 151. a  
 Iustificationis actus, sine præuio concursu gratiæ præuenientis, potest Deus, solo suo immediato in eodem actus influxu, de potentia absoluta efficere. 151. b  
 Iustificationis actus vt emanent simul ab arbitrio & à Deo. 163. b  
 Iustificationis discursus, incipiendo à gratia præueniente, quibus modis Deo opitulante, & libero arbitrio influente, fiat. 187. b  
 Iustificationis variaz acceptiones. 188. b  
 Iustificatio quid. 188. b  
 Iustificationem quam definiuit concilium Tridentinum. 188. b  
 Iustificatio non est sola peccatorum remissio. 189. a  
 Iustificationis, quæ causa. 189. a  
 Iustificare, & iustificatio, quid. 189. a  
 Iustificationis cuiusnâ baptismus sit causa instrumentalis. 189. a  
 Iustificatio per gratiam & caritatem completur. 191. a  
 Iustificatio qua ratione fidei tribuatur. 191. b  
 Iustificatio prima sub meritum non cadit. 191. b  
 Iustificationis exordium, atque initium & fundamentum, diuersa sunt in concilio Tridentino. 191. b  
 Iustificatio appellari propriè non possunt præuia ad eam dispositiones: neque is qui, cooperante Deo,

se ita disponit, dicitur se iustificare, sed Deus est qui iustificat. 192. a  
 Iustificationis vltima dispositio non sit ab habitu caritatis & gratia. 192. b. 194. b  
 Iustificationis vltima dispositio cur gloriæ meritoria, non verò gratiæ, aduentu habitus caritatis reddatur. 195. a  
*Iustitia originalis.*  
 Iustitiæ originalis effectus, & cur originalis dicta sit. 12. a  
 Iustitia originalis & aliorum supernaturalium carentia, rationem privationis & pœnæ habent comparatione naturæ lapsæ: secus si in puris naturalibus fuisset condita. 13. a  
 Iustitia originalis, præcisa à gratia & virtutibus Theologalibus, solum tollebat defectus humanæ nature innatos. 13. b  
 Iustitia originalis eodem modo spectata, qua ratione inter naturalia dona interduum computetur. 13. b  
 Iustitia originalis qua ratione hominis naturalia penè Angelorum naturalibus coæquaret. 20. a  
*Iustus, & iustitia.*  
 Iustus in totam vitam vitare potest peccata omnia lethalia cum quoridiano auxilio: difficilius verò id potest iniustus. 63. a. 64. b  
 Iustus sine quotidiano auxilio Dei vitare non potest diu peccata omnia lethalia. 64. b. 75. b  
 Iustitia, qua formaliter iustus sumus, est habitus caritatis & gratiæ. 189. a  
*Lætitia.*  
 Lætitia & tristitia non sunt volitio & nolitio, sed affectus & motus voluntatis. 68. b  
*Lex.*  
 Legem totam naturæ implere poterat homo in statu innocentia cum solo concursu generali. 14. a  
 Leges gratiæ dona distribuendi, vt Deus vsui liberi arbitrii, regiminiq; Ecclesiæ magna ex parte accommodauerit. 28. b. 37. a  
 Legem totam sub culpa lethali obligantem potest iustus per totam vitam cum quotidiano particulari auxilio, quod Deus præstito est illi conferre, seruare. 63. a  
 Legem totam sub culpa lethali obligantem minus potest diu seruare existens extra gratiam, quam existens in gratia. 64. a  
 Legem totam sub culpa lethali obligantem non potest diu iustus seruare sine speciali auxilio Dei. 64. b. 75. b  
 Legem aliquam particularem, si sæpius seruanda occurrat, notabilem quæ contineat difficultatem, seruare

H b s



uare non potest, etiam iustus, absque speciali auxilio Dei. 75.b  
 Lex aeterna est in Deo, quae ipsimet dicitur, quid rectū sit, vt ab eo fiat, & quid turpe, si a se fieret. 132.a  
 Lex est imperium intellectus verbis aut literis expressum. 306.b  
 Legis gratiae tempore longē maiora auxilia, quam tempore legis naturae & scriptae, collata sunt. 321.b  
*Liberum arbitrium, & libertas.*  
 Liberi arbitrij conciliandi cū gratia, praescientia, prouidentia, praedestinatione & reprobatione, quae ratio probanda. 3.a  
 Libertatem fato auferentium error. 3.b  
 Libertatem arbitrij qui haeretici negauerint. 4.a  
 Libertatem qua ratione abstulerint Manichaei. 4.b  
 Liberum arbitrium creatum mali culpae causa est & origo. 5.a  
 Liberum arbitrium negauit Lutherus. 6.b  
 Libertatis tres acceptiones. 7.a  
 Liberum arbitrium qualiter in nobis velint esse Lutherani. 8.a  
 Liberum arbitrium quid. 8.a  
 Liberum arbitrium est voluntas prauius iudicio rationis. 8.a  
 Libere efficiunt aliqua pueri & amētes, & cur ad culpam aut meritum eis non imputentur. 8.a  
 Libertas non est in voluntate comparatione omnium suorum actuum. 8.b  
 Libertas quoad exercitium, & quoad speciem actus, quid. 8.b  
 Liberum arbitrium per peccatum attenuatum & inclinatum atque immixtum est quoad libertatem. 13.b  
 Liberi arbitrij rationem habet voluntas, etiam comparatione actuum supernaturalium quibus ad gratiam disponitur, & quibus promeretur augmentum gratiae. 14.a. 61.b  
 Liberi arbitrij vires in statu innocentiae. 14.a  
 Libertatem plenissimam habuit homo status innocentiae ad declinandum omnia quae a naturali & supernaturali sine poterat auertere, & ad praestandum necessaria ad eos fines. 15.a  
 Liberum arbitrium, sine speciali auxilio aut dono Dei, nihil potest nisi supernaturali quoquo modo commensuratum. 19.a  
 Liberum arbitrium, etiam in Angelo in puris naturalibus, & in Adamo cum sola iustitia originali, absque gratia & alio supernaturali dono, nihil potest efficere ad beatitudinem aut iustificationem commensuratum. 19.b

Libertas arbitrij, & vocatio, ac tractio diuina ad fidem necessaria, vt se non impediunt. 26.a  
 Libero nostro arbitrio suum locum relinquunt ordinariae leges, quas Deus in distribuendis gratiae donis statuit. 28.b. 30.b  
 Libertas ad vtrumlibet auxiliis gratiae non impeditur. 38.a. 39.b.  
 Liberi arbitrij nullus datur actus ad iustificationē necessarius, neque ratio illius formalis, quae non sit praecipue a Deo. 41.b  
 Liberi arbitrij consensus Deo excitanti & vocanti, quid. 42.a  
 Libertas arbitrij sufficit, vt ē duobus vocatis interiori aequali auxilio, vnus conuertatur, alius non item. 37.a  
 Liberi arbitrij inclinatio & attenuatio ad diligendum Deum super omnia, qualis. 51.b  
 Libertas arbitrij a calumniis Lutheri vendicatur. 66.a. 86. 87.  
 Libertas ad vterius perseverandum sine peccato, non minuitur, sed agetur, mandatorum obseruatione, & continentia peccatis. 83.b. 85.b  
 Liberum arbitrium nō potest in tota vita efficere collectiue totū, quod diuini in ea potest facere. 86.b  
 Libertate arbitrij salua, homo, vt ad aeternā vitam conformetur, luto in manu figuli merito ad Deum comparatur. 86.a  
 Libertatem arbitrij nō negauit Augustinus, vt Lutherus petulantē voluit. 87.a  
 Libertas ad bonum, quae apud Augustinum. 21.b. 59.b. 88.a  
 Liberum arbitrium vnde dictum. 89.a  
 Liberum arbitrium quam ex donis gratiae nanciscatur libertatem, & quam habeat ex se. 21.b. 90.a  
 Libertas per peccatum a primo parente amissa, quae. 21.b. 59.b. 72.a. 90.b  
 Libertas arbitrij demonstratur. 91.  
 Libertatem arbitrij praecleari quique Philosophi asseruerunt. 92.b  
 Liberum arbitrium in quo instanti aliquid vult, potest illud idem nolle, aut non velle. 105.b  
 Liberum arbitrium non cooperari ad suos effectus, error est in fide. 107.b  
 Liberum arbitriū facultas est indeterminata ad vnum, atque adeo libera ad determinandum concursus Dei generalem ad actum vitij aut virtutis, aut continentium omnem actum. 117.b  
 Liberum arbitrium gratia praeueniēte motum, maner liberum vt consentiat, ac se conuertat, vel non. 142.a

Liberum arbitrium, ac gratia praeueniens, & Deus influens concursu generali, vna sunt integra causa actuum qui ad iustificationem sunt necessarij. 150.b. 151.a  
 Liberi arbitrij supernaturalis actus non solum quantitati auxiliij gratiae cooperantis respondet, quoad intensiōnem, sed simul quantitati influxus arbitrij. 161.b  
 Libertas arbitrij, per Dei concursum ad supernaturales actus, non tollitur. 162.a  
 Liberi arbitrij influxum ad suum supernaturale actum antecedit gratia, quoad id vnde praeueniens gratiae rationem sortitur: secus quoad id vnde rationem cooperantis gratiae habet. 173.a  
 Liberum nostrum arbitrium praue nit, & gratiam subsequi, falsā, sed sine culpa credit Ch. y. 6. stomus. 177.b  
 Liberum arbitrium, non quā tale, sed quatenus voluntas & natura quaedam est, insit in motu gratiae praeueniens. 183.a. 184.b  
 Libertatis vestigium concedendum in brutis quoad aliqua ipsorum opera, non libertas. 197.b  
 Libertas arbitrij tollitur, si dicatur, prius res in aeternitate, quā in tempore, existere. 210.b  
 Liberum arbitrium cum praescientia, & praedestinatione, qua ratione quidam peperat conciliēt 218.a  
 Liberum arbitrium creatum non ideo efficit hoc vel illud, quia Deus id praesciuit, sed ideo Deus praesciuit, quia ita libere erat futurum. 223.b. 228.a. 232.a  
 Libertas arbitrij rerumq; contingentia quo pacto cum diuina praescientia cohaereant. 223.b. 234.a. 238.a  
 Libertas arbitrij vt cum diuina praescientia concilietur, triplex scientia distinguenda est in Deo. 227.b  
 Liberi arbitrij ac prouidentiae cohaerentia ostenditur. 298.b  
 Libertatis arbitrij cum prouidentia conciliatio non aliam continet difficultatem, quā continet eiusdem arbitrij conciliatio cum praescientia. 299.b  
 Liberi arbitrij supernaturales actiones, etiam spectatae vt ab ipso praecise emanāt, quo pacto in Deum referantur. 328.b  
 Liberum arbitrium determinat se ipsum ad malum & ad bonum, tamen si ad bonum: praesertim supernaturale, auxilio supernaturali simul indigeat. 330.b  
 Liberi arbitrij totus bonus vsus, qui in praedestinationis effectu includitur, duas parciales habet causas liberas, Deum scilicet & nos, a quarum quouis ita pendet, vt ea pro sua libertate non influente, omnino non sit. 351.b  
 Liberi arbitrij vsus supernaturalis qua ratione in effectu praedestinationis includatur, qua item se tenet ex parte praedestinati. 351.b  
 Libertas arbitrij & praedestinatio quo pacto cohaereat. 358.b  
 Libertas arbitrij, & facultas perueniendi in beatitudinem, aut ab ea deflectendi, vt consentiant cū praedestinatione, & prouidentia, ac praescientia circa reprobos. 365.b. 368.a  
 Libertatem arbitrij cum praedestinatione, praescientia, & gratia conciliandi ratio quibus fundamentis nitatur. 387.a  
 Libertatis arbitrij cum reprobatione conciliatio. 401.b  
 Libertas arbitrij, & vocatio ac tractio diuina ad fidem necessaria, vt se non impediunt. 26.a  
 Libertas formaliter est in voluntate, non in intellectu. 9.a  
 Libertati arbitrij prauidetur concursu Dei generali, quo praemouetur & applicetur ad operandum. 116.a  
 Libertas ad lethalem culpam, ac meritum, qualem cognitionem intellectus requirit. 198.a  
 Libertatis vestigium vt sit in brutis, qualis cognitio in illis necessaria. 198.b  
 Liberam determinationem suae voluntatis non cognouit Deus antequam ea se determinaret. 244.a. b. & 228  
 Libertas ad peccatum & meritum necessaria quae. 250.b  
 Libertatem qualem requirant meritum & actus moraliter bonus. 251.a  
 Liberi arbitrij creati actus non mali, effectus sunt diuinae prouidentiae in singulari spectati. 261.b  
 Libertas ad actus meritorios, & ad non peccandum, qualis in Beata Virgine, & in alijs confirmatis in gratia. 267.b  
 Libertas ad transgredienda praeccepta, & ad nonnulla alia, cur relicta fuerit in Christo interim dum simul erat viator. 269.b  
 Liberum nostrum arbitrium non determinat Deus ad consensum, vel dissensum, sed seipsum determinat. 355.b  
 Liber dicitur actus voluntatis, non a libertate quae in ipso sit, sed quasi denominatione extrinseca a libertate voluntatis. 355.b  
 Libertas quid est: quae in voluntate formaliter. 355.b  
 Libertas voluntatis conditio est, atque radix, quod actus illius humanus sit, & virtutis aut vitij, laudis aut vituperij, & praemio aut poena dignus. 356.a  
 Liberi arbitrij bonus vsus simul est donum Dei, & dispositio.



INDEX RERVM

positio, aut meritum nostrum. 354. b  
 Liberi arbitrij boni vsus singulae partes effectus sunt  
 praedestinationis, sed non vt praecise à libero arbitrio emanant. 355. b  
 Liberi arbitrij bonus vsus, etiam quatenus praecise ab arbitrio emanat, vt in Deum referatur. 355. b  
 Liberi arbitrij bono vsui quae conueniant propter influxum arbitrio proprio. 356.  
*Lutherus.*  
 Lutheri de libero arbitrio error. 6. b  
 Lutheri & aliorum error, afferentium Deum esse causam peccati. 129. a  
 Lutheri de praedestinatione & reprobatione error. 314. a  
*Malum.*  
 Mali causa iuxta Manichaeorum errorem. 4. b  
 Mali culpae causa non Deus, sed nostrum arbitrium. 5. a  
 Mali poenae Deus est auctor. 142. b  
*Mandata.*  
 Mandata. Vide Legem, & Praecepta.  
*Manichaei.*  
 Manichaei qua ratione arbitrij libertatem abstulerint. 4. b  
*Martyr.*  
 Martyr vt sit, qui in gratia non existeret, non satis est pati mortem sine optimo, sed requiritur vt ex particulari supernaturali auxilio, quod facienti quod in se est nunquam deest, id fiat. 78. b  
*Media praedestinationis.*  
 Media praedestinationis quae. 354. b  
*Meritum, & demeritum.*  
 Meritis & demeritis, quae nunquam erunt, neque praemium neque poena debetur. 324. a  
 Meritum quam libertatem requirit. 251. a  
 Meritum infinitum vnde habeant Christi opera. 268. b  
*Miracula.*  
 Miracula car multum adiuuent conuersionem ad fidem. 166. b. 170. a  
*Misereri Deum.*  
 Misereri Deum alicuius, quid. 402. b  
 Misereri Deum vniu peccatoris, tribuendo illi auxilia quibus praecider conuertendum, alterius vero non ita misereri, sed illum cum sufficiens auxilio, maiori vel minori, durum relinquere, non est ex ipsorum meritis, sed ex libera voluntate Dei, qui cuius vult miseretur, & quem vult indurat. 399. b  
*Mors Christi.*  
 Mors Christi fuit in praeccepto, & non solum sponta-

nea, sed etiam libera contradictionis aut etiam contrarietatis libertate. 270. a  
*Natura, & naturalia.*  
 Naturale & liberum agens quid. 8. a  
 Naturalia in nobis & in Angelis post peccatum integra remanserunt. 13. a  
 Naturalia commensurationem non habent ad seipsum. 19. b  
 Natura lapsae ante gratiam, & in solis naturalibus condita, discrimen. 13. a  
 Naturam supponit, perficit, ac exigit gratia in nostris operibus ad salutem necessarijs. 28. b  
 Naturae opus cur intelligentiae opus dicatur. 136. a  
 Naturae opus cur intelligentiae à Philosophis dictum. 116. a  
 Naturale aliquid & supernaturale comparatione diuersorum. 160. a  
*Necessitas.*  
 Necessitas fatalis quae. 3. b  
 Necessitate absoluta omnia euenire, qui haeretici asseruerunt. 6. a  
*Noctitia.*  
 Noctitia intuitiua non est perfectior in Deo, quam simplicis intelligentiae noctitia: sicut in nobis, & in Angelis. 209. a  
*Obduratio.*  
 Obduratio adulti in peccato vsque ad finem vitae, conditio est sine qua non esset reprobis, & quid ea sit. 310. a  
 Obduratio, obdurandi quae voluntas, quid. 398. a  
 Obdurat Deus non apponendo duritiam. 398. a  
 Obdurat Deus duobus modis: secundus dicitur etiam traditio in desideria cordis, desertio, atque despectio peccatoris. 398. a  
 Obduratio, voluntas quae obdurandi, esse semper potest in poenam ob praecedentem culpam. 399. a  
 Obduratio proprie dicta quae. 399. a  
 Obduratio. Vide Induratio.  
*Obsecratio.*  
 Obsecratio. Vide Induratio.  
*Obiectum.*  
 Obiectionum rationes sub quibus sumuntur per comparationem ad potentias & principia actuum. 156. a  
*Odiu.*  
 Odium Esau quid. 402. a  
*Omnipotens.*  
 Omnipotentem omnino esse Deum, & agere ex necessitate naturae, contradictionem implicat. 146. a. b  
*Opera & operatio.*  
 Opus bonum morale, quod fini naturali sit accommodatum, efficere potest homo naturae lapsae cum solo concursu generali Dei. 17. a  
 Opera quae scriptura & concilia fieri non posse affirmant sine speciali auxilio Dei, quae sint. 20. b. 59. b  
 Opera quae meritoria non sunt, esto sint supernaturalia, interdum nihil reputantur ac dicuntur apud sacras literas. 20. b  
 Opus bonum morale difficile an in vno temporis momento praestare possimus sine speciali auxilio Dei. 79. a  
 Opera merè naturalia commensurationem non habent ad beatitudinem supernaturalem. 19. b  
 Operatio immanens est, quae dicitur actus secundus; non ita actio transiens. 122. b  
 Opus naturae cur dicatur intelligentiae opus. 116. a. 136. a  
 Opera Christi vnde habeant meritum infinitum. 268. b  
 Opera nostra bona moralia Deo tanquam auctori & primae rerum causae tribuuntur: non sic mala opera & peccata. 138. a  
 Opiniones & scientiae, etiam in eadem disciplina, vnde specie distinguuntur. 157. b  
*Oratio.*  
 Orationes multos supernaturales effectus à Deo impetrant. 389. b  
*Ordo.*  
 Ordo duplex in rebus. 287. a  
*Origenes.*  
 Origenis & Priscilliani error circa praedestinationem. 314. a  
*Originalis iustitia.*  
 Originalis iustitia. Vide, Iustitia originalis.  
*Originale peccatum.*  
 Originale peccatum in solis gratuitis nobis nocuit. 13. a  
*Passio.*  
 Passio non est à Deo auctore, si non sit actio. 143. a  
 Passio non mala, coniuncta cum actione moraliter, potest esse à Deo volita, licet actio volita ab eo esse non possit, sed solum permessa. 143. a  
*Peccatum, & peccator.*  
 Peccata facti ratione qui Deo tribuerint. 3. b  
 Peccatum nullum est, quod per poenitentiam non possit deleri. 34. a  
 Peccata omnia lethalia vitare potest constitutus in gratia cum quotidiano particulari auxilio, quod Deus praestare est paratus. 63. a. 64. a  
 Peccata omnia lethalia minus potest deuitare existens extra gratiam, quam existens in gratia. 64. a  
 Peccata omnia lethalia sine speciali auxilio Dei non potest iustus diu vitare. 64. b

NOTABILIVM.

Peccata omnia ab homine naturae lapsae cur vitari non possunt, cum singula possunt, exemplo non omnino accommodato solet explicari. 83. a  
 Peccata quoque longiori tempore ab homine naturae lapsae vitantur, eo ille robustior fit ad eadem in posterum cuitanda. 85. b  
 Peccata omnia cur ab homine naturae lapsae vitari non possunt, cum possunt singula. 83. b  
 Peccata quae impossibilitate diu vitari non possunt. 84. b  
 Peccata omnia vitari non posse, cum possunt singula, accommodatissimo Aristotelis exemplo explicatur. 84. b  
 Peccator cur semiuinus dicatur relictus. 89. b  
 Peccati causam Deum non esse, demonstratur. 129. a  
 Peccati cur Deus non sit causa, quam rationem plerique antiquorum reddiderint. 131. b  
 Peccata non potest Deus praecipere, neque ad malas actiones inclinare, aut eas suadere, vel praedestinare. 132. a  
 Peccati qua ratione Deus non sit causa, quam rationem Sotus & Canus reddiderint. 132. b  
 Peccati cur Deus non sit causa, legitima ratio. 133. b  
 Peccati actionem malam Deo per concursum generalem influenti non imputari, accommodato exemplo explicatur. 135. b  
 Peccata nostra neque tanquam causae, quae illa potuit impedire, Deo imputantur. 135. b  
 Peccatum, & actus bonus moraliter, cum eodem concursu generali viribus arbitrij producuntur, cum quo eorum materiale producitur. 136. b  
 Peccata nobis abuentibus arbitrio nostro ad id, ad quod collarum non est, tribuuntur; non vero Deo rerum omnium auctori & causa. 136. b  
 Peccatorum nostrorum actus, non Deo, sed nobis tribuendi sunt. 139. a  
 Peccati materialiter sumpti, actusue mali moraliter, naturalis bonitas quatenus in Deum, vt in naturae auctorem, primamque rerum causam, reducenda sit. 142. b  
 Peccatum vnum interdum poena alterius. 142. a  
 Peccatum vnum, quo Deus aliud peccatum punit, non aliter est à Deo, quam permissiue, influenteque per solum concursum generalem. 143. a  
 Peccata filiorum, quin & sempiternum eorum interitum, permittit aliquando Deus ob peccata parentum. 144. a  
 Peccator dum transgrediendo praeccepta ab ordine diuinae voluntatis recedit, relabitur in alium eiusdem voluntatis ordinem. 281. b

Peccatorum, vt sunt, non habet Deus voluntatem abstergeram, sed solum ea permitendi: vult tamen ad ea concurrere influxu vniuersali. 281.b

Peccatorum permissione quæ bona Deus eliciunt. 291.a

Peccatorum poenæ ad ordinem quasi secundarium diuinæ prouidentie pertinent. 291.b

Peccata, peccatorumque permissio, quomodo sub diuinam prouidentiam cadant. 292.b

Peccata quoad formale & materiale quousque diuinæ prouidentie subiaceant. 293.a

Peccatorum actus non sunt diuinæ prouidentie effectus. 293.a

Peccata non sunt effectus prædestinationis; tamen illorum permissio esse possit prædestinationis effectus. 299.1.308.b

Peccata cur effectus reprobationis non sint. 309.b

Peccandi facultas à confirmatis in gratia non auferuntur: certitudo, quod non peccabunt, est à diuinâ præscientia circa confirmatos reuelata. 316.b

Peccatum primum poenæ rationem habere nõ potest. 399.a

Peccatoris vnus misereri Deum, tribuendo illi auxilia quibus præuidet conuertendum, alterius verò non ita misereri, sed illum cum sufficienti auxilio, maiori vel minori, durum relinquere, non est ex ipsorum meritis, sed ex libera voluntate Dei, qui cuius vult miseretur, & quem vult induat. 399.b

Peccata iniquorum in quos fines permittat Deus. 404.a

Peccata efficiunt peccatores vasa in contumeliam, obiectum odij atque iræ Dei, interiusque æterni dignum. 404.a

Peccatum etiam materialiter sumptum, cur Deo non sit tribuendum. 115.a

Peccatorum comparatione neque præfinitio, neque cõcurfus Dei ex se efficax, sunt cõstitutæ. 246.a

Peccati permissio quid & quæ exigat. 247.b

Peccatum quam libertatem exigat. 250.b

Peccaminosæ actiones quam præfinitionem requirant, & cur Deus non dicatur eas prædefinire. 260.a

Peccare qua ratione spectatus Christus nullo modo potuit. 269.b

Peccati materialiter Deus non potest dici simpliciter causa, sed solum vniuersalis; neque in eum actum, vt ab arbitrio reali influxu emanat, potest Deus complacere, aut eum velle, sed solum permittere. 284.b

*Peccatum originale.*  
Peccatum primi parentis solum in gratuitis nobis nocuit. 15.a

*Peccatum veniale.*  
Peccata omnia venialia nullus, sine singulari priuilegio, quale matri Dei fuit concessum, vitare potest. 62.a

Peccata singula venialia vitare possumus in statu naturæ corruptæ. 62.a

Peccata venialia non impediunt quin iustus sit is, qui illa committit. 63.a

Peccata venialia cur cum communi speciali auxilio vitari omnia non possint. 63.b

Peccata venialia eò plura maiori que vigilantia quisque euitat, quò sanctior est. 63.b

Peccatum veniale. Vide Peccatum.

*Pelagianus.*  
Pelagianorum error. 5.a & 58.a

Pelagij errorum origo. 20.a

Pelagij error circa prædestinationem. 314.b

*Perditio.*  
Perditio cur ex peccatore, etiam dum Deus illi vult permittere peccatum. 398.a

*Permissio.*  
Permissa dumtaxat à Deo qua ratione in scripturis ab eo fieri dicantur. 143.a

Permissio, qua Deus vnũ peccatum permittit vt alterum puniat, interdum in modum præcepti exprimitur. 145.a

Permissio quid sit, quid supponat, & in quo sit posita, & cur valeat hæc consequentia; Deus vult permittere hoc peccatum, ergo erit. 275.a.281.b

Permissione peccatorum quæ bona Deus eliciunt. 291.a

Permissio peccatorum ad diuinam prouidentiam quo pacto spectat. 292.b

Permissio peccati ob quod quis reprobatur, licet causa non sit talis peccati, est tamen conditio sine qua reprobatio propriè tale peccatum non esset. 310.a

Permissio primi peccati non habet rationem poenæ. 310.b.398.b

Permissio peccati reprobi, & obduratio in illo, aliquo modo concedi possunt effectus reprobationis in genere cause finalis. 311.a

Permissionis peccati in reprobis, neque integra neque sufficiens causa est splendor iustitiæ diuinæ. 311.a

Permissionis peccatorum multi alij præcipui fines præter

præter splendorem iustitiæ diuinæ. 311.b

Permissio peccatorum, & obduratio in eis, simpliciter sunt effectus diuinæ prouidentie; reprobationis verò non, nisi tanquam partis integri finis, ob quem sunt volitæ. 312.a

Permittere peccatum, permittendi que, voluntas, quid. 397.b

Permissio peccati, diuinæ que voluntas illud permittendi, esse potest non propter culpam, quasi in illius poenam. 398.b

Permissio peccati quid, & quæ exigat. 247.b

Permittendi peccata reprobatorum fines. 404.a

*Perseuerantia.*  
Perseuerare potuerunt primi parentes cum gratia quam acceperunt absque alio peculiari auxilio. 15.a.b.16.a

Perseuerare poterat facilius homo in statu innocentie cum æquali gratia, quã possumus modò. 17.a

Perseuerantia sine culpa lethali, aut in gratia, in statu innocentie, à libero hominis arbitrio pendebat: in statu verò naturæ lapsæ, etiam à particulari auxilio Dei. 49.b

Perseuerantia Dei donum, à libera tamen cooperatione arbitrij pendet. 49.b.63.a.65.b

Perseuerare sine noua culpa lethali minus potest existens extra gratiam, quàm existens in gratia. 64.a

Perseuerare sine lethali peccato non potest etiam iustus absque speciali auxilio Dei. 64.b

Perseuerantia sine peccato in homine naturæ lapsæ reddit illum robustiorem ad vltieris perseuerandum sine peccato. 83.b

Perseuerantia donum quid, & quòd pendeat à concursu nostri arbitrij, tanquam à conditione sine qua non erit perseuerantia donum. 387.b

*Pharao.*  
Pharaonis obduratio qualis. 34.a

*Plato.*  
Plato & Stoici omnia, præter hunam voluntatem fatali necessitati subiecerunt. 4.a

*Pœna.*  
Pœnæ & priuationis rationem habent carentia iustitiæ originalis & aliorum donorum supernaturalium in natura lapsæ, secus si in solis naturalibus fuisset condita. 13.a

Pœnæ peccatorum ad quasi secundariũ diuinæ prouidentie ordinem pertinent. 291.b

Pœna non debetur demeritis, quæ nunquam erunt. 324.a

Pœnarum extremum in hac vita ob antecedentia delicta, quid. 398.a

Pœnam Deus, neque sine culpa, neque ante culpam commissam infligit. 397.a

*Pœnitendi actus.*  
Pœnitendi & diligendi actus, de quibus concilia & Patres cum Pelagianis contendebant, quales erant. 58.a.59.a.60.b

Pœnitendi actus, præter influxum gratiæ præuenientis & liberi arbitrij indiget cõcurfu Dei generali. 151.a

*Potentia.*  
Potentia ad vitandum singula peccata, coheret cū impotentia ad vitanda omnia. 85.b

Potentia diuinæ mensura, libera Dei voluntas. 113.b

Potentia diuina non agit totum, quod potest, neque agere illud potest. 113.b

Potentiam ad præteritum in scientia & volitione diuina comparatione futurorum contingentium qui admittant. 219.b

Potentia non datur ad præteritum. 221.a.224.a

Potentia quo sensu distinguantur immediatè per actus, & mediatè per obiecta. 156.b

Potentia naturales ex se sunt determinatæ ad suas operationes: liberè seipsas determinant. 336.a

*Preces.*  
Preces multos supernaturales effectus impetrant. 390.a

*Præcepta.*  
Præcepta Decalogi in quo sensu neque diuina potentia dispensari queant. 132.b

*Prædestinatio, & prædestinatus.*  
Prædestinationem esse demonstratur. 302.a

Prædestinatio vnde dicta: & de acceptionibus verbi, destino. 302.a

Prædestinatio iuxta Diuum Thomam, & alios, quid. 302.b

Prædestinatio iuxta alios quid. 303.a

Prædestinationis acceptiones alia apud Patres. 303.a

Prædestinationis variæ definitiones. 303.b

Prædestinationis legitima definitio. 303.b.317.a.363.a.b.

Prædestinatio quasi potest prouidentie subiecta. 303.b

Prædestinatio est in Deo: executio verò & effectus illius, in prædestinatis, & in alijs rebus creatis. 304.b

Prædestinatio actum intellectus & voluntatis diuinæ requirit. 304.a

Prædestinatio cum actum intellectus & voluntatis signi.

INDEX RERVM

significet, præcipue tamen intellectus. 305.a  
 Prædestinatio, quoad id quod ex parte diuini intellectus dicit, non fuit posterior electione prædestinatorum. 303.b  
 Prædestinatio non fuit posterior electione. 305.b  
 Prædestinatio ex parte diuini intellectus non dicit imperium, sed iudicium atque intuitum mediatorum ad finem. 306.a  
 Prædestinationis effectus quæ comprehendat. 307.a  
 Prædestinationis vt quippiam sit effectus, esse debet à Deo & conducere ad beatitudinem re ipsa assequendam, vel esse debet beatitudo ipsa. 308.a  
 Prædestinationis effectus non sunt peccata; tametsi illorum permissio prædestinationis effectus esse possit. 308.b  
 Prædestinationi cur nullus actus diuinus quasi contrarie opponatur. 309.b  
 Prædestinatio an habeat causam, in quo sensu disputetur. 313.a  
 Prædestinationis quoad partiales effectus datur causa 313.a  
 Prædestinationem & reprobationem qualem varij hæretici constituerunt. 314.a  
 Prædestinati sunt omnes quotquot vitam æternam assequuntur. 316.a. 316.b  
 Prædestinationis radicem quinam ex parte vsus liberi arbitrij præmissi constituunt. 318.a  
 Prædestinationem qui ita constituunt, multum à Pelagianis distant. 320.a  
 Prædestinatio non est propter bonum vsus liberi arbitrij primam gratiam antecedentem. 321.a  
 Prædestinatio non est propter bonum vsus liberi arbitrij, qui gratiam gratum facientem sequitur. 323.b  
 Prædestinatio & reprobatio paruulorum non est ob qualitatem vsus liberi ipsorum arbitrij, qui futurus esset, si ad rationis vsus peruenirent. 324.b  
 Prædestinationis effectus partiales quomodo sibi inuicem sint causæ. 324.a  
 Prædestinationis, quoad integrum effectum, nõ datur causa ex parte prædestinati. 325.a  
 Prædestinationis Adami posterorum quod non datur causa, præclarissimum lumen exemplum in prædestinatione Christi, ait Aug. 325.a  
 Prædestinatio quorundam, & non aliorum, vt ratione careat acceptionis personarum. 325.b  
 Prædestinationis & reprobationis radicem constituunt quidam in voluntate conferendi auxilium, quod ex ipsa auxilij natura sit efficax. 327.a  
 Prædestinationem non ita habere vt communior Scholasticorum sententia asseruit. 331.a  
 Prædestinationis & reprobationis progressum quibus instantibus perperam Scotus medietur. 340.a  
 383.b  
 Prædestinationem & reprobationem fuisse post præscientiam peccatorum, Augustinus & multi alij existimauerunt. 341.a  
 Prædestinationem fuisse sine vlla ratione ex parte prædestinatorum, reprobationem verò ob originis peccatum, asseruit Aug. 341.b  
 de Prædestinatione communiorum Scholasticorum sententiam quo pacto quidam interpretentur, vt cum Augustino omnino consentiat. 342.a  
 Prædestinatio an præsupponat præscientiam futurorum contingentium, atque adeo peccatorum, expenditur. 343.b  
 Prædestinationem, etiam Christi vt hominis, antecessit cognitio futurorum omnium contingentium, ex hypothesi dumtaxat. 343.b  
 Prædestinationem & reprobationem, & vniuersum actum omnem liberum diuinæ voluntatis, qualis deliberatio antecesserit. 344.a. 381.b  
 Prædestinationis & reprobationis progressum nulla ratione esse meditandum introductis instantibus, in quibus Deus voluerit aut præuiderit vnũ ante aliud. 344.b  
 Prædestinationem non antecessit præuisio absoluta peccati, & ruinæ generis humani, sed solum ex hypothesi. 344.b  
 Prædestinationem & decretum circa ordinem gratiæ & incarnationem nõ antecessit præuisio peccatorum in esse futuro absolute. 346.a  
 Prædestinatorum primus Christus. 347.a  
 Prædestinatio, & reprobatio, vnà cum volitione carterarum rerum, quo pacto in Deo sint consideranda. 347.b  
 Prædestinationis ac reprobationis paruulorum & adultorum discrimen. 349.a  
 Prædestinatio adulti vt intelligatur, duo ante oculos habenda. 350.a. 351.b  
 Prædestinationis effectus quid. 350.b  
 Prædestinationis adulti effectus supernaturalis, & simpliciter, quantum à libero ipsius arbitrio pendeat, & quantum à Deo. 350.b. 352.b  
 Prædestinationis effectus qua ratione bonum vsus supernaturalem liberi arbitrij cõplectatur, & qua teneat se ex parte prædestinati. 351.b  
 Prædestinationis effectus solũ dicitur aliquid comparatione Dei: non verò comparatione alterius cause. 355.b  
 Præde-

NOTABILIVM.

beatitudinem, & reprobo ad eam deuenire. 365.b  
 383.b  
 Prædestinatorum ac reproborum libertas, facultasque perueniendi ad beatitudinem, aut ab ea delectendi, vt cõsentiant eũ prædestinatione, & prouidentia, ac præscientia circa reprobos. 365.b. 383.a  
 Prædestinatio non fuit ex præsumptione conferendi auxilia ex se efficacia. 354.a  
 Prædestinatio qualis iuxta communem Doctorum sententiam. 224.a Impugnatur. 303.a  
 Prædestinatio qualis Augustini & D. Thom. sententia. 332.b  
 Prædestinatio in Deo posterior non est electione ad beatitudinem. 305.b. *Et in appendice post Indicem scriptura.*  
 Prædestinatorũ prius fuit Christus, fuitque prædestinatio illius prior carterorum hominum prædestinatione. 347.a *Et in appendice post Indicem scriptura.*  
 Prædestinator quid. 354.a  
 Prædestinationis media quæ. 354.a  
 Prædestinationis effectus sunt singule partes boni vsus liberi arbitrij, sed non vt præcisè ab arbitrio emanant, sed vt sunt à Deo. 355.a  
 Prædestinationis non datur causa neque congruentia ex parte vsus liberi arbitrij. 373.b  
 Prædestinatio quid dicat ex parte diuini intellectus, & quid ex parte diuinæ voluntatis. 376.b  
 Prædestinationis effectus certus nõ est per comparationem ad id, quod prædestinatio dicit ex parte diuinæ voluntatis, si secludas quod dicit ex parte diuini intellectus. 376.b  
 Prædestinationis effectus certitudo, quæ est comparatione præscientiæ, cur non tollat arbitrij libertatem, vt tolleret si esset comparatione diuinæ voluntatis. 377.b  
 Prædestinationis nostræ Christi simpliciter dicendus est causa. 392.b  
 Prædestinatus, minori gratia præuentus fuit voluntate antecedente minus dilectus, quam reprobus præuentus maiori gratia; secus voluntate consequente. 395.a  
 Prædestinationis punctum, abyssusque diuini consilij. 378.b. 382.a  
 Prædestinatus vt esset, nullus potuit efficere: tametsi quicunque adultus ea efficere possit, quæ si faciat, perueniet in vitam æternam; ratioque prouidentis circa ipsum habuisset rationem prædestinationis. 369.a  
 Prædestinationis certitudo, tanquam in radice, est in præscientiæ media, quam prædestinatio supra  
 Prædestinationis certitudo non est ex parte mediatorum per quæ quis est prædestinatus, sed ex parte diuinæ præscientiæ. 357.b  
 Prædestinatio facultatem ac libertatem ad contrariũ non tollit. 358.a  
 Prædestinatus in sensu diuino dånari quo pacto possit, & in composito, sine præiudicio libertatis, non possit. 358.a  
 Prædestinatio & libertas arbitrij quo pacto cohercant. 358.b. 382.b  
 Prædestinatio non aliam certitudinem habet, quam præscientiæ. 358.b  
 Prædestinationis paruulorum certitudo non est ex certitudine mediatorum in se, sed præscientiæ dumtaxat. 358.b  
 Prædestinatio adulti, quoad integrum effectum, nullam habet causam ex parte prædestinati, sed in solam Dei voluntatem reducenda est. 359.a  
 Prædestinatione ac dilectione Iacob, & odio Esau, quid Paulus ad Rom. 9. intellexerit. 361.b  
 Prædestinationis paruulorum, quoad integrum effectum, non datur causa seu ratio ex parte ipsorum, sed in Dei voluntatem est reducenda. 358.b  
 Prædestinatio completur per decretum voluntatis, quo Deus conferre statuit media per quæ peruenit prædestinatio peruenturum in vitam æternam; sed supponit atque includit ex parte intellectus præscientiam, per mediam scientiam inter naturalem & liberam, qua id ex hypothesi præuidentur. 363.a  
 Prædestinatio quam præuidentiam addat supra prouidentiam in commune. 363.b  
 Prædestinationem & prouidentiam ex parte decreti voluntatis diuinæ, quæ ratio mediatorum præcesse nit ex parte diuini intellectus. 363.b  
 Prædestinationis an datur causa vel ratio aut conditio, controuerunt Doctores quoad decretum diuinæ voluntatis per quod completur. 364.a  
 Prædestinationis qua ratione ex parte vsus arbitrij præuisi, nec ratio, nec conditio sine qua non, datur; sed in liberam Dei voluntatem sit referenda. 364.a. 382.a  
 Prædestinationis rationem habere eam mediatorum rationem, ac propositum æternum eadem prædestinato adulto conferendi, pendens fuit ex præscientia, qua Deus vidit, eum pro sua libertate illis peruenturum in vitam æternam: hæc verò pendes fuit ex vsu & cooperatione arbitrij talis adulti futura. 365.a. 382.b  
 Prædestinato vt integrum maneat non peruenire in

- providentiam addit, formaliter verò & omnino est in præscientia libera, quæ prædestinationem in Deo consequitur. 369.a
- Prædestinationem fuisse secundum præscientiam, sensus duplex. 369.b 388.b
- Prædestinatio in quo sensu non fuit secundum præscientiam, verèque id cum Augustino & D. Tho. communis sententia affirmat. 369.b 388.b
- Prædestinatio adulatorum in quo sensu fuerit secundum præscientiam, habitaque fuerit ratio arbitrij ipsorum præuisi in eis prædestinâdis. 370.a 388.b
- Prædestinationis Christi, et esset filius Dei, & prædestinationis aliorum, discrimen & convenientia. 372.b
- Prædestinationis rationem sortitam esse eam providendi rationem & decretam quibus parvulis prædestinatis est prouisum, vnde fuerit dependens. 373.b
- Prædestinationis explicatio in Epilogum redacta. 381.a
- Prædestinationem esse secundum præscientiam boni vsus liberi arbitrij, quot modis possit intelligi: & vt hæres possint aliquo modo ad concordiam reduci. 385.a
- Prædestinationem explicandi modus, quo Augustinus est vsus, vt multos, Massilientes præsertim, turbauerit. 386.a
- Prædestinationem, præscientiam, & gratiam conciliandi ratio cum libero arbitrio, quibus fundamentis nitatur. 387.a
- Prædestinationis nostræ, vt comprehendit etiâ naturales effectus, non fuit Christus causa suis meritis. 389.b
- Prædestinationis effectus aliquos naturales à Christi meritis trahere originem. 389.b
- Prædestinationis nostræ, quoad integrum effectum supernaturalem, Christus suis meritis non fuit causa. 390.a
- Prædestinationis nostræ, quoad omnem ipsius effectum supernaturalem, fuit Christus suis meritis causa, si Christum ipsam, meritaque ipsius excludas. 390.a
- Prædestinati in Christo quo pacto simus. 393.b
- Præfinitio.*
- Præfinitiones quales conentur quidam inuehere. 237.a
- Præfinitiones per concursum ex se efficacem comparatione actuum peccatorum non constituunt idem. 246.a
- Præfinitiones ad actus non maios per concursum

- efficacem excluduntur: certitudo verò in Deo horum actuum liberi arbitrij creati est ex scientia media. 249.a
- Præfinitiones quales necessariæ sint, vt creata existât, omniaque vniuersim diuinæ subdantur prouidentia. 257.a
- Præfinitio qualis necessaria ad ea, quæ solum arbitrium diuinum radicem suæ contingentia habent. 257.a
- Præfinitionem omnem quæ scientia præcessit in Deo. 258.a
- Præfinitio qualis necessaria ad ea, quæ, cum radicem propriam suæ contingentia arbitrium habeant diuinum, simul ab alia radice pendunt. 257.b
- Præfinitio qualis necessaria ad actiones indifferentes & bonas moraliter, sed faciles. 258.b
- Præfinitio qualis necessaria ad supernaturales & difficiles bonas actiones. 259.b
- Præfinitio qualis ad actiones peccaminosas necessaria, & cur Deus non dicatur eas præfinire. 260.a
- Præfinitæ conuersiones Pauli, Magdalena, & Iattonis fuisse. 266.a, b, 265.a
- Præfinita quousque fuerunt, quæ circa Iosephum, quæ in natiuitate Pharez & Zaram, & circa Iacob & Esau acciderunt. 265.b
- Præfinitio quousque fuerint actus B. Virginis, & aliorum confirmatorum in gratia. 267.a
- Præscientia.*
- Præscientiam Dei futurorum contingentium & diuinationem negauit Tullius. 3.a
- Præscientia rerum in que sensu possit negari in Deo, & in quo sit omnino concedenda. 202.b
- Præscientiam futurorū crediderit ne D. Thom. esse in Deo, etiam ex rationibus idealibus. 206.a
- Præscientia Dei futurorum contingentium colligi non potest ex ipsorum existentia in æternitate. 210.a
- Præscientiam & prædestinationem qua ratione quidam cum libero arbitrio perperam concilient. 218.a
- Præscientia, qua Deus scit quodcumque futurum contingens, tam necessaria iam nunc est, vt contradictionem implicet, Deum efficere, se id nesciuisse. 221.a
- Præscientia, & liberi arbitrij libertas, contingentiaque rerum, quo pacto cohercant. 223.b, 234.a, 238.a
- Præscientia futurorum contingentium est in Deo. 227.a
- Præscientiam peccatorum antecessisse prædestinationem & reprobationem hominum, Augustinus

- nus & multi alij existimant. 341.a
- Præscientia, quam prædestinatio ex parte intellectus includit, datur conditio ex parte vsus liberi arbitrij sine qua non præcessisset in Deo. 363.a
- Præteritum*
- Præteritum quo pacto necessitatem contrahat 235.b
- Præueniens gratia.*
- Præueniens gratia. Vide Gratiam præuenientem. *Præmissum*
- Præmium beatitudinis non prius vult Deus creaturis quam media: neque prius futurum vnū præuideri quam aliud. 305.b
- Principium.*
- Principia in scientiis vnde specie distinguantur. 157.a
- Propositio de præterito.*
- Propositio de præterito quo pacto necessitatem contrahat. 235.b
- Prouidentia.*
- Prouidentiam fato qui abstulcent. 3.b
- Prouidentia diuina quid. 287.a
- Prouidentia actus Dei internus: creatio verò & gubernatio actus externi, quibus executioni mandatur. 287.b
- Prouidentia propriè est actus intellectus diuini, completur verò per actum voluntatis. 288.a
- Prouidentia monarchica, qua cuncta in suos fines dirigit & gubernat, est in Deo. 288.a
- Prouidentia pars præcipua prudentia. 288.b
- Prouidentia diuina neque includit neque exigit affectionem finis, ad quem res per eam ordinatur. 289.a, 300.a
- Prouidentia diuinæ varij fines, & ordines, pulchraque illius contemplatio, & explanatio. 290.b
- Prouidentia diuinæ quasi prima intentio in Angelis & hominibus condendis. 291.a
- Prouidentia quasi secundarius ordo poenas peccatorum respicit. 291.b
- Prouidentia diuinæ qui ordinem vnum peccando egreditur, in alterum eiusdem prouidentia relabitur. 291.b
- Prouidentia ordinem nõ semper vult Deus exequi absoluta voluntate finis, sed interdum conditionata. 292.a
- Prouidentia qua ratio: circa peccata, eorumque permissionem versetur. 292.b
- Prouidentiam qua ratione insignes Philosophi multum ignorauerint, circa eamque cęciterint. 292.b
- Prouidentia diuina ob sui perfectionem nunquam fallitur. 293.a, 363.b
- Prouidentia diuina, præcisa à præscientia, neque consequentis neque consequentiæ necessitatem effectibus liberi arbitrij imponit. 293.a
- Prouidentia certitudinè Boëtii & D. Thom. quam intellexerint. 293.b
- Prouidentia non includit præscientiam euentuum, sed ad solam prouidentia perfectionem ea præscientia spectat. 294.a, 363.b
- Prouidentia pars est subiecta prædestinatio, & quid prædestinatio supra prouidentiam addat. 295.a
- Prouidentia diuinæ omnia subiaccunt. 295.a
- Prouidentia diuinæ peccata quoad formale & materiale quousque subiaccant. 295.a
- Prouidentia diuinæ quæ subiaccit effectus fortuiti, 295.b
- Prouidentia diuina cur se extendat ad effectus naturaliter necessarios. 296.a
- Prouidentia solū est circa ea quæ aliquo modo sunt in potestate prouisoris. 296.b
- Prouidentia diuina quarundam rerum dicitur esse peculiariter. 296.b
- Prouidentia diuina immediatè est de omnibus: illius verò executio interdum causarum secundarum interuentum non excludit. 296.a
- Prouidentia diuina quibusdam effectibus necessitatem imponit, aliis non item. 297.a
- Prouidentiam & prædestinationem cum rerū contingentia libertateque arbitrij quo pacto coherere velit Caiet. 297.a, 298.a
- Prouidentia & liberi arbitrij coherencia ostenditur 298.b
- Prouisi non sunt effectus omnes vt essent, ac ita fierent, neque Deus illis præparauit causas vt eo pacto euenirent, neque eos esse voluit voluntate absoluta & efficaci, sed solū voluit eos permittere. 298.b
- Prouidentia, licet à præuidendo dicta sit, longè tamen diuersa est à præscientia. 299.a
- Prouidentia diuinæ effectus solū sunt, vel fines à Deo intenti, vel media ad eosdem fines à Deo præparata. 299.a
- Prouidentia diuinæ effectus non sunt actus peccatorum, sed sola eorum permissio. 299.a
- Prouidentia cum arbitrij libertate, cum cuiuslibet peccatorum, necnon poenarum, quæ illa consequuntur, conciliatio, nõ aliam difficultatem continet, quam præscientia cum his conciliatio. 299.b
- Prouidentia diuinæ effectus non sunt mortes iniustæ, aut fortuito euenientes, sed solū earum permissio, & vnde certitudinem habeant. 299.b
- Prouidentia & prædestinationis non alia certitudo, quam diuinæ præscientiæ. 300.b

Providentia præscientiæ diuina, vnde cum arbitrij libertate concilietur. 301.b  
 Providentia qualis ex parte diuini intellectus præcesserit determinationem liberam voluntatis. 363.b  
 Providentia circa beatitudinem quid. 363.b  
 Providentiam non impedit, sed adiunat scientia media, tanquam notitia ad exactissimam providentiam necessaria. 261.a  
 Providentia & præsentio diuina intendit actus non malos arbitrij creati, suntq; in singulari effectus illius. 261.b  
 Providentiæ diuinæ quo pacto omnia in singulari tam bona quam mala subdantur. 262.a  
 Providet Deus cuiq; rei accommodatè ad illius naturam, ac proinde rebus liberis seruata earum libertate. 261.b  
*Puer.*  
 Pueri ante usum rationis aliqua efficiunt liberè; & cur ad culpam aut meritum eis non imputetur. 8.a  
 Pueros aliquos perire nemine valente eis remedium afferre, non tollit quod Deus conditionata voluntate vellet omnes saluos fieri. 274.b  
*Punitio.*  
 Punitio ad quasi secundarium diuinæ providentiæ ordinem pertinet. 291.b  
*Quotidianum auxilium.*  
 Quotidianum auxilium, quo ad perseverandum in gratia indigemus, quæ includat. 149.b  
*Ratio recta.*  
 Rationem rectam cur homo sæpe deserat; cum reliquæ res vt plurimum fines suos assequantur. 12.a  
*Rationis usus.*  
 Rationis usus quid, quando pueris amentibus & vigilantibus adueniat. 10.a.b  
 Rationis usus non est perfectus in semivigilantibus: at proinde quæ tunc efficiunt, non eis ad culpam imputantur. 10.a  
*Redemptor.*  
 Redemptoris necessitas. 19.a  
*Reprobatio, & reprobus.*  
 Reprobatio approbationi quomodo opponatur. 308.a  
 Reprobatio creaturarum comparatione vitæ æternæ quid. 308.b  
 Reprobatio, non prædestinationi, sed approbationi, quæ prædestinatione est posterior, directè opponitur. 308.b  
 Reprobationis effectus qui. 309.b  
 Reprobationis cur peccata non sint effectus. 309.b  
 Reprobatio, iuxta Diuum Thomam, includit vo-

luntatem permittendi peccatum reprobi: eaque permissio, atque obduratio in eo, effectus sunt reprobationis. 310.a  
 Reprobatio propriè neque est voluntas permittendi peccatum reprobi, neque illam includit. 310.b  
 Reprobatio pro reiectione & refutatione rei prius in se indignæ, vsurpatur semper in Scripturis. 310.b  
 Reprobationis effectus in genere causæ finalis aliquo modo concedi possunt permissio peccati reprobi, & obduratio in illo. 311.a  
 Reprobi, quod in peccatum cadere permittantur, neque integra neque sufficiens causa est splendor iustitiæ diuinæ. 311.a  
 Reprobationis effectus sunt permissio peccatorum, & obduratio, tanquã partis integri finis ob quem sunt volitæ, longèque aliter atque Dei dona sunt effectus prædestinationis. 312.a  
 Reprobatio qualis à quibusdam consideretur. 312.a  
 Reprobatio est in Deo. 312.b  
 Reprobationem fuisse ob originis peccatum, qua ratione affirmet August. 341.b  
 Reprobo vt integrum maneat peruenire in beatitudinem. 365.b  
 Reprobus efficere non potuit vt esset prædestinatus: tamen ea efficere possit, quæ si faceret, peruenire in vitam æternam; ratioque providentiæ circa illu habuisset rationem prædestinationis. 369.a  
 Reprobatorum comparatione est triplex diuinæ voluntatis actus, nempe, permittendi peccatum illius, cum in illo obdurandi, & excludendi cum propter illud à regno cœlesti. 397.a  
 Reprobatorum comparatione iidem actus præsupponunt peccatum præuisum ipsorummet reprobatorum libertate ac nequitia, diuersimodè tamen. 397.b  
 Reprobationis datur causa meritoria ex parte reprobi. 410.a  
 Reprobatio requirit, tanquam conditionem sine qua non esset, voluntatem diuinam permittendi peccatum ob quod reprobat, & obdurandi in illo: nullus tamen horum actuum est, sed est voluntas excludendi peccatorem à vita æterna, tanquam ea ob tale peccatum indignum. 400.a  
 Reprobationis, quoad integrum effectum, si voluntatem includeret permittendi peccatum ob quod est reprobatio, non daretur causa ex parte reprobi, sed solam conditio sine qua non præexistisset in Deo. 400.b  
 Reprobationis certitudo tota est in diuina præscientia. 401.a  
 Repro-

Reprobationis conciliatio cum arbitrij libertate. 401.b  
 Reprobatorum peccata permittendi fines. 404.a  
 Reprobi non omnes nomine despectorum in hac vita comprehenduntur. 405.a  
 Reprobatio non antecedit voluntatem permittendi peccata, & in eis obdurandi vsque ad finem vitæ. 400.a. Et in appendice post Indicem scriptura.  
 Reprobis maiori gratia reprobis magis fuit dilectus voluntate antecedente, quam prædestinationis minori præuentus gratia: secus voluntate consequente. 395.a  
*Scientia.*  
 Scientia Dei est causa rerum; determinata tamen per voluntatem. 1.a  
 Scientia naturalis in Deo antecedit actum liberum suæ voluntatis. 1.b  
 Scientia Dei libera, qua cognoscit hæc aut illa contingentia esse futura, consequitur liberum actum voluntatis diuinæ, ab eoq; pendet. 2.a  
 Scientia naturalis Dei est causa rerum, habetq; rationem artis: non verò scientia libera. 2.a  
 Scientia intuitiva perfectior non est in Deo, quam scientia simplicis intelligentiæ: secus in nobis, & in Angelis. 209.a  
 Scientia Dei eorum quæ nondum existunt, an rationem habeat scientiæ visionis, vel simplicis intelligentiæ. 211.b  
 Scientia Dei naturalis ad quæ se extendat. 213.b  
 Scientia, qua Deus scit quodcunque contingens futurum, tam necessaria iam nunc est, vt contradictionem implicet, Deum efficere se id nesciuisse. 221.a  
 Scientia futurorum contingentium est in Deo. 227.a  
 Scientia triplex distinguenda est in Deo ad arbitrij libertatem cum præscientia conciliandam. 227.b  
 Scientia merè naturalis in Deo quæ. 227.b  
 Scientia merè libera in Deo quæ. 227.b  
 Scientia media inter liberam & naturalem in Deo quæ. 227.b  
 Scientia media cur ita appellanda, & qualis ea sit. 227.b  
 Scientia media ita Deo est propria, vt neq; animæ Christi possit communicari. 228.b  
 Scientia media indiget non solum comprehensione causæ liberæ, sed etiam altissima & eminentissima illius comprehensione, qualis est in solo Deo. 228.b  
 Scientia media non est in Deo comparatione sui li-

beri arbitrij. 228.b  
 Scientia sola merè naturalis, accedente libera determinatione voluntatis, sicut in Deo causa recte omnium quæ à creato arbitrio, & à vestigio libertatis brutorum, non pendet. 221.b  
 Scientia, tam merè naturalis, tum media inter liberam, & merè naturalem, vnã cum determinatione voluntatis, sicut in Deo causa rerum quæ ab arbitrio creato pendet. 232.a  
 Scientia libera, qua post determinationem suæ voluntatis sciuit Deus res futuras, non est causa rerum. 232.a  
 Scientia diuina certò scitur, quod in se est incertum, certitudine proueniente non ex obiecto, sed ex Dei eminentia & nobilitate. 236.a.b  
 Scientiæ & opiniones, etiam in eadem disciplina, vnde specie distinguantur. 157.b  
 Scientiam mediam qui impugnent. 239.a  
 Scientiam mediam esse constituendam. 241.a. 242.b  
 244.a. 246.b  
 Scientia media non est in Deo comparatione sui liberi arbitrij. 244.b  
 Scientiæ diuinæ certitudo, quod arbitrium creatum peccabit, vnde proueniat. 248.a  
 Scientiam mediam, qua Deus cognouit peccata per arbitrium creatum ex quacunque hypothese futura, esse constituendam. 248.a  
 Scientiam mediam esse comparatione futurorum contingentium ex hypothese seu conditione. 248.b  
 Scientia media non ideo reiicienda, quia libertas arbitrij cum alijs rebus faciliè ex illa conciliatur. 252.b  
 Scientia media necessaria non est ad ea quæ radicem suæ contingentis habent solum liberum arbitrii diuinum. 257.a  
 Scientia quæ præcesserit omnem præsentionem. 258.a  
 Scientiæ diuinæ certitudo circa futura contingentia, vnde proueniat. 260.b  
 Scientia media est in Deo ante actum suæ voluntatis, sed ex hypothese, si hoc vel illo modo velit præfinire, aut hoc vel illo modo velit prouidere. 260.b  
 Scientia media non impedit sed adiunat diuinam providentiam, tanquam notitia ad exactissimam providentiam necessariam. 261.a  
*Sensus compositus.*  
 Sensus compositus & diuisus vbi locum habeant. 234.b

INDEX RERVM

Providentia præscientiæ diuina, vnde cum arbitrij libertate conciliatur. 301.b  
 Providentia qualis ex parte diuini intellectus præcesserit determinationem liberam voluntatis. 363.b  
 Providentia circa beatitudinem quid. 363.b  
 Providentiam non impedit, sed adiuvat scientia media, tanquam notitia ad exactissimam providentiam necessaria. 261.a  
 Providentia & præfinitio diuina iutendit actus non malos arbitrij creati, suntq; in singulari effectus illius. 261.b  
 Providentiæ diuinæ quo pacto omnia in singulari tam bona quam mala subdantur. 262.a  
 Providet Deus cuiq; rei accommodatè ad illius naturam, ac proinde rebus liberis seruata eorum libertate. 261.b  
*Puer.*  
 Pueri ante vsum rationis aliqua efficiunt liberè; & cur ad culpam aut meritum eis non imputetur. 8.a  
 Pueros aliquos perire nemine valente eis remedium afferre, non tollit quod Deus conditionata voluntate vellet omnes saluos fieri. 274.b  
*Punitio.*  
 Punitio ad quasi secundarium diuinæ providentiæ ordinem pertinet. 291.b  
*Quotidianum auxilium.*  
 Quotidianum auxilium, quo ad perseverandum in gratia indigemus, quæ includat. 149.b  
*Ratio recta.*  
 Rationem rectam cur homo sæpe deserat, cum reliquæ res vt plurimum fines suos assequantur. 12.a  
*Rationis vsum.*  
 Rationis vsum quid, quando pueris amantibus & vigilantibus adueniat. 10.a.b  
 Rationis vsum non est perfectus in semi-vigilantibus: at præinde quæ tunc efficiunt, non eis ad culpam imputantur. 10.a  
*Redemptor.*  
 Redemptoris necessitas. 19.a  
*Reprobatio, & reprobus.*  
 Reprobatio approbationi quomodo opponatur. 308.a  
 Reprobatio creaturarum comparatione vitæ æternæ quid. 308.b  
 Reprobatio, non prædestinationi, sed approbationi, quæ prædestinatione est posterior, directe opponitur. 308.b  
 Reprobationis effectus qui. 309.b  
 Reprobationis cur peccata non sint effectus. 309.b  
 Reprobatio, iuxta Diuum Thomam, includit voluntatem permittendi peccatum reprobi: eaque permisso, atque obduratio in eo, effectus sunt reprobationis. 310.a  
 Reprobatio propriè neque est voluntas permittendi peccatum reprobi, neque illam includit. 310.b  
 Reprobatio pro reiectione & refutatione rei pius in se indignæ, vsurpat semper in Scripturis. 310.b  
 Reprobationis effectus in genere causæ finalis aliquo modo concedi possunt permisso peccati reprobi, & obduratio in illo. 311.a  
 Reprobi, quod in peccatum cadere permittantur, neque integra neque sufficiens causa est splendor iustitiæ diuinæ. 311.a  
 Reprobationis effectus sunt permisso peccatorum, & obduratio, tanquã partis integri finis ob quem sunt volitæ, longèque aliter atque Dei dona sunt effectus prædestinationis. 312.a  
 Reprobatio qualis à quibusdam consideretur. 312.a  
 Reprobatio est in Deo. 312.b  
 Reprobationem fuisse ob originis peccatum, qua ratione affirmet August. 341.b  
 Reprobo vt integrum maneat peruenire in beatitudinem. 363.b  
 Reprobis efficere non potuit vt esset prædestinatus; tamen ea efficere possit, quæ si faceret, perueniret in vitam æternam; ratioque providentiæ circa illi habuisset ratione prædestinationis. 369.a  
 Reprobatorum comparatione est triplex diuinæ voluntatis actus, nempe, permittendi peccatum illius, eum in illo obdurandi, & excludendi eum propter illud à regno cœlesti. 397.a  
 Reprobatorum comparatione eisdem actus præsupponunt peccatum præuisum ipsorummet reprobatorum libertate ac nequitia, diuersimodè tamen. 397.b  
 Reprobationis datur causa meritoria ex parte reprobi. 410.a  
 Reprobatio requirit, tanquam conditionem sine qua non esset, voluntatem diuinam permittendi peccatum ob quod reprobat, & obdurandi in illo: nullus tamen horum actuum est, sed est voluntas excludendi peccatorem à vita æterna, tanquam ea ob tale peccatum indignum. 400.a  
 Reprobationis, quoad integrum effectum, si voluntatem includeret permittendi peccatum ob quod est reprobatio, non daretur causa ex parte reprobi, sed solum conditio sine qua non præcxiuisset in Deo. 400.b  
 Reprobationis certitudo tota est in diuinæ præfinitio. 401.a  
 Repro-

NOTABILIVM.

Reprobationis conciliatio cum arbitrij libertate. 401.b  
 Reprobatorum peccata permittendi fines. 404.a  
 Reprobi non omnes nomine despectorum in hac vita comprehenduntur. 405.a  
 Reprobatio non antecedit voluntatem permittendi peccata, & in eis obdurandi vsque ad finem vitæ. 400.a. *Et in appendice post Indicem scriptura.*  
 Reprobis maiori gratia præuentus magis fuit dilectus voluntate antecedente, quàm prædestinatus minori præuentus gratia: secus voluntate consequente. 395.a  
*Scientia.*  
 Scientia Dei est causa rerum; determinata tamen per voluntatem. 1.a  
 Scientia naturalis in Deo antecedit actum liberum suæ voluntatis. 1.b  
 Scientia Dei libera, qua cognoscit hæc aut illa contingentia esse futura, consequitur liberum actum voluntatis diuinæ, ab eoque pendet. 2.a  
 Scientia naturalis Dei est causa rerum, habetq; rationem artis: non verò scientia libera. 2.a  
 Scientia intuitiua perfectior non est in Deo, quàm scientia simplicis intelligentiæ: secus in nobis, & in Angelis. 109.a  
 Scientia Dei eorum quæ nondum existunt, an rationem habeat scientiæ visionis, vel simplicis intelligentiæ. 211.b  
 Scientia Dei naturalis ad quæ se extendat. 213.b  
 Scientia, qua Deus scit quodcunque contingens futurum, tam necessaria iam nunc est, vt contradictionem implicet, Deum efficere se id nesciuisse. 221.a  
 Scientia futurorum contingentium est in Deo. 227.a  
 Scientia triplex distinguenda est in Deo ad arbitrij libertatem cum præfinitio conciliandam. 227.b  
 Scientia merè naturalis in Deo quæ. 227.b  
 Scientia merè libera in Deo quæ. 227.b  
 Scientia media inter liberam & naturalem in Deo quæ. 227.b  
 Scientia media cur ita appellanda, & qualis ea sit. 227.b  
 Scientia media ita Deo est propria, vt neq; animæ Christi possit communicari. 228.b  
 Scientia media indiget non solum comprehensione causæ liberæ, sed etiam altissima & eminentissima illius comprehensione, qualis est in solo Deo. 228.b  
 Scientia media non est in Deo comparatione sui li-

beri arbitrij. 228.b  
 Scientia sola merè naturalis, accedente libera determinatione voluntatis, fuit in Deo causa rerum omnium quæ à creato arbitrio, & à veltigio libertatis brutorum, non pendent. 221.b  
 Scientia, tum merè naturalis, tum media inter liberam, & merè naturalem, vnà cum determinatione voluntatis, fuit in Deo causa rerum quæ ab arbitrio creato pendent. 232.a  
 Scientia libera, qua post determinationem suæ voluntatis sciuit Deus res futuras, non est causa rerum. 232.a  
 Scientia diuina certò scitur, quod in se est incertum, certitudine proueniente non ex obiecto, sed ex Dei eminentia & nobilitate. 236.a.b  
 Scientiæ & opinionis, etiam in eadem discipline, vnde specie distinguantur. 157.b  
 Scientiam mediam qui impugnent. 239.a  
 Scientiam mediam esse constituendam. 241.a. 242.b. 244.a. 246.b  
 Scientia medianon est in Deo comparatione sui liberi arbitrij. 244.b  
 Scientiæ diuinæ certitudo, quod arbitrium creaturum peccabit, vnde proueniat. 248.a  
 Scientiam mediam, qua Deus cognouit peccata per arbitrium creatum ex quacunque hypothesi futura, esse constituendam. 248.a  
 Scientiam mediam esse comparatione futurorum contingentium ex hypothesi seu conditione. 248.b  
 Scientia media non ideo reiicienda, quia libertas arbitrij cum alijs rebus facillè ex illa conciliatur. 252.b  
 Scientia media necessaria non est ad ea quæ radicem suæ contingentiæ habent solum liberum arbitrii diuinum. 257.a  
 Scientia quæ præcesserit omnem præfinitioem. 258.a  
 Scientiæ diuinæ certitudo circa futura contingentia, vnde proueniat. 260.b  
 Scientia media est in Deo ante actum suæ voluntatis, sed ex hypothesi, si hoc vel illo modo velle præfinire, aut hoc vel illo modo velle providere. 260.b  
 Scientia media non impedit sed adiuvat diuinam providentiam, tanquam notitia ad exactissimam providentiam necessaria. 261.a  
*Sensus compositus.*  
 Sensus compositus & diuisus vbi locum habeant. 234.b  
 Senses

Sensus compassus & diuisus in præsentia & prædestinatione quo pacto usurpandus, vt duo extremi errores vitentur. 235. a

Sensus compassus & diuisus quales inferuiant ad humani arbitrij libertatem tuendam, quales non item. 247. b. 251. b. 265. b

*Spes.*

Spes actum, quoad solam substantiam, elicere possumus cum solo concursu generali Dei, posita ex parte intellectus notitia ad id necessaria. 42. a

Spes actus qualiter gratia præueniente fiat. 185. a

Spes & fide supernaturalibus spoliati sunt demones simul atque peccauerunt. 39. 1. a

*Status.*

Status quadruplex in quo humana natura spectatur. 11. b

Status hominis in partibus naturalibus qualis. 11. b

Status innocentie qualis. 12. a

Status hominis post peccatum ante gratiam. 12. b

Status hominis lapsi duplex, ante gratiam scilicet, & post gratiam recuperatam. 13. a

Status ante gratiam duplex consideratio. 13. b

Supernaturale aliquid duobus modis. 139. b

Superna urale aliquid, & naturale, comparatione diuisionum. 159. b

*Supernaturalia.*

Supernaturalia sola commensurationem habent ad beatitudinem supernaturalem. 179. b

Supernaturalia nostra opera, non à nostro arbitrio, sed à Deo tanquam à particulari eorum causa habent speciem supernaturalem. 183. a

Supernaturales actiones liberi arbitrij, etiam spectatæ vt ab eo præcisè emanant, quo pacto in Deum referantur. 228. b

*Tentationes.*

Tentationes difficiles an in quocunq; temporis momento superare possimus absque speciali auxilio Dei. 63. a. 79. a

*Timor.*

Timor, vt scilicet, amorem Dei introducat. 77. b

*Tractio.*

Tractio & vocatio diuina ad fidem necessaria, arbitrijq; libertas, vt non se impediatur. 26. a

*Tristitia.*

Tristitia & læticia non sunt volutio & notitio, sed affectus & motus voluntatis. 68. b

Tristitia vt sit in voluntate, satis est negligens, quoad, vnde tristamur, nolleamus esse, cito absolute id esse velimus. 42. b

Tristitia & doloris capax fuit voluntas Christi. 267. b

*Tristitia.*

Tullij error circa præsentiam & diuinationem. 3. a

*Velle.*

Velle & intelligere efficienter emanant ab intellectu & voluntate. 7. a

*Venialia peccata.*

Venialia peccata. Vide Peccata venialia.

*Verbum diuinum.*

Verbum diuinum in Christo, quia verbum, non inluit in naturam humanam, sed solum terminat dependentiam illius. 268. b

*Viator & comprehensor.*

Viatoris simul & comprehensoris ratio in quo fuerit in Christo posita. 269. b

*Virtus.*

Virtutem ac bonum non reputat interdum Augustinus, nisi quod conuenit cum caritate, aut in suo ordine & gradu commensurationem habet cum beatitudine. 21. a

*Vocatio.*

Vocatio & tractio diuina ad fidem necessaria, arbitrijq; libertas, vt non se impediatur. 26. a

Vocatio ad fidem, illuminatio, ac inspiratio, ad intellectum pertinent. 26. b

Vocatio interna ad fidem multum pendet à conatu Ecclesie, & qualitate ministrorum Euangelij. 29. a

Vocatio interna ad fidem quantum ab arbitrio eius, qui vocatur, pendet. 29. b

Vocatum aequali auxilio fieri potest vt vnus conueniatur, & alius non. 37. a

*Voluntas.*

Voluntas non quoad omnes suos actus est libera. 8. b

Voluntas humana libera est ad supernaturales actus, tam quibus ad gratiam disponitur, quam quibus augmentum illius & glorie meretur. 14. a

Voluntas, cum prius natura sit in quocunq; instanti, quam in eo eliciat actum, prius in eo est libera vt eum eliciat vel non eliciat, quam vel actus eliciat vel non eliciat. 105. a

Voluntas Dei ex æternitate liberè determinata, causa est rerum & circumstantiarum eandem ratione talis determinationis. 11. a

Voluntas libera Dei, mensura diuine potentie. 113. a

Voluntas signi an aliquam voluntatem, saltem conditionatam, significet in Deo. 272. a

Voluntas antecedens & consequens est ætente Damasceni expiansur. 272. b

Voluit

Voluit verè Deus Angelos omnes, & homines, dū condere eos in suam beatitudinem statuit, saluos fieri, si per ipsos non staret. 271. a

Voluit Deus verè toti generi humano, dum illi lapsio Redemptorem conferre decreuit, beatitudinem sub conditione. 274. a

Voluntas conditionata, quæ Deus vult omnes saluos fieri, actus est diuini liberi arbitrij. 274. b

Voluntas antecedens & consequens ex Damasceno quid. 274. b

Voluntas antecedens & consequens circa quæ à Damasceno constituantur. 275. b

Voluntas Dei absoluta quænam sit, quam Damascenus consequentem appellat. 275. b

Voluntas antecedens & consequens quid, & vnde ac curita appellata. 276. a

Voluntatem conditionatam, videlicet, si & nos velimus, dari in Deo probatur. 276. b

Voluntas conditionata, quæ non impletur, velleitas est nuncupanda. 279. a

Voluntas Dei absoluta semper impletur, & quando proprie dicitur efficax. 279. b

Voluntas quædam Dei est absoluta, quæ conditionem, si & nos velimus, non excludit, semper tamen impletur. 280. a

Voluntas Dei conditionata non semper impletur. 281. b

Voluntatis diuine non omnem ordinem egreditur peccator, dum transgrediendo præcepta, à diuine voluntatis ordine egreditur. 281. b

Voluntatem absolutam nō habet Deus, vt sint actus peccatorum, sed solum illos permittendi: vult tamen ad eos inuenire solo cōcursu vniuersali. 281. b

Voluntas diuina exequendi ordinem iuxta prouidentie, non comparatione cuiuscunq; finis est absoluta, sed interdum est conditionata. 292. a

Volendo finem & media, non prius vult Deus finem quam media. 345. a

Voluntas actus liberi, qualem deliberationem ac notitiam intellectus requirant. 9. a

Voluntatis & intellectus actus actiones sunt, termini eorum qualitates ab eis formaliter solum distinctæ, atque in cōseruari ab eis dē dependentes. 104. b

Voluntatis actus vnde specie distinguantur. 108. b

Voluntatis suæ determinationem liberam non cognouit Deus antequam voluntas se determinaret. 244. a. 228. b

Voluntas prius natura est indifferens vt se determinet, nec, quam liberè operetur; neque prius se determinat, quam operetur. 294. a

Voluntatem nostram non determinat Deus ad assensum vel dissensum, sed ipsa seipsum determinat. 326. a

Voluntas seipsum determinat ad operandum. 336. a

Voluntatis consentum determinat influxus gratie, vt sic distinctus specie. 336. b

Voluntatem quatenus necessitate possit Deus; illam tamen regulariter non necessitat. 336. b

Voluntatis determinatio ad actum quid. 337. b

*Vnus liberi arbitrij.*

Vnus bonus liberi arbitrij primam gratiam antecedens, neque causa neque ratio est prædestinationis. 321. a

Vnus bonus gratie iam acceptæ nō est causa aut ratio prædestinationis. 323. b

Vnus totus liberi arbitrij bonus qui in prædestinationis effectu includitur, duas causas liberas partiales habet, Deum videlicet, & nos, à quarum quavis ita pendet, vt ea pro sua libertate non influente, omnino non sit. 351. b

Vnus bonus liberi arbitrij, etiam vt præcisè ab arbitrio emanat, quo pacto in Deum quoque ipsam referatur. 352. a

*Vnus rationis, liberi que arbitrij.*

Vnus rationis quid, quando pueris, amentibus, & vigilantibus adueniat. 10. a. b

Vnus rationis non est perfectus in semiuigilantibus; ac proinde quæ tunc efficiunt, ad culpam eis non imputantur. 10. a

Vnus bonus liberi arbitrij simul est donū Dei & dispositio aut meritum nostrum. 154. b

Vnus boni liberi arbitrij singule partes à Deo & à nobis pendet. 3. a. b

Vnus boni liberi arbitrij singule partes totæ suæ à Deo, & totæ ab arbitrio. 155. a

Vnus boni liberi arbitrij singule partes effectus sunt prædestinationis, sed non vt præcisè à libero arbitrio emanant. 155. b

Vnus bonus liberi arbitrij, etiam quatenus præcisè ab arbitrio emanat, vt in Deum referatur. 155. b

Vnus bonus liberi arbitrij quæ conueniat proprie influxum arbitrio proprium. 156. b